IO. BAPTISTAE HODIERNA I. C. NEAPOLITANI

Nouissimæ

ADDITIONES, ET OBSERVATIONES

ad Decisiones Mantuani Senatus

IO. PETRI SVRDI.

Quibus hac secunda editione prætèr antiquas nouæ insigniores Quæstiones accesserunt, nouæq; Almi Consilij Neapolit. sententiæ subnectuntur.

OPVS ADVOCATIS, CAVSIDICIS, CAETERISQVE in foro versantibus, per quàm vtile, atq; adeo necessarium.

ACCESSIT INDEX LOCVPLETISSIMVS.

Cum Priuilegio Regio.

NEAPOLI, Ex Typographia Iacobi Gaffari, MDCXLIII.

EXPENSIS IO. DOMINICI BOVE.

ILLVSTRISSIMO VIRO
D. HECTORI
CAPYCIO L'ATRO
TORELLI MARCHIONI,

REGIO SVPREMI ORDINIS A LATERE SENATORI, Regiamq; Cancellariam Regenti, Heroi ſuo.



IOANNES BAPTISTA HODIERNA I. C.

Arere datur multis, (Heros mi) ſed conſeruare paucis; illud laboris, prudentiæ iſtud Opus. Non ſatis parentibus, filium genuiſſe, quem optima deficiat educatio. Procreatur animal, educatur homo; cùm bene gignitur, & prauè inſtituitur, pulchritudo in deformitatem, deformitas in ſcurrilitatem ſponte abit. Huius proinde tenelluli mei fœtus Ego pater, tu educator, vt mihi

§ 2 moles

moles corporis, tibi vis spiritus; mihi atramentum, tibi ornamentũm debeatur. Per me erit, per te bene erit; mihi referet vagitus infantiæ, tibi omnis æui gloriã debebit. Per quot enim Orbis regiones HECTORIS præclara resonabũt facta, per tot & hic Liber, tuo celeberrimo addictus nomini, gloriosissimè resonabit. Hinc fiet, vt gloria non mea ipse glorier, qualis auicula, Aquilæ alis insidens, volatum non ipsa suum ostentabat. Vnde maior & tibi gloria, cùm viros inglorios gloriosos reddas. Vtque è mari flumina erumpentia, in mare ipsum vniuersa redeunt; ita honorem insignia in humillimos viros à magnis Heroibus collata, ad eorundem clariùs illustrandam maiestatem penitus redundant. Dilatantur humanitatis exemplis generosa pectora, vt plantarum, quò profundiùs radices in telluris centrũ descendũt, eò altiùs fastigiatæ comæ attolluntur ad æthera. Vale, ac diù vale, non minùs litterarũ Mœcenas, quàm Patriæ rediuiuus HECTOR.

FLAVIVS VENTRILIA I. C.

ACADEM. OTIOS. NEAP. &c.

LECTORI BENEVOLO.



FRustrà Sapientissimus rerum omnium Opifex (Amice Lector) aureum diurni currus aurigam, Solem, frustrà argenteam nocturnorũ siderum ducem, Lunam, frustrà errantia, fixaquè in amplissima Sphærarũ astra, solerti, atq; potenti dextera affixisset, si tantos alioquin splendoris fontes, perennibus in Cœlo obduxisset nimbis, æternoquè interclusisset obice, adeò, vt Mortalium oculis (præcipuus siderum finis) nullatenus effulgeret. Pari quidèm pacto, frustrà splendentes virtutum igniculi in animorum Cœlo ingenerarentur, ni foris elucerent, quinimò perenni caligine delitescerẽt, adeò, vt aliorum animos generoso exemplo illustrare, atque accendere minimè possent. Vulgandæ igitur animorum dotes, Virtutis alienæ incitamenta, vt sopitæ mentes, tanto oriente fulgore, è miri torporis nocte, surgant tandem ad celebrium gestorum præclarum diem. Hìnc facilè erit percipere, quàm sit dignus omni laude Peritissimus Auctor, Fabricij I.C. Consultiss. Filius, qui Sacri Mantuani Senatus Decisionibus, à Io. Petro Surdo recollectis, Additiones, siuè potius Obseruationes, paucis ab hìnc annis cõtexuit, in luceq; protulit, quibus ita demũ fuit delectatus, vt ne quid ipsis deesset, non nihil rursus addere fuerit ausus, ac tales ita pinguiùs auctas, vt Amicorum precibus satisfaceret, typis fuit iterum coactus tradere. Tu ergo (Lector) qua es humanitate præditus, quauè prudentia, ex hoc tanto munere, grandem inspice animũ, interim tàm isto, quã illo, edito iam Opere, Practicarum Quæstionum nempè Semicẽturia ad celeberrimũ *Text. L. Hac edictali, C. de secund. nupt.* fruere, Controuersiarumq; Forensium aliud illi, & isti haud prorsus absimile, quàm citissimè expecta. Vale, Salue.

FRAN-

FRANCISCI DE PETRIS
I. C. CLARISSIMI
AD AVCTOREM HODIERNA.

Nil sapit expectans quid crastina voluerit ætas;
Ipse Hodierna sapis, nanque hodie peragis.

FLAVII VENTRILIA I. C.
ACADEM. OCIOS. PARTHENOP. &c.
AD AVCTOREM

Ioannes Baptista Hodierna
Iuris Vtriusquè Consultus Neapolitanus.

Anagramma Purissimum.

Iste Orator, Napodanus, Tribonianus est,
Hic Iulianus, Vlpianusquè est.

APPRO-

APPROBATIONES.

A Monsignor Vescouo di Vico.

Alessandro Luciani Vicario Generale.

Imprimi possunt Additiones istæ insimul cum alijs impressis.

Episcopus Riccius Deputatus.

IMPRIMATVR.

Alexander Lucianus Vicarius Generalis.

ILLVSTRISSIMO, ET ECCELLENTISSIMO SIGNORE

GIO. Domenico Boue supplicando espone à V.E. come hà peso di far ristampare le Nouissime Additioni alle Decisioni del Surdo del Dottor Gio. Battista Hodierna, e perche oltre le stampate vi sono altre gionte. Per tanto la supplica commetter la reuisione di quelle; acciò possa ottenere il Regio Imprimatur, & lo riceuerà à gratia, vt Deus, &c.

Mag. V.I.D. Horatius Montanus videat,& in scriptis referat Suę Excellentię.

Capycius Latro Proregens.

Prouisum per Suam Excellentiam Neapoli die 29. Ianuarij 1643.

Locus Signi. *Anastasius.*

ILLVSTRISSIME, ET EXCELLENTISSIME DOMINE.

PErlegi de mandato E. V. nouissimas Additiones Doctoris Io. Baptistæ Hodiernæ, ad Decisiones Mantuani Senatus apud Surdum: quæ non Additiones, sed doctissimæ Obseruationes,& Speculationes ad facti species ibi propositas, nuncupandæ essent: cùm altiori stylo argumentorum hinc indè discussæ,& comprobatæ sint: & Regiæ Iurisdictioni nedùm obnoxiæ non sunt, sed Reipublicæ admodùm vtiles: Propterea existimo prælo tradendas esse ad publicam vtilitatem. Sed hoc meum iudicium tuo purgatissimo humilitèr subijcio,& perpetuam Tibi precor fęlicitatem. Neapoli Kalendis Februarij 1643.

Illustriss.& Excellentiss. Domine

Tuus additissimus Seruulus

Horatius Montanus.

Vid. Arias de Mesa Reg. Cons. Delegatus per Suam Excellentiam pro reuisione Librorum.

Visa supradicta relatione IMPRIMATVR.

Tapia Reg. Zufia Reg. Sanfelicius Reg. Azcon Reg.
Capycius Latro Proreg.

ERRATA	CORRIGE
Decis.30.n.48.fol.69. Io.Baptistam Massimum	Io.Baptistam Casamassimum
Decis 31.n.4.fol.71. ex rratidis	ex traditis
Decis.ead.n.13.fol 72. moram personalem	meram personalem
Decis.ead.n 14.fol.eod. haberur	habetur.
Decis.ead. n.21.fol 72. præstatiols	præstationis
Decis.ead.n,58 fol.77. dari concludit	concludat;
Decis.49.n.1 fol.108. & rationis redditio	& nulla rationis redditio
Decis.53.n.4.fol.110. non valeret,sed tanquam dependens	non valeret tanquam dependens
Decis.65.n.5.fol.137. quæ prætermitti non debet	non debet
Decis.74.n.6.fol.154. & propterea condictione indebiti solutum repetere non prohibetur	& propterea,condictione tamen sine causa solutum repetere non prohibetur
Decis.90.sub n.38.fol.181. semper dicitur noua requisitio	noua acquisitio
Decis.193.n.33.fol.314. impensæ vecturæ rerum pro alimentis legatorum	legatarum
Decis.ead.n.59.fol.321. absque hæredis cessiones	cessione
Decis.196.n.1.fol.324. dispositioni partis aduersę	positioni partis aduersæ
Decis.244.sub n.2.fol.379.agebatur in medietate	agebatur, an in medietate
Decis.261.n.6.fol.395.in causa Laudoniæ Protę cum Laura Cassana	cum Laura Tanana
Decis.ead.in dicto n.6. & duplicationis capitis ommissi	& explicationis capitis omissi
Decis 278.n.36 fol.420. quia reclusa est illa via	quia præclusa est illa via
Decis.293.fol 435. in lotum annullatur	in totum annullatur
Decis.308.n.27.f.450 ad quod facit dec.Thesaur.	ad quod facit decis.Thesaur. 166.n.3.
Decis.309.n.4.in fin.fol.451. eum non conueniat	cum non conueniat
Decis.ead.n.6.fol.eod. se illam à Seio recepisse, & Caio	se illam à Seio recepisse, & Caio dedisse

IO. BAPTISTAE HODIERNA I. C. NEAP.

ADDITIONES NOVISSIMÆ ad Decisiones Mantuani Senatus A IO. PETRO SVRDO COLLECTAS.



Ad laudem omnipotentis Dei, Deiparæq; Virginis Mariæ, & SS. Thomæ de Aquino, & Antonij de Padua.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio centum annorum licet requiratur cõtra Romanam Ecclesiam, tamen contra habentem ius ab ea, 40. annorum sufficit.*

2 *Ius colligendi pedagiĳ minori spatio præscribitur contra Nobilem, quam contra Principem.*

3 *Præscribi potest contra eum, cui fuit concessum Castrum per Pontificem de plenitudine potestatis, quia eius possessio non est Papalis, sed priuata.*

4 *Emphyteuta Ecclesiæ laicus conuentus nõ potest nominando Ecclesiam declinare forum.*

5 *Ecclesia vti directa domina accedens ad defensionem sui emphyteutæ laici, non potest causam auocare ad Iudicem Ecclesiasticum.*

6 *Emphyteuta Ecclesiæ non potest conueniri ab ipsa Ecclesia coram Iudice Ecclesiastico pro solutione pensionis, vel pro relaxatione rei ex causa caducitatis.*

7 *Statutum de bonis emphyteuticis disponens, procedit etiam quoad bona emphyteutica quæ sunt apud laicos, & pendent à directo dominio Ecclesiæ.*

8 *Ecclesia succedens priuato, contra quem incoata erat præscriptio pro præterito, vtitur iure priuati, pro futuro verò priuilegio Ecclesiæ.*

9 *Præscriptio 40. annorum locum habet vbi Ecclesia ageret contra alteram Ecclesiam.*

10 Text. in cap. 1. §. si quis per triginta, si de feud. fuer. controu. *non procedit contra Ecclesiam.*

11 *Contractus ad hoc vt præsumatur emphyteuticus, cursus quadraginta annorum requiritur.*

12 *In præsumptione tituli lex regulatur à tempore requisito in præscriptione.*

13 *Tempus præscriptionis non incipit currere cõtra Ecclesiam, nisi à die mortis Prælati. Intellige n. 14.*

15 *Priuilegio Ecclesiæ per non vsum spatio 40. annorum dicitur renunciatum.*

16 *Feudum contra priuatum præscribitur spatio 30. annorum cum præstatione seruitij Regiæ Curiæ.*

Intellige n. 17.

18 *Præsens quando quis dicatur.*

19 Text. in §. si quis per tiginta, *non procedit in Regno sine præsentia Regis.*

20 *Præscriptiones omnes per* l. Imperialem *sunt sublatæ, præter illam centum annorum.*

 21 *Be-*

21 *Bona Fisco delata, vel incorporata quanto tempore præscribantur.*

22 *Princeps etiam si contrahat cum subdito, obligatur, nec potest contractum reuocare.*

23 *Pacta, & conuentiones sunt seruanda.*

24 *Reipublicæ interest, vt pacta, & Principũ conuentiones obseruentur.*

25 *Princeps promittens inuestire Titium, & deinde cōcedat Caio, tenetur Titio ad interesse actione personali, & si vltra promissionem inuestiuit abusiuè, tenetur ad dandum feudum, nec præstando interesse liberatur.*

26 *Princeps obligatur ex contractu merè lucratiuo, sicuti ex vltrò, citroque obligatorio, sicut ex causa, quia potest reuocare.*

DECIS. I.

Inter alia duo proponuntur ab Authore hic, relicta quæstione præscriptionis pacti de retrouendendo, de qua plenè dicam in *decis. seq.* Primum scilicet, quod sicut contra Romanam Ecclesiam spatio centum annorum præscribitur, ita etiam contra Principem.

Secundum, quod Princeps vti priuatus obligatur ex suo contractu.

1 Quoad primum, quamuis contra Romanam Ecclesiam præscriptio centum annorum requiratur, tamen hoc procedit quando agitur contra ipsam Ecclesiam, alioquin si contra habentem ius ab Ecclesia, secus, quia eo casu spatio 30. annorum tantum præscriberetur, ad tradita per *Iaf. in l. fin. C. de Sacrosf. Eccles. Paris. cons. 25. lib. 4. Manent. in decis. Mantuan. 29. nu. 6. Peregrin. decis. Patauin. 143 num 9.* ac *in consil. 14. num. 18 & seq & cons. 16. nu. 19. lib. 1. Thesaur in lib. 4. quæst. forens. q. 47. num. 3. & q. 48 num.* 14 per singularem doctrinam *Bart. in l. si Publicanus. §. fin. q. 1. ff. de public.* dicentis, minori spatio præ-

2 scribi contra nobilem, cui competit ius colligendi pedagium, quam contra Principem, qui concessit, quem sequendo *Bal. in l. 1. col. 5. in 7. quæst. C. de seruit. & aqu.*

3 ait, quod licèt Papa concesserit alicui Castrum de plenitudine potestatis, nihilhominus contra concessionarium poterit præscribi, quia eius possessio non est Papalis, sed priuata, quem etiam sequitur *Vinc. de Franch. in decis. 131. num. 33.* & sic diuersum est ius concessionarij, & ius concedẽtis; prout dicimus de emphyteuta Eccle-

4 siæ laico conuento, qui non potest nominando Ecclesiam, declinare forum Ecclesiasticum, quia diuisum est ius emphyteutæ, ex quo vtile, quod est penès emphyteutam laicum, laicale est, vt sic decisum refert *Gamma in decis. Lusit. 332.* sic quoque, *Carocc. decis. 117. Valasc. de iur. emph. quæst. 17. sub nu. 15.* plenè *Manent. in decis. Mãtuan. 6. à num. 26. vsque ad finem* & sic pluries decisum refert in Senatu *Thesaur. in decis. 22. in princ.* Quamuis Ecclesia accederet ad defensionem emphyteutæ, & vellet causam auocare ad Iudicem Ecclesia-

5 sticum, quod non posset, quia propter ius, quod habet laicus in iudicium vocatus, causa trahitur ad Iudicem sæcularem, vt post *Abbat. in cap. quoniam frequenter, §. in alijs, num. 28. vt lit. non contest.* voluit *Canter. in lib. 2. variar resolut. cap. 13. tit. de reconuent. num. 6.* prout in fortioribus terminis iudicauit S.R.C. in quadam ardua causa, in qua D. Hector Pignarellus directus dominus domorum possessarum per Venerabile Monasterium Sanctæ Brigittæ egerat in Sacr. Consil. contra inquilinos prædicti Monasterij ad faciendum depositum, quod quidem Monasterium cùm potiisset, suos inquilinos non molestari, sed causam prædictam remitti ad Iudicem Ecclesiasticum; tandem per idem S. C. patrocinante D. meo Francisco de Petris Iurisconsulto peritissimo fuit exclusum, fuitque decretum, quod contra inquilinos laicos expediantur literæ exequutoriales, petita remissione non obstante, vt in Ban-

6 ca de Felice. Quod procedit etiam si ipsa Ecclesia tanquam directa domina coram Iudice Ecclesiastico cōueniret emphyteutam pro solutione pensionis, vel ad relaxationem rei ex causa caducitatis, cùm emphyteuta possit causæ prædictæ remissionem petere ad Iudicem sæcularem, cùm vtile dominium, quod est penès emphyteutam, sit quid temporale, & personale, ac separatum ab Ecclesiastico, vt tenuerũt *Panormit. in cap. verum, num. 16. de foro compet. Bursat. consil. 56. nu. 12. lib. 1. Clar. in §. emphyteusis. q. 48. Cald. de nomin. emphyt. lib. 4. ordin tit. 62. §. 3. 4. 12. num. 22.* dicens, sic iudicandum, latè etiam *Author*

7 noster in *decis. 160.* vbi refert decisũ, quod statutum de bonis emphyteuticis disponens, procederet etiam quoad bona emphy-

phyteutica, quæ sunt apud laicos, & pendent à directo dominio Ecclesiæ, sic demũ post omnes, & alios per Senatum iudicatum fuisse refert *Thesa. Iun. in lib. 2. quæst. forens. quæst. 15. num. 8. & seq.*

Et quod diximus de habente ius ab Ecclesia, procedit etiam contra ipsam Eccle-
8 siam, vbi ipsa successisset priuato, contra quem fuerat inchoata præscriptio, nam illa pro præterito vtitur iure priuati, pro futuro verò priuilegio Ecclesiæ, vt tradit *Abb. in consil. 14. lib. 2.* vel quando agere-
9 tur contra alteram Ecclesiam; quia eo casu spatio 40. annorum præscriptio locum haberet, ad notata per *Balb. de præscript. prim. p. par. 5. §. veniens, num. 4. & post eum Put. decis. 252 lib 3. Amat. decis. Ferr. 1. nu. 24 & Peregrin de iur. fisc. lib. 6. tit. 8. n. 42. Abba. in cap. de quarta, de præscrip. column. 2.* vbi latè, & *ibi* sequitur *Felin.* ac *Farinac. decis. 208. nu. 1. p. 1.* etiam in materia feudali, vel emphyteutica, *glos. in cap. ad Audientiam, in verbo principaliter, & ibi Abb. num. 12 & 16. ac Felin. n. 23. vers. limita prædicta sex modis, de præscript. Paris. consil. 27. num. 65. & consil. 101. num. 77. cum seq. lib. 1.* reiecta distinctione *Bal. & Aluar. in cap. 1. qui feud. dar. poss.* vt decisum refert *Guid. Pap. in decis. 161.* subdens, hanc esse veram, & communem conclusionem tàm antiquorum, quàm modernorum, scilicet quod 40. requiratur anni, quã quoque vti veram conclusionem sequitur *Rodoan. de reb. Eccles. non alien. in rubric. de signific. verbor. alien § item sub vocabulo, num. 14.* ac *Rebuff. in compend tit. de reb. Eccles. non alien. nu 36. Aymon Crauet. de antiquit. tempor. q. 8. par. 4 fol.* mihi 180. *Schrader. de feud. part 5. cap 4 num. 6. Gratian. tom. 3. discept. forens. cap. 599. num. 8.* cùm contra Ecclesiam non præcedat *text.*
10 *c. 1. §. si quis per triginta. si de feu. fuer. controu.* secundùm *Alex. in consil. 169. vol. 2.* quod post *Bald. & Præpos. in dict. §. vers. sed pulchrum, & Balb. de præscript. Regens Lanar. in repet. d. §. si quis per triginta, num. 23.* qui argumento vtitur, scilicet quod
11 ob id ad præsumendum contractum emphyteuticum præcessisse, quadraginta anni requirantur, secundùm *glos. in l. 2. verb. re-*
12 *pellere C. de iur. emphyt.* quia regulari videtur lex in præsumptione tituli à tempore requisito in præscriptione. Quamuis in hoc
13 casu nonnulli dicant, quod tẽpus præscriptionis non incipiat currere, nisi à die mortis Prælati alienantis, & successoris legitimè instituti, nã interim Ecclesia diceretur vacare, cùm non haberet qui res suas tueretur; vt decisum in *Rota* habetur in *decis. 7. de rer. permut.* & in Senatu Gratianopolitano testatur *Guid. Pap. in deci. 150.* & suo tempore iudicatum etiam refert *Rebuff. d.*
14 *compend num. 36.* licèt *Surd. in consil. 249. num. 12. uol. 2.* hoc intelligat, quando constaret, Prælatum malè alienasse, & quidam *Incertus Author in addit. ad Alex. in consil. 9. in fin. lit. B. uol. 3.* dicit, hoc procedere quoties alienatio deplorata est, scilicet vbi interuenerit læsio, & sine solemnitate, vel quando Prælatus fuerit dissipator, solitus negligere, & dispẽdere bona Ecclesiæ, alioquin intra quatriennium à tempore contractus peti debet restitutio in integrum, & currit præscriptio viuente Prælato, allegans pro sua opinione *Calderin. in consil. 3. de præscrip.* & dictam *decis. Guid. Pap.* qui verè loquitur in Prælato malè alienante.

Item etiam dicendum de renunciatione alicuius priuilegij per non vsum, cum
15 in priuilegio Ecclesiæ ad hoc vt dicatur per non vsum renunciatum cursus quadraginta annorum requiratur, vt decisum in *Rota* testatur *Put. decis. 251. p. 3.* in nouissimè impressis.

Sic quoquè dicimus de Principe, contra quem licet in reseruatis in signum Principatus non præscribatur nisi spatio centum annorum, ad tradita per *Boer. in decis. 264.* tamen circa præscriptionem feudi contra priuatum bene spatio 30. annorum præ-
16 scribitur, cum præstatione veri seruitij Regiæ Curiæ, vt ex *Constit. huius Regn. Cõsuetudinem, & per Andr. in cap. si quis per triginta, si de feu. fuer. contr. ac per Afflict. in dec. 254. Camil. de Medic in cons. 104. n. 23. & Camil. de Curt. in diuer. iur. feud. fol.* mihi 75. *à ter. nu. 135.* Dummodo aduersarius
17 esset in Regno, aliàs secus, vt ex d. *Constit.* vbi *Affl. in 2. not. vers. super isto,* vel si ille contra quem præscribitur sit eiusdem Pro-
18 uinciæ, vel domicilij, nam tunc præsumitur præsens, adeò quòd onus probandi transfertur in aduersarium prætendentem absentiam, vt sic practicatum, & iudicatum refert *Reg. Cons. de Georg. in alleg. 3.* & ideo hæc præscriptio non procedit contra dire-
19 ctum dominum, hoc est Regem in Regno, qui solus habet directũ dominium in omnibus feudis, ex eo quia Rex semper abest à Regno, vt sic fuisse decisum in R.C.S. testatur *Ann. in repetit cap. j. de vasal. decrep. ætat. in verb. inuestirentur, n. 425.* quem ẽt sequitur, & allegat idem *Camil de Curt. in d. loc. fol. 76. in princ. 1. col.* licèt hæc non

20 dicatur præscriptio, sed pſumptio (inquit)
ex quo per l. Imperialem sunt sublatæ om-
nes, præter illam centum annorum.

Quamuis hæc quæstio latissimè exami-
netur per Regent. Lanar. in repetit. §. si quis
per trigintà, si de feu. fuer. cōtr. ac diffusè per
doctissimum Fuluium Lanarium Aduo-
catum in nostris Tribunalibus primarium
ibi in addit. ad quos me remitto.

Quid autem dicendum erit circa bona
21 Fisco incorporata, vel delata, plenè per
eundem Camill. de Curt. in fol. 73. num. 87.
& Boer. decis. 264. Cācer. in lib. 2. var. resol.
tit. de iurisd. omn. Iudic. cap. 2. num. 122. cū
seq. Consiliar. de Georg. in alleg. 14. num. 15.
vbi centenaria requiritur, prout etiam Ca-
still. in decis. 12. num. 29 lib. 1.

Quòad secundum, quòd Princeps obli-
gatur sicut priuatus ex suo contractu, no-
tat Dec. in c. 1. de probat. & Rip in respons.
22 181. qui subdit, quod locum habet, & pro-
cedit etiam si cōtrahat cum subdito, Lau-
den. in tract. de Princ. conclus. 454. nec po-
test contractum cum eo factum reuocare,
ad tradita per Cano. in cap. 1. & præcipuè
Io. Andr. Butr. & Imol de probat. Abb. in
cap. 1. de constit. licèt enim Princeps habeat
sub se leges, nō tamen habet pacta, & con-
uentiones, iuxtà tradita per Bart. & DD.
23 in l. digna vox, C. de legib. & Canonist. in
cap. pastor. de re iudic. pacta enim, & conuē-
tiones sunt seruandæ, l. iurisgētium §. Præ-
tor ait, ff. de pact. alioquin non esset Prin-
ceps, quia hominum consortio careret,
quod sibi pœnale esset, ad text. in l. hi, qui
sanctam, C. de Apost. infiniti apud Peregr. de
iur. fisc. lib. 1. tit. 3. num. 44. non enim repe-
riret hominem, qui secum contraheret, si
posset à contractu pro arbitrio recedere,
prout dixit Affl. in c. 1. de Cap. qui cur. vēd.
latè etiam Gabriel. comm. conclus. tit. de feu.
conclus. 2. nu. 9 ac plenè Marta in cons. 40.
num. 39. vbi inquit, quòd Reipublicæ in-
24 teresst, vt pacta, & cōuentiones Principum
obseruentur, subdens, quòd etiam in feu-
dalibus cōtractibus factis etiam cum sub-
ditis ex promissione sua obligatur, & con-
tra ipsum Principem promittentem agi
potest, vt si promiserit inuestire Titium, de-
25 inde Caio concesserit, nam Titio tenetur
ad interesse actione personali, & si vltra
promissionem inuestiuit abusiuè, tenetur
præcisè ad dandum feudum, & non libera-
tur præstando interesse, & sic etiam con-
tra successorem agi potest, & pro hoc alle-
gat Andr. in prælud. feud. q. 6. & in cap. 1. de
contr. inuest. & in c. 1. de contr. inter vas. &
alijs de benef. & in c. 1. quid sit inuest. Bald.
in c. 1. §. fin. de noua form. fid. l. & in consil.
26. col. 2. vol. 1. & Capyc. decis. 121. col. 5.
sic etiam pro hac opinione nōnullos col-
ligit Peregrin. de iur. Fisc. lib. 1. tit. 3. num.
45. Et hoc procedit non solum in contra-
ctu vltrò, citròq; obligatorio, sed etiam in
26 merè lucratiuo, vt latè Bald. in c. 1. de nat.
feud & post eum, & alios, quos sequitur
Camill. de Curt. in diuers. iur. feud. fol. 80.
num. 29. vbi secus interueniente causa, vt
etiam Gabriel. loco citato, quia potest con-
tractū reuocare, & sequitur Peregrin. in
dicto tit. 3. num. 2. cum seq. prout latissimè
Dominus meus Fuluu. Lanar. in addit. ad
Repetit. Reg. Lanar. eius patrui ad cap. 1. nu.
12. vers. secundus casus, de his, qui feud. dar.
poss. cum num. seq.

SVMMARIVM.

1 Pacto de retrouendendo præscribitur 30.
annorum spatio, quamuis sint posita ver-
ba, semper, & quandocunque.
Amplia num. 2. & 3.
Contrarium, num. 4.
Sed verior prima opinio, nu. 6.
Limita, num. 22.
Declara, nu. 23
5 Mala fides præscriptionem impedit.
7 Præscriptio tollit omnem actionem.
8 Ex præscriptione plenum dominium quæ-
ritur.
9 Iudex potest ex officio agentem, contra
quem præscriptum est, repellere.
10 Mala fides licèt impediat præscriptionem ad
acquirendum dominiū, non tamen impe-
dit ad confirmationē dominij iam quæsiti.
11 Ad interrumpendam præscriptionem multa
requiruntur.
12 Venditor potest rem venditam, & præscri-
ptam retinere oblato pretio, si aliquo modo
possessionem illius adeptus sit.
13 Retentio de iure ciuili licita est.
14 Exclusa petitione non excluditur retentio.
15 Præscriptio ab emptore per viam exceptio-
nis opponi potest, si tamen possideat.
16 Ius offerendi perpetuatur, quando illud est
sequela exceptionis.
Limita nu. 17.
18 Regula, quæ habet annalia ad agendum esse
perpetua ad excipiendum, declaratur, &
n. 20.
19 Restitutio in integrum elapso quadriennio
per viam actionis opponi non potest per
viam exceptionis.
21 Sententia lata per Iudicem concedendo re-
stitu-

stitutionem, elapso quadriennio est nulla.
24 *Pacto de retrouendendo in contractu censuali nunquam præscribitur.*
25 *Pactum de retrouendendo in contractu censuali censetur appositum.*

DECIS. II.

IN hac decisione quęrit Author, an pacto de retrouendendo sit præscriptũ per 30. annos, quamuis sint posita verba illa, *semper, & quandocunque, & in perpetuum*. Et quia magna DD. fuit controuersia super hac quæstione, ideò tibi candidè Lector ne displiceat, si aliqua longa disputatione ausus sim scribere, cùm pro præscriptione, & sic pro parte affirma-
1 tiua communiter tenuerint *Angel. in consil.55. num. 3. Anchar. consil. 331. num. 1. vers. tertio aduertendum, Balb. de præscript. in 4. p. 5. part. princip. quæst. 3. num. 4 in fin. Gozad. in repet. l. 2. num. 84. de pact. inter emptor. & vendit. Soc. Iun. consil. 145. lib. 1. Decian. consil. 10. num. 52. & seq. lib. 1. & consil. 13. num. 44 cum seq lib. 2. Roland. cõsil. 21. lib. 2.* qui multos refert, attestantes etiam de communi, *Menoch. consil. 143. & consil. 201. nu. 83. cum seq. Gratian. tom. 4. discept. foren. c. 742. n 12. cum seq. Barbos. de præscrip. ad l. sicut 3. nu. 140. Ruin. cons. 167. colu. 4 vol. 1.* qui ait, hoc procedere
2 etiam si dictum esset, quandocunque, & ad omnem voluntatem venditoris, *Boer. dec 351. num. 6. & dec. 143. Cacher. dec 69. Cels. Hugo cons. 58. num. 16. cons. 61. nu. 6. & cons. 64 num. 5. Crauet. cons. 17. Alexan. Trentac. lib. 3. var. resol. tit. de empt. & vẽd. resol. 10. Cauale. dec. 16. nu 1. par. 2.* vbi ait, hanc magis veram, communem, & obseruatam, *Gabr. de præscript. concl 6. num. 16. Mantic. de tacit. & ambig lib. 4. tit. 31. n. 22* nonnulli apud *Cauall. comm. contr. comm. q. 207.* quãuis ipse contrariũ teneat, *Viuius dec. 324 nu. 24. cum seq Thes. in lib. 2 quæst. foren q 72. Marta cons. 81.* nouissime impress. diffusè *Gutier. de iuram. confirm. p. 3. c. 1. per tot. Polydor. Ripa obser. 162. per tot. Octau. Vulpel in tract. de diction. & aduerb. in diction. in verb. quandocunque, num. 1.* etiam si promisisset vẽditori, & hæredibus suis quandocunque, cum illa facultas redi-
3 mendi præscribatur spatio 30. annorum, *l. 2.* vbi *glos* notat, quòd expressio hęredum fuit facta ex abũdanti, *C. de pact. inter emp. & vend.* vbi latè *Lupus de vsur. in §. 3. nu. 100. & Cagn. n. 83. ac Ruin. cons. 150. lib. 4.*
4 Contraria verò est aliorum opinio s. huic pacto non posse præscribi, tradunt *Fulgos. cons. 123. Fab. de Mont. de empt. & vend. in 7. quæst. princ. col 2. Barbat. cons. 22. col. 7. vers. capio nunc, vol. 4 & cons. 51. col. 7. vers. capio secundum. vol. 1 Fachin. lib. 1. cõtrou. c. 13.* latè *Cassan cons. 11. lib 1 col. 4. vsq; ad fin. & in Consuetud Burg. fol. 303. col. 1. Andr. Siculus cons 51. n. 10 lib. 1. Gomes. var. resol. c. 2. n. 28 Valasc. de iur. emph. q. 11. n. 17 Rot. Auenion. dec. 129 n. 4. Gigas cons. 58. nu. 8. & 20* prout secundùm hanc opinionem decisum fuisse in Camera Imperiali dicunt *Gayll. lib. 2 obseru. obseruat. 18. nu. 4. Minsynger. cent. 1. obseruat. 16.* sic etiam *Magon. decis. Flor. 105. Gutierrez in l. nemo potest, nu. 468. cum seq. de leg. 1.* multos colligit D. meus *Regens Rouit. in prag. 1. de pact. de retrouend num. 4* licèt ipse in nullam descendat partem. Et rationem
5 reddunt, quia emptor propter tale pactum est in mala fide, nam sciebat se teneri, quæ mala fides præscriptioné impedit, *cap. possessor malæ fidei, de reg. iur. in 6. cap. vigilanti, & cap. vltim. de præscript.*

Tamen quicquid sit de hac controuersia quòad me non recederem à prima opinione, quod spatio 30. annorum huic pacto
6 præscribatur, prout hanc reperi esse communiorem, & tanquam talem ab omnibus amplexam, tàm in consulendo, quã in iudi-
7 cando, vt ex supra citatis DD. cũ n hæc præscriptio tollat omnẽ actionem, *l. si quis emptionem 8. C. de præscript. 30. vel 40 ann. cap. ad aures, de præscript. Paris. cons. 93. nu. 19. lib. 3.* & ex hoc tẽporis decursu plenum
8 dominium quæritur, vt latè comprobat *Couar. in reg. possessor, in princ. 3. par nu. 2. Pinell. in auth. nisi triennale, nu. 37. C. de bon. mater. Vasq. contr. illust. cap. 54 Fachi.*
9 *lib. 1. controu. cap 70.* Hinc est, quòd potest Iudex ex officio eũ, contra quẽ pręscriptũ est repellere, *Butr. & Abb in d. cap ad aures in vltim. not. Paris. consil. 1. nu. 121. vers. ex quo sequitur, vol. 1.* subdens, posse etiam litis ingressum impedire, post *Bartol. in l. si pupilla §. videamus, in fin de negot gest* cum plenissimam pariat securitatem, *Affl. in decis. 13. nu. 3.*

Nec mouet ratio illa, quòd emptor dum sciebat se teneri, dicatur in mala fide, & sic non posse præscribere; nam respondetur
10 pluribus modis. Primò, quòd licet mala fides impediat pręscriptioné ad acquirendũ dominium, non tamen impedit ad confirmationem dominij iam quæsiti, vt concludit *Anchar. in reg. possessor, de reg. iur. in 6. Rub. Alexand. cons. 3. numer. 10. Decianus*

confil. 10. num.64. lib.1. Thobias Nonius
conf 17. Amat. confil.96. num. 34. cum feq.
Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 31.
num. 23.
Secundò, quia quotiescunque quis ad
aliquid no tenetur, absque interpellatione
præscriptio currit, Abb.in cap.vltim.nu.21.
de prascript. Sed in hoc casu non solum
11 interpellatio, sed etiam oblatio, & datio
requirūtur, qui enim redimendi iure vtitur,
obligatus est numerare, & alter accipere,
dicit Monter. in decis. 2. num.54. & 55. ac
Cartar.in decis.Rot.Ianuens.69. nu.23. Et
sic implementum requiritur ex parte ven-
ditoris, non autem emptoris, quia ex parte
venditoris actus est voluntarius, & ex parte
emptoris necessarius, l. fideicommissa, §. si
rē, ibi, sed si debitor vltrò pecuniam obtulerat
quam offerente ipso non potuit non accipere
ff.de leg.3.Casanat.cons.9.nu.59.Surd. Au-
thor noster de Aliment.tit.9 q.42. num.22.
et 23.cum seq. Et sic ante pretij numeratio-
nē emptor non tenetur retrouendere, Dec.
in l.petens, nu.7.C.de pact. Tiraq.in l.si vn-
quam, in verbo reuertatur, num.310.cum
seq.de reuocan.donat.& de retract.conuent.
§.1.glos.2.num.27. sic demum idem Man-
tic.num.24.& 25. ac Gratian. in tom.1.di-
scept.forens.cap.2.num.28.
12 Quamuis hoc possit limitari, quando
venditor aliquo modo adeptus esset pos-
sessionem oblato pretio, nam tunc poterit
eam retinere, non obstante præscriptione
30.annorum, vt singulariter Mantic. in cit.
tit.31.nu.26. Addo Molignat.in tract.de re-
tent.in quæst.117. vbi multos colligit, sub-
dens etiam in foro conscientiæ, si res deue-
nerit absque vitio, & inter alios pro hoc al-
legat Rip.in l.nemo potest, nu.103. de leg.1.
13 qui imò dicit, quòd etiam de iure ciuili li-
cita est retentio, per l.si quis emptionis C.de
prascript. 30. vel 40. annorum, in quam
sentētiam tanquàm veriorem deuenit Pa-
14 normit.in cap.pleriq; de immunit.Eccl. cum
exclusa petitione nō excluditur retentio, l.
debitori, vbi Bald. & alij C de pact. Honded.
cons.75.num.30.vol.2. Barz.decis.108.nu.
38. Cost.de fact.scient.et ignor.centur.2.dist.
27.n.13. Capyc.decis.119.nu.8.vbi Masull.
num.2.& decis.11.nu.1.Giurb. post alios in
decis.60.post num.7.& Manent. in decis.
Mantuan.36. nu 10. Et ratio est, quia hæc
15 præscriptio per viam exceptionis ab em-
ptore aduersus venditorem opponi potest,
si tamē possideat, alioquin si nō possideat,
secus, vt notat Mantic.de tacit.& ambig.in
cit.tit.nu.26. quia sicut natura exceptionis
est perpetua, l. puri, §.vlt.ff.de dol mal. ex-
cept. ità ius offerendi pretium, & redimen-
di intelligitur esse perpetuum, nulloq; tem-
pore præscribi, l. Paulus §.1. ff. quib. mod.
pign. sol. ita etiam Cacheran. in decis. 115.
prout Tiraquel. de retract.conuent d glo. 2.
n.30. vbi etiam si nō sit appositum verbum,
quandocunque, vel aliquid æquipollens, &
hoc voluit dicere Thesaur.in dec.157.n.10.
16 dum ait, quòd vbi ius offerendi est sequela
exceptionis, tūc illud perpetuatur, sic quo-
què Put.in dec.5. vbi inquit, quòd statutum
inducens præscriptionem locum non ha-
bet contra eum, qui per viam exceptionis
aliquid petat, sed per viam actionis, quod
etiam notauit Marescot.in lib.2.var.resol.
c.67.n. 42. & sequitur Gratian.in tom.4. di-
scept.forens.c.745. n 81.
Sed hoc procederet, vbi quis principali-
17 ter aliquo impedimēto, agēdo ius redimē-
di proponere non posset, quia eo casu vera
18 esset regula illa, quæ habet, annalia ad agē-
dū, perpetua esse ad excipiēdum, ex text.l.
puri §.fi.ff.de dol.mal.excep. secus verò quā-
do potuit, quoniā deindè excipere nequi-
ret, vt sumitur ex tex.d.§ fi. Hinc habemus,
19 quòd & si restitutio in integrū elapso qua-
driennio per viam actionis peti non posset,
l.fi.C.de temp.in integr.rest.& c.1.& 2.de
restitut.in integr.in 6. per viam exceptionis
proponi non prohibetur, ità Faber lib.2.
Cod.tit.32.de temp.in integ.restit.defin.4.&
tit. 28. vbi, & apud quem cognit.in integr.
restit. defin.1. vers.sed cum restitutio. Hoc
tamen verum erit, vbi per viam actionis re-
medium proponi non posset, quod secus,
vbi potuisset, quia nequiret excipere, ità
Paul.de Cast. in l.nam & postea §.si minori
ad fin.ff.de iuretur.Socin.in l.2.nu.5 ff.de
except.& in l.naturaliter §. nihil commune
ff.de acquir.possess.Gom.tom.2.var.resolut.
cap.14.ante n.9.vers.& plenius, & hanc uti
cōem, & ueriorē sequitur Cald.in l.si cura-
torē habens, ver.infra legitima tempora, nu.
15.de in integr.rest. ubi latè respondit dictæ
regulæ l.puri §.fin. Sic etiā in Senatu iudi-
catum testatur Capel.Tholos.in dec.239. &
latè post Alberic.Dyn.& Cyn. tradit Sfort.
Odd.de in integr.restitu q.19.n.50. reddens
eandem rationem, scilicet quòd exceptio-
20 nes tunc sunt perpetuę, ubi non est in po-
testate ipsius rei agere, aliàs sunt tempora-
les, ut etiam inquit idem Faber in addit. in
fin.d.defin.4. quod sequitur Anguissol.cons.
48.nu.1.lib.3.Tusc.lit.R.concl.297. nu.88.
Giurb.dec.106.n.2. uers.nàm si temporalia,
& Alexand.Trentacinq.lib.2. uariar.resol.
tit.

tit. de restitut. in integr. resolut. 4. *num.* 13.
21 vbi subdit, quòd si elapso quadriennio sententia esset data per Iudicem concedendo restitutionem, erit nulla, ex *Anchar. Bald. Dyn.* & alijs.

Verùm limitatur prima conclusio, quãdo in promissione de retrouendendo esset
22 adiectum iuramentum cum hypotheca bonorum, quia eo casu istud ius perpetuaretur vsque ad 40. ann. imò ad centum annos, vt voluerunt *Cagnol. in l.* 2. *n.* 86. & 88. *in fi. C. de pact. int. empt. & vẽd. Craust. consil.* 71. *num.* 2. *Cacheran. in decis.* 69. *num.* 12. *Sol. in decret. antiq. Sabaud. tit. de pact. inter empt. p.* 1. *glo.* 1. *nu. fin. Viu. dec.* 324. *nu.* 27. *& seq. Mart. consil.* 81. *nu.* 3. *Roland consil.* 25. *lib.* 2. *Rot. Auenion. apud Hieron à Laurent. dec.* 129. *Thesaur. in lib.* 2. *quaest. forens. quaest.* 72. *num.* 4. vbi dicit, durare vsque ad 40. ann. subdens, sic Senatum solere iudicare, prout in hanc quoque opinionem deuenerunt *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 31. *nu.* 19. *Octau. consil.* 21. *nu.* 4. *Barbos. de praescript. in l. sicut* 3. *nu.* 140. *Porydor. Ripa in d. obser.* 162. *& Vlpell. in tract. de diction. & aduerb. in verb. quandocunque.*
23 Quod intellige contra ipsum emptorem, secus aũt si res non reperiretur penès emptorem, vel eius hæredes, sed penès tertium bonæ fidei possessorem, quia tunc illud ius spatio 10. annorum inter præsentes, & 20. inter absentes præscriberetur, vt latè *Tiraq. de retract. lign.* §. 1. *glo.* 10. *n.* 11. & §. 36. *gl.* 2. *n.* 36. *in fi. Carpan. ad Cõst. Mediol. c.* 417. *nu.* 216. *in fi. cum seq. Gratian. tom.* 4. *discept. c.* 741. *num.* 14. *Afflict. & Vrsil. in dec.* 139. & *Thesaur. in d. q.* 72. *n.* 4. vbi id procedere dicit, si non adesset constitutum, nam eo casu interuersa diceretur possessio, quæ spatio 40. ann. subsisteret, prout etiam in *addit. ad suum genitorem in dec.* 157.

Secundò limitatur illa prima conclusio, quando essemus in contractu censuali an-
24 nuorum introituum, quo casu redimendi libertas remaneret absq; vlla temporis præfinitione, etiam si adesset pactum ad tempus, cùm illud tanquam illicitum reijcitur, vt latè *Couar. in lib.* 3. *var. resol. c.* 8. *num.* 6. *Sese dec.* 110. *nu.* 6. & 7. & *Farinac. dec.* 14. *nu.* 6. & ita non obstante hoc pacto semper admittitur reemptio, vt ex communi DD. sentẽtia, ac multis decisionibus S.C. & aliorum Tribunalium testatur *Camil. de Medic. in consil.* 114. Quod procedit etiam si hoc
25 pactum redimendi non fuisset appositum, vt in vtroq; casu loquitur *Poller. ad prag.* 1. *de cens. & Cene. de cens. p.* 2. *c.* 1. *q.* 3. *ar.* 7. vt sic decisum fuisse refert *Ann. in alleg.* 11. *n.* 20. & sic sæpè decisum testatur in pluribus Tribunalibus *Fontanel. de pact. nupt. claus.* 4. *gl.* 18. *p.* 5. *n.* 62.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum perpetuat actionem vsq; ad 30. ann. Intellige n.* 3.
2 *Iuramentum impedit praescriptionem statutariam. Declara num* 5.
4 *Praescriptioni quando intelligatur renũciatum per iuramentum.*
6 *Statutum annullans instrumentum non dicitur annullare contractum in eo contentum, si aliundè contractus probari possit.*
7 *Vasallus propter fidelitatis iuramentum contrà Dominum nunquam praescribit, quando Dominus est in possessione iuris vasallagij, etiam si de seruitijs praestandis non fuerit interpellatus.*

DECIS. III.

De quæstione huius decisionis licèt satis scripsissem in decisione præcedenti, tamen duo non omittam notare, primum scilicèt, quòd quãuis sit vera, & communis cõclusio illa DD.
1 quòd iuramentum perpetuat actionem vsq; ad 40 ann. & successiuè impediat præscriptionem, vt latè *Bertaz. in consil.* 26. *n.* 29 *Balb. de praescr. p.* 4 *partis vlt. q.* 2. *n.* 3. *Hondod. consil.* 82. *nu.* 61 *lib.* 1. *Gratian. tom.* 3. *discep. c.* 490. *n.* 9. licet *in tom.* 1. *c.* 2. *n.* 5. dicat, per Rotam fuisse decisum vsq; ad 30. ann. *Manent. in decis. Mantuan.* 46. *n.* 1. *Gutier. de iuram. confir. par.* 3. *num.* 8. *Costa de fact. scien. & ignor. cent.* 1. *dist.* 75. *n.* 10. *Mantin. de iuram. p.* 4. *effect.* 85. *n.* 1. *Ierem. Setzerus de iuram. lib.* 1. *c.* 25. *n.* 121. *Mart. consil.* 115. *num.* 12. nouiter impress. *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 4. *gl.* 18. *p.* 5. *n.* 60. *Puteus dec.* 116 *p.* 1. *Borell. consil.* 40. *n.* 35.

Hinc est, quò si statutum prohibeat post decem annos debitum perere, & in contractu sit appositum iuramentum, non obstan-
2 te lapsu temporis à statuto præfixi, debitũ peti potest, *Prec. de praesent. instr. p.* 10. *q.* 1. *n.* 13. *Balb. de praescrip. p.* 2. 3. *part. prin. q.* 14. *n.* 12. *Port. in suis concl. lib.* 1. *reg.* 10. *per tot.* cum alijs per *Gras. de except. in praelud. nu.* 214. ex quo iuramentum perpetuat actionem, vt supra.

Et ratio omnium supradictorum est quòd iuramentum habet vim litis contestatæ,

ſtatæ, & quòd per ipſum intelligatur renunciatum præſcriptioni.

Tamen intelligenda ſunt ſupradicta in iuramento conuentione partiū delato creditori, vel actori, & ſic deciſorio, in quo caſu habet vim litis conteſtatę, ſecus autem
3 in iuramento confirmatorio, & promiſſorio, veluti quando quis promittit ſe obſeruaturum contractum, per quod non alteratur natura ipſius contractus, ſed habet eundem intellectum, & recipit eandem iuris interpretationem prædicti pacti in contractu appoſiti, prout poſt *Angel. Feltn. Balb. Boer. in dec. 182. n. 7. Rebuff. in l. 1. n. 101. de ſent. quæ pro eo, quod int. prof. Roder. Suar. in l. poſt rem iudicatam ff. de re iud.* quam eſſe communem poſt nonnullos teſtatur, & ſequitur *Gutierrez in tract. de iuram. confir. p. 3. c. 1. per tot.* ad intelligentiam *tex. t. l. nam & poſtea, § ſi is, qui temporali, ff. de iureiur.* reſpondendo contrarijs, eamq; quoq; opinionem tanquam communem amplectitur *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 31. n. 28. 29. & ſeq.* qui ibi ſubdit, quòd ſic etiam procedit quod dicitur de renunciatione præſcriptionis per iuramentum, quòd tunc lo-
4 cum habet, vbi quis ſpecialiter renunciauerit præſcriptioni, & ſuper hac renunciatione interpoſuerit iuramentum, quod ſecus eſſet, quando adeſſet ſimplex iuramentum; nam illud poteſt habere intellectum ſimplicis confirmationis ſecundùm naturam pacti, ſuper quo fuerit interpoſitum, prout ſic poſt longam diſcuſſionem, & poſt multos refert fuiſſe deciſum in Rota Romana *Gratia. tom. 1. diſcept. c. 2. num. fin.* licèt (ſecundum aliquos) huic pręſcriptioni introductæ in odium negligentis non poſſit renunciari, & hoc ob fauorem publicum, vt ſit finis litibus, vt tenet *Capell. Tholoſ. deciſ. 220. vbi Addent* ſed contrarium *Mancinus loco cit. par. 4. effect. 85. n. 4* multos pro hoc colligit *Manent in dec. 46. n. 28 & ſeq.*

Nec obſtat quod dictum eſt de ſtatuto inducente præſcriptionem debiti, quòd nō habeat locum in debito iurato, quia hoc nō ſimpliciter procedit, ſed cum diſtinctione, ſcilicet, aut ſtatutum hoc inducit ſimpliciter præſcriptionem, & non tollit vires inſtrumento, ità quòd eum non annullat, & tunc credo, quòd benè procedit opinio eorum, qui tenent, quòd per iuramentum perpetuatur actio, & impediatur hęc pręſcriptio ſtatutaria; ſed cum declarationibus, vt ſupra. Aut verò tollit vires inſtrumento, ità quòd illud nullam fidem faciat, (quòd ſtatutum validum eſt) vt ex multis per *Rot. in deciſ. diuerſ. 108. num. 1. par. 1. & deciſ. 104. nu. 2. part. 2.* & tunc ſublato inſtrumento
5 tollitur quoque iuſiurandum, tanquam acceſſorium, dummodò tale iuramentum nō poſſit aliter, quam per inſtrumentum probari, & ſic haberet locum præſcriptio ſtatutaria, & nō perpetuaretur actio, vt declarat *Put. in deciſ. 1. 6. nu 3. lib. 1.* & latè poſt multos concludit noſter *Author in conſil. 361. nu. 12. & 13 lib. 3.* ſic quoque poſt omnes *Grat. in tom 3. diſcept forenſ. cap. 490. nu. 10 & ſeq. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 83. nu. 84* & latè *Fachin. in conſil. 30. nu. 4 & 5. vol. 2. idem Seraphin. in deciſ. 718 nu. 1. Mobed. in deciſ. 227. Put. deciſ. 114 nu. 3. lib. 1. & 511. & 216. de conſtitut.* Alioquin ſi poſſit probari tale iuramentum aliter, quàm per inſtrumentum, tunc eſſet ſecus, vt notat noſter *Author loco citat.* & *Grat. in dict. cap. nu. 14.*

6 Quia ſtatutum annullans inſtrumentum non dicitur annullare contractum in eo contentum, ſi aliundè contractus probari poſſit, *Alex. conſil. 170. nu. 3. vol. 7. Socin. conſ 92. col 6. vol. 3. Aſin de exequ. in prin. nu. 12. Decian. conſil. 64 n. 39. lib. 3 & conſil. 29. nu. 8 & 81. lib. 2. Pont. in conſil. 2. nu. 207. Roland. conſil 43 nu. 18. & ſeq. vol. 3. Caroc. de locat. & conduct. tit. de verb. ſignificat. quæſt. 14 nu. 4. Author* noſter in *conſil. 80. nu. 29 conſil 44. nu. 23. lib. 1. & conſil. 318. nu. 17 lib 3. Marcabr. conſil. 58. num. 142. Alb. Mand conſil. 223 nu. 22. & conſil. 225. nu. 20. Bellon. conſil 22. nu 6.*

Circa verò ſecundum nota, quòd vaſal-
7 lus propter fidelitatis iuramentum contra Dominum feudi nunquam præſcribit, etiā ſi centum prætereant anni, quando Dominus feudi eſt in poſſeſſione iuris vaſallagij, etiamſi de ſeruitijs præſtandis nnn fuerit interpellatus, *c. 1. § licet vaſallus, & ibi Bal. n. 1. Aluarot. n. 1. Prepoſ. n. 1. & 2. Affl n. 1. & 2. ſi de feu. defunct. cont. idem Aluarot. tit. ſi de feu. fuer cont. §. 1. in 2 not. Bellon. in c. 1. n. 16. de pac & treug. Felin. in cap. cum acceſſiſſent, n. 26. cum ſeq. de conſtit. Bart. in l. in ſilyę, n. 2. C. de decur. lib 10 & in l. cum ſeimus, n. 2. C. de agric & cenſ lib. 11.* & facit *tex. in c. 1. de feud ſine culp. non amitt & c. 1. §. ad hæc, hic finitur lex, Serader. de feud. p. 6. c. 6. n 62. Parit de Put. de reinteg. feu. c 65 n. 6. Balb. de præſcript. 5. p. 4. par. princ. q. 1. n. 4. Gayl lib. 2. obſer. 69. n. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum datur aduerſus præſcriptionem triginta, vel quadraginta annorum ex capite ignorantiæ, vel ex clauſula,* ſi qua mihi iuſta. *Contrarium num.3.*

Amplia etiam ſi ageretur inter perſonas priuilegiatas, nu.4.

Verior prima opinio, num.6.

Amplia, nedum in minori, & Eccleſia, ſed etiam in maiori, nu.8.

Limita, num.9.

Declara, num.14.15.& 20.

2 *Quadriennium ad petendum reſtitutionem in integrum non currit, niſi à die ſcientiæ, etiam ſi labantur* 100 *anni.*

5 *Præſcriptio 40. ann. pleniſſimam parit ſecuritatem tam contra ſcientem, quàm contra ignorantem.*

7 *Reſtitutio in integrum datur tàm Eccleſiæ, quam maiori aduerſus bona emphyteutica empta vti franca, & libera, ac poſſeſſa ſpatio 40. ann.*

10 *Reſtitutio in integrum aduerſus lapſum temporis quadriennij an, & quando competat nu.11.& 12.*

13 *Eccleſia vel minor in ſubſidium reſtituitur, vbi Prælatus, vel tutor non eſſent ſoluendo.*

16 *Scientia præſumitur ex inſtrumentis, & ſcripturis penès ſe exiſtentibus.*

Intellige vbi eſſet perſona habilis ad ea intelligenda, num.17.

18 *Scientia ex conſanguinitate præſumitur, maximè inter patrem, & filium, & factũ eſſet notabile.*

19 *Scientia Officialis de aula Principis, dicitur ſcientia Principis.*

20 *Reſtitutio ex eo, quod pacto de retrouendendo non ſit vſus, non conceditur, niſi probata etiam læſione.*

Item, vt probet vltrà impedimentum, pecuniam præ manibus habuiſſe pro recemptione, num.21.

22 *Læſus quis non dicitur in prælatione feudi, quando non probaretur, habuiſſe pecuniã neceſſariam ad illud emendum.*

23 *Reſtitutio reddit quod læſio abſtulit.*

24 *Reſtitutio in integrum non datur lapſo termino dato ab homine.*

Amplia, etiam ſi habuiſſet pecuniã promptam, & expeditam, num.25.

Sed contrarium, num.26.

27 *Reſtitutio in integrum an ſit concedenda ex clauſula generali, vbi minori, vel Eccleſiæ eſſet conſultum aduerſus tutorem, vel Prælatum, variæ recenſentur opiniones, & n.31.45.50.& 56.*

28 *Pupillus habet electionem agendi contra tutorem, vel tertium, vbi non facto tutoris, ſed tertij fuerit læſus, & n.56.*

29 *Reſtitutionis remedium dicitur extraordinarium, & ſubſidiarium.*

30 *Pœna ſuos authores tenere debet.*

32 *Minor ex clauſula generali reſtituitur aduerſus omiſſas probationes per eius Procuratorem.*

Intellige probata læſione, n 36.

Item aduerſus omiſſam proſecutionem appellationis, quamuis tutor eſſet ſoluendo, num.33.

Amplia etiam non probata læſione, n.35.

34 Tex. l. properandum §. fi. C. de iudic. *procedit in peremptione inſtantiæ cauſæ principalis, & non appellationis.*

37 *Remedium extraordinarium non ceſſat per ordinarium, quando agitur contra diuerſas perſonas.*

Intellige, vbi ex titulo minorum, non ex clauſula generali reſtitutio peteretur, num.38.

39 Tex. in §. ſi pupillus, auth. de hær. & falcid. *declaratur.*

40 *Reſtitutio in integrum ex clauſula generali aduerſus geſta per Procuratorem non cõceditur, niſi illo prius diſcuſſo, ſi ſit ſoluendo.*

Limita, ſi facilis regreſſus pupillo non daretur, nu.41.

42 Anna ſingul. 607. *explicatur, & n.44.*

43 *Omiſſio appellationis Procuratoris non præbet iuſtam cauſam petẽdi in integrum reſtitutionem.*

46 *Minor aduerſus lapſum temporis quando reſtituatur, licèt tutor eſſet ſoluendo.*

47 *Inter reſtitutionem ex titulo minorum, & ex clauſula generali differentia conſtituitur.*

48 *Hæres pupilli reſtituitur ex clauſula generali aduerſus aditionem omiſſam.*

Declara, nu.49.

51 Sfort. Odd. de reſtitut. in integr. q.22. ſub num.28. *confutatur, & n.54.*

52 *Ignorantia non eſt iuſta cauſa petendi reſtitutionem in integrum aduerſus temporis lapſum.*

53 *Paupertas quando iuſtam præbet cauſam petendi reſtitutionem in integrum aduerſus lapſum temporis.*

55 Put. deciſ. 436. p. 2. in nouiſſima impreſſione, *declaratur.*

57 Tex. in l. 3. & fin. C. ſi tutor vel curator. *declarantur.*

58

58 *Ecclesia etiam ex clausula generali restituitur aduersus lapsum tẽporis, si Prælatus, vel alius administrator non sit soluendo.*

59 *Exequutio suspenditur pendente causa restitutionis in integrum, quamuis aduersarius aduersus eam aliam cõmissionem obtineat cum clausula,* Quòd Iudex procedat ad legitimam exequutionem.

Limita, quando fuerit cœpta exequutio, vel si fuerit præstita cautio, vel vbi vehiment calumnia vigeret, nu. 61.

Item, vbi fuerit denegata restitutio, & ab eo decreto esset appellatum, n. 62.

60 *Clausula in commissione posita,* Vt Iudex procedat ad legitimam exequutionem, *intelligitur, prout de iure.*

63 *Expeditio causæ principalis non impeditur pendente reclamatione alicuius decreti alterius incidentis.*

64 *Exequutio quando dicitur cœpta ad finem vt non impediatur ob petitam restitutionem in integrum.*

Et quid vbi fuerit expeditum mandatum de parendo, n. 65.

DECIS. IV.

MAxima fuit DD. controuersia
in hac quæstione, de qua no-
ster *Author* hic, si aduersus præ-
scriptionem 40. annorum ex
capite ignorãtiæ, vel ex clausula, *si qua mihi*
1 *iusta*, detur restitutio in integrum: Cùm pro
affirmatiua est *glos. in l. qui filium, §. Sabi-
nus, ad Trebell. & Bart. in l. Aemilius, num.
5. ff. de minor. & in l. 1. §. si quis propter inu-
dationem ff. de itiner. act. priuat. & in l. cum
filius § in hac, de verbor. obligat. & in l. 2.
C. si aduer. vend. pign.* & hanc communem
esse, ait *Mandel. in consil.* 634. *nu.* 2. magis
communem inquit *Roland. consil.* 68. *num.*
21. *lib.* 3. *Hondea consil.* 83. *nu.* 19. *&* 66 *cõ-
sil.* 84. *nu.* 6. *vol.* 1. & de hac magis commu-
ni testatur *Petr. de fideicommm. quæst.* 14. *nu.*
259. *Sfort. Odd. de integr. restit p.* 2. *quæst* 90.
artic. 6. nonnullos refert *Alex Trentacinq.
in lib.* 2. *var. resolut. tit. de in integr. restit. re-
solut.* 1. multos quoq; colligit *Rot. Ianuens.
in decis.* 203. *in fin. Ioseph. Ludoui. decis. Lu-
cens* 52. *num.* 47. *& decis.* 48. *nu.* 23. dicens,
hanc veriorem esse, quam vti eam sæpius
Rota fuit amplexa, vt in *decis. diuersorum*
39. *nu.* 3. *part.* 3. *lib.* 2. *Peregr. decis.* 43. *lib.* 2.
Afflict. in decis. 37. 40. *&* 329 *Vrsill. ad eum
in decision.* 13. sic declaratum refert *Ma-
gon. in decis. Rot. Lucens* 77. *nu.* 13. *Caualc.
decis.* 27. *de iud. in veter. impressione, nu.* 44.
hanc quoq; tuetur *Barz. in decis. Bonon.* 101
nu. 13. *& multis seq. Boer. decis.* 29. *Mohed.
decis.* 13. *Petr. de Benint. decis.* 69. *Osasch. de-
cis.* 69. *Intrigliol. decis.* 28. *n.* 19. *&* 20 *Castill.
in decis.* 194. *nu.* 72. *par.* 2.

Et ratio est, quia ad petendam restitu-
2 tionem in integrum datur quattriennium,
quòd cùm sit vtile, non debet currere nisi à
die scientiæ, ita vt etiam si labantur centum
anni, stante tamen ignorantia, si à die scien-
tiæ non fuerunt elapsi quatuor anni, adhuc
possit in integrum restitutio peti, per mira-
bilem doctrinam *Bald. in l. falsam C. si ex
fals. instrument.* quem sequuti sunt nonnul-
li, quos refert *Menoch. de præsumpt. in lib.* 1.
quæst. 71. *idem Ioseph. Lud.* & omnes supra-
citati DD. sic etiam *Thesaur. in dec.* 133. vbi
in fin. subdit, sic decisum per Senatum, &
hanc demum post multos sequitur *Alex.
Trentacinq. in consil.* 54. *lib.* 1. vbi maximè,
quando quis ignoraret rem propter muta-
tionem personarum.

Contrarium alij autem voluerunt, & sic
3 pro opinione, quam sequitur noster *Author*
hic, scilicet restitutionem ex capite igno-
rantiæ aduersus præscriptionem hanc 40.
annorum peti non posse; vt ex traditis per
Crauett. de antiq. tempor. §. materia ista, par.
4. *nu.* 46. sic quoq; *Pinell. Sarmient. select. in-
terpret. Vasq. controuers. Illustr.* qui 23. fun-
damentis hoc firmat, & alij apud *Thesaur.*
hanc opinionem sustinentem in *decis.* 134.
per tot. subdens, sic per Senatum fuisse de-
4 cisum, etiam si ageretur inter personas pri-
uilegiatas; & ibi eandem opinionem am-
pliat eius *filius in addit.* subdens, hanc esse
veram, & iustissimam, & ab ea non recedẽ-
5 dum. Cùm hæc præscriptio plenissimam
pariat securitatem, tàm contra scientem,
quàm contra ignorãtem, ex *l. vlt. C. de præ-
script. long. temp. & l. omnes C. de præscript.
30. vel 40. annorum,* nam si hæc præscriptio
locum non haberet contra ignorantes, res
iret in infinitum; cùm nouæ lites, & dubi-
tationes exorirentur, prout etiam notat
Verall. in decis. 333. *p.* 2. & successiuè eluso-
ria esset ista præscriptio, ac inutilis securi-
tas.

Verùm quicquid sit de hac cõtrouersia,
6 ego non recederem à priori opinione, tan-
quam communiori, & ab omnibus, tàm in
consulendo, quàm in iudicando amplexa.
Cùm ignoranti nulla currat præscriptio, vt
notant citati DD. & plenè etiam *Amic. in
tract. de iur. emphy. q.* 53. *per tot* dicens, hoc
procedere, etiam aduersus bona emphy-
teutica, quæ quis emerit vti libera, & fran-

ca

ca,& ea poſſederit ſpatio 40.ann.quia etiã
7 aduerſus hoc ius præſcriptum datur reſti-
tutio in integrum,tàm Eccleſiæ,quàm ma-
iori ex capite probabilis ignorantiæ, cùm
non valenti agere ,nulla currat præſcrip-
tio,ex l.1.ad fin.ff.de annal. except. authen.
niſi triecennale , vbi plenè Pinell. C. de bon.
matern. & hoc tàm in non valente agere
propter impedimẽtum iuris , quàm facti ,
prout pulchrè Pinell. qui ſupra ; & noſter
Author in deciſ.151. nu.4.prout etiam Pe-
regr.de fideicom.art.41.num. 17. vbi etiam
in centenaria præſcriptione, & ea,de cuius
initio non eſt hominum memoria, vt tenet
Gabriel.ab eo relatus in conſil.163. nu. 16.
& ſeq.ſic etiam Petr. de Gregor. de conceſs.
feud.p.2.q.10.& Socin.conſil.76.nu. 86.lib.
1. Et quamuis Molin. (vt inquit Peregrin.
loco citat.) de primogen.lib.4.cap.10. ſub nu.
10.& Decian.conſ.24.nu.108.cum ſeq.lib.1.
aliud tentauerint, nihilominus contrarium
fuit per Rotam declaratum, & ſic quoque
ipſum in facti contingentia obtinuiſſe , qui
etiam loquitur in feudalibus,& hoc proce-
dit nedum in Eccleſia,minore,& in alijs lo-
8 cis,& perſonis priuilegiatis, ſed etiam in
maioribus , vt Intrigliol. in dicta deciſ. 28.
Honded. in alleg. conſil. Caſtill. in cit. deciſ.
Vrſill.& alij,pro prima opinione collecti,
plenè etiam Sfort. Odd. in d. q. 90.in 6.ar-
tic. contra ea , quæ dixit Pinell. loco cit. &
latiſsimè ſcripſit Ioſeph. Ludouic. qui ſu-
pra.

Benè verum hęc concluſio limitatur , &
declaratur pluribus modis. Primo, quòd
procedat,dũmodo petatur intrà quadrien-
9 nium,numerandum à die ſcientiæ, quia, vt
dixi,primus annus eſt vtilis , reliqui autem
continui,vt notat Capyc. in deciſ. 4. nu. 25.
Papazon.in addit.ad deciſ.Rot.2.de reſtit.in
integr.prout tenuit ead.Rot.apud Peregr.in
d. dec.43.lib.2. quæ vtrũque decidit,ſcilicet
dari reſtitutionem in integrum, & quadriẽ-
nium durare etiam per centum annos,data
ignorantia,ſequendo opinionẽ in pręalleg.
q.29.& Sfort.d.q.90.

Verùm in hac limitatione poſſet dubi-
tari,an ſi dicta reſtitutio non fuerit petita
infrà quadriennium à die ſcientiæ, compe-
10 tat altera reſtitutio aduerſus huius tem-
poris lapſum. Pro qua reſolutione diſtin-
guendum eſt , quod aut ſubeſt cauſa enor-
11 mis læſionis,aut enormiſſimæ.In primo ca-
ſu Eccleſia,vel minor non reſtituitur;quia
res traheretur ad infinitum, cùm etiam in
eorum præiudicium redundaret, nam cum
eis nullus contraheret,quod ſecus in ſecũ-
do caſu,& ſic in enormiſſima læſione,prout
hac diſtinctione vſi ſunt Coll.de remed. ſub-
ſid.remed.47.nu.7.& d.remed.47.illat.1.nu.
11.Maluaſ.conſ 55.n.28. Honded. conſ.80.
n.89.vol.2.Rot.Rom.in deciſ.1442.par.3.in
nouiſſ. prout ſic poſt longam diſcuſsionem
in Conſiſtorio iudicatum refert Giurua in
dec.106. Minſynger.centur. 1.obſeruat. 51.
nu.7.Gomez.Leo. deciſ. 96. Grat. in tom. 1.
diſcept foren.cap.148.nu.20.

Et hoc ampliatur , etiamſi Eccleſia eſſet
læſa ob negligentiam Prælati, contra quem
eſſet elapſum quadriennium,gloſ fin.cap.1.
12 de in integr reſtit.in 6. Anna in ſingul. 160.
ac eius filius in conſil. 113.nu 46.lib. 2. Af-
flict.in Conſtit.Regn Quadragenalem, in
fin. Dec.conſil.36.multos citat Odd.de reſtit.
in integr.p.1.q.19.art.9.n.77.Caldas in d.l.ſi
curatorem, glo.intra legitimum tempus, nu.
5.quod procedit etiam in pupillo contra
tutorem,cũ ipſe Eccleſiæ æquiparetur,glo.
in cap.inquirendum.de pecul.Cleric. & c. 1.
in verbo ſedes, ne ſed vacan. Quicquid in
contrarium dixit Theſaur.in deciſ.103. nu.
9.dicens , ſæpè fuiſſe iudicatum , quòd pu-
pillus,vel Eccleſia debet agere contra Præ-
13 latum,vel tutorem,& in ſubſidium agere
ad reſtitutionem.

Declaratur ſecundò prima concluſio ,
dummodo ignorantia fuerit iuſta , & pro-
14 babilis,ad tradita per Bald.in cap.licet,de
ſupplen.negligen.Prelat Roman.conſil. 117.
col.fin. conſil. 341. in fin. & eſt communis
opinio DD. in l. Marcellus, §. res,quæ, ad
Trebell. cum alijs per Tiraq. de retract. li-
gnag.§.35.gloſ.4. nu. 33. Bellon. conſil. 46.
nu.16.Ita quod ex omni parte veniat excu-
ſanda , circa quam nulla interueniat negli-
gentia , ſecundum Felin. in cap. vigilanti ,
nu.4.de præſcript.Alb. conſil. 18. nu.1. poſt
alios ab ipſo relatos,& Sfort.Odd. in q. 23.
num.27.

Tertiò declara, dummodò duo copula-
tiuè concurrant , ſcilicet quòd quis ignoret
15 rem ſuam poſsidere ; alterum, quòd igno-
ret etiam rem illam ad ſe pertinere, vel in
ea ſibi ius competere , Felin.in citato loco
ſub nu.4.ſecus ſi adeſſet præſumptio ſcien-
tiæ, Afflict.in d. deciſ. 37.ſub verſ.fuit ergo
viſus omnibus,vbi etiam Vrſill. Dec. conſil.
272.ſub nu. 11.in verſ. non obſtat , Peregr.
conſil.102.nu.62.lib. 3. Honded.conſil. 80.
nu.62.lib.2.& conſil. 83. nu. 68. & ſeq. lib.
1.Author noſter in conſil.82.nu.39.lib.1. &
conſil.272.nu.14.lib.2. Vel quando inſtru-
16 menta,quorum vigore agitur,penès agen-
tem ſteterunt , vt notat Amat. in conſil. 96.
nu.28

*nu.*28.quod intellige, quando is,qui penès
se habebat instrumenta,erat persona habi-
lis ad ea intelligenda,alioquin non suffice-
ret,vt pulchra est *decis.Barz.Bonon.*101.di-
17 centis, scientiam non præsumi ex instru-
mentis penès aliquas Moniales existenti-
bus, ita vt vigore illorum non debeant ex
integro restitui, ex quo non erant habiles,
ad ea intelligenda,& ad negotia sæcularia,
ac lites penetranda, subdens,fuisse decisum
in fauorem ipsarum, prout in fine *d. decis.*
nu. 17. *& seq.* Secus etiam, quando adesset
consanguinitas, quæ sufficit ad tollendum
dictam restitutionem ex dicto capite igno-
rantiæ,vt post *Tiraq.in d.§.35.glo.4.nu.44.*
sic affirmat *Mascar. de probat. concl.* 1299.
Merlin.decis.Lucens. 70. & plenè *Fab. de*
*Anna in consil.*103. *num.*16. 17.*& seq.* vbi
cóiunctus præsumitur scire facta coniuncti,
18 maximè inter patrem, & filium, & sit ali-
quod factum notabile, & ad hoc faciunt
tradita per *Farinac.in tom.vniecent.7.dec.*
1.*nu.*6.vbi scientia Officialium dicitur sciẽ-
tia Papæ,maximè in Officiali de aula Prin-
19 cipis,dicit *Castill. in decis.*25.*nu.*87.cùm
quicquid in domo agitur, sciente Domino
fieri præsumatur, vt etiam tradit idem *Fab.*
*de Anna in dicto conf.*103.*n.*19.sic etiam ex
vicinitate præsumitur scientia, inquit *Ma-*
scard.in loco citato, *nu.*9. *Author* noster *in*
*cons.*329.*nu* 12.*lib.*3. *& Lanell.Gall.consil.*
36. *num.*9.*& seq.*

Quarto requiritur,quòd probet læsionẽ,
20 cùm non sufficiat,quòd pacto de retrouẽ-
dendo non sit vsus, vel renunciauerit, ad
finem obtinendi restitutionem ex eo facto
solo,absque eo, quòd probet læsionem, vt
latè tuetur doctissimus *Ioan.Baptista Lar-*
*rea in decis.Granat.*70.*par.*2. qui ita per Se-
natum decisum testatur, & signanter quòd
21 si non fuisset impeditus, pecuniam habe-
bat promptã,& necessariam pro reemptio-
ne,aliàs læsus non diceretur, ita *tex.in l.si*
emptione ff.de minor.Abb.in cap. constitutus
*in 6.not.de in integr.restit.Ann.alleg.*27.*nu.*
24.*& Surd.hic num.*13. *& decis.*203.*nu.*17.
*Mastrill.cons.vnic.post tom.*1. *decision.n.*68.
*Calà de modo articul.q.*260. *num.*757. *Fa-*
*chin.cons.*64.*nu.*15.eruditissimus *D.Capyc.*
*Latro in dec.*57.*nu.*12.*& seq.*vbi sic pro ex-
22 clusione prælationis feudi alienati contra
minorem fuit iudicatum, vt etiam iudicatũ
refert *Anna in fin.dicta alleg.*cùm restitutio
23 reddat quod læsio abstulit, *l.qui proprio ff.*
de procurat.l.siquidem ff. de præd. min.

Verùm supradicta limitãtur, vbi dilatio
24 non esset data à lege,sed ab homine, tunc
enim illa finita non datur restitutio in inte-
grum,ità *Tiraquel.de retract. conuent.* §. 1.
*glos.*2.*num.*40.*Calà de modo articul.d.q.*60.
*num.*757.*Ann.d.alleg.*27.*nu.*26. *& in Con-*
stitution, Diuæ memoriæ, num. 261. vbi sic
25 pro Marchione Fuscaldi contrà Vniuersi-
tatem Paulæ iudicatum refert, sic etiam
*Surd.dec.*203. etiam si habuisset pecuniam
proptam,& expeditam,quòd nulla compe-
26 tat restitutio,dicit *Mastril.ex glos.Paris.in*
d.cons.vnic. nu. 69. licèt *Roman. cons.* 435.
in fin. contrarium verius existimet, de cu-
ius articuli veritate pro nunc non insisto.

Sed ex his non minor insurgit difficul-
tas, scilicet nunquid prædicta procedant
27 indistinctè etiam vbi minori, vel Ecclesiæ
alia via esset consultum contrà tutorem,
vel Prælatum, an verò prius contra eos
agere debeant,& deindè illis soluendo non
existentibus per tale remedium eis succur-
ratur: circa quam difficultatem pro illius
resolutione multi multa dixerunt. Multi,
inquam, voluerunt, restitutionem conce-
dendam non esse ex dicta clausula genera-
li, nisi vbi minori, vel Ecclesiæ non esset
cõsultum contrà tutorem,vel Prælatum,ex
quo non essent soluendo. Hi sunt *Paul. de*
Castr. cœterique *DD. in l.properandum*
§.*final.* C. *de iud. Alciat. consil.* 133. *lib.*1.
*num.*37.*Alb. consil.*18.*num.*1. *Natt. consil.*
492.*nu.*6. *Franc.Turzan. commun.opin.q.*
125. *Balb. de præscript.* 1.*part.* 5.*par. princ.*
*num.*4.*in* 6.*q. Emmanuel Suar.com.m. opin.*
*ver.minoris.num.*174. & decisum in Sebu-
siano Senatu testatur *Faber in suo Cod. lib.*
2.*tit.*23.*in quib. caus. non est necessar. restit.*
*definit.*1. *Thesaur. decis.*103. vbi non semel
in hanc partem inclinauit Senatus, qui sub
28 *num.*9.limitat prædicta,quando constaret
de læsione facto tertij,& non tutoris,vel cu-
ratoris, quo casu electionem pupillo dari
non negat,ex *l.*2.*C.si tut.vel curator.*

29 Et ratio, quæ pro hac opinione afferri
potest, ea quidem est, scilicet quia hoc re-
medium restitutionis sit extraordinarium,
& non potest omisso ordinario recurri ad
eũ,vt probat *tex.in l.*1.*ff.de restit. in integr.*
vbi dicitur,remedium subsidiarium,ex qua-
dam æquitate inductum, quæ cessat quo-
ties pupillo,vel Ecclesiæ contra tutorem,
vel Prælatum esset consultum, vt expresè
habetur ex *glo.*singulari *in §.pupillus,auth.*
de hæred. & falcid. aliàs æquitas ipsa non
30 suaderet, sed iniquitas, quia pœna delicti
suos non haberet authores,quod esset con-
tra *tex.*in l.*sancimus C. de pœn.* cum con-
cord.sed æquum quidem esset, vt dum mi-

nor,

nor, vel Eccleſia, non facto tertij, ſed ipſorū
tutorum, vel Prælatorum, ob eorum dolum,
vel negligentiam læſi ſunt, quòd ipſi prius
conueniendi ſint ad reſarciēdum damnum
prædictum.

31 Contrarium autem nonnulli firmarunt,
aſſerentes, reſtitutionem minimè pupillo
denegandam eſſe, quamuis tutor, vel cura-
tor eſſent ſoluēdo, ex *tex.* aperto in *§ ſi pu-
pillus, auth. ntiea de hæredibus, & falcid. l.
etiam C ſi tut. vel curat. l. ſi ii, qui Reipublicæ*
iuncta *gloſ ff. ex quib. cauſ. maior. Aret. conſ.
161. col. 5 verſ. 2. concluſio, & in l. Pantonius
ff. de acquirend. hæred. Dolanus de reſtit. in
integr. cap 143. Cuman. in l. ſi minoris, nu. 2.
ff. de adminiſtr. tutor. Rimin. conſil. 163. n. 5.
Pariſ. conſil. 200. num. 65. lib. 1 Grammatic.
conſil. ciuil. 165. Phænuc. de Inuentar. in 2.
par. nu. 30. in antiq. & q 239. n. 30. in nouiſſ.
in tract. diuerſ.* qui improbat *Alciat. in d.
conſil. 1. nu. 37.* contrarium aſſerentem, di-
cens, ſe vereri de hoc *Alciati* dicto per *d. §.
ſi pupillus*, ſic etiam *Mōticol. de inuent. c. 13.
n. 211.* ex *glo. in l. auxilium ff de minor. Ale-
xand. Trentacinq lib. 2 var. reſol. tit. de reſt.
in integr. reſol. 4. nu. 21. verſ. iſta reſtitutio*,
& deciſum in Rota teſtatur *Farinac. in
dec. 121. n. 3. p. 3* quibus etiā accedit *Surd.
conſ 95. nu. 20. & ſeq. vol. 1.* & deciſum in
S.C. retulit *Ann. ſing 607.* in cauſa V.I.D.
Antonij de Auria cum Presbytero Barto-
relli, dū ex dicta clauſula generali fuit mi-
32 nor reſtitutus aduerſus omiſſas probatio-
nes per Procuratorem; ſic quoque in dicto
S.C. deciſum refert *Vinc. de Franch. in dec.
473.* dum minor verè læſus fuit reſtitutus
33 aduerſus omiſſam proſecutionem appel-
lationis, quamuis tutor eſſet ſoluendo, ex
eo, quia ſententiam apparebat fuiſſe malè
latam, ſubdens, fuiſſe reſponſum, *d. l. prope-
randum §. fi. C. de iudic.* procedere in perē-
34 ptione inſtantiæ cauſæ principalis, & non
in cauſa appellationis, ea diuerſitatis ra-
tione, quia in primo caſu poteſt pupillus
de nouo agere, in ſecundo verò non, & ità
bis ſe obtinuiſſe teſtatur, *Soem. conſ. 299.
col. 2. verſ. præmitto, lib. 2.* & firmat *Sfort.
Odd. de reſtit. in integr. q. 22. n. 22. art. 3.* licèt
quòad peremptionem primæ inſtantiæ diſ-
ſentiat, ità vt Iudicis arbitrio relinquēdum
putat, vt tradit in *q. 4. art. 12. n. 21.* & latiùs
par. 2. q. 67. n. 13. & ſeq. & videtur originalis
opinio *Fulgoſ. in d. l. properandum §. fin. in
vltimis verbis*, & ſi reſtitutio hæc compe-
35 tat minori ex ſola appellationis omiſſio-
ne, abſque alia læſionis probatione, latè
probat *Salgad. de regia protect. 1. p. c. 1. præ-
lud. 3. n. 81.* quam opinionem veram eſſe
dicit poſt hæc ſcripta viſus *Larrea in deciſ.
Senat Granat 70. nu. 33* per *gloſ. in l. vlt. C.
de in integr reſt. & l. Præfecti 17. ff. de minor.*
36 quicquid ſit in omiſſione probationis, ſe-
cundum *eum num.* 34.

Et ratio, quæ pro hac opinione adduci-
tur, eſt, quia poteſtas, & electio minori at-
tributa reſultaret in eius damnum, ſi veni-
ret limitata, nec remedium cōtra tutorem
dicitur ordinarium, ſed merè ſubſidiariū,
ità etiam appellat *Imperator in d. §. ſi pu-
37 pillus*, & quando diceretur ordinarium,
non tamen per eum ceſſaret extraordina-
rium, quia datur contra diuerſas perſonas,
l. 3. & l ſi. C. ſi tuto vel curat. interuen.

Sed hæc opinio ſuos habet contradicto-
res, quoniam illa admittitur, vbi ex titulo
minorum, & non ex clauſula generali reſti-
38 tutio peteretur, prout loquuntur *d. l. etiam,
& l ſi ii qui Reipubli. a.* & tradit *Sfort. Odd.
de reſtitut. in integr. q. 22 art. 3. & text. d. §. ſi
pupillus*, intelligitur in caſu ſuo ſ. ſolutio-
39 nis quoad annum, ſecus verò in alijs, cùm
tunc prius contra tutorem, vel curatorem
ſit agendum, & poſteà in ſubſidium reſti-
tuitur, vt optimè *ibi* aduertit *glo. in ver. re-
ſtitutiones.*

Et ad ea, quę de Procuratore dicūtur re-
ſpondetur, obſtare *tex. in l arbitrio §. ſi eius
dolo ff. de dolo, & ibi Bar. & gloſ. l. eleganter
§. ſi dolo, & ibi etiam glo ff. eod. l. fin. ff de eo,
per quem fact. erit*, vbi expreſsè habetur, quod
40 reſtitutio in integrum aduerſus geſta per
Procuratorem non conceditur, niſi prius
illo diſcuſſo, ſi ſit ſoluendo, nedum vbi do-
lus interuenerit, verùm vbi negligentia, vt
indiſtinctè tanquam æquius, & verius fir-
mat *Odd. de reſtit in integr. par. 1. q. 13. ar. 9.
num. 44. verſ. ego ſic diſtinguendum puto, &
num. 50 verſ. ſed quia Maurit. ampliat, vt
procedat etiam ſi Procurator ſoluendo fue-
rit, in hoc non conſentio*, ſubdens contraria
41 procedere, vbi tales non eſſent ſoluendo,
vel vbi facilis regreſſus pupillo non dare-
tur.

Et caſus relatus per *Ann. in d. ſing. 607.*
42 duplici modo intelligendus eſt, primo ſe-
cundùm *Ruin. & Rolan.* inferiùs citandos,
ſcilicet in caſu, quo procurator à ſententia
non appellaſſet, quoniam tunc regreſſus nō
datur contra procuratorem, ſecundùm cō-
munem opinionem, quia ei imputari non
debet, ſi non appellauit, potuit enim crede-
re, ſententiam iuſtā fuiſſe, vt in dubio præ-
ſumitur, immò *Farinac. in deciſ. 138. num.
1. par. 3.* dicit, quòd negligentia procurato-

ris,qui non appellauir,non facit, vt senten-
43 tia non transeat in rem iudicatam, immò non præbet iustam causam petendi restitutionem in integrum, nam sibi imputet qui negligentem eligit procuratorem.

Alio verò modo secundùm *Sfort Odd. de restit.in int gr. par 1 q 29 art 4. nu 15. vers Si autem*, quia ibi dominus non tene-
44 batur dimittere procuratorem, nam ex causa necessaria, & probabili aberat, quo casu indistinctè,licet sit, vel non sit soluendo,omninò restitui debet, per *l.sed etsi per Prætorem,§ fin., ff. ex quib. caus.* quem allegat *ibi Anna*,reddens rationem, quia si restitutus fuisset absens,etiā si procuratorem non dimisisset, quarè non restitueretur si dimiserit,licèt non idoneum,vndè negligētia procuratoris in hoc non videtur dominum læsisse, aliàs plus noceret diligentia, quàm negligentia, quicquid esset,si dominus tenebatur dimittere procuratorem,cū tunc in subsidium tantùm restitueretur, ità *Sfort.Odd.d.art.4, sub nu.15.*

45 Alij deniq; cum distinctione dixerunt, quòd aut minor venit ex capite ignorantiæ ex clausula generali,*si qua mihi iusta,& tit. de minor.* insimul, & tunc quod non possit restitutionem in integrum petere,sed prius agere contra tutores, vel curatores si sint soluendo, & deniq; in subsidium ex quadā æquitate restitueretur, ex *text.d.l.1., ff.de restit. in integr.*

46 Aut verò veniret ex capite minoris ætatis, vel simpliciter ex aliqua iusta causa, & tunc indistinctè aduersus lapsum temporis restituitur ad eius electionem, quamuis tutor, vel curator esset soluendo, vt in terminis facta hinc inde discussione concludunt *Ruinus consil.119 volum.5. Roland. à Vall. consil. 10. num. 18. & seq. versic. quia opinio, Caualcan. de tutor. & curat. num. 100. cum sequent. in tract. diuersor. fol. 489. Balb. de præscript. prima part.6.part.princ.in 23. cas. Parcirol. consil.165.numer.17.Bero consil.273.numer.8. volum. 1. Sola ad Constitution. Sabaudiæ titul. de mod & form.supplic. glos. 2. num. 32. & sequent Alciatus consil. 1. numer. 37.Bursatus consil. 87.numer.1. in fin. & num 2. Curt. consil.24.*& vti communem sequitur *Sfort Odd. de restitution in integrum part.1 quæst 8.art.4.*dicens,quòd illi, qui tenent, quod non detur restitutio minori, vel pupillo ex hac clausula generali, donec haberet recursū contra tutorem,vel curatorē,sunt penè omnes *DD.*in toto iure,cùm talis restitutio in subsidium eis detur, sed latiùs in *quæst.68. art.3. num.37.* vbi firmiter hanc distinctionem approbat, & sequitur inter restitutionem ex clausula generali, & ex edicto minorum, sic etiam *Guid.Pap.singul.700.* qui allegat *Angel. de Perus. in §. illud quoque,authen. de hæred, & falcid.*

47 Et ratio differentiæ ea esse videtur, quia restitutio ex causa minoris ætatis conceditur in priuilegium personę,sed restitutio ex clausula generali est subsidiaria, & datur solum propter iustam causam subsistentem ex quadam æquitate *dict. l. 1.* quæ cessat vbi minori esset consultum contra tutorem, vt in puncto etiam ante omnes distinguit *Bart.* communiter receptus in *l. si infanti C. de iure delib. & in l.qui*
48 *duos ff.de rebus dubijs*, vbi si pupillus, vel infans decedat hæreditate non adita, quòd eius hæres poterit restitui aduersus aditionem omissam ex clausula generali, quia in ipso mortis articulo fuit læsus, per *leg. Pantonius ff. de acquirend. hæredit.* & hoc verum esse ait, si tutori nulla possit negligentia imputari, aliàs beneficium resti-
49 tutionis cessaret, quia non subesset æquitas, cùm plenè sit illi consultum aduersus tutorem, quod etiam videtur decidere *textus in l.si tutoribus C.de administration. tutor.* vbi Imperator solum succurrit minori per regressum contra tutorem, qui fuit negligens in soluendo pensionem vectigalis pupilli,ob quod res incidit in commissum in damnū pupilli,& sic *text.* videtur includere restitutionē in integrum, ex quo minori succurritur contrà tutorem, qui *textus* in specie ad hoc ponderatur per *Socinum in l. cum filiusfamilias §. in hac,columna.3.versic.ad idem textus, ff de verbor. obligation.* quam etiam vti communem sequitur *Rolandus dicto consil. 10. numer. 22. & Alba, consil.18. per totum*, & hoc expressè dicitur à *glos. in dicto §. si pupillus, versic. per restitutionem, authent. de hæred & falcid.* hanc deniquè opinionem communem appellat *Sfort. Odd. de restitution. in integr. quæstion. 22. numer. 26. versic. in contrarium*, vbi quindecim *Doctores* allegat, licèt sub *numer. 28. versic. ego puto*, dicat, quòd aut restitutio petatur ex clausula generali ex iusta causa spe-
50 cialiter in corpore iuris clausa, vti est infirmitas, paupertas, & ignorantia, & tunc quòd verior sit opinio, quod detur restitutio, quamuis læsus haberet regressum contra tutorem, vel curatorem, cùm tunc non sit merè subsidiaria,

sed

sed ad similitudinem absentis, aut verò petatur ex clausula generali, non ex aliqua speciali iusta causa, sed ponitur ex generali, & tunc quia æquitas suadet, vt quis non remaneat in damno absque sua culpa, veram putat communem sententiam, quòd non detur, quoties adest aliud remedium ordinarium cōtra tutorem, vel curatorem,
51 sed hæc opinio *Sfort. Odd.* non videtur vndique tuta, nam *Faebin. lib. 1. controu. c. 69. in fin.* quamuis videatur idem affirmare, tamen contradicit, vbi ex capite ignorātiæ quis restitutionem peteret, quo casu ei denegādam esse probat, dicens, causam igno-
52 rantiæ esse dissimilem causæ infirmitatis, & absentiæ, quoniam in specie à lege repe- ritur in hoc prouisum, nè lites fierent immortales, cùm idcircò tempus à lege ei detur, vt res perquirat, nè iustam exquirendi causam habeat.

Put. verò *in decis. 436. par. 2.* in nouissima impressione ait, Rotam declarasse paupertatem nō esse causam iustam, ob quam
53 restitutio in integrum aduersus lapsum temporis quadriennij cōcedi debeat, subdens, hanc esse communem, (quicquid esset respectu fatalium, ex *text. in cap. ex ratione, de appell.*) licèt casus illius *decisionis* paupertas fuerat respectu modicæ impensæ, quæ non erat in consideratione, sic quoque sequendo *Put.* firmauit *Alexand. Trentacin. lib. 2. variar. resolution. tit. de restit. in integr. resol. 4. in fi. n. 23.*
54 Et sic opinio *Sfort. Odd.* admissis opinionibus *Faebin. & Put.* remanet solum respectu infirmitatis, & absentiæ, quamuis quòad me opinio *Put.* veram puto in casu
55 suo tantùm, scilicet vbi ageretur de modica impensa, quæ etiam à quolibet paupere fieri possit, aliàs semper contrarium dicerem, quia nulla maior causa allegari pōt, quàm ipsa paupertas, maximè nostris temporibus, illa inquam, maior est infirmitate, & absentia.

Verùm quicquid sit de hac controuer-
56 sia, non puto recedendum à *Rum. & Rol.* distinctione tanquam æquiori, excepto tamen vbi aduersarij facto, & non tutoris lesio causaretur, quo casu dicerem, electionem dari, per *text. in l. 2. ibi, si circumuenti sunt C. si tuto. vel curat.* quam opinionem vti æquam amplectitur *Thesau. in dec. 103. num. 9. in fin.* qui sic ad contraria respondit.

Nec mouent *d. l. 3. & fi. C. si tuto. vel cu-*
57 *rato.* quia procedunt vbi restitutio peteretur ex *titul. minorum*, & non ex clausula

58 generali, verùm hæc, quæ dicta sunt de minori, locum habent etiam in Ecclesia, vt latè *Sfort. Odd. de restit. in integr. q. 22. ar. 3. per tot.*

Tamen circa supradicta nota, quòd pen
59 dente causa restitutionis in integrum regulariter exequutio suspenditur, *glo. in l. 1. C. si de moment. poss. l. vnic. C. ne in integr. restitut. post. ne quid nou. fiat, Afflit. in dec. 356. n. 3. Capyc. dec. 53. n. 1.* quod procedit etiam si commissa causa restitutionis aduersarius obtineat aliam commissionem, cum clausula, *quod Iudex procedat ad legitimam exequutionem*, nam adhuc illa impeditur, ad tradita singulariter per *Sfort. Odd. de restit. in integr. par. 1. q. 43. num. 8.* latè *Lancellot.*
60 *de attent. par. 2. cap. 18. num. 58.* Etenim hæc clausula intelligitur, prout de iure, vt notat *Iason in l. causas, num. 7. C. de transact.*

Sed hoc limita pluribus modis, vt putà
61 quando exequutio fuerit cœpta, vel quando præstaretur cautio, vel vbi vehemens calumnia vigeret, vel alijs modis, de quibus latissimè *Afflit.* in indiuiduo, quando restitutio impediat exequutionem sententiæ, in *decis. 199. per tot. lib. 2.* vel quādo fuerit de-
62 negata ipsa in integrum restitutio, quia etiam si ab eo decreto fuerit reclamatum, non impeditur exequutio sententiæ, præstita tamen cautione, vt decisum refert *Vinc. de Franch. in decis. 702.* prout etiam notat *Dominus Regens Fabius Capyc. Galeota in addit. ad consil. Camill. de Medic. 103.* vbi subdit, quod sic in similii iudicatum fuit in causa Eminentiss. Cardinalis Aldrobrandini cum Duce Andriæ iunctis Aulis, ac etiam in Collaterali Consilio, quòd remisso articulo ad Regiam Cameram, si, vel nè Castrum, quod cōtrouertebatur esset feu-
63 dale, & lato decreto, quòd erat feudale, quamuis fuisset ab hoc incidenti reclamatum, fuit decisum posse procedi ad expeditionem causæ principalis pendente reclamatione. Amatruda Actorum Magistr.

Verùm cœpta dicitur exequutio, ad finem
64 vt illa ob restitutionem non impediatur, quando tempore ipsius restitutionis literæ exequutoriales repetiuntur expeditæ, vt decisum per *Rotam in vna Chartagin. Decanat. 16. Decemb. 1584. coram Bubalo,* testatur *Farinac. in decis. 138. num. 2. vers. vndè ait par. 3. & Put. in decis. 277. par. 2.* in nouissima impress. ait, sufficere esse petitam exequutionem ante restitutionem in integrum; ad finem vt exequutio non impediatur, ex doctrina *Alexan. in cons. 223. num. 6.*

num.6.vol.6. qui allegat *Bald.in l.fin.num.4.C.si ex fals.instrum.* vbi videtur contrarium affirmare, quando probatio esset in prompru, iuxtà *tex.in l.iam postea, in princ. ff.de iur.iur.* & tradit etiam *Guid.Pap.decis.225.n.7.* & pro opinione *Putei* tenuit *Rot. apud Seraph.in dec.777.n.12.& Castill.decis.199.n.2.& seq.* quamuis contrarium teneat *Faber in suo Cod.lib.2.tit.30.de restitu. in integr.defin.1. cum addit.* supradictam quoque opinionem tenet *Reg. Rouit.in decis.91.n.22.* ex traditis per *Ann.in c.1.num.239.de vasal.decrep.etat.* scilicèt quòd in hoc casu dicatur cęptum exequi eo ipso,
65 quo fuerit expeditum, & notificatum mãdatum de parẽdo, tamen de hac *Ann.* opinione vidi aliquando per Sacrum Consilium difficultari.

S V M M A R I V M.

1 *Præscriptio non interrumpitur per solam citationem, sed per litis contestationem.*
Limita in Regno Aragoniæ, n.2.
Item limita fauore dotis, num. 4.
3 *Pendentia litis ad effectum attentatorum per litis contestationem inducitur.*
6 *Præscriptio interrumpitur per litis contestationem, quando fuit facta animo prosequendi.*
Contrarium, scilicet vt quocumque animo fiat, nu.16.
Prima opinio verior secundùm Authorem, *n.19.*
Intellige, nu.23.
Declara, nu.33.& 34.
Limita in præscriptionibus statutarijs, n.35.
Intellige, n.36.& 38.
6 *Præscriptio non interrumpitur per solam citationem, si instantia sit perempta culpa actoris.*
7 *Instantia perempta perimit mala fides.*
Intellige, vbi a principio bona fides fuerit, nu.8.
Contrarium, n.10.
Item vitium litigiosi, nu.12.
Limita respectu præscriptionis, cùm illa non interrumpatur per peremptionem instantiæ, num.13.
9 *Ob peremptionem instantiæ lis non dicitur mota.*
11 Text. in l. cum lite mortua ff. iudic. solui *declaratur.*
14 Glos. in l.1.C.de præscript.long.tempor.& glo. in l.properandum C.de iudic. *concordantur.*
15 Cap.Conuentus *non procedit facta alienatione perempta instantia, & insufflato post spiritum vitæ.*
17 *Litis contestatio inducit malam fidem.*
Intellige, nu.22.
Limita in iudicio petitionis hereditatis quòad restitutionem fructuum, n.29.
Item in iudicijs meticulosis, & lasiuis, nu.30.
18 *Præscriptio semel interrupta amplius non inchoatur.*
20 *Bonæ fidei possessor dicitur ille, qui putans se dominum possidet.*
21 *Præscriptio non impeditur per superuenientem dubitationem.*
24 *Mala fides quando per litis contestationem inducitur, etiã respectu restitutionis fructuum, & num.28.& 29.*
Et an, & quando requiratur sententia, n.25.
26 *Dubietas causæ excusat à mora.*
27 *Authoritas vnius Doctoris facit rem dubiam, & excusat quem à fructibus.*
31 Tex.in l.si fundum 17. C.de rei vend. *declaratur.*
32 Text.in l.vt perfectius C.de annal. except. *explicatur.*
37 *Interruptio præscriptionis facta cõtra principalem, nocet fideiussori.*
39 *Sententia lata contra principalem recta via mandatur executioni contra fideiussorem de iudicatum soluendo, secus in fideiussore contractus, nu.40.*

DECIS. V.

1 SOLAM citationem non sufficere, sed litis contestationem requiri, concludit *Author in hac decisione*, ad hoc vt præscriptio, de qua in hac *decisione* interrumpatur, prout latissimè *Rodericus Suarez in l.post rem iudicatam, in secundo notabil. versic.considera vltimò, numer.3.pag.246.ff.de re iudicat.Castrens.in consil.10.lib.1. Simon de Pratis in consil.132.& sequent.libr.1. Bero.consil.12. numer.9.cum sequent. Gutierrez de iuram. confirmat part.3.cap.1.numer.1. circa med. Monter.in decision.Regn. Aragon.21.num.21.* qui licèt in *numer.sequent.* dicat, extraiudicialem sufficere, prout etiam *Cassan. in consil.41.numer.65.& sequent.* tamen
2 addunt, hoc iure particulari procedere in Regno Aragoniæ, & ad hoc faciunt notata per *Lancellottum de attentat.in 2.par. cap.4.num.171.& sequent.* dicentem, quòd
3 per litis contestationem inducitur litis pẽdentia ad effectum attentatorum, cũ tunc res efficiatur litigiosa, ad tradita per *Bar.in l.1.*

l.1.nu.4.& seq.C. comm. diuid. quod secus
4 fauore dotis, cùm extraiudicialis denun-
ciatio sufficiat ad interrumpendam præ-
scriptionem, vt decisum refert Viuius in de-
cis.392.vol.1.

Verùm hoc non sic simpliciter intelli-
gas, sed cum declaratione, scilicet quando
5 litis contestatio fuit facta animo prosequē-
di, aliàs secus, prout decidit glos.in c. pla-
cuit, il 2.§. præscriptionum, verb. interrupta
16.q.3. cuius opinionē sequitur Abb. in cap.
illud, col.fin.nu.24.de præscript. Ias in §.pœ-
nales, col.fin.nu.134.Instit.de actio.Socin. in
regul.308. 2.fallentia, & regul. 304. idem
Simon de Prat.consil.132. nu 89.& faciunt
notata per Capyc.in dec.11. sic quoq; Bout.
de statut.Vrb.præscript.glos.21.n.12.to.17.
tract.vbi quòd citatio etiam legitimè facta
6 non interrumpit præscriptionem, si instan-
ria est perempta culpa actoris, quod etiam
notauit noster Author in consil. 500. nu.2.
lib.4. ita vt etiam litis contestatio facta, nō
ea mente, vt quis litem prosequatur, non
interrumpat præscriptionem, ex quo ne-
gligentia non cessat, vbi non est animus
prosequendi, quasi non sit consideranda il-
la momentanea interruptio, prout conclu-
dit Monter.in alleg.decis.21.nu.13.& seq.
& Straph.in dec.1065.n.6. & ad hoc faciūt
tex.in l.Papinianus §. si quis il 1. & l. nam
si parentibus, §.hæredi.ff. de inoffi.testam.vbi
non sufficit litem instituere super quærela,
etiam vt ea in hæredem transmittatur, nisi
in ea perseueret.

Hinc dixit glos.in l.2.in fin.in prima glo.
7 C.de fructib.& lit.expens. quòd instantia
perempta, perimat mala fides, eamq; opi-
nionem secuti sunt ibi Ioan.Fab & Salyc.
cum alijs per Tiraquel.de retract.ligna. §.
15.glo.2.num.17. licèt dubiam eam appel-
let Thesau.in dec.29 num.12.si à principio
8 bona fides non fuerit, aliàs pro possessore
concludit, vt etiam firmat Peregrin. de fi-
deicom.art.49 num.139.dicens ità tenere
Butr. Abb.& Felin.in cap.illud, extrà de
præscript. sic etiam firmat Rebuff. in com-
mentar. ad Reg. Constitut.to.3.tit.de fruct.
art.1.glos.vnica, num.39. & probatur per
text.in l.cum lite mortua ff. iudic.solu. vbi
9 instantia perēpta, est proindè ac si lis mo-
ta non fuerit, at cùm nulla lite mota pos-
sessor interim fructus suos facit, l.bona fidei
ff.de acquir. rer.dom. igitur idem statuen
dum videtur de lite non mota, & de instan-
tia perempta, vt etiam probant Rip. in l.2.
n.28.C.de edend. & Ant.Valla de reb. dub.
q.15.

Licèt contrarium substineant Maranta
10 in sua prax. in 5.p.Veron.caut.49. Menoc.
de recuper.possess.remed.15.num.596. Lan-
cellot.de attent.in præfat.2.par.c.4. nu.606.
& tenuit Senatus apud Fabr. in suo Cod.
lib.3.tit.8.defin.2.titul.de lit.contest.Capyc.
decis.11.& post omnes in hanc opinionem
inclinauit S.C.in causa Thomæ de Scio, vt
refert D.Capyc.Latro in dec.65.in fin. di-
cens, opinionem Capycy videri magis ra-
tioni consonam, & ideo durum esse ab ea
recedere, prout firmauit Rouit.in pragm.1.
de instant. caus. non restaur.nu.5. sic etiam
Fusar.de substitut q.26.num.52. & ibi in
addit.impress.post tract sequendo opinio-
nem Capy.& latiùs in cōs.161.n.15. vbi ità
se obtinuisse ait pro quodam de Gauatta-
rijs. Et ratio est, quia per peremptionem
instantiæ extinguuntur ea, quæ pertinent
ad litis ordinationem, non autem effectus
11 malæ fidei, qui per litis contestationem
inductus est, & ità procedit text. d. l.cum
lite mortua; prout disputato articulo in hāc
opinionem deuenit Fachin. lib.1. contro-
uers.c.60. nisi per renunciationem perem-
pta esset instantia, tunc enim fructus à die
litis vltimo loco contestatæ deberentur, vt
notat Ferrer.in 3.par.obser.c.357. & eum
sequitur Cancer.lib.3.var. resol.c.16. tit.de
lit.contest.num.57.in fin. quicquid sit respe-
12 ctu vitij litigiosi, quod ob peremptionem
instantiæ quoquè perimit, vt habetur in
l.1.& ibi glos.& DD. C. de præscript long.
temp. Bart. Bald. & alij in l.fin. C. de litig.
Guid Pap.decis.337.num.4. Peregrin. de
iure fisc.lib.4.tit.6.num.39. Grass. de effect.
cler. effect.1.num.293. hoc autem ad effe-
ctum inhibendæ alienationis, quia contra-
ctus valet, non autem ad effectum interrū-
pendi præscriptionem, hoc, inquam, casu
13 durat interruptio, & actio perpetuatur vsq;
ad 40.annos, vt loquitur glo.in l.properan-
dum § & si quidem, vers. iudicij C. de iudic.
secundùm opinionem Fulgos.in d.l.1.n.3.
C.de præscript long. temp. qui cum hac di-
stinctione veriores appellat glos. prædictas
d.l.properandum, & d.l.1. per text.dict.l.1.
aliàs essent adinuicem contrariæ, cum qua
14 distinctione pertransit Dec.in l.2.num.59.
C de edend. reprobando distinctionem Ias.
ibi nu.19 sic etiam inter vnum, & alterum
casum differentiam constituit Lanfranc.
Balb. in decis.332. incipiente Instantia pe-
rempta, quem sequitur Borrell.in summa
decision.tom.1.tit.64.de instant.caus.nu 91.
quam etiam affirmat Vrsill.ad Afflict.in
dec.331.à num.2. vbi sic per S.C. iudicatum

fuisse refert, scilicet Capitulum Conuentus
15 nō procedere in hoc casu, quamuis fuisset
insufflatus spiritus vitæ causæ, priusquam
fuisset petita exequutio cōtra possessorem,
subdens de nouo fuisse datum terminum
possessori,& ad hoc vide Lancellot. de atten.
c.4.num.595.& seq.quicquid generice ali-
ter sentiant Surd.cons.429 num.59 Viuius
in dec.385.num.1.ac Bero.cons.1. num.15.
vol.3.

Et propterea Padill.in l.si aquam,nu.82.
C.de seruit. & aqua,dicit,contrariā esse ve-
16 riorem,& communiorem, cùm quocunq;
animo fiat litis contestatio,efficiatur actio
perpetua,per gl.in l fin. vers. inhumana C.
de præscript. 30. vel 40. ann. cuius opinio
nem sequuntur Faber, & ibi Salyc. & esse
communem ait Balb.de præscript.in 3.par.
6.part.princip.q.4 nu.33. de qua etiam cō-
muni Couar. in regul. possessor, in 2.par. §.
12. nu. 4. col.3. prout post omnes, & alios
vti communem sequitur Gutierrez de iu-
ram.confir.par.3 c.1. nu.3. circa med.nam
per litem motam non suffragatur bona fi-
17 des, cùm efficiatur possessor malæ fidei,
tanquam sciens se possidere rem ad se non
pertinentem,ad tex.in l si fundum 17. C.de
rei vendic.l.si maior, C.de rescind. vendit.l.
sed & si lege §.si ante litem contestatam de
petit.hæredit. & successiuè stante mala fide
præscriptio amplius nō procedit,etiam per
mille annos, quia semel quòd fuit interrup-
18 ta, amplius non inchoatur,per tex. in cap.
fin. de præscript. stante mala fide causata
per legitimam interruptionem, & capit.
placuit 16. quæst 3. §. præscriptionum, &
pro hoc potest adduci tex, in l.2.C.de ann.
except.vbi sufficit, quem litem contestare,
ad hoc solum, vt præscriptio interrumpa-
tur, & hoc siue sit præscriptio 30. vel 40.
ann.vt ibi, hac sufficere ad omnem tempora-
lem interruptionem, siuè triennij, siue longi
temporis, siuè 30.vel 40.ann.

Tamen quicquid sit, de hac quæstione
(quoad me)non recederem ab opinione
glos.in d.cap.placuit, scilicet quòd si non
fuit facta litis contestatio animo prose-
19 quendi, non interrumpatur præscriptio.
Et ratio est,quia ista non est vera scientia
rei alienæ,sed dubietas, propter litem mo-
tam,per quam non potest,quem dici esse
in mala fide,cùm dubitans potius æquipa-
retur ignorāti,quàm scienti,vt notat Bart.
20 in l.fin.§.vltim.n.2.C.de furt.dicens,quòd
bonæ fidei possessor dicitur qui cogitatio,
ne dominij possidet, putans se Dominum,
& melius glos.in cap.si diligenti, in verbo
bona fide,de præscript.vbi prescribens, qui
habet conscientiam dubiam dicitur esse in
bona fide, vndè subdit Iason in l. quandiù
21 nu.5.C. qui admitt.& ista dubitatio super-
ueniens non impedit præscriptionem,sicut
si ignoraret, pro qua etiam faciunt notata
per Bart in l.naturaliter,nu 16. & sequen.
ff.vsucap. Vndè non prohibetur præscribe-
re, cùm non sit in scientia vera rei alienę,
sed in probabili errore, prout etiam igno-
rans,alium esse Dominum, præscribit, §.si
quis à non Domino, Institut. de rer. diuis.
Matthias Coler.in cap. illud, in fin. de præ-
script.

Nec obstat, quòd litis contestatio indu-
cat malam fidem,quia si eam inducit, non
22 inducit veram.sed fictam malā fidem, quæ
etiam de iure Canonico non impedit præ-
scriptionem longissimi temporis, l. illud,
vbi Bart. ff. de petit. hæredit. Magon. decis.
Lucens.81.nu.13. l.2. vbi etiam Bald. C. de
fruct. & lit.expens.latè Barbos.in rubric. C.
de præscript.vbi multos refert,probans hoc
etiam de iure Canonico,sic etiā Arguissol.
in cons.7.n.18.lib.3 Balb.latè de præscript.
4.part.6.part princ.nu 7.Bald. consil. 299.
nu.10.lib.1.Castrens. consil. 81, col fin. ad
med.& cons.158.col.2.ante fin. vol.2.& hāc
esse magis receptam asserit Socin. in consil.
203.nu 2.ad fin.lib.2. Menchac. Illust. qq.
cap.73. & hanc opinionem debere in pra-
ctica præualere, inquit Valasc. in consult.
95.nu 8.

Et hæc opinio mihi verior videtur, vbi
23 cum litis contestatione aliud non interue-
niret,ex quo possit possessor cognoscere,
rem esse alienam,aliàs si cum ea interueni-
rent instrumenta, & scripturæ, ob quæ po-
tuit possessor cognoscere, rem esse alienā,
24 eo enim casu quis in vera mala fide con-
stitueretur,etiam quoad restitutionem fru-
ctuum,vt benè aduertit glos.in l nemo,in
verb.possessorem C.de acquirend.possess. &
latè Gutz. de expens. & meliorat. cap.23.
nu.44.& probatur in l. bonafidei §. in con-
trarium ff.de acquirend.rer. domin. & latè
Harthm Pist.quæst.iur.tom.4 q.27.num.5.
& post alios Dominus Capycius Latro in
dicta decis 65.numer.8. vbi licèt appareat,
à die publicationis fuisse condemnatum
possessorem ad restitutionem fructuum,
tamen fuit, quia ille possessor non potuit
cognoscere,rem fuisse alienam, nisi per te-
stium depositiones, & idcircò fuit iudica-
tum,fructus deberi à die publicationis, qa
ab illa die fuit in mala fide cōstitutus,licèt
quādo hinc indè factæ essent probationes,

&

ex quibus nõ poſſit poſſeſſor certificari de
25 iuribus actoris, quòd tunc requiratur ſententia, dicit ex *Rouit* & alijs idem *D. Capy. Latro in dicta deciſ. num.* 17. ſed vide omninò *Anton. Fabrum in ſuo Cod. lib. 4. tit. 30. defin. 31. de reſcindend. vendit.* & ſi veritas ipſa eſt, ſecundùm me, quòd quando cauſa eſſet dubia, nedum vbi probationes hinc indè factæ eſſent, vt ſuprà, ſed quando dubietas conſiſteret in iure, cùm ageretur de aliquo iuris articulo dubio, & à DD. controuerſo, tunc, inquam, poſſeſſor non teneretur ad fructuum reſtitutionem à die litis conteſtatæ, vel à die publicationis, ſed à
26 die ſententiæ, quia dubietas cauſæ excuſat à mora, *l. qui ſolutioni*, & ibi *glo. in ver. procurauit ff. de vſur. l. qui ſine dolo, l. non poteſt videri improbus ff. de regul. iur.* & ſic iuſtè facit, quin Iudex non condemnet nec ad fructus, nec ad intereſſe, *Alexand. conſ.* 214. *num.* 8. *lib.* 6. *Natt conſ.* 338 *num.* 10. *Crph. conſ.* 807. *num.* 32. latè *Aymo Crauet. conſ.* 329. *num.* 2 *Paul. de Caſtr. conſ.* 88 *col.* 2. *in med. libr.* 2. *Pinell. in l.* 2. *capit.* 4. *numer.* 39. *C. de reſcind. vend de Pont. conſ.* 28 *num.* 15 *Farinac. dec.* 632. *numer.* 4. maximè vbi articulus talis eſſet, qui raRò frequentaretur, vt indiſtinctè admittunt DD. & ex multis probat *Surd. in deciſ.* 58. *à num* 6. *cum ſeq.* vbi, quòd ſola vnius Doctoris authoritas
27 ad finem excuſandi faciat rem dubiam, error enim iuris regulariter excuſat quem à fructibus, *l. ſed & ſi lege, §. ſcire ff. de petit. haredit.* latè *Mart. conſ.* 84. *nu.* 19. *Cacher. deciſ.* 160. *num.* 5. *& ſeq. Menoch. de recuper. remed.* 15. *num.* 630. cum alijs per me traditis *in deciſ.* 45. *num.* 6 *& ſeq.* cùm error iuris æquiparetur errori facti, *cap. cùm dilectus verſ. caterum, & ibi DD. de conſuetu.* & habeo in facti contingentia in cauſa illorum de Criſpo cum Sapatino, & Anello Mollo coràm doctiſſimo viro Capycio Latro penès Cioffum, deciſionem cuius ponam in fine huius operis, ſi hoc medio tempore lis prædicta erit ſopita, & dixi *lib.* 1. *controu.*

Quicquid dixerit *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ.* 7 *gloſ.* 2. *par.* 5 *num.* 12. ſcilicet
28 quòd apud eos inconcuſsè obſeruatum, & obſeruatur, quòd per litis conteſtationem conſtituatur poſſeſſor in mala fide, & condemnetur ad fructus per *text in d. l. ſed & ſi lege, §. etiam ſi antè ff. de petit. hared.* qui *text.* loquitur in particulari, ſcilicet in iudicio petitionis hæreditatis, in quo per ſo-
29 lam litis conteſtationem vera inducitur mala fides, etiam quòad reſtitutionem fructuum, & ſic erit limitatio ad ſupradictam conclusionem, prout etiam eſt in iudicijs
30 meticuloſis, & læſiuis, in quibus per ſolam litis conteſtationem inducitur mala fides, etiam quòad reſtitutionem fructuum, firmatunt *Pinell. in l.* 2. *par.* 2. *cap.* 4. *num* 58. *verſ. ſic etiam indiſtinctè C. de reſcind. vend. Couarru. lib.* 2. *variar. cap.* 3. *num.* 9. *in fin. Petr. de fideicom. quaſt.* 15. *num.* 334. *Garz. de expenſ. cap.* 23. *nu.* 14. *Rebuff. de fruct. & cor. reſtitut. art.* 1. *gloſ. vnic. num.* 31. *Fab. de Monte de emption. & vendit. q.* 8. *num.* 24. vbi ſic Rotam iudicaſſe aſſerit idem *Pontanell. in dicta clauſ.* 7. *gloſ.* 2. *p.* 5. *num.* 13. & ità vidiſſe ſæpè iudicatum *Gamma in deciſion. Luſitan.* 94. ſubdens, hanc eſſe frequentiorem in Senatu ſententiam, & latè *in deciſ* 291. *nu.* 5 vbi *Diaz de Mena* multos colligit, ſic etiam *Peguer. in dec.* 178. *nu.* 10. qui tranſcripſit verba *Theſaur. in deciſ.* 29. *num.* 7 qui *num.* 9. ſic in Senatu iudicatum refert, ſic quoque *Faber. in ſuo Codic. lib.* 4. *tit.* 30 *defin.* 21. *& defin.* 31 *Vinc. de Franch. in deciſ.* 495. *&* 496. *Anna conſ.* 24. *Giurb. deciſ.* 105. *num* 8. *de Pont. conſ.* 28 *n.* 6. *&* 7. *Surd. dec.* 281. *n.* 8.

Neque etiam obſtat *text. d. l. ſi fundum*,
31 quia ibi non erat cępta præſcriptio, in quo caſu ſufficit etiam extraiudicialis denunciatio ad conſtituendum quem in mala fide.

Eò minus refragatur *tex. d. l. vt perfectius*
32 *C. de ann except* quia ille loquitur in quatuor caſibus particularibus, ſcilicèt quando aduerſarius eſſet furioſus, infans, vel abſens, vel in poteſtate poſitus, *alias* ſubdit *gloſ. in verbo triennij circa medium, ſerua quod in illis contrarijs legibus continetur, quod enim ſpecialiter dicitur non trahitur ad conſequentiam.*

Et proindè declarando ſupradictam cõtrariam opinionem dico, illam procedere,
33 quando quis eſſet impeditus litem proſequi, quod ſecus ſi non eſſet impeditus, nam tunc procederet opinio *gloſ. d. cap. placuit*, vt latè *Anto. de Matthaeis de editione actor. nu.* 77.

Secundò declara, quando eſſent factæ
34 probationes, vel producta ſint inſtrumenta, nam tunc etiam de iure Canonico induceretur mala fides, & ſic præſcriptio interrumperetur, *Claud. in l. naturaliter, nu.* 34. *ad fin. ff. de vſucap. Dec. in l.* 2. *nu.* 58. *C. de edend, Seraph. in dec.* 769. *nu.* 7.

Sed hæc ſupradicta non procedunt in
35 præſcriptionibus ſtatutarijs minoribus, in quibus non tractatur de præſcriptione rerum, ſed ſolius debiti, cùm in tali caſu nõ

ſit

ſit neceſſe litis conteſtatio, ſed ſufficit qualiſcunque extraindicialis petitio ad ipſam interrumpendam, dummodò ipſa extraiudicialis petitio probetur, vt latiſſimè *Gutierr. de iuram. confir. p. 3. c. 1. n. 35. & ſeq & Cancer. in lib. 1. var. reſol. c. 15. tit. de præſcript. n. 20.*

Quamuis in tali caſu illa denunciatio
36 non irrumperet, neque perpetuaret quòad
fideiuſſorem ignorantem, & non citatum,
ſecundùm *gloſ. & Bart. in l. cùm quis, §. ſi
quis pro eo ff. de ſolut.* prout ſepè iudicatum
fuiſſe in Senatu Mantuano refert *Manent.
in deciſ. 46. ſub num. 31. poſt verſ. hactenus
patet*, & hanc eſſe veriorem inquit *Cancer.
in cit. c. 15. num. 22.* & licèt *gloſ.* quæ ad hoc
per DD. allegatur tanquam ſingularis in
37 *l. fideiuſſor § fin. ff. mand. in verb fideiuſſorem ſi ſolut*, dicat, quòd interruptio præ-
ſcriptionis facta contra principalem, noceat eius fideiuſſoribus, tamen *Bal. in l. tam
mandatori, colum. vlt. num. 25. C. de non
numerat. pecun.* concordat has *gloſ.* dicens,
38 quòd prima loquitur in fideiuſſore con-
tractus, ſecunda verò in fideiuſſore de iudi-
catum ſoluendo, quæ opinio poſt multos
valdè placuit *Gutierrez in d. cap. 1. num. 36.
in fin. & 37.* qui ſubdit, quòd ratio differen-
39 tiæ eſt, quia ſententia lata contra principa-
lem mandatur recta via exequutioni con-
tra fideiuſſorem de iudicatum ſoluendo,
abſque nouo proceſſu, quod ſecus eſſet in
40 fideiuſſore contractus, vt in *l fin. C. de vſur.
rei iudic.* & per alios, quos ipſe allegat, quã
quoque diſtinctionem ſequitur *Cancer. loc.
cit. num. 23.* vbi ſubdit, ſic ipſum obtinuiſſe,
& conſuluiſſe.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta lite pendente canonem non ſoluens cadit à iure ſuo, licèt tempore litis conteſtatæ non fuerit tranſactum biennium, vel triennium.*

2 *Ius ſuperueniens actori ex cauſa de præterito, prodeſt ad victoriam.*

Intellige cum diſtinctione, nu. 3.

4 *Emphyteuta tenetur ad canones, pendente lite ſuper nullitate, & reſciſſione conceſſionis.*

Amplia, quamuis contractus emphyteuticus eſſet nullus, n. 6.

5 *Exequutio contractus peti poteſt per creditorem, non obſtante lite mota per debitorem ſuper nullitate contractus.*

7 *Vaſallus tenetur præſtare ſeruitia pendente euictione.*

8 *Dominus directus non poteſt ad vtrunque agere ſcilicèt ad canones, & ad caducitatem, ſecundùm magis communem DD. opinionem.*

Sed declara, n. 14.

Cautela, quando ad vtrunque agere poſſit, n. 15.

9 *Eodem tempore emphyteuta, & non emphyteuta quis eſſe non poteſt.*

10 *Dominus directus recipiendo canonem cenſetur caducitatis remiſiſſe.*

Amplia, etiam ſi petierit, nu 11.

12 *Dominus directus recipiendo canonem ſcienter à nouo emptore poſt alienationem factam abſque eius cõſenſu, cenſetur approbaſſe dictam alienationem, ac in eam conſenſiſſe, ac etiam remiſiſſe laudimium.*

13 *Dominus directus petendo canones pendente lite per eum mota ſuper nullitate alienationis facta, tanquam ſine eius licentia, ſibi præiudicat.*

16 *Pendente iudicio impugnationis inſtrumẽti dotis, interim fructus, ſeù intereſſe ſoluendi ſunt marito.*

DECIS. VI.

IN hac deciſione duo quæruntur caſus, nempè, an Dominus directus intentando caducitatem contra emphyteutam, vel ob non ſolutionem canonis, vel ex alijs legitimis cauſis, ſi emphyteuta lite pendente non ſoluerit canonem, ità vt tranſactum ſit triennium, vel biennium, cadat à iure ſuo.

Alter vero, an Domino directo agente contra emphyteutam ſuper reſciſſione, & nullitate conceſſionis in emphyteuſim, eadem lite pendente dictus emphyteuta teneatur interim canonem ſoluere.

Quòad primum, dubium nõ eſt, emphyteutam lite pendente canonem nonſoluẽ-
1 tem cadere à iure ſuo, licèt tempore litis
conteſtatæ non fuiſſet tranſactum bienniũ,
vel triennium, vt poſt *Capycium in dec. 16.*
notat idem *Author* noſter *in deciſ 44. n. 23.
& in deciſ. 221. num. 25. Verall. deciſ 299.
par. 1.* nonnullos colligit *Petra ad Capyc.
in dicta deciſione*, ac *Giurb. in deciſ 17. n. 6.*
2 cùm ius ſuperueniens lite pendente actori
ex cauſa de præterito proſit ad victoriam,
vt poſt *Corbul.* & alios, quos allegat noſter
Author hic, latè *Mantica de tacit. & ambig.
lib. 2. tit. 27. n. 12.* & *Coſt. de retrotr. c. 8. caſ.
30. nu. 10.*

Verùm hoc intellige cum diſtinctione, ſcilicet quòd aut eſt expreſſa cauſa aliqua

in

in iudicio , & ius ſuperuenit in d. iudicio,
quod ad cauſam expreſſam non compete-
3 bat, & tunc ius ſuperueniens non prodeſt,
ad tradita per Iaſ. in §. actionum, num. 66.
Inſtit. de act. Carpan. ad ſtat. Mediol. 21. nu.
196. Tuſc. in lit. I. concl. 630. num. 7. Gabriel.
in tit. de iudic. concluſ. 2. nu. 15. aut verò ge-
neraliter, ac vniuerſaliter actum eſſet, nulla
cauſa expreſſa, & eo caſu ius ſuperueniens
prodeſt actori, prout ſecūdùm hanc diſtin-
ctionem, facta hinc indè diſcuſſione pro-
nunciauit Conciſtorium Siciliæ, vt teſtatur
Giurba in d. deciſ. 17. & ità etiam expreſsè
videtur ſentire idem noſter Author in citat.
deciſ. 221. nu. 25. & melius Verall. in alleg.
deciſ. 299. circ. fin. par. 1. dicens, quòd ita lo-
quuntur leges allegatæ per Capyc. in dictis
deciſ. num. 6. & ſic ſæpè fuiſſe per Rotam
deciſum.

Circa verò ſecundum, emphyteutam te-
4 neri ad canonem lite pendente ſuper nulli-
tate, & reſciſſione conceſſionis, tenet Mer-
lin. in deciſ. Lucenſ. 68. num. 8. vt in terminis
fuiſſe in S.C. deciſum, inquit Vinc. de Frāch.
in deciſ. 373. in cauſa Archiep. Amalph. cum
Thoma Bonito, quoniam executio contra-
5 ctus peti poteſt etiam non obſtante pen-
dentia litis per debitorem motæ ſuper nul-
litate contractus, Vant. de nullit. tit. quot, &
quib. mod. nullit. nu. 24. Gutierrez de iuram.
confir. par. 1. cap. 2. nu. 23. latè Lancellot. de
attent. p. 2. cap. 17. nullit. pend. nu. 150. c. 8.
pend. reſt. in integr. n. 131. plenè Ruginell. de
appell. pract. qq. q. 19. per tot. Etiā ſi contra-
6 ctus emphyteuticus eſſet nullus, vt deciſum
refert idem Vinc. de Franch. in deciſ. 296. in
fauorem Eccleſiæ, & ad hoc faciunt notata
per Bald. in cap. 1. num. 5. de inueſtit. de re
alien. fact. vbi dicit, quòd pendente euictio-
7 ne vaſallus tenetur pręſtare ſeruitium, quia
percipit commodum, vbi etiam Aluarot.
& deciſum refert Afflict. ibi nu. 15.

Sed ex prædictis infertur, quòd Domi-
nus directus vtrunque petere poſſit, nem-
pè agere ad caducitatem, & ad canonem,
quod abſurdum eſſet, & contrà gloſ. expreſ-
8 ſam in l. 2. verſ. item triennio C. de iur. em-
phyt. vbi expreſsè prohibetur, Dominum
directum vtrunque agere poſſe, quæ gloſ.
communiter eſt approbata, prout eam ap-
probant Cardinal. & Ioannes de Imola, &
alij in cap. potuit, de locat. Specul. in eod. titul.
§. nunc aliqua, verſ. 33. & ibi Io. Andr. in
addit. Angel. Iaſ. & alij DD. in d. l. infinitos
conſulentes pro hac opinione colligit Mā-
tic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 33. & hanc
eſſe communem inquit Gigas in tract. de
penſion. q. 76. poſt nu. 6. Clar. in §. emphyteu-
ſis, Guid. Pap. in deciſ. 172. D. Reg. Rouit. ad
pragm. 1. de cenſib. nu. 42. & tanquam com-
munem defendit Amic. in tract. de iur. em-
9 phyteut. q. 33. per tot. Cùm non poſſit quis
eodem tempore haberi pro emphyteuta,
& pro non emphyteuta, & ſucceſſiuè vtrū-
què ſaluari non poteſt, vt notat Bald. in cō-
ſil. 8. lib. 2. nu. 2. cū alijs collectis per Pariſ.
in conſil. 10. nu. 48. lib. 1. Grauett. conſil. 69.
nu. 16. verſ. inde & cætera, Maſcar. de prob.
concl. 251. nu. 3. etiam ſi adeſſet proteſtatio
directi Domini, ad tradita per Vincent. de
Franch. in deciſ. 48. num. 6. 7. & ſeq. vbi ait
ita ſeruari de ſtilo in Sacro Conſilio, & ſic
ſæpè in facti contingentia obtinui, tàm in
M. C. V. quàm in d. S. C. & ſignantèr in cauſa
Iacobi Cucurulli in Banca Gregorij Cana-
lis, & per S.C. ad relationem M.C.V. in Aula
Regij Conſiliarij Pomponij Salui in cauſa
Baronis Candidæ in Banca Vertozzæ, ità
vt obtenta deuolutione non poteſt agi ad
10 canones non ſolutos, & ſic è contra, reci-
piendo canonem præteriti temporis cen-
ſetur, caducitatem remiſiſſe, ad tradita per
Mantic. loco citato, & per Grat. in tom. 1. di-
ſcept. forenſ. cap. 152. num. 12. & multis ſeq.
Cald. de extinct. emphyt. lib. 4. c. 11. n. 16. infi-
nitos alios colligit Amic in cit. quæſt. 33. &
hanc eſſe communem, & ab ea nòn eſſe
recedendum, tàm in conſulendo, quàm in
iudicando dicit Alexand. Trentacinq. in
lib. 3. variar. reſolution. titul. de iur. emphy-
teut. reſolut. 4. ſub num. 4. prout ſic quoque
deciſum fuiſſe in vna Romana deuolutio-
nis, refert Mareſcot. in lib. 2. var. reſol. c. 138
circa fin.

Et hoc non ſolùm procedit, quando re-
11 cepit, ſed ſi petierit, ad tradita per eundem
noſtrum Authorem in deciſ. 317. Grat. in
cit. cap. 152. num. 21. idem Amic. loco citat.
Mareſcot. in fin. d. cap. 138. latè Blancard. in
notabil. ad Amod. de Pont. de laudim. in no-
tab. 16. per tot.

Quod ampliatur, etiam quando Domi-
nus poſt alienationem factam rei emphy-
teuticæ abſque conſenſu ipſius, reciperet
canonem ſcienter ab emptore, quia tunc
etiam caducitatem remitteret, vt poſt mul-
tos notat Corbul. ſub tit. de cauſ. priuat. ob
alienat. irrequiſ. Domin. fact. limit. 40. nu. 1.
& poſt eum Amod. de Pont. de laudim. q.
16. nu. 5. dicens, quòd per receptionem ca-
nonis factam per directum Dominum à
12 nouo emptore, abſque eius licentia indu-
citur approbatio, & cōſenſus noui emphy-
teutæ, ac etiā remiſſio laudimij, & ità ſub-
dit

dit fuisse per Rotam decisũ in anno 1545. 27. Februarij. Et propterea dum dictus directus Dominus agit ad rescissionem con-
13 cessionis in emphyteusim, tanquam factæ sine eius licentia non potest lite pendente canonem petere, nè per receptionem illius approbationem inducat, ad tradita per *Amodeum* in cit. *loco nu.6. & seq.*

Quamuis illum petere, ac recipere posset, præuia protestatione, quòd ipse illum
14 recipit tanquam ab iniusto detentore, rei suæ, non vt canonem rei emphyteuticæ, sed vt fructus rei suæ, stante consolidatione vtilis dominij cum directo, habito respectu ad fructus, quos ipse iniustus detentor perci-
15 pit, & hæc est cautela domini directi, quãdo pendẽte lite vult recipere canonem, seù pensionem à nouo emptore rei emphyteuticæ absque eius licentia, ad finem vt tutus sit in iure suo, & hoc expresse videtur sentire *Manent. in decis. Mantuan. 52. num. 9.* dum ait, quòd licèt Dominus directus agat aduersus emphyteutam ad nullitatem contractus, interim tamen emphyteuta tenetur canonem soluere, quia licèt contractus sit nullus, percipit ramen fructus ex re, prout sic etiam affirmat *Menad. in decis. 24. in fi. Borgn. decis. 46. nu. 112. p. 1.* & ita loquitur *Vincent. de Franch. in alleg. decis. 373. & 296.* prout in simili tenet *Seraphin. in decis. 958.* dicens, pendente iudicio impugnatio-
16 nis instrumenti dotis, interim viro soluendos esse fructus, vel interesse, cùm adhuc sustinet onera matrimonij, prout sic etiam in emphyteuta pendente lite.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio an, & quando dicatur in pœna.*
2 *Conditio quando per modum pœnæ, vel conditionis adiecta sit, remissiuè.*
3 *Captatoria dispositio quæ dicatur in captatoria dispositione.*
4 *Ipsa dispositio, vel nè conditio reijciatur.*
5 *Substitutio an dicatur captatoria, vbi talis esset institutio.*

DECIS. VII.

1 Dvm proposueram circa materiã de qua noster *Author* hic aliqua annotare nouiter reperi *Fusar. in tract. de substit. in q. 503.* ac melius in *consil.* nouissimè impress. 43. *per tot.* qui latè quæstionem examinat cum multis declarationibus, & limitationibus, ideò ad ipsum me remitto, & ad hanc decisionem latissimè quoq; idem *Author in decis. 53. 68. & 98.* de quibus etiam idem *Fusar. in locis citat.*

Et de hac quæstione de qua noster Au-
2 thor hic, quando pœna, vel conditio sit, latè *Castill. lib. 5. controuers. cap. 20.* & quan-
3 do dicatur captatoria dispositio, latè scripsi in *decis. 98.* & quando dispositione ca-
4 ptatoria ipsa verò dispositio, vel potius cõditio reijciatur, latè dixi *in decis. 68.* & an
5 substitutio sit etiam nulla, vbi captatoria esset institutio, latè dixi *in decis. 228.*

SVMMARIVM.

1 *Filia à statuto exclusa non concurrit in proprietate reseruata filijs, ex* auth. præterea C. vnd. vir. & vxor.
2 *Quartam debitam vigore* auth. præterea *vxor habet titulo hæreditario, quo etiam titulo vocantur filij.*
3 *Filij in antefato succedunt vti hæredes, & non vti filij.*
Amplia, etiamsi matrimonium esset contractum more Magnatum, nu. 4.
Limita de iure communi, sed contrarium, nu. 5. & 7.
6 *Mos Magnatum est idem quàm ius commune. Intellige de iure communi Francorum, & non Romanorum. nu. 8.*
9 *Filia non excluditur à beneficio* l. hac edictali C. de secund. nupt. *etiam stante statuto.*
Amplia, quamuis adesset eius generalissima renunciatio, nu. 11.
Amplia, licèt statutum esset factum ratione agnationis, nu. 10.
10 *Beneficium* l. hac edictali *competit filiæ tanquam filiæ iure sanguinis propter iniuriam.*
12 *Filia licèt aliquid capiat ex matris hæreditate cum pœna, nè plus petere possit, tamen petere potest id, quod plus fuerit relictum vitrico, vel priuigno.*
Sed contrarium, nu. 13.
14 *Lucrum quod defertur filijs ex dispositione* l. hac edictali *non dicitur hæreditarium.*
15 *Bona quæ deferuntur ex dispositione* l. hac edictali *non imputantur in legitimam.*
16 *Surd. in hac decis. nu. 26. confutatur.*
17 Auth. hæres, & l. hac edictali C. de secund. nupt. *declarantur.*
18 *In his, quæ veniunt iure successionis paria sunt non esse in rerum natura, vel non posse succedere.*
19 *Suitas exhæredatione non tollitur.*
21 *Statutum excludens fœminam propter masculos*

sexilos ratione agnationis, non tamen ex cludit eam ab hæreditate matris, quæ non est de agnatione.

22 *Masculinum an concipiat fœmininum.*

DECIS. VIII.

QVamuis *Author* in hac decisione concludat, filiam à statuto ex-
1 clusam con concurrere in pro-
prietate reseruata filijs ex *auth.
præterea, C. unde vir, & uxor*, prout secū-
dum hanc nostrā decisionem post longam
disputationem concludit *Mangil. in tract.
de imputat. & detract. legitim. in quæst. 149.
2 per tot.* ea ratione, quia mater habet illam
quartam titulo hæreditario, quo etiam ti-
3 tulo vocantur filij, vt in dotario, seù ante-
fato debito vigore *l. fœmina, C. de secund.
nupt.* in quo filii succedunt vti hæredes, &
non vti filij per Consuetudinem Neap. vt
decisum cōtra *Afflict. in decis.* 314. testatur
Vinc. de Franch. in decis. 106. & sequitur
Camill. de Medic. in cons. 43. *nu.* 19. *Molfes.
ad Consuet. Neap. p.* 1. *q.* 3. *nu.* 21. *& par.* 2.
q. 2. *nu.* 7. *cum seq. Iacob. Anell. de Bott. in
addit. ad Consuet. Neap. more Magnatum,
4 fol. mihi* 132. *in lit. A.* etiam si matrimoniū
esset contractum more Magnatum, vt de-
cisum in S.C. refert idem *Vinc. de Franch.
5 in d. decis. num.* 9. quæ decisio visa fuit val-
dè dura, & exorbitans *Dom. Io. Franc. de
Ponte*, vt ipse refert in *tract. de potest. Pro-
reg. tit. de success. mulier.* §. 9. *sub num.* 25. ex
6 eo, quia mos Magnatum idē sit quod ius
7 commune, & de iure communi filij in an-
tefato succedunt vti filij, & non vti hære-
des, *Auth. hæres, C. de secund. nupt.* contra-
rium tamen fundat *D. Reg. Capyc. Latro in
8 decis.* 98. *num.* 28. *cum seq.* dicens, mos Ma-
gnatum nō esse idem quod ius commune
Romanorum, sed idem quod ius commu-
ne Francorum.

Tamen non est idem dicendū circa be-
neficium *l. hac edictali, C. de secund. nupt.* à
9 quo filia non obstante statuto nō excludi-
tur, prout in terminis *Manent. in cons.* 15.
lib. 1. nouiter impress. *Thes. iun. in lib.* 1. *qq.
forens. q.* 29. *nu.* 13. *& lib.* 4. *q.* 66. *nu.* 2. *&* 6.
Oldr. cons. 249 *Pachin. lib.* 3. *controu. c.* 68.
Bertazzol. cons. ciuil. 81. *& cons.* 82. *lib.* 1.
Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. *glos.* 8. *p.* 4.
nu. 45. *cum seq. Merlin. in tract. de legitim.
lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 21. diffusè *Mart. de success. le-
gal. part.* 1. *quæst.* 13. *artic.* 11. *per tot. Alex.
Trentacinq. lib.* 3. *variar. resolut. tit. de ma-
trim. resolut.* 5. *nu.* 34. *vers. tu non discedas,
Author* noster sibi cōtrarius *cons.* 237. *per
tot. lib.* 2. *Cancer. in lib.* 3. *var. resol. cap.* 2. *tit.
de inuentar. nu* 197. & sequitur *Rot. Fra-
tinc. March. in decis* 64. apud *Sebast. Med.*
quæ sic iudicauit, omnes contra *Angel. in
§. optime, auth. de nupt. & Rimin. iun. cons.*
406. *lib.* 4. ac *Peregr cons.* 17. ad quem satis
doctè respondit *Mart.* in cit. *art.* 11. & latè
dixi in *tract. l. hac edictali, q.* 12. *à num.* 44.
vsque ad fin. C. de secund. nupt. & ratio est,
10 quia hoc beneficium competit filiæ tan-
quam filiæ iure sanguinis propter iniuriā,
quam ei fecit mater relinquēdo plus viro,
quàm sibi, & sic non est necesse, quòd sit
hæres, cùm nō succedat iure hæreditario,
prout hanc quoquè opinionem sequutus
est *Vinc. de Franch. in dec.* 690. *nu.* 4 *&* 10.
11 vbi ait, quòd renunciatio filiæ quamuis
generalissima non comprehendit ea, quæ
veniunt ex dispositione *l hac edictali*, cùm
illa non veniant iure hæreditario, quod
etiam cum multis comprobat *Merlin. de
legitima. in cit. q.* 21. *num.* 15. *& Manent. in
cons.* 126. *n.* 19. *lib.* 2. impress. post suas de-
cisiones, & in *decis.* 46. *nu.* 28. *&* 29. vt dixi
in l. hac edictali q. 11. *à nu* 60. *vsque ad fin.*
& pro absoluto tenuit S. C. in causa Isa-
bellæ Comitis cum Francisco Florentino
vti patre, & legitimo administratore filio-
rum, & hęredū quond. Angelæ Caccīuttę,
penès Solatium Actor. Mag. Adeò quòd
& si ipsa filia aliquid ex hæreditate matris
cœperit, etiam cum pœna, ne plus pete-
12 ret, nihilominus potest contrauenire, &
petere id, quod plus relictum fuit vitrico,
vel nouercæ, vt notant *Brun. de statut. ex-
clud. fœmin. art.* 9. *nu.* 61. *& Phanuc. de lu-
cro dot. glos.* 5. *n.* 45. *Manent.* in cit. *cons.* 15.
nu. 7. *Fontanell.* in cit. *par.* 4. *nu* 51. *Author*
noster *cons.* 45. *nu.* 54. *Gabr. cons.* 13. *nu.* 27.
cum seq. vol. 2. *Alex. Trentacinq.* in citata
resolut. 5. *nu* 34. *vers. tertiò procedit*, quic-
quid in contrarium fuisse in Senatu deci-
13 sum inquit *Thesaur. iun. in addit. ad suum
Genitorem in decis.* 170. *in ultim. addit.* non
obstantibus scriptis per *Phanuc.* in citato
num. 45. quòd quādo filij sunt matris, vel
patris hæredes, & acceptauerūt hæredi-
tatem, quòd tunc non possint vti benefi-
cio *l. hac edictali*, nam filij agentes ad hoc
lucrum, nō dicuntur agere ad hęreditatē,
14 sed ad bona propria, & sic diuerso iure,
quā hæreditario, ad tradita per *Rot. Aue-
nion. in decis.* 95. *sub nu.* 1. *& Castr. in cons.*
150. *vol.* 1. & propterea hęc, quę deferun-
tur ex hac *l. hac edictali*, in legitimam non
15 imputantur, quia non acquiruntur titulo
hære-

hereditario, ſed iure vltionis, & in compenſationem iniuriæ, vt tradit *Rip. in l.in quartam, nu.*219.*ad l.falcid, & Fachin.in lib 3.controuerſ,cap.*70. vbi inquit, hāc eſſe veriſſimam ſententiam, & ſequitur *Merlin.in tract.de legitima, lib.*2.*tit.*2.*quaſt* 18. *Gratian,in tom,*2 *diſcept. forenſ. cap.* 300, *num.*45.& hoc colligit ex *text. d.l.hac edictali,& §.optim.l, auth de nupt.*

Neç obſtat quod dicit *Author hic n.*26,
16 quòd diſpoſitio *l. hac edictali* locũ habet,
quando filij non ſunt hæredes, dummodò
eſſe potuerint, ſed quia noluerint, non autem
vbi eſſe non potuerint, quoniam hæc
cõſideratio minus vera videtur, vt inquit
*Merlin.*in cit.*q.*21.*num.*13.nam in effectu
paria ſunt, heredem eſſe poſſe, & non eſſe,
vel non poſſe, vltrà quòd obſtat *tex auth.
hares,C.de ſecund.nupt.*quo cauetur, filios
ſuccedere etiam ſi non ſint heredes, excepta
cauſa ingratitudinis, & ideò ex omnibus
alijs cauſis impediti filij hoc lucrum
17 capere poterunt, & ſic dicta *Auth. hares*
intelligenda, vt competat beneficiũ filijs,
etiam non hæredibus, quia noluerint, vel
non potuerint, dummodò nõ ſint ingrati,
eò magis, quia *d.l.hac edictali* idem diſponit,
vndè otioſæ eſſent tot diſpoſitiones,
& ſine effectu, Imo quod dicit *Author
hic* procedit quòad ea, quę iure ſucceſſio-
18 nis deferuntur, cùm tunc paria ſunt, non
eſſe in rerum natura, aut non poſſe ſuccedere:
non quando lucrum eſt à ſucceſſione
ſeparatũ, prout eſt hoc, quod defertur
ex diſpoſitione *d. l. hac edictali*, vt tradit
ipſemet *Author* ſibi cõtrarius in *conſ.*257.
*lib.*2.& antè eum *Socin.ſen.conſ.*35.*nu.*12.
*vol.*4. & ſequitur *Cancer. in lib.*3. *variar.
reſol. cap.*2.*tit.de inuentar.nu.*197.

Minus quoquè refragatur quod dicit
Bart.in l.ſciendum, nu. 3.*ff.de ſuis & legit.*
quòd filia à ſtatuto excluſa cenſeatur exheredata,
ex quo iura ſuitatis amittit, nam
*Angel. in l, Papinianus, §.ſi ex cauſa, ff.de
inoff.teſtam.*per illum *tex.in verb.ſuus*, expreſsè
firmat, ſuitatem exhæredatione nõ
tolli, & facit *text in l.filium, §.ſed cùm ex-
19 haredatio, ff.de bonor. poſſ. contr. tab.* vbi
per exheredationem non omnino tollitur
ſuitas, ſed in ſuſpenſo remanet, ità vt reſciſſo
patris teſtamẽto, filius fiat ſuus hæres
patri ab inteſtato, vltrà quòd quatènus
tolleretur, non per hoc deſinit eſſe filia,
& ſic non ceſſant iura ſanguinis, *l iura
ſanguinis, ff.de reg.iur.* vndè ſublata ſuitate,
non tollitur obligatio, & affectio naturalis,
ad gloſ.in §.poſtea, de teſtam, in qua
obligatione, & affectione eſt fundata diſpoſitio
d l.hac edictali.

Et licet hæc poſſint limitari, quãdo ſtatutum
excludẽs fœminas propter maſcu-
20 los eſſet factũ ratione agnationis, tamen
vltrà quòd debet intelligi de ſucceſſione,
quæ habet aliquid cõmune cum reliqua
hæreditate, quod nõ eſt dicendum in hoc
beneficio huius *legis hac edictali*, quæ eſt
omnino ſeparata, vt dixi, & tradit *Roland.
in conſ* 95.*nu.*43. *in fin.lib.*1. nihilominus
opinio eorum tenentium hoc, non eſt vera,
quia quamuis maſculus excludat ſo-
21 rorem, non tamen eam excludit ad hæreditate
matris, quæ non eſt de agnatione
filiorum, & ſic ſubeſt ratio diuerſitatis, in
qua maſculinum nõ concipit fœmininum,
cum hæc ratio non extendatur vltrà perſonas
nominatas in ſtatuto, prout hoc cũ
multis tuetur *Marta de ſucceſſ. legal. p.*3.
*quaſt.*6. *art,*5.*per tot.* vbi idem eſſe ait in
ſucceſſione ſororis, quicquid in contrariũ
dixit *Gratian.in tom* 5.*diſcept.forenſ.c.*449
22 quòd quãdo ſubeſt eadem ratio agnationis,
maſculinum concipit fœmininum per
comprehenſiuam, & latiùs dicam in ſequenti
deciſione.

SVMMARIVM.

1 *Statutum excludens fœminas propter maſculos ab hareditate tranſuerſalium an locum habeat in hareditate fœmina, &* num.7. & 17.

2 *Fœmina nedùm maſculi venit ſub nomine parentum aſcendentium, & liberorũ.*
*Amplia etiam in ſucceſſione paſſiua, nu.*3.
Item ſub verbo ſi quis deceſſerit, *nu.*4.
Item ſub verbo perſona, *num.*5.
*Amplia, ſiue hoc nomen cõmune proferatur in numero plurali, ſiuè in ſingulari, nu.*6.
*Diſtingue. num.*14.17.21.& 22.

7 *Maſculinum concipit fœmininũ, vbi ratio eſſet indifferens.*

8 *Ratio agnationis ita militat in hareditate fœmina ſicut in maſculis.*
*Contrarium, num.*23.& 24.

9 Surd.*in hac deciſ.declaratur.*

10 *Statutũ conſiderans agnationẽ dicitur fauorabile, & quid reſpectu fœmina, n.*13.

11 *Conſuetudo Capuana, & Nidi excludens matrem à ſucceſſione filiorum, locum habet etiam in deſcendentibus ex matre.*

12 *Statutum ad caſum omiſſum ex identitate rationis porrigitur tribus concurrẽtibus.*

14 *Agnati illi dicũtur qui ex maſculino ſexu deſcendunt.*

15 *Fœmi-*

15 *Fœmina deſcendentis agnatos habere non poteſt.*

16 *Fœmina eſt finis ſuæ agnationis.*

17 *Statutum excludens fœminas propter maſculos, non propter agnationem fœminæ hæreditatem comprehendit.*

18 Conſtit. In aliquibus *procedit tàm in patre, quàm in matre.*

19 Conſtit. In aliquibus *agnationem non reſpexit, ſed maſculinitatem.*

20 Conſtit. In aliquibus *non excludit fœminas propter agnatos, ſed propter filios.*

24 *Statutum excludẽs fœminas propter maſculos ab hæreditate fœminæ, cauſa agnationis factum eſſe non dicitur.*

25 *Maſculinum concipit fœmininum in ſucceſſione actiua, & non paſſiua.*

Contrarium, n. 26.

Intellige, vbi ſubeſt ratio diuerſitatis, nu. 27.

28 *Maſculinum quando in ſucceſſione actiua fœmininum concipiat, & n. 31.*

29 *Statutum excludens matrem ob exiſtẽtiam filij, locum habet exiſtente filia.*

30 *Filiorum appellatione veniunt tàm maſculi, quàm fœminæ.*

Et quomodo hoc concipiatur, n. 36.

31 *Statutum correctorium iuris cõmunis ſtrictè intelligi debet.*

32 *In correctorijs non fit extenſio.*

33 *Statutum prohibens filijsfamilias abſque patris conſenſu, & præſentia contrahere, non comprehendit filiamfamilias.*

34 *Statutum diſponens, expelli filios bannitorum de loco, non habet locum in filiabus banniti.*

35 *Statutum excludens matrem à ſucceſſione filij, non excludit eam a ſucceſſione filiæ.*

37 *Filiorum appellatione fœminæ continentur verè, & propriè, & non ſecundum interpretationem.*

38 *In iudicijs ea opinio ſequenda eſt, quæ melioribus rationibus comprobatur.*

39 *Filiorum appellatione etiam in diſpoſitione hominis fœminæ continentur, vbi deciſio.*

40 Mangilij *diſtinctio impugnatur.*

DECIS. IX.

CIrca hanc quæſtionem, de qua
noſter *Author* hic, nunquid ſta-
tutum excludens fœminas pro-
pter maſculos ab hereditare trãſ-
1 uerſalium, locum habeat nedùm vbi agi-
tur de ſuccedendo maſculo, verùm & fœ-
minę, adde quòd magna eſt *DD.* contro-
uerſia, cùm nonnulli dixerint, quòd vbi no-
men eſſet commune vtrique ſexui, veluti li-
2 berorum, parentum, aſcedentium, hęredũ,
& ſimilium, quòd tunc ſub illo comprehẽ-
dantur tàm maſculi, quàm fœminæ, *Bart.*
in l. 1. num. 2. & ibi Alciat. in princ. & latiùs
Veron. n. 23. verſ. primo caſu ff. de verb. ſign.
idem Bar. in l. ſi quis in tantum, nu. 4. verſ.
habemus C. vnde vi, Cardin. in clem. 1. q. 5.
nu. 8. verſ. dic, quod quandoq; & ibi Barb.
nu. 59. & 60. de elect. Dec. in l. 2. nu. 94. de reg.
iur. Gabr. lib. 6. de verbor. ſignific. concluſ. 6.
num. 43. Tiraq. de retract. lign. g. §. 1 gloſ. 9.
nu. 227. & hanc eſſe communem *DD.* opi-
nionem teſtatur *Rot. in dec. 125. num. 34.*
3 *p. 2. in nouiſ.* & hoc ex vera, & propria ſigni-
ficatione, & non extenſione, vel interpreta-
tione, vt in ſucceſſione paſſiua ſcripſit
Alex. in conſ. 125 nu. 16. vol. 7. vbi de ma-
gis communi opinione, & de communi idẽ
Gabriel. ibidem num. 45. Honded. conſil. 92.
nu. 8. lib. 1. & poſt *Paul. de Caſtr.* & alios
hanc putat veriorem *Brun. de ſtat. exclud.*
fœmin. ar. 8. q. 14. nu. 53. circa med. Theſaur.
deciſ. 269. num. 12. Menoch. conſ. 541. nu. 31.
vt de verbo *decedentis* tradit *Farinac. in*
4 *deciſ. 548 num. 1. part. 2.* & de verbo *ſi quis*
deceſſerit ſcripſit idem *Brun. art. 5. num. 8.*
5 & de verbo *perſona*, quòd vtrunque ſexum
comprehendat, voluerunt *Rot. d. deciſ. 125.*
nu. 36. par. 2. & Carpan. ad ſtatut. Mediol.
tom. 1. c. 284. nu. 1. Farinac. dicta deciſ. 548.
nu. 3. & facit *tex. in cap. mulieres, de ſenten.*
excomm. de verbo *hæredes* ſcribit *Surd.*
conſil. 100 nu. 15. ex traditis per *Alex. in l.*
ſed ſi hac §. liberos, nu. 3. ff. de in ius vocand.
& hoc ſiuè nomen *commune* proferatur in
numero plurali, ſiuè in ſingulari, vt de
6 verbo *parentis* probat *text. in l. 2. C. qui ſa-*
tiſd. cog. auth. vnde ſi parens C. de inoff. teſt.
l. in arenam C. eod. Rebuff. in l. appellatione
col. 3. in princ. verſ. amplia parentis nomen
ff. de verb. ſignif. & de verbo *deſcendentium*
tradit *Gratian. tom. 3. diſcept. cap. 428. nu. 3.*
7 Nonnulli autem voluerunt, in hoc attẽ-
di debere rationem, qua ſtatuentes moti
ſunt, an eſſet indifferens, vel nè, tàm in ſuc-
ceſſione maſculi, quã fœminæ, ſcilicet præ-
ſeruandi bona in agnatione, quòd tunc
maſculinum concipiat fœmininum, vt re-
probato *Salyc. in l. 2. C. de nox. act.* quem
ſequitur *Author* hic, firmat idem *Brun. de*
ſtatut. art. 5. nu. 80. in fin. ex eo, quia non
propter hoc tollitur, quin ratio agnationis
8 conſeruandæ ita militet in deferenda hæ-
reditate fœminæ ad agnatos, ſicut in hære-

ditate masculi, vt in §. cæterum, Instit. de
legit. agna. successſ. prout firmat Fulgoſ. conſ.
18. & 38. Decius conſil. 480. dub. 1. & conſ.
514. num. 5. Rol. conſ. 82. num. 33. in fin. &
conſ. 32. num. 33. lib. 3. Mazol. conſ. 5. & 6.
vbi de communi, Socin. Iun. inter conſ. eiuſ-
dem Mazol. 7. de communi Mantic. de
conie&t. vltim. vol. lib. 6. tit. 6. num. 10. in fin.
Ruſtic, ad l. cùm auus, lib. 3. c. 10. n. 76. vſque
ad n. 94. Simon de Prat. de interpr. vlt. vol.
fol. 287. nu. 1. & fol. 292. num. 65. ad med.
Cauale. decis. 18. nu. 1. & ſeq. par. 3. & cum
eis pertransit Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 40 ı.
num. 36. & 38. & q. 494. nu. 3. & in puncto
nostri casus hanc opinionem ſequitur Fa-
rinac. in decis. 548. nu. 6. par. 2. dicens, de-
cisionem nostri Authoris hic procedere,
9 quando agnationis ratio non esset expreſ-
ſa, aliàs ſi fuerit expreſſa, eſſet ſecus, quo-
niam eo casu ex illius rationis identita-
te fieret extensio, quæ potiùs erit compre-
hensio, ex traditis per Molin. lib. 3. de pri-
mog. cap. 5. ſub nu. 4. verſ. hoc autem, & nu.
6. & 7. nec esse considerandum, ſubdit,
quòd hoc statutum esset odioſum, quia
10 ſtante expreſſione rationis, vt conſeruetur
agnatio dicitur potiùs fauorabile, vt plu-
ries decisum testatur per Rotam, & firmat
Sim. de Prat. conſ. 163. n. 5. Sfort. Odd. conſ.
56. nu. 13. Fab. de Anna conſil. 118. nu. 19.
11 vol. 2. vbi ex hoc ait, consuetudinem Ca-
puanæ, & Nidi excludentem matrem à
ſucceſſione filiorum locum habere etiam
in deſcendentibus ex matre ratione agna-
tionis conſeruandæ in ea expreſſa, vt etiam
latiùs voluit in conſ. 92. quamuis in conſue-
tudine prædicta de filijs, & deſcendentibus
facta nòn ſit mentio, cùm vbi tria concur-
rerent, ſcilicet eadē ratio, eadem æquitas,
& ſumus in fauorabilibus, tunc statutum
12 porrigitur ex identitate rationis etiam ad
casum omiſſum, dicit Bald. in l. ſi mater, in
fin C. de inſtit. & ſubſtit. Curt. iun. conſ. 150.
nu. 3 Natt. de ſtat. exclud. fœmin. q. 3. nu. 34.
& ſeq Sfort. Odd. conſ. 59. n. 9. cum alijs per
Annam in d. conſil. 118. nu. 18. & quamuis
reſpectu ſeminæ statutū hoc dicatur odio-
13 ſum, tamen odium hoc non dicitur irra-
tionabile, ſed, rationabile ob bonum pu-
blicum, Rum. conſil. 22. nu. 11. lib. 3. Gabriel.
conſil. 14. nu. 13 & 24. lib. 1.

Multi verò oppoſitum firmarunt, dicen-
tes, quòd ſi in statuto agnatio cōtemplata
ſit, quòd fœminæ hæreditas non compre-
hendatur, cùm agnati illi veri ſint, qui ex
14 maſculino ſexu deſcendant, §. 1. Inſtit. de
legit. agnat. ſucceſſ. §. 1. Inſtitut. de legit. tut.
non autem qui per lineam fœmininam
15 cùm mulier non poſſit ſuos deſcendentes
agnatos habere, ex eo, quia non poſſunt de
iure ciuili duodecim tabularum tanquam
agnati venire, ſed tanquam cognati, atten-
tis Senatuſconſult. Orficiano, & Tertullia-
no, & eſt regulare, vt liberi fœminarum nō
ſint in eorum familia, & agnatione, quia
16 fœmina eſt finis ſuæ agnationis, l. pronun-
ciatio 195. in fin. & l. familia ff. de verbor.
ſignific. l. aſſumpto § filius ff. ad municipal.
vndè ratio, quæ militat in maſculo, non vi-
get in fœmina tanquam diuerſa.
17 Si autem statutum agnationem non re-
ſpiceret, & tunc etiam ſi maſculos cum
fęminarum excluſione vocaret, quòd tunc
fœminæ hæreditas contineatur, ex eo, quia
hoc statutum cenſetur factum propter ſe-
xum maſculinum, cum fœminis prædiligē-
do, quod pariter viget in patre, quā in ma-
tre, vterque enim optat, vt filij maſculi, ne-
potes, & deſcendentes ab eis vniuerſaliter
ſuccedant, tanquam per eos magis conſer-
uetur eorum memoria, quàm per fęminas,
quæ de aliena ſunt familia, prout procedit
nostra Conſtitut. In aliquibus, quæ licèt ex-
18 cludat fœminas à ſucceſſione patris, tamē
fuit declaratum, militare etiam quòad
matrem, & ſic quòad eius ſucceſſionem, vt
notat ibi Iſern. verſ. ſed numquid filius, vbi
ita dicit vſu, & conſuetudine probatum, &
Affl. ibi. q 11. ſub nu. 47. & decis. 178. nu.
1. & 2. ait, ſic fuiſſe per Sac. Conſ. iudica-
tum, quod etiam prius voluit Luc. de Penn.
in l. fin. col. 2. C. quand. & quib. quart. pars,
& ita hodie ſine dubio iudicari tradit
Vinc. de Franch. in decis. 171. & decis. 667.
num. 5. de Pont. conſil. 74 lib. 1. Molfeſ. ad
Conſuet. Neapol. par. 4 in add q. 40 num. 2.
& 3. vt etiam in terminis statuti firmarunt
Honded. conſil. 1. Peregrin. conſ. 116. lib. 2.
Gabriel. conſil. 11. nu. 35. lib. 1. & conſil. 18.
nu. 44. lib. 2. Gratian. tom 3. diſcept. c. 428.
nu. 1. & 2. eo quia Conſtitutio non agna-
19 tionem (vt malè ſentit ibi Affl in fin. dictæ
Conſtitutionis communiter reprobatus) ſed
maſculinitatem prædilexit, vt latè annota-
uimus in tract. l. hac edictali q. 12. à nu. 37.
& 41. & ratione, quia ſi Conſtitutio hac ra-
tione edita fuiſſet, vt inquit Affl. ibi, vtique
filios abſolutè, & ſimpliciter excluderet, nō
autem ſub illa qualitate, dummodò fœmi-
næ ſint dotatę, quia indotatę nō magis cō-
ſeruant, quàm illæ fauent, quæ ſunt dotatę,
vt benè conſiderauit Surd. in conſil. 100.
num. 15. verſ. quatenus verò; item etiam
20 quia Conſtitutio non excludit fœminas
pro-

propter agnatos; sed ꝑpter filios, & sic prospexit masculinitatem, non aut agnationē.

Et supradictam distinctionem disputa-
21 to articulo latè prosequitur *Paul. de Cast. cons. 91. lib. 2. per tot.* & ponderauit *Surdus cons. 100. num. 2. & 3.* & ante eum sequendo *Castr.* tradit *Dec. in cons. 302. n. 6. in fin. Socin. sen. cons. 1. num. 15. lib. 1.* latiùs *Bero. cons. 120. num. 13. & 17. lib. 2.* nec omittendum *Grattan.* qui cum hac quoque distinctione concludit *in d. c. 418. num. 15.* & declarat illud verbum *parentum*, vel *descen-*
22 *dentium* passiuè, subdens, quia hoc casu ratio esset adaptabilis in vtroque scilicet, tàm in patre, quàm in matre, quod non esset ita vbi agnatio consideraretur, per *text. in l. 1. ff. si quis à parent. fuerit manum. & in l. mortem, § planè ff. de pœn.* quod etiã voluit *Rebuff. in d. l. appellatione, col. 3. vers. primò perdit officium ff. de verb. sign.*

Nec opinio in contrarium relata, scili-
23 cet quòd ratio agnationis ita præsumatur cadere in fœmina, sicut in masculo est vera, quoniam vltrà quod suos habet contradictores, vt voluerunt *Socin. sen. in l. cùm auus num. 8. & ibi add. ff. de condit. & demonstrat. Suarez in l. filiusfamilias, §. diui num. 68. ff. de leg. 1. Zanch. in l. hæredes mei, §. cùm ità, part. 7. num. 67. ff. ad treb. ll. Ancharan cons. 339. num. 7. Castr. cons. 95. in fin. lib. 2. Dec. cons. 570. num. 11. & Addent. in consil. eiusdem Decij 514. verb. filia, Alciatus consil. 8. num. 37. lib. 3. Gabriel. cons. 97. num. 15. lib. 1. Bero. cons. 120. num. 13. lib. 2. Roland. à Vall. cons. 76. num. 11. lib. 3.* Tamen magis communis est in contrariũ opinio, vt de ea testatur *Sfort. Odd. cons. 46. num. 57.* & pro absoluto firmat *Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib. 11. titul. 15. num 4. vers. verùm planè,* sic etiam *Simon de Pratis de interpret. vltim. volunt fol. 69. num. 13.* & cum ea pertransit *Thesaur. in dec. 182. num. 12. Magon. decision. Lucen. 5. num. 24. in fin. Peregrin. de fideicom. art. 25. nu. 18. Menoch. lib. 4. præs. 85. n. 4. Molin. de primog. lib. 3. c. 5. nu 73.*

Hinc communiter dixerunt DD. quòd
24 statutum excludens fœminas propter masculos ab hæreditate fœminæ, quòd non causa agnationis factum esse dicatur, sed potiùs prędilectionis masculinitatis, ex eo quia dum agitur de successione materna alia ratio reddi nequeat, vt in puncto *Ias. cons. 115. num. 23. cum seq. lib. 4. Paris. consil. 49. num. 55. cum seq. lib. 3. Dec. consil. 302. num. 6. vers. nec videtur, idem Castren. dict. cons. 91. in fin. lib. 2. Socin. sen. cons. 1. num. 15. lib. 1. Rimin. sen. cons. 253. num. 25. lib. 2. Bero. d. cons. 120. num. 13. lib. 2. Brun. de statut. exclud. fœm. art. 3. sub num. 18. art. 8. sub n. 52. Gabr. cons. 15. n. 38. lib. 1. Honded. cons. 1. num. 28. lib. . Peregr. cons. 106. nu. 7. lib. 2.*

Alij verò inter vocationem, seu succes-
25 sionem actiuam, & passiuam differentiam constituerunt, dicentes, in primo casu masculinum concipere fœmininum, in secundo verò secus, ità *Parmac. d. decis. 548. n. 7.* vbi in hoc tantum casu ait procedere opinionem *Salyc. in l. 2. n. 25. C. de noxal. act.* allegati per *Authorem* hic, quem confutat *Brun. de statut. exclud. fœmin. art. 5. n. 80.*

At multi hanc improbarunt distinctio-
26 nem, asserentes, non esse verum, quòd in successione passiua masculinum concipiat fęmininum, vt in puncto dicit *Brun. d. art. 5. n. 80. in fin.* vbi in terminis vocabuli masculini, qui secundùm regulam cõmunem aptum est concipere fœmininum, non putat tutum recedere ab opinione tenentium, non intelligi de successione fœminarum, vt etiam firmat *Fulgos. cons. 54. incip.*
27 *Item quòd qualibet hæreditas*, dummodò subsit ratio diuersitatis, aliàs secus, cũ tunc masculinum fœmininum conciperet, vt post *Ias. Menoch. Ruin. Aldobr. Tiraquell.* & alios firmat *Ludouis. decis. 293. num. 10. Merlin. de legitima lib. 3. tit. 1. q. 27. nu. 11.*

Nec quoque verum videtur, quòd in
28 successione actiua masculinum non concipiat fęmininum, quia in hoc magna est *DD.* controuersia, siquidem aliqui dixerũt, quòd si stat urum nõ esset fœminis odiosum, sed fauorabile, quòd tunc masculinum concipiat femininum, & hãc esse communem dicit *Alex. in cons. 61. nu. 2. in fi. vol. 1. Cuman. consil. 166. in princ.* latè *Mart. de success. legal. par. 1. q. 2. art. 2. n. 11. Thesaur. decis. 169. nu. 14. Crot. consil. 104. nu. 2. Decian. consil. 1. nu. 88. lib. 2. Cephal. consil. 13. nu. 96. lib. 1. Honded. consil. 8. num. 8. lib. 2. Thes. filius lib. 3. quæst. for. q. 116.* licèt ibi erat facta declaratio in illo statuto, quod masculinum conciperet fęmininum, vt in statuto excludente matrem ob existentiã
29 filij, considerant *DD.* quòd locum habeat etiam existente filia, cùm etiam in materia exorbitanti filiorum appellatione veniant
30 tàm fœminæ, quàm masculi, *l. 2. §. si mater ad Tertull. Tiraquell. de retract. §. 1. glos. 9. nu. 217. & 221. & seq. Curt. sen. consil. 9. nu. 22. & seq. Ludouis. decis. 293. num. 12.* latè *Thesaur. decis. 263. num. 7. & seq. & decis. 269. num. 3. in fin. & 4. Rol. à Vall. de lucro*

*dgt.q.55.Handed.conf.92. nu.5.lib.1. Ruin. consil.39.in fin.lib.5.Bald.consil.226. lib.5. col vlt.*Quicquid acerrimè pro matre tueatur *Merlin, ae l:gitim.lib.3.tit.1.q.27.nu.6. & seq.*

31 Aut verò statutum esset fęminis odiosũ, & correctorium iuris communis, tũc secus est dicendum, scilicet masculinum non cõcipere fęmininum, cùm in materia correctoria iuris communis strictè debet intelligi, scilicet in casu suo, & in propria significatione, & non interpretatione extensiua, *l.pronunciatio, verbo porrigitur, ff.de verbor.signif.* quoniam in correctorijs non fit extensio, *l. præcipimus, C. de appellat. auth. quas actiones, C.de Sacrosanct.Eccles.* Hinc
32 videmus *Pragmaticam* nostram *ad Macedonianum*, per quam prohibitum est filijsfamilias absque patris consensu, & præsentia contrahere, non comprehendere filiamfamilias, ità *Dyn. & Io. de Imol. in l.si ità scriptum sit filiabus ff.de legat.2. Alex.* vidẽdus *consil.29 nu.10. vol.3. Tiraq.de vtroq; retract.§.1.glos.9.num.193. Vrsill.ad Afft. in decis.308. nu.22.* eo quia hoc statutum
33 est correctorium, vt habetur in *l filiusfamilias ex omnibus, ff.de act. & obligat, l fin.§. 1.ff.de verbor.oblig. l.hærede, §.filia cum §. seq. ff.de pact.* sic etiam ante eos *Bald. in l.*
34 *quicunq; nu.33.C.de seru. fugit.* dicens, statutum disponens, filios bannitorum expelli de loco, non habere locum in filiabus banniti, idem sequitur ibi *Salyc. & Alberic. in 4.par. stat. q.64.* sic etiam statutum exclu-
35 dens matrem à successione filij, non excludit à successione filiæ, *Archid. in cap. si quis suadente 17.q.4.Brun. de statut.art.5. q.13. num 69 Socin.Iun.consil.23. lib.1. Bursat. consil.37.nu.16. Natta consil.514. num.19.* ea ratione, quia appellatione filiorum, etsi
36 fœminæ contineantur, hoc tamen non erit perpetuum, nec procedit secundùm veritatem, sed ex quadam benigna interpretatione extensiua, quæ cùm in statuto prohibita sit, maximè in statuto correctorio, & odioso, fęminæ omninò ab eis excludendæ sint. Tamen hæc ratio non videtur vera, quia appellatione filiorum fęminæ continentur verè, & propriè, & non secundùm
37 interpretationem, vt latè ex professo disputato articulo defendit *Mart. de success. legal.part.1.q.2.art.2.num.3.cum seq.ex Decian. consil.1.num.30.vol.1. Marzar.consil.8 num.5.Rub.consil.71.num.2.Riminal. consil.224 num.75.vol.2.* cum alijs per eum allegatis, subdens, non esse curandum de communi opinione in contrarium, nam illa iure non probatur, & contra eam stat *tex.in l.2. §.sed neq;C.de veter.iur.enuclea.*
38 quia in terminandis litibus ea quidem opinio sequenda est, quæ melioribus rationibus comprobatur, prout non semel contra communem judicauit S.C. teste *Vinc.de Franchis in decis.30.* sic etiam dictam opinionem sequitur *Brun.de stat.exclud. fœm. art.5.nu.77.* & latè *Rebuff.in l.1.col.4. circa fin.ff.de verbor.significat. & Crot.consil. 104. nu.29.* & ego in fortioribus obtinui in S.C, in quadam ardua causa, maxima interueniẽte discussione, in causa, inquam, Lucretiæ Monticellæ cum Aloysio Monticello super hæreditate, & successione Antonij Hieronymi Monticelli fratris vtrinq;
39 coniuncti dictæ Lucretiæ sub die , , Nouembris 1639. ad relationem Domini mei eruditissimi, & acutissimi ingenij Hectoris Capycij Latro meritissimi Reg. Consiliarij penès Solatium, ibi enim agebatur, quòd quidam Ioseph Monticellus in vltimis cõstitutus instituerat suos hæredes vniuersales Antonium Hieronymum eius filium, & posthumum, si nasceretur ex Hieronyma delle Vigne eius vxoris, his verbis, *Instituisco mio herede vniuersale Antonio Geronimo mio figlio, e perche può esser, che detta mia moglie sia grauida, in tal caso partorendo figlio mascolo, detta heredità sia commune dell'vno, & l'altro figlio, & partorendo figlia femina, à quella cõstituisco di dote docati tremilia nel tempo di maritaggio,* subdens deindè. *Et voglio che morendo detti miei figli, ò figlio in pupillari ætate, ò vero quandocunque senza figli legitimi, & naturali l'vno socceda all'altro in caso che fossero dui, & morendono tutti dui, nel caso predetto substituisco Luise Mõticello mio carissimo amico, & fratello, & cosi essendo vno solo figlio, nel caso predetto succeda il predetto Luise, & suoi figli legitimi, & naturali.* Cùmque vxor prædicti testatoris posthumam pepetisset, quæ vocata fuit Lucretia, & deindè dictus Antonius Hieronymus in pupillari ætate decessisset, fuit in dubium reuocatũ, nũquid Aloysius frater testatoris dicebatur substitutus, an verò Lucretia sub nomine filiorum, tandem cùm tuerer iura prædictæ Lucretię, vti eius curator per S.C. datus ad lites, obtinui pro ea, ex quo fuit cõfirmatũ decretum præambuli lati per M.C. ad beneficium ipsius Lucretiæ, in qua causa inter alia fundaui, non esse contemplatam nec tacitè, nec expressè agnationem, nec obstare, quòd testator in institutione discretiuè loquutus fuerat de masculis, & fę-

minis

mihis, eam dotando, vbi totum fundamentum faciebat aduersarius ex doctrina *Bald. in l. in multis, ff. de statu hominum*, vt latè dixi in *lib. 1. controuers.*

Quamuis casus iste à proposita quæ-
40 stione videatur diuersus secundùm *Mangilium de imput q. 78. num. 30. cum seq.* vbi
inter verba testatoris, & statuti differentiã constituit, nam respectu testatoris verba interpretantur ex coniecturis, & benignè, at respectu statuti secus, quia illis standum est, cùm non recipiant interpretationem, vnde concludit, quòd filiorum appellatione in statutis non veniunt fœminæ, secus in dispositione hominis, sed in hoc refragatur quod supra diximus ex *Mart. de success. legal. d. par. 1. q. 2. art. 2.* scilicet filiorum appellatione contineri fœminas ex vera, & propria significatione, & non secundùm interpretationẽ, tam in dispositione hominis, quàm statuti, cùm statutum in hoc intelligi debeat secundùm ius commune, *l. si verò §. de viro ff solut matr.* & sic nulla videtur differẽtia inter statutum, & hominis dispositionem, data tamen pro vera *Marta* opinione, & quãdo ratio statuti sit indifferens, vt dixi.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura requiritur in cõtractu emphyteutico.*
Ampla, etiam in Ecclesia, nu. 2.
3 *Dominium non probatur ex assertione facta in instrumento, rem esse reddititiã alicui.*
Limita, num. 8.
Ampla, quamuis hæc scriptura, vbi esset facta assertio, esset antiqua, nu. 4.
Limita si essent plures scripturæ antiquæ, in quibus appareret, hoc enunciatum fuisse, nam tunc probatur directum dominium, num. 5.
Ampla, etiam in præiudicium tertij, nu. 7.
Intellige, nu. 6.
Declara, nu. 13.
8 *Directum dominium probatum dicitur, quãdo vltrà vnicam recognitionem quis haberet canonum solutiones.*
9 Guid. Pap. in decis. 272. *reprehenditur.*
Sed eius opinio saluari potest, nu. 14.
10 *Dominium non probatur per inuestituram, item nec per descriptionem catastri, vel per instrumentum locationis etiam perpetuæ, nu. 11.*
Limita, si essemus in antiquis, & plura instrumenta locationum interueniant, num. 12.

DECIS. X.

1 COmmunis fuit DD. opinio, scri-
pturam requiri in contractu em-
phyteutico, vt in *l. fi. C. de iur.*
emphyt. Ruin. cons. 47. num. 7. &
cons. 160. num. 5. vol. 1. noster *Author in*
decis. 331. num. 10 & innumeri apud *Amte.*
in tract. de iur. emphyt. q. 41. per tot. qui la-
tissimè respondet obiectionibus, & argu-
2 mentis contrarijs, quod etiam in Ecclesia
ampliant *Bursat. in consil. 26. nu. 16. cum*
seq vol. 1. Milanens. decis. 1. num. 123 lib. 1.
Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 106.
num. 7. Tusc. in lit. B. conclus. 192. nu 175.
tom. 3. cùm in hoc contractu regulariter,
ac frequenter concessio fiat in perpetuum,
vel in tertiam, & quartam generationem,
vel alijs modis, vnde dictus contractus or-
dinatur ad tempus excedens memoriam
hominum, nec sufficit assertio dominij fa-
cta in instrumento, rem esse reddititiam
3 alicui directo Domino, cùm ex ea non
probatur directum dominium, vt ita iudi-
catum refert *Guid. Pap. in decis. 24. Franc.*
Marc. quæst. 614. Io. Papon. in lib. 13. tit. 2.
4 *arrest. 19.* licet scriptura hæc, in qua est
facta hæc assertio esset antiqua, secus autẽ
si essent plures scripturæ antiquæ, in qui-
5 bus appareret hoc enunciatum fuisse, quia
tunc bene probaretur directum dominiũ,
vt notat *Bald. & Castr. in l. cùm aliquis*, C.
de iur. deliberand. & post eos *Camill. de*
Medic. in consil. 9. nu. 17. Farinac. in decis.
Rot. Roman. 591. num. 2. & decis. 23. nu. 3.
in nouis. & latissimè *Thesaur. in lib. 4.*
6 *quæst. forens. q. 42.* dummodò ista instru-
menta antiqua deriuentur à diuersis per-
sonis, quòd esset secus si ab eisdem, quia si
habeãt originem ab eisdem personis, sem-
per videretur vnicum, & idem testimoniũ,
& ob id famæ efficaciam habere non pos-
sent, argument. *text. in l. cui fundus ff. de*
condit. & demonstrat. vt etiam notat *Man-*
tic. de tacit. & ambig. lib. 2. titul. 6. num. 21.
& seq. Quamuis *Bardell. in consil. 49. n. 41.*
dicat, verba illa enunciatiua probare quò-
ad partes contrahentes tantùm, & non
quòad tertium. Sed tu ne recedas à prima
opinione, cùm in antiquis verba enuncia-
7 tiua plurium instrumentorum probent,
etiam in præiudicium tertij, vt notat *Crau.*
de antiq. tempor. 1. par. nu. 74. & post eum
ita fuisse conclusum in *Rot.* refert *Seraph.*
in decis. 474. num. 1. & hanc opinionem
plenè sequutus est *Barb. in consil. 6. nu. 17.*

vol.2.& ante eum *Ias. in consil.65.num.1. vers.confirmatur,vol.3.* quem sequutus est etiam *Mascard. de probat. in conclus.*106. *nu.*8.*& Thesaur.in d.q* 42.*nu.*12.

Verùm limita supradictam primã con-
8 clusionem,quando vltra vnicã assertionem dominii quis haberet solutiones canonũ, quia tunc benè diceretur probatum directum dominium, ad hoc vt possint iura dominicalia exerceri, vt latissimè tradit *Io.Philip. Tes.in alleg.2.nu.*5. *&* Camill. *de Medic. in cit.consil.9. nu.*18. *at Mantic. de tacit.& ambig. lib.*23.*tit.*6.*nu.*33. Et ità vidi non semel iudicari, & particulariter per Reg. Consil. Andræam Prouenzanum in causa V.I.D. Francisci Antonij Marottæ, & Dorotheæ Pintæ coniugum cum Illust. Duce Tuschani post maximam discussionem, & re benè perpensa dum fuit conuentus condemnatus ad solutionem laudemiorum, vt patet penès Plinium Iuuenem Actor.Magistr. quicquid in contrarium voluerit *Guid. Pap. in decis.* 272. dicens, vnicam recognitionem sufficiẽtem esse,ad hoc vt probatum dicatur directum dominium, & quod ita ipse semper obti-
9 nuit, quæ opinio reprehenditur per *Rip. in l.si aliquam,num.*40. *de acquiren. poss.* dicentem,de eo non esse curandum,cum sine lege,& ratione loquatur,cùmq; in hoc casu neque inuestituta, quæ plus iuris tribuit inuestienti, quàm simplex recognitio
10 operetur, nam nihilominus per eam dominium non dicitur probatum, vt ex traditis per *Ruin. in consil.*29. *& consil* 162. *lib.*1.*Roland.à Vall.consil.*46.*nu.*22. *lib.*3. *Ludouic.decis.Lucens.*55.*nu.*7. & hanc esse communem inqnit *Camill. de Medic.in d. consil.nu.*5.& ibi,neque per descriptionem
11 catastri,neque per instrumentum locationis etiam perpetuæ, vt *num.*8. latè *Boer. decis.*42. *Mascard. de probat. conclus* 542. *Barbos. in repet. l.si alienam nu.*74.*ff.solut. matrim.* etiam in ipsa Ecclesia, vt probat idem *Mascard.in conclus.* 541. dummodò non essemus in antiquis, & plura instru-
12 menta locationum interueniant, quia tũc dicta instrumenta probarent, vt notat *Thesaur. in lib.*4. *quæst.forens.q.*42.*num.*9. etiam quando ageretur contra tertium possessorem, vt notat *Bursat. d.cons.*26.& & ante eum, & alios *Mascard. d. conclus.*541.

13 Sed suprascripta sũt intelligenda, vt nõ probetur directum dominium contra tertium, vbi ipse tertius non haberet causam à recognoscente, vt singularis est *decis. Mastrill.* 227.*per tot.*licèt casus ibi non fuit decisus,sed ait,concludendum esse pro reo possessore, & sequitur *Mantic. de tacit.& ambig.lib.*23.*tit.*6.*nu.*14.aliàs in casibus, in quibus sola recognitio probaret dominiũ contra recognoscentem, in eisdem casibus probaret etiam cõtra tertium possessorem, habentem causam ab ipso recognoscente *auth. quæ res tam dictas, C. de Sacrosanct. Eccles.*per quem *text.*ita tenet *Salic. in l.fi.* C.*de iur.emphyt.Socin.in cons.*50. copiosè, & subtiliter *col.*2. *lib* 4. *& consil.*67. *col.*3.
14 *od. lib.* & in istis terminis saluari potest opinio *Guid. Pap.* vt notat idem *Rip.in cit. l.si aliquam rem,num.*42. quamuis etiam in hoc casu contrarium teneat *Thesaur. in cit.q.*42.*num.*3.*in fin.* sed malè,nisi probaretur,erroneam fuisse recognitionem, cùm quis possit rem suam sub alterius dominio submittere,*l.censualis, vbi DD.C.de donation.* nec dicitur tertius qui causam habet à recognoscente,argumento *l.si superatus, ff.de pignor.*

SVMMARIVM.

1 *Appellatione bonorum in generali dispositione veniunt feuda.*
*Intellige,quando disponens non incideret in pœnam amissionis ipsorum, & dispositio conferretur in personam de comprehensis in inuestitura, et quando esset facta per verba vniuersalia, vt nu.*2.
*Sic quoque dicendum de grauato hereditatẽ restituere, dummodò ille, cui sit restitutio sit de comprehensis in inuestitura,nu.*3.
4 *Feuda, & emphyteusis continentur in generali renunciatione.*
*Sed contrarium,num.*5.
6 *Feuda non veniunt in generali renunciatione,& donatione, nisi expressè dicatur, quamuis donatarius illorum capax sit.*
*Intellige, quando esset generalis, non autem vniuersalis dispositio,nu.*7.
8 *Emphyteusis ecclesiastica non transit ad extraneos, amplia etiam existente clausula* tibi,& quibus volueris,*nu.*9.
10 *Et quando dicatur transitoria ad extraneos, remissiuè.*

DECIS. XI.

1 AD hanc decisionem adde,quòd in generali dispositione appellatione bonorum veniunt feuda, per *text.in cap.*1.*de cleric.qui inuest. fec.*quem ponderat ad hoc *Ann. pater in sing.*

sing.477.& filius in *cons.120.lib.2.n.20.& seq.* vbi multos cōcordantes allegat, quādo disponēs non incideret in pœnam aliquam amissionis ipsorum, prout ēt declarat post alios *Crauet.in cons.256. n.6. & cons.303. n.4.lib.2.& Cam.de Med.in cons.20.n.13.*
2 maximè vbi dispositio esset per verba vniuersalia, quia tunc includuntur ea, q̄ alias non includerentur, vt post *Bart. in l.in generali,6.uxori,ff.de vsufruct.legat.*& alios, quos adducit *Fab.de Anna in d.consil. nu. 21. & Camill.de Medic. num.14.*& multo fortius si dispositio conferatur in personā de comprehensis in ipso feudo, *Rimin. sen. consil.465.nu.16. Sol.in antiq. Constit. Sabaud.tit.de feud.cap.quia plerique, glo. quinimò etiam, sub num.7.* item dicitur de gra-
3 uato restituere hæreditatem, dummodo ille, cui fit restitutio, sit de comprehensis in inuestitura, vt pro absoluto tenet idem *Camill. de Medic.in consil.21.nu.2.& seq. Capyc.decis.2. num.4. vbi Masull.* & pro-
4 cedit etiam in renunciatione generali, in qua feuda, & emphyteusis continentur, vt tuentur ipse *Camill. de Medic.in dictis consil.20.& 21. per tot.* etiam absque assensu, & *Ann.in consil.20.per tot.lib.1* licèt contrarium dicat in *consil.22.* prout etiam tenet *Manent.in decis. Mantuan.22. per tot.* & signanter *nu.50.& seq.* vbi ait, quod si in generali dispositione facta inter comprehensos venirent feudalia, sequeretur, quod sorore renunciante fratri, vel patri omnibus suis bonis, feudum, vel emphyteusis ve-
5 niret in renunciatione, quod falsum esset, & allegat singulare *consil. Parif.12.nu.56. cum seq.vol.1.* qui latissimè hanc partem tuetur, dicens in generali dispositione, &
6 donatione feuda non venire, quamuis donator illorum capax esset, nisi dicatur, cùm feuda specialem habeant rationem, & diuersam ab allodialibus, vt ex *consil. Menoch 150.nu.49.& seq.*

Sed hæc opinio benè procederet, quando essemus in generali dispositione, non
7 autem in vniuersali, vt ex supra traditis, quia tunc etiam feuda comprehenderentur, vt dixi, & rationem diuersitatis adducunt *Fab.de Ann.in cit.consil.120.num.21. & DD.* per eum adducti, & *Camill.de Medic.in in d.cons.20.*

Et circa reliqua, de quibus *Author* latè hic, quòd emphyteusis Ecclesiastica non
8 transit ad extraneos, adde quòd communis est opinio, & secundum eam plures Rotam iudicasse testatur *Ludouis.dec.529.*
9 etiam si adesset clausula, *tibi, & quibus volueris*, cùm per eam licèt concedatur facultas alienandi, tamen intelligitur, vt solus prim is acquirens disponere possit, prout post *Natt consil.163 nu.7.* ita in Rota iudicatum refert *Corbul.de caus.priuat. ob alien.limit.3. num.9. vers. præterea*, & habetur per eandem *Rotam in decis.11. n.1. part.1. diuers.* & ità etiam fuisse de anno 1609. iudicatum, inquit *Beltram.in add.ad Ludouis. d.decis.num.22.* vide *Grat.tom.2. cap.344.& 351.*
10 Sed quādo dicatur transitoria ad extraneos, latè dixi *in decis.93.*& ibi latè de omnibus alijs contentis in hac decisione.

SVMMARIVM.

1 *Testis singularis quis dicatur.*
2 *Testis deponens de geminata confessione facta in diuersis temporibus probat plus, quàm semiplenè.*
Sed contrarium, quamuis esset in magna dignitate constitutus, num. 3.
4 *Testes deponentes de geminata confessione in diuersis locis sunt singulares, & eorum depositiones non coniunguntur, si fuerit articulatum de vna confessione.*
5 *Testes dicuntur singulares, si deponant de diuersitate loci, & ageretur de probando vnicum actum.*
6 *Singularitas obstatiua reddit testes contrarios, secus adminiculatiua.*

DECIS. XII.

Testem vnicum deponentem de geminata confessione facta in diuersis temporibus, & locis, parte præsente, non facere nisi semiplenam probationem, concludit *Author* hic, & ratio est, quia dicitur singularis, quamuis deponeret de geminata confessione, cùm testis singularis ille dicatur, qui in sua depo-
1 sitione contestem non habet, & sic quando quis deponit de eo, quod ipse solus scit, vt ex traditis per *Papiens. in form.oppos.contr. test.versic.suntque etiam singularis, num.1.* quem refert, & sequitur *Pegna in direct.inquis.part 3. comment.121.col.2.versic.testis vero singularis, Masc ard. de probat. concl. 856.nu.2.* Vnde subdunt, quod contestem etiam non habere dicitur, vbi cum eo con curreret aliquis, qui nō deponeret eo modo, veluti si vnus testis deponeret de confessione parte præsente, & alter parte absente, quòd non dicantur perfectè duæ semiplenæ probationes, & successiuè ex illis

non

non oriatur vna plena probatio, vt latissi-
mè *Bertazzol cons.291.nu.15. Montic ll.*
in repertor.de testib.in verbo confessio, Ma-
*scard.de probat.conclus.379.nu.16.*sic quo-
que in simili latissimè Crauett. reprobato
Rolan. ibi per eum allegato *in cons.37 sub*
num.34. vbi testatur de veriori opinione,
& in *tract. de antiq.tempor. par. 4. sect. sed*
enim num.24. & Menoch.de præsumpt.lib.
1.præsumpt.41.nu.1.& seq.

Et quamuis *Bald.in l.gallus, §. ille casus*
*nu.4.ff.de liber.& posthum.*contrarium te-
2 neat, dicendo, quod iste testis gerens offi-
cium duorum probat plusquam semiple-
nè, quem sequitur *Claud.Seysel.col.2.post*
med versic. & inducit num.14. de liber. &
posthu. Marsil singular.585.nu 2.Ioann.
*Trigon.singul 66 num 3.& seq.*cum alijs
cumulatis per *Grat.in tom.3.discept.forens.*
cap.438.num.12.vsque ad finem, qui in *nu.*
27.subdit, hoc esse menti tenẽdum, ex quo
non adest contra dictum *Bald.* contradi-
ctor, prout iudicatum quoq; refert *Verall.*
secundùm dictam opinionem *Bald.in Rot.*
*Roman.*vt in *dec.300. par.3.* & etiam affir-
mat *Paris.in consil.57 nu.23.& seq.lib.1.*

Tamen ego non recederem ab opinio-
ne nostri *Authoris*, quòd vnus testis non
possit facere, nisi semiplenam probationẽ,
3 quamuis sit in magna dignitate constitu-
tus, vt puta si esset Doctor, Pręses, Cardina-
lis, & alij similes, de quibus latè per *Fari-*
nac. in eius tract de testibus, in quæst.63.
cap.1. qui licèt in *num.6.* dicat, hoc non
procedere, quando ageretur de paruo præ-
iudicio; tamen illud procedit de æquitate,
non autem de rigore iuris, quicquid in cõ-
trarium dixit *Grat.in tom.4. discept. cap.*
681. numer.11. & seq. quòd vno teste de-
ponente de geminatis confessionibus, sup-
plebitur eius depositio si fuerit Doctor. Et
hanc partem plenè tuetur contra *Bald.*
Alex.in consil.152.num.19.in fin lib.5. di-
cens, quòd si vnus testis faceret plusquam
semiplenam probationem, sequeretur ab-
surdũ, quòd si vnus testis deponeret, quòd
vidit fieri depositum talis libri apud Titiũ
per Sempronium, & sic semiplenè proba-
ret depositum, & idem etiam deponeret
quòd audiuit dictum Titium præsente di-
cto Sempronio confiteri accepisse deposi-
tum, talis testis plenè probaret. quod falsũ
est, prout etiam hanc partem sequendo
Authorem hic affirmat *Ricc. in Collect. de-*
cis. 2184. circa princip.

4 Quod eo magis procedere dico, quan-
do quis articulasset de vna confessione, in
quo casu quamuis essent duo testes; qui
deponerent de geminatis confessionibus
parte præsente, sed in diuersis locis, veluti
si vnus deponeret de cõfessione parte præ-
sente in vno loco, & alter etiam de confes-
sione parte præsente, sed in altero loco, ta-
men istæ duæ depositiones non coniun-
guntur, vt affirmat *Vrsill. in decis.364. &*
Ricc. in Collect.decis.2203. circa fin. prout
sic resolutũ fuisse inquit *Grat. dec. Marcb.*
139. cùm in hoc casu testes dicantur sin-
5 gulares, nam vbi agitur de probando vni-
cum actum tantùm in specie, testes depo-
nentes de diuersitate loci sunt singulares,
6 quia (subdit ipse) talis singularitas non est
cumulatiua, atque adminicularia, sed ob-
statiua, quæ reddit testes contrarios, vt sic
quoque ante eum dixit *Menoch. de præs.d.*
præsumpt.41.lib.1.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus, & Princeps non ligantur statutis quòad ordinatoria iudicij.*
Sed contra, nu 7.
2 *Statutum, quòd filiusfamilias non possit se obligare, non habet locum in Fisco contrahente cum filiofamilias.*
3 *Princeps non ligatur statutis suorum subditorum.*
4 *Fiscus est immunis ab omnibus præstationibus.*
5 *Communitas nõ tenetur ad solutionem Gabellæ.*
6 Bart.consil.226.& Bald. in l.emptor, num. 2.in fin. C.de hæred. vendit. *reconciliantur.*
8 *Fiscus, & priuatus in iudicio non debent ad imparia iudicari.*
9 *Intellectus* text. l.non puto, ff.de iur. Fisc.
10 *In donationibus Principum idem ius militat quod in priuatorum.*
11 *Rex imponens legem subditis, imponit sibi, & erit pro se, & contrà se.*
12 Constit. Vt de successionibus *an habeat locum in successione Regis.*
13 *Rex suscipiendo Balium tenetur conficere inuectarium, & se obligare, & alia adimplere, seruata forma nostræ* Constit. Minoribus, sub titul.de offic. Balij.
14 *Fiscus debet obseruare ordinem iudiciorum in iudicijs.*
15 *Princeps obligatur ex aditione hæreditatis.*
16 *Princeps licet non teneatur obseruare leges, procedit in quantum leges, non tamen in quantum habent in se dictamen rationis, à qua ipse non est solutus.*

17 *Di-*

17 *Dispositio legis, & non præfatio attenditur.*
18 *Princeps ligatur consuetudine.*
19 Consuetudo Neap. Si moriatur, *an liget Regem eo decedente in burgensaticis.*
20 *Clericus ligatur quòad ordinatoria iudicij coràm Iudice sæculari.*
Et ratio, nu. 21.
Amplia, etiam circa peremptionem instantia, nu. 22.
23 *Clericus præueniendo laicum coràm Iudice sæculari, an ligetur nostra pragmatica de præuentione.*
24 *Dispositio Regia* Pragmaticæ 1. ad Senat. Conf. Macedon. *procedit etiam contra Fiscum.*

DECIS. XIII.

DVo quæruntur ab *Authore* hic, primum scilicet, si Fiscus, vel Princeps ligetur legibus, & statutis quòad ordinatoria iudicij. Secundò, quid in Clerico.

Quòad primum, quamuis *Author* con-
1 cludat, Principem, & sic Fiscum non ligari
his statutis per *text. in l. inquisitio, C. de solut.* per quem *text.* sic tenet *Afflict. in decis. 361.* ac in *Constit. Regni Monomachiam nu. 6. & Tiraq. de pœnis, caus. 51. Gramm. consil. 2.* & post eos *Vrsillus ad Afflict. in decis. 263. num. 81.* & facit *text. in l. obligatione generali ff. de pignorib.* sic quoque *Iacob. Aretin. in l. si mercedem, §. si habitationibus, ff. de actio. empt.* vbi inquit, quòd stante statuto, quòd filiusfamilias non possit se
2 obligare, tale statutum non habet locum
in Fisco contrahente cum filiofamilias, quem sequuti sunt *Socin. sen. in consil. 203. col. penult. et Tiraq. de leg. connubialib. q. 19. num. 175.* vbi rationem reddit, quia Prin-
3 ceps non ligatur statutis suorum subdito-
rum, prout etiam post multos alios, quos colligit in *tract. de retract. lignag. §. 13. nu. 38.* quam opinionem communem dixit *Marcobrun. ab Anguill. consil. 74. nu. 15.* & pro hoc videtur *tex.* singularis *in l. locatio, §. Fiscus, ff. de public. & vectigal.* vbi Fiscus
4 ab omnibus præstationibus immunis est,
ex quo *text.* etiam in Cōmunitate ampliat
5 *Bald. in l. emptor, num. 2. in fin. C. de hered.*
vel act. vend. ità vt ipsa non teneatur ad solutionem gabellæ, quam ipsa alij locauerat pro emptione per ipsam facta, sicut teneretur priuatus, & sequitur *Peregrin. de iur. Fisc. lib. 6. tit. 5. nu. 24. & 25.* Quicquid in contrarium dixit *Bart. in cons. 226.* pro
6 quorum reconciliatione plenè *Gutier. in*
tract. de gabell. quæst. 85.

7 Tamen ad contrariam opinionem ego
accederem, scilicet Fiscum, vel Principem statutis quòad ordinatoria iudicij ligari, cùm Fiscus, & priuatus in aliquo iudicio
8 non debeant ad imparia iudicari, argum.
l. fin. C. de fruct. & lit. expens. vt in terminis notat *Alexand. Trentacinq. in lib. 1. variar. resolut. tit. de iure Fisci, resolut. 9. in fi. vers. Fiscus duplici modo potest considerari*, sic etiam *Thesaur. in decis. 15. post num. 6. in med. per text. in l. digna vox, C. de legib.* ita quoque in terminis statuti contra Fiscum tenet *Decius in consil. 531. num. 3.* maximè si Fiscus tractaret de lucro captando, & priuatus de damno euitādo, quo casu præ-
9 ualeret causa priuati Fisco, per *text. in l.*
non puto, ff. de iur. Fisc. quem sic intelligit, & declarat post multos *Peregr. de iur. Fisc. lib. 6. tit. 6. post nu. 32. vers. contrarium verò, circa medium, ac in lib. 7. titul. 4. nu. 45.* sic quoque *Cost. de port. rat. quæst 47. nu. 6.* cùm non sit eadem, & par ratio lucri, & damni, *l. fin. ad fin. C. de codicill.* vt etiam notat *Cacher. in decis. 147. num. 21.* Et ad supradicta videtur adesse *tex.* singularem *in §. illud, authent. vt non fiant pignor.* vbi ius,
10 quo vtuntur priuati in eorum donationi-
bus, habet etiam locum in donationibus Principum, per quem *text.* inquit *Andr. de Isern. in rubr. de consuetud. rect. feud.* quòd lex data subditis, ligat Principes, prout etiā in *cap. 1. versic. & extraordinaria collatio, quæ sint regal. post princip.* vbi dicit, quòd
11 Rex imponens legem subditis, imponit si-
bi, & erit pro se, & contra se, & meliùs in *cap. 1. §. fin. de pac. iuram. firm. sub num. 52. versic. prædicta constitutio*, vbi ponens contraria, scilicet quòd in constitutionibus non comprehendatur persona loquentis, & sic de constituente. Respondet, quicquid sit de iure, de facto contrarium videmus, cùm qui vult prodesse alijs, vult prodesse sibi, argumento *l. cùm quis à muliere*, iuncta *l. seq. C. de nat. liber.* & proindè *Capyc. in cap. Imperialem 8 colum.* per notata per *Andræam in dicta rubric. de consuetud. rect. feud.* quærit, an *Constitutio*
12 huius Regni, *Vt de successionibus*, locum
habuerit, quando mortuus fuit Rex Ferdinandus Secundus, superstite patruo Federico, & sorore Isabella Duce Mediolani, & tamen dicit, quòd successit eidem Federicus, sed hoc, subdit, ex pacto nouo post illam primam inuestituram, sic etiam de *Constit.* huius *Regn. Minoribus* dicit *Lipar. ad Isern. in d. rubr. de consuetud. rect. feud.*

quòd

quòd ipsa etiā in Rege impubere obseruari debeat. Sed ad propositū meliùs, ac latissime *Minad. in repetit. Constitut. huius Regni In aliquibus, in 5. notabil.* vbi loquendo de dicta *Constitut. Minoribus, sub titulo de offic. Baliy*, quærit, si Rex suscipiendo Baliū teneatur conficere inuentarium, & se obligare, & alia adimplere seruata forma *dict. Constitution.* & tandem post lōgam discussionem concludit, quòd Princeps recipiēdo in se Balium videtur velle se subijcere
13 sollemnitatibus, & per consequens succedit dispositio *l. digna vox, C. de legibus*, quamuis non ex vi Constitutionis Regiæ, sed ex obligatione, quæ oritur ex voluntaria administratione, & susceptione Balij obligatur. Hinc est, subdit, quòd Procura-
14 tor Fisci debet obseruare ordinē iudiciorum in causis, quia vtitur iure priuati, per *text. in l. si vno, §. item cùm quidam, ff. locat.* imò si Princeps adit hæreditatem, tema-
15 net obligatus ex aditione, *l. 1. in fin. & l. seq. ff. de offic. Procurat. Cæsar.* licèt cum declarationibus, de quibus *Peregrin. de iur. Fisc. lib. 4. titul. 1. ad l. 1. §. an bona ff. de iur. Fisci*, & ibi *Bart.* nam licèt Princeps non
16 teneatur obseruare leges, & constitutiones, hoc procedit in quantum leges, tamē in quantum habent in se dictamen rationis, à qua Princeps non est solutus, vidètur eas debere obseruare, vt ex traditis per eūdem *Minadoum in loco* citat. *num. 17. & Alexand. Trentacinq.* in citat. *resol. 9. in fi.* sic quoque *Capyc. in d. cap. Imperialem, in d. 8. col. post princ.* vbi loquendo in terminis
17 inquit, quòd attendi debet dispositio legis, & non præfatio, ex quo etsi Princeps habeat sub se ius ciuile, tamen subest iuri
18 gentium, & proindè concludunt *DD.* Principem ligati consuetudine, vt tradit *Henric. Bouer. in singul. 55. Andr. de Isern. in dicta rubric. de consuetud. rect. feud.* sic etiā in terminis *Marin. Frecc. in addit. ad Consuetud. Neapol. Si moriatur, de success. ab intestat. fol. 70. in nouis*, vbi quærit, an ista
19 consuetudo liget Regem eo decedente in burgensaticis in modo disponendi, & licèt nihil resoluat, tamen pro eius resolutione remittit se ad *Fabr. in §. ex non scripto, num. 26. versic. sed an liget Fiscum, Instit. de iur. natur.* qui *in fin.* concludit pro affirmatiua, ea ratione, quòd non inferior ligat superiorem, sed ius consuetudinis, eo maximè si sit generalis, & sit inducta, vel obtenta sciente Principe dominante, quæ vinceret etiam legem scriptam, secundùm *glo. in l. 2. vbi Ioann. & Azo. C. quæ sit longa consuetud.* idem *Andr. de Iser. in prælud. feudor. post num. 25. & in dicta Rubric. de consuetud. rect. feud.* quem etiam sequitur *Ann. in allegat. 67. num 31.* qui in *num. 32.* subdit, quod Rex aliter faciens, peccat mortaliter, quam etiam opinionem multis modis, & authoritatibus defendit *Io. Iacob. de Leo. inter cons. Albert. Brun. 114. nu. 186. vsq; ad num. 225.*

Vndè ex his clarè patet, Principem, seù Fiscum quoad ordinatoria iudicij statutis ligari, ex quo ista statuta non respiciunt personam, sed causam, & modum procedendi, prout dicimus de Clerico, (& sic veniendo ad secundum dubium), qui etiā
20 quòad ordinatoria iudicij litigans corām Iudice sæculari, ligatur eius statutis per *glos.* notabilem in *l. 1. versic. controuersiarum, vnà cum eius addit. C. quæ sit longa cōsuetud. cap. illud 12. distinct. Cumia super Rit. Sicil. cap. 40. n. 269. & multis seq.* & in *procemio num. 12. vbi Muta n. 14. cum seq. Author* noster *in cons. 301. lib. 3.* sic etiam post multos affirmant *Mastrill. in dec. 222. nu. 10. & seq. Mart. de iurisdict. par. 4. casu 32. nu. 1. Gizarba in dec. 116 n. 1. & 2.* eadē
21 ratione, quia talia statuta respiciunt causam, & non personam, & sic modum procedendi, vt latè *Afin. in tract. de execut. §. 1. cap. 78 n. 13. Graff. de effect. Cler. effect. 2. n. 132. limit. 7.* Quod procedit etiam circa
22 peremptionem instantiæ vigore statuti, Clericum litigantem corām sæculari, illo ligari concludit *Cartarius* post multos in *decis. Rota Ianuens. 79.*

Sed circa hoc vide relata per *Minad. in dec. 4. per tot.* in qua asseritur, quòd quidam clericus voluit præuenire quendam laicū in M. C. V. per quem replicabatur, quòd Clericus prædictus non debebat admitti
23 ad prædictam præuentionem, nisi præstita fuisset fideiussio secūdū formā Regiæ Pragmaticę, fuit dubitatum, quid iuris, rādem in *fin. dictæ decis.* asseritur, quòd causa prædicta non fuit aliter decisa, quia Dominus Viceprothonotarius noluit, quòd aperiretur hæc ianua aduersus Regiam Pragmaticam, propter infinitas fraudes, quę fieri potuissent, sed fecit partes concordare.

Verùm ad comprobationem prædictorum vide nouissimè *D. Reg Rouit. in decis. 69. per tot.* vbi ex supra dictis latè fundat,
24 *pragm. 1. ad S.C. Maced.* prohibentem, filiosfamilias posse contrahere absque consensu, & præsentia patris, procedere etiam contra Fiscum.

SV M-

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio censetur facta ex causa existente tempore renunciationis, scilicet iure sanguinis, vel successionis.*

2 *Renunciatio non comprehendit ea, quæ veniunt post renunciationem, de qua nihil cogitari potuit.*
Amplia, quamuis esset generalissima, & in ea fuisset renunciatum omnibus iuribus, quæ sperat habere, nu. 3.

4 *Renunciatio non comprehendit quod peruenit ex consuetudine.*

5 *Renunciatio hereditatis viuentis non valet, nisi consensus illius, de cuius hereditate agitur, interueniat.*

6 *Voluntas est ambulatoria vsque ad mortem.*

7 *Filia non obstante renunciatione, etiam cum iuramento, potest, quod in testamento patris, vel matris (quorum hereditati fuerit renunciatum, etiam ipsis præsentibus) sibi fuerit relictum, consequi.*
Distingue, nu. 9. & 15.
Declara, nu. 10.

8 *Renunciationis sunt strictè intelligenda.*

11 *Pater potest renunciare renunciationem à filia sibi factam.*

12 *Renunciatio filiæ patri facta pro se, & heredibus, operatur, vt pater possit pro libito voluntatis disponere.*
Sed contrarium verius, nu. 14.

13 *Renunciatio filiæ non trahitur ad ea, quæ pater ei reliquit in testamento, quamuis legatum esset factum ante renunciationem.*

16 *Pater, vel alius, cuius hereditati fuit renunciatum, non potest præiudicare illi tertio, cuius fauore fuit facta renunciatio.*

17 *Renunciatio licèt generalissima non extenditur ad incogitata.*

18 *Libertas testandi in quibus consistat.*

19 *Renuncians facta heres in testamento illius, cuius successioni renunciauit, dicitur illius heres, licèt hereditas ad alium translata fuerit.*

20 *Aditio an inducatur per cessionem, vel donationem, ita vt teneatur creditoribus.*

DECIS. XIV.

Filiam non obstante renunciatione hæreditatis maternæ non prohiberi, id, quod sibi à matre fuit relictum accipere, concludit *Author* hic, cùm renunciatio solum præsumatur ex causa exi-
1 stente tempore renunciationis, scilicet iure sanguinis, vel successionis, *l. Aurelius, §. testamento, de liber. legat. l. fin. §. fin. cod. &c.* & ibi notat. per *Oldrad. in co. silio* 294. *Guid. Pap. decis.* 228. cum alijs relatis per *Couarr. in relect. cap. quamuis pactum, par. 3. §. 3. n. 1.* quod cum multis exemplis cõprobat *Molfes. ad nostr. consuet. N. 40. par. 4. tit. de renunc. q. 1.* & sic ipsa non cõprehẽ-
2 dit ea, quæ post renunciationem superueniunt ex noua causa, de qua nihil cogitari potuit, quãuis sit facta tã de iure de præsẽti, quàm de futuro, vt latissi nè noster *Author in cons.* 15. *n.* 28. *vol.* 1. *& cons.* 308. *n.*
3 30. *lib.* 3. etiam si esset generalissima, & in ea fuisset renunciatum omnibus iuribus, quæ sperat habere, vt notat *Vincent. de Anna in singul.* 439. & ibi *filius in addit. ac in cons.* 22. *lib* 1. sic etiam *Vincent. de Franch. in dec.* 181. *n.* 4. *& Capyc. in dec.* 159. *nu.* 19. *& Vin. in dec.* 188. ità quòd neq; comprehendat ius consuetudinarium, & sic quod
4 ei deferrur iure consuetudinis, vt plenè idẽ *Vincent. de Franch. in dec.* 590. nisi specialiter ei fuerit renunciatum, licèt etiam in hoc casu contrarium teneat *Caput. ad nostram Consuet. Si moriatur, par. 3. §. 6. n. 5.* & eo magis hoc procederet, quando age-
5 retur de aliqua successione viuentis, cuius consensus requiritur, ad *text. in l. fin. C. de pact. cap. quamuis eod. tit.* imò quòd fit perpetuus durante vita consentientis, & in eo perseueret vsq; ad mortem, cùm quòad ipsum consentientem sit reuocabilis, ex quo
6 voluntas est ambulatoria vsq; ad mortem; nè priuentur parentes libera facultate testandi, vt notant *DD. in d. l. fin. & in d. cap. quamuis,* qui intelligũt hoc procedere etiã in pacto de non succedendo, quamuis esser iuratum, cùm renuncians possit non obstante tali renunciatione ex testamento
7 patris, vel matris, quorum hæreditati renunciauit quod sibi fuerit relictum, consequi, ex quo talis renunciatio etiam cum iuramento non obligat ipsum, de cuius hæreditate agitur, quamuis præsentem, ità vt non possit renunciantem instituere, vt post multos notat *Seraph. de priuil. iuram. cap.* 21. *nu.* 21. *& Vinius in dec.* 507. *nu.* 9. *lib.* 3. vbi ait, hanc esse magis communem,
8 quia renunciationes sunt strictè intelligẽdæ, & rebus sic stantibus, *Socin. consil.* 92. *lib.* 1. *Brun. de statut. exclud. fœmin. art.* 8. *nu.* 18. *Author* noster *in consil.* 355. *nu.* 14. copiose *Gallerat. in suus tract. de renunc. lib.* 1. *cap.* 9.

Sed

Sed pro pleniori intelligentia sciendum est, quòd hæc non simpliciter procedunt,
9 sed cum distinctione, scilicet quòd aut renunciatio fuit facta simpliciter ipsis fratribus, & tunc quamuis DD. dicant, talem renunciationem respicere fauorem omnium fratrum, vt notat *Anna in sing.* 440. *& Boer. dec.* 184. *n.* 12. *& seq.* scilicet vtrin-
10 que coniunctorum tantùm, non autem & consanguineorum, vt latè probaui in *l. hac edictali q.* 11. *C. de secund. nupt.* tamen benè procedit supradicta opinio, quòd non per hoc ipsa renuncians prohibeatur capere legatum ab eis, quorum hæredita
11 tibus renunciauit, cùm in hoc casu pater possit testando remittere talem renunciationem, ac etiam iuramentum, vt aurea sunt verba *Rot. in dec.* 75. *num.* 1. *par.* 2. *in vltim. impress. per Farinac.* & sunt hæc. *Cùm huiusmodi renunciationes respiciant vtilitatem patris, & pater in eis tractet de successione amplianda, quando stipulatur renunciationem pro se, & hæredibus, versi-*
12 *milis mens ipsius esse intelligitur, vt possit pro libito voluntatis suæ disponere, & illam renunciantem instituere*, vt etiam dixit eademmet *Rot. in dec.* 408. *num.* 3. *vers. sic dicitur de filia, p.* 2. *in vlt. impress.* Et ità fuisse etiam in vna Romana de Lante per Rotam iudicatum, testatur *Ludouis. decis.* 85. *num.* 12. *& decis.* 358. *num.* 3. vbi innumeras alias decisiones refert, ac in *decis.* 565. *num* 8. latè quoque *Argel. de acquir. poss. q.* 14. *art.* 2. *&* 3. *num.* 56. 59. *& seq.* quæ remissio censetur facta eò ipsò, quòd renuncians hæres instituitur, vt latè *Anchar. in consil.* 403. *& Castr. consil.* 449 *lib.* 1. sic etiam *Seraph. in dec.* 850. *nu.* 2. 7. *&* 8. *cum seq.* & latè quoque *Gratian. in tom.* 3. *discep. cap.* 565. *num.* 60. *cum seq.* vbi subdit, id procedere etiam si aliquid filiæ fuisset
13 relictum ante dictam renunciationem, quia non mutando testamentum, voluit cum prima voluntate decedere, & sic fuis-
14 se in Rot. Roman. decisum, & si contrariū verius sit, vt dixi in *l. hac edictali q.* 11. scilicet renunciationem factam per filiam patri pro se, & hæredibus nihil iuris tribuere patri, & sic nihil in eum transferri, vbi ius renunciatum non esset renuncianti delatum, sed tantum per eam filia abdicatur à successione illius.

Aut verò fuit facta ipsis fratribus cum iuramento, qui eam acceptauerunt, etiam
15 interueniente consensu eius, de cuius hæreditate agitur, & eo casu quamuis ei non impediretur libera facultas testandi, & sic dictæ renuncianti relinquendi, tamen illud relictum tenetur ipsa renuncians restituere dictis fratribus, prout post longam examinationem eum hac distinctione decisū fuisse refert *Thesaur. Iun. in lib.* 1. *qq. forens. q.* 95. cùm non possit pater, vel alius,
16 cuius hæreditati fuit renunciatum, præiudicare illi tertio, cuius fauore fuit facta renunciatio, quod intellige, vbi renunciatur tàm bonis præsentibus, quàm futuris, delatis, & deferendis quomodocunque, ac quocunque titulo, vt ex *consil. Menod.* 22. *& cons.* 25. nam, vt dixi, renunciatio &
17 generalissima, non extenditur ad incogitata, vt latè scripsi *in dec.* 170. & ex traditis per *Gallerat. in cit. cap.*

Nec in hoc obstare poterit, quòd si talis filia, quæ renunciauit aliquid ex testamento iure institutionis, vel legati acquireret restituendo cui renunciauit, sequeretur, quòd libertas testandi illius, cuius hæreditati fuit renunciatum, impediretur,
18 cùm ipsa libertas in duobus consistat, primò scilicet, vt aliquis de bonis suis liberè disponat, secundò, quòd in illis habeat hæredem, quem testator vult.

Nam respondetur, quòd in hoc casu omnia hæc duo interueniunt, quia quòad primum non impediretur mater, vel pater suam filiam renunciantem hæredem instituere, & sic liberè disponere, secundò, quòd licèt ipsa restituat dictā hęreditatem
19 cui renunciauit, non per hoc definit esse hæres, cùm post aditam hæreditatem quā. uis bona transferātur in aliquem iure singulari, remanet hæres, adeò vt illa à creditoribus hæreditarijs conuenienda sit, nō autem ille, in quem restituuntur bona vigore dictæ renunciationis, & sic semper retinet nomen hęreditatis, vt in terminis respondet *Cass. in. in consil.* 39. *n.* 1. *in fi.* quē citat, & sequitur *Menoch. in cons.* 335. *n.* 36. *vol.* 4. & faciunt ad hoc notata per *Vinc. de Frāchis in dec.* 89. *n.* 6. vbi ait, quòd si quis
20 cesserit, vel donauerit alicui hæreditatem, tenetur creditoribus hæreditarijs, ex quo per talem cessionem non definit esse hęres, imò per eam inducitur aditio, vt etiā dixit idem *Vinc. de Franch. in decis.* 32. *nu.* 9. Sed vide circa hoc quæ scripsi in *decis.* 70. *num.* 10. *&* 11. & latè etiam scripsi in *l. hac edictali q.* 11. *nu.* 47. *& sequent. C. de secund. nuptijs.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Emptum ex pecunia alterius cui acquiratur.*
Distingue,nu.2.
3 *Emptum in dubio præsumitur de propria, & non de aliena pecunia.*
Amplia siuè coniunctæ personæ siuè extraneo res acquirenda sit, num.8.
4 *Emptũ à socio de propria, & non de communi pecunia præsumitur.*
Amplia,etiam si communi nomine emptum sit,num 5.
6 *Emptũ à fratre pro se, & fratre suo censetur de propria pecunia,& nõ fratris emptum, quamuis venditor in instrumento asserat, habuisse, & recepisse pretium nomine suo,& fratris sui.*
7 *Emptum à procuratore nomine suo, & mandantis, non censetur de pecunia mãdantis,sed ipsius ementis,licèt re vera mãdantis essent nummi.*
9 Roman.consil.3.*impugnatur.*
10 Tex.in l.final. C. de pignor.*explicatur.*
11 *Emptum à tutore paupere tempore susceptæ tutelæ,de propria, & non pupilli pecunia præsumitur.*
Intellige,nu.23.
12 *Acquisitum de aliena, & non acquirentis pecunia cui incumbit onus probandi.*
13 *Emptũ præsumitur de propria,& non aliena pecunia ,vbi emens bona præter communia pupilli, vel aliorum haberet, vel vbi actu,& habitu esset industriosus,aliàs secus,num.16.*
Limita,vbi paulò antequam res fuerit empta pecunia alterius ad emptorem peruenerit,nu.24.
Sed contrarium, num.25.
Declara, quando ex coniecturis id discerni possit,& quæ sint coniecturæ, nu.27.
14 Tex. in l.si defunctus, arbitr.tutel. *declaratur.*
15 *In dubio homo præsumitur diues, eo quia natus est ad laborem.*
17 *Acquisitum per mulierem præsumitur ex viri pecunia, & non sua, si pauper esset, secus si aliundè haberet,& quando, & ibi quid si fuisset diligens ,& industriosa.*
18 *Acquisitum per Clericum,Sacerdotem, & Officialem, qui tempore promotionis ad officium, ecclesiam, vel beneficium nihil habebant, præsumitur ex bonis Reipublicæ, beneficij, & Ecclesiæ quæsitum.*
Amplia,etiam si aliquid ante promotionẽ habuissent,& acquisitio esset magna, tũc p rata psumeretur de bonis proprijs,n.19.
Limita in Prælato, nu.20.
Item in Officiali Iudicis arbitrio relinquitur,nu.21.
Item limita in dubio,nu.22.
26 Sur.d.in hac decisione declaratur.
28 *Declaratio facta ab emptore post emptionẽ, emptum fuisse nomine alterius,an valeat, & præiudicet creditoribus.*
29 *Emptum ex pecunia alterius, sibi, & non domino pecuniæ quæritur.*
Amplia in patr.,num.32.
Item etiam in depositario,nu 39.
Amplia,quamuis etiam nomine illius,cuius esset pecunia contraxerit, si in ipsa tamẽ traditionis clausula solius ementis mentio facta sit, num.40.
Intellige, dummodo à principio non esset conuentum de emenda re cõi,nu.41.
30 *Aduersus emptorem cum pecunia alterius actio personalis domino pecuniæ datur.*
Intellige, absq; præl itione,nu 32.
31 *Dominus pecuniæ cum qua aliquid fuit emptum potest compellere emptorem ad rem emptam sibi reuendendam.*
33 *Emptum ex pecunia propria,sed nomine alterius,illi cuius nomine fuit emptum acquiritur.*
34 *Maritus emens rem nomine vxoris, vxori,& non sibi acquirit.*
Intellige, quando vxor fructus exegerit, nu.35
Item, quando Notarius pro ea stipulatus esset,nu.36.
37 *Differentia constituitur inter ementem cũ pecunia alterius proprio nomine, & emẽtem cũ pecunia propria nomine alterius quoad acquisitionem fructuum.*
38 *Socius emens rem nomine proprio cum pecunia communi sibi tantum acquirit.*
43 *Emens rem non expresso nomine cuius,an præsumatur propria, vel domini pecuniæ, vbi emptor esset administrator, vel procurator.*
*Limita,vbi in instrumẽto esset adiecta clausula,*ad habendum, *nu 44.*
Intellige, num. 46.
45 Glos.in l.qui aliena, §.is, qui putabat,ff. de acquir.hæredit. *declaratur.*
47 *Emptũ à tutore cum pecunia pupilli, sibi, & non pupillo acquirit.*
Intellige,nu.48.51.& 52.
48 Bartol.in l.Titium,& Mæuium.§.altero, ff.de administr.tut. *declaratur, & n.50.*
49 *Plura specialia circa eandem personam concurrere non possunt.*
52 *Res empta ex pecunia pupilli, Ecclesiæ, vel militis,illis acquiritur cum priuilegio tacita*

D

cita hypotheca, & prælationis contra anteriores creditores, & num. 53.
Amplia, etiam in his, quæ testator iusserit ex pecunia hæreditaria compararі, n. 54.
Item in uxore, nu. 55.
Sed contrarium, nu. 56.
Declara, nu. 57.
58 *Emptum ex pecunia hæreditaria dicitur hæreditarium, & in fideicommissum ingreditur.*
Sed intellige, nu 63. & 68.
59 *Emptum ex pretio bonorum antiquorum, antiquum dicitur.*
60 *Emptum ex pretio rei, in qua quis habet usumfructum, remanet illi subiectum.*
61 *Pretium peruentum ex prædio reempto ad usufructuarium spectat.*
62 *Feudum emptum ex pretio feudi antiqui, antiquum dicitur.*
64 *Quid gestum, & cogitatum fuisse ex breuitate temporis cognoscitur.*
65 *Emptum ex pretio rei succedit loco illius rei, etiam in particularibus, & quando, nu. 66.*
67 *Subrogatio non fit, nisi per destinationem contrahentium.*
69 *An id, quod filius possidet præsumatur à patre prouenisse.*

D E C I S. XV.

DVo proponuntur ab *Authore* hic, primum scilicet, an res empta ex pecunia alterius acquiratur sibi, & non Domino.

Secundum, an emptum ex pecunia hæreditar ia efficiatur hæreditarium.

Circa primum licèt multa scripserim
1 in *decis.* 304. & per extensũ quæstionẽ examinet *Alex. Trentacinq. in lib. 3. variar. resolut. tit. de empt. & vend. resol. 1. & Giurba decis.* 111. *per tot.*

Tamen pro pleniori intelligentia duo
2 casus distinguendi sunt, primus est, quando non constat, de qua pecunia res empta sit, & tunc videndum erit, num de pecunia ementis, vel alterius empta præsumatur.

Secundus casus est, vbi constat, de pecunia aliena emptum esse, verùm non nomine illius, cuius erat pecunia, sed ementis, & tunc quærendum erit, an ementi, vel domino pecuniæ rei emptæ dominium quæsitum esse dicatur.

Quòad primum communis videtur cõclusio, quòd vbi sumus in dubio, quòd
3 tunc de propria, & non aliena pecunia emptum censetur, per *text. in l. 2. Cod. pro socio, l. si ventri, §. final. ff. de priuil. cred. l. si patruus C. comm. vtriusque iud. l. 1. C. si quis alteri, vel sibi, l. quamuis ex ea C. de pignor. l. si maritus, C. de distract. pignor. l. si is, C. depos. & l. si quis societatem, ff. pro socio*, & ita communiter quoque *DD.* quos coaceruant *Mantic. de tacit. & ambig lib. 4. tit. 22. num. 17. Caualer. decis. 221. num. 1. Farinac. dec. 344 num. 5. in posth. tom. 2.* & hoc passim iure receptum dicit *Caldas Pereyr. de empt. & venditio. cap. 20. nu. 13.*

Quod etiam in socio extenditur, scili-
4 cet quòd emptum ab eo, de propria, &
non communi pecunia præsumitur, ità
Bartol. Bald. & alij in *l. si patruus C. commun. vtriusq. iudic. & in l. Titia, & Mæuium §. altero, ff. de administr. tutor. Rota dec. 169. num. 9. par. 2. Grat. dis. 190. nu. 2. 5. & 6.* etiam si communi nomine emisset,
5 vt in fortioribus originaliter dixit *Bartol.*
in l. cùm proponas C. pro socio, num 3 quòd
6 si vnus ex fratribus emat fundum pro se,
& fratre suo, & in instrumento asseritur, quòd venditor confessus fuit, habuisse, & recepisse pretium nomine suo, & fratris, nec dicit de qua pecunia, propria, vel cõmuni, quòd tunc intelligatur de propria, adeò vt si frater velit partem fundi, alter poterit actione pro socio partem pretij petere, subdẽs, hoc esse perpetuò memoriæ tenendum, quia valebit mille aureos, & cum *Bartol.* est communis opinio, vt latè *Alexan. consil. 134. num. 1. vers. nam si prædium, cum seq. lib. 5. Corn. consil. 26. nu. 10. & consil. 327. num. 8. & seq. lib. 1. Dec. consil. 21. num. 10. vers. sed hoc posito, & cons. 348. num. 4. Rolan. cons. 4. num. 2. & 6. lib. 2. Roman. cons. 3. & sing. 440.* latè *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 18. n. 3.* & de communi quoque testatur *Caldas de empt. & vendit. cap. 20. num. 13.* etiam
7 præcedente mandato ad emendum, quia
si procurator emat nomine suo, & mandantis, adhuc censetur de pecunia ipsius procuratoris, & non mandantis res empta, quamuis re vera mandantis essent nummi, ita *Callistr. in l. res mandata, ff. de acquirend. rer. domin. & Paul. in l. pignori, § vlt. ff. de vsucap.* & consuluit *Corn. consil. 6. num. 7. & 8. lib. 2.* quod verum dicit *Mascard. de probation. conclusion. 612. num. 5.*

Et hoc indistinctè, siuè coniunctæ per-
8 sonæ, siuè extraneo res acquirenda esset,
cùm in vtroq. casu de pecunia ementis
9 emptum

9 emptum præsumatur, ità singulariter contrà *Roman.conf.3.* distinguentem inter cõiunctum ab extraneo, per *text. in l. fin.C. de pignor.* firmat *Grauett.in consil.129.nu.4.* dicens, *text.d.l.fin.* loqui in diuerso casu,
10 in quo supponebatur clarè, quòd acquirés nõ soluisset de pecunijs proprijs, prout eũ sequendo dicit *Gratian. in decis. Marcb.190.num 6.* & latè *Alex.Trentacinq lib 3. var.resolut tit de empt.& vendit.resolut.2. num.2.* qui etiam dicit, casum dictæ *legis fin.* esse specialem.

11 Et in tutore, quamuis tempore susceptæ tutelæ pauper fuisset, probat *text.in l.si defunctus, C.arbitr.tutel.* singulariter quoque *Bald.in l.si patruus.nu.3. vers.aut dubitatur, ex qua pecunia emerit,* subdens, nec recurrendum est ad coniecturas, cuius cõditionis homo fuerit, artifex, vel non, quia semper præsumitur, quòd de propria pecunia emerit, sic etiam *Mascard.dicta concl.612.num.19.* & optimè explicat *Mantic. de tacit.& ambig lib.6.tit.13 nu.13.& 14.* & latè *Hector Felic. de societat cap.4 num.44.* vbi quærens, an tutor præsumatur contraxisse de propria pecunia, remittit se ad notata in *cap.3. num.38.* quamuis *Abb.in consil.36. colum.1. versic.aliam solutionem*
12 *lib.2.* quærens, an acquisitio intelligatur facta de pecunia communi, vel acquirentis, ait, considerandum esse, quis agat, & quis cõueniatur, nam si agat frater minor, ad hoc vt res quæsita cõmunicetur, dicit, sibi onus probandi incumbere, rem ab ipso petitam fuisse de communi pecunia quæsitam, & si agat frater maior, vt dictam rẽ præcipuam habeat, dicit, ei necessitatem probandi incumbere, quod etiam considerauit *Alex.conf.78. nu.5. circa med. vol.2. & Syluan.cons 86.nu.3.*

13 Verùm hæc conclusio procedit, altero de duobus concurrente, vel vbi emens alia bona præter communia, & hæreditaria, & similia possideret, vel vbi esset actu, & habitu industriosus, hoc, inquam, casu non præsumitur emisse de pecunia socij, pupilli, vel alterius, cuius bona emens administrabat, sed propria, ità explicat *glos.in l.cùm oportet, vers. eius substantia, C.de bonis, quæ liber.* & hic est casus *d.l. si defunctus, C.arbitr.tutel.* hoc est, vbi erat industrius, veluti exercendo aliam negotiationem ab illa, in qua contraxit societatem, vt perbellè explicat *Roman. consil.346.nu.17.& num.10.in fin.* dicens, tutorem *in d. l. si defunctus* fuisse industriosum poten-
14 tia, & habitu, vt ibi litera præsupponit, & ideò non censetur ditatum de bonis pupilli, vt etiam declarat *Mascara.de probat. dicta conclus.612.nu.19.* inquiens, non sufficere dicere, tutorem, vel socium fuisse pauperem, quia vltrà paupertatem debet etiam probari, quòd non fuit industrius actu, & habitu, sic etiam concludit *Aym. consil.131.nu.12.* & eum sequitur *Gratian. in dec.Marcb.190.nu.2.* latè quoq; *Caual. de tutor.& curat. nu.143. Gutier. de tutel. c.45.Menoc.lib.6 præs.28* cùm hoc rationi, & æquitati consentaneum sit, vt homo, qui natus est ad laborãdum, sicut auis ad vola-
15 tum, sua industria, & laboribus in dies efficiatur diues, ac locuples, quemadmodum hanc esse iuris præsumptionẽ post *Archid. Bart. Luc. de Penn. Salyc. Rip.* & alios affirmat idem *Menoc.h.d.præs 28 nu.1.* per *tex. d.l.si defunctus, & l.cura §.deficientium, ff. de muner. & honor.*

16 Hinc videmus, quòd vbi quis nihil haberet, nec actu industriosus esset, tunc non ex propria, sed aliena pecunia quæsitum præsumitur, vt in muliere, ad *tex.in l.Quintus Mutius, C.de donat. inter vir.& vxor.*
17 quæ si esset pauper, ex viri, & non propria pecunia emisse, & acquisiuisse censetur, quia ex negotiatione lucrari non præsumitur, cùm honestas mulieris hoc non patiatur, eam alicui negotiationi præesse dicit *I.C.in l fœmina, ff eod.* & tenuit *Rot.* apud *Seraphin in decis.967.num.6.* quicquid esset, si diues fuisset, eo enim casu ex propria, & non viri pecunia acquisitum dici debeat, *Menoc lib 3.præs.51.nu.38.* & tenuit *Rot.* apud *Farinac. in decis.607.par.1.per tot.* vel vbi bona extradotalia haberet, vt tenet *Marilian.decis.10.* & in Senatu decisum refert *Fontan.de pact. nupt. claus.7.glo.3 par 15.nu.35.& Faber in suo Codic. lib.4.tit.34.si quis alteri, vel sibi, d finit.14.* qui id limitat, si diligens, & industriosa esset, cùm tunc non cesset præsumptio *text. d.l Quintus Mutius*, quicquid sit, si viro consentiente separatim negotiata esset, vt non semel vidisse testatur *Fontanell.d.loco nu.36.* subdens, sic Senatum non semel determinasse, sic etiam in Sacerdote, in Cleri-
18 co, & similibus, qui probantur ante habitã ab eis opulentam Ecclesiam nihil in bonis habuisse, nec aliquod officium, ex quo potuissent acquirere, dicit *text. in cap.1. de pecul.cleric.& in cap.placuit, 12.q.3. cap.nulli audiuim 12. quæst.5.* cùm non liceat clerico aliquo modo negotiari, vt de Prælato dicit *Purpur. in l.cum fundus, §.seruum, nu.65.ff.si cert. pet.* dummodò hoc clarè constet,

ftet, alias secus esset dicendum, vt latè tradit *Menoch. de arbitr. lib.2. cas.195. & de præsumpt. lib.3. præs.53. num.1. Mascard. de probat. conclus.202. nu.2.* & de Officiali Reipublicæ, quando tempore promotionis ad officium appareat, eum aliquid nõ habuisse, quod posteà quæsiuit, quòd ex bonis Reipublicæ quæsiuisse præsumatur, *glo. in l. facultas, C. de iur. Fisc. lib.10.* quam specificè ponderat *Guliel. de Cun. in l. principalibus, ff. si cert. petat.* cum alijs per *Roman. d. cons.346 nu.18. & seq. Ascan. Clem. de patr. potest. effect.2. nu.46.* & de his omnibus latè *Faber in suo Cod. lib.4. tit.28. definit.6.* quod extendit *Mascard. in dicta*
19 *conclus.612. nu.26.* etiam si Officialis, Prælatus, vel similis ante promotionem, & administrationem aliquid habuissent, & emptio, & acquisitiò fuisset magna, quòd tûc pro tãta præsumeretur de bonis proprijs
20 quæsitum, etsi respectu Prælati aliter sentiat *Menoch d. præs.53. nu.4. & 5.* & respe-
21 ctu Officialis *Luc. de Penn. in d. l. facultas in fin.* hoc Iudicis arbitrio relinquendum esse censuit, ob quod ad coniecturas recurrendum concludit, & ante eum voluit *Bar. in tract. de duob. fratrib. num.15.* quamuis *Menoch. d. præs 53. nu.8. in fin.* relatis quinque opinionibus concludat, quòd quando res esset admodum dubia, & coniecturis discerni nõ posset, quòd retinenda erit se-
22 cunda opinio, scilicet non esse præsumendum quæsiuisse ex bonis publicis, sed ex proprijs, & in tutore emente rem magnam
23 vltrà vires proprij patrimonij, quòd præsumatur ex pecunia pupilli, vbi hæreditas esset opulenta, itá post hæc omnia scripta visus firmat *Io: Baptista Larrea in decis. Senat. Granat.92.* vbi sic ad beneficium pupilli fuisse per Senatum decisum dicit.

Verùm supradicta prima conclusio videtur limitari posse, vbi paulò antè, quàm res fuerit empta pecunia alterius, ad emptorem peruenisset, tunc enim præsumitur
24 non ex propria, sed ex illa, quæ ante ad eius manus peruenit rem emptam fuisse, itá *Bart. in l. Imperator, § vltim. nu.3. ff. de leg.2.* quem sequitur *Author* hic, & *Mantic. de tacit. & ambig. lib.4. tit.22. num.20. & seq. Crauett consil.153. num 8. Anchar. consil.434. nu.3. Seraphin. decis 619. nu.7. & decis.1093. nu.2. Farinac. decis.335. nu.1. tom.2. in posthum.* & ante eos post *Roman. Alex. Iacob. Butrig. Alber.* & alios tradit *Menoch. lib.2. de arbitr. cas.432. nu.38. & seq. & Bald. in l. fin. C. de pignorib.* assumendo illum *text.* dicit, hoc esse verum vbi incontinenti post susceptam pecuniã facta esset emptio, ex eo quia vicinitas tẽporis hanc præsumptionẽ inducit, per *text. in l. si ventri, § fin. ff. de priuil. credit.* vt etiã firmant *Dyn. in sing.144. Magon. dec. Flor. 16. num.6. Rot. Auenion. decis.65. num.4. Giurb. decis.111. num.10. & seq.* licèt hæc
25 sola præsumptio non sufficiat, cùm plures aliæ coniecturæ interuenire debeant, ad hoc vt emptum censeatur de pecunia, quæ ad tutorem, vel administratorem, hæredẽ, filium, & similes peruenit, vt latè dixi in *decis.339.* & in casu huius decisionis plura
26 interuenerunt, scilicèt quòd tutor non habebat tanta bona, ex quibus emptiones ab eo fieri potuissent. Item quia non erat industrius, & demum quia ex præcepto testatoris tenebatur conuertere pecuniam in emptionem prædiorum vt ibi, & hanc vltimam coniecturam ad hoc optimè põderauit *Rot. Ianuens. in decis.91. nu.4. Rot. Roman.* apud *Seraph. in decis.1093.* & melius apud *Farinac. in decis.335. tom.2. in posth.* multos colligit *Menoch. lib.2. de arbitr. cas.432. num.34.* licèt ipse cum *Alex.* & alijs hanc coniecturam non admittat, sed Iudicis arbitrio relinquendum esse dicit, an probabiliter itá actum sit, vel non.

27 Secundò limitari potest supradicta prima conclusio, quando ex coniecturis aliter constaret, vel vbi ex qualitate, & natura negotij discerni possit, dicit *Caldas cap.7. nu.7.* vel vbi verisimiliter, te non fuisse emptorem nomine proprio, tunc enim nomẽ proprium in instrumento appositum non attenditur, sed illi censetur facta acquisitio, cuius erant pecuniæ, *Bald. cons.287. lib.1. Socin. cons.129. num.13. & seq. lib.4. Dec. consil.543. num.13. cum seq. Caualer. decis. 221. per tot.* vbi in specie *Rota* admisit cõiecturam, quando emens post emptionem declarauit, nomine alterius emisse, vel vbi in eius libris, se illius creditorem scripserit, & de alijs similibus, vt ibi, licèt hæc declaratio, an afficiat creditorem Rota voluit particulariter videre, & quòd tali de-
28 clarationi credendum sit in præiudicium tutoris ementis, firmat *Io: Baptista Larrea* post hæc omnia scripta visus in *decis. Senat. Granat.92. nu.16.*

Secundus casus est, vbi constat, emptum fuisse de pecunia alterius, verùm non nomine domini pecuniæ, sed proprio emen-
29 tis, tunc enim verissima est iuris cõclusio, sibi, & non domino pecuniæ ius quæsitum fuisse, itá probat *text. in l.1. & 3. & l. multum interest, & l. qui aliena, C. si quis alteri,*

vel

vel sibi, & est communis *DD.* opinio, prout tenuit *Rota* apud *Farinac. in decis.* 469. *nu.* 3. *& 636. nu. 3. par. 3. & decis.* 106. *nu.* 3. *par.* 3. & hoc esse regulare dicit *Rota* apud *Seraphin. in decis.* 540. *num.* 1. *& decis.* 979. *num.* 1. *& Rot.* coram Domino *Coccin.* vt in *decis.* 80. *nu.* 2. *diuers. nouiss.* quamuis do-
30 mino pecuniæ personalis contra emptorē pro recuperando pretio competat actio, in *l. quamuis la* 2. *C. de pignorib.* vel vt rem re-
31 uendat, argumento *l.* 2. *C. de pact. inter emptor. & venditor. l. si sterilis* 21. *§. penult. ff. de act. empt.* dicit *Faber in suo Cod. lib.* 4. *tit.* 34. *si quis alteri, vel sibi, defin.* 10. *eodemque lib. tit.* 28. *pro Socio, defin.* 5. *Seraphin. decis.* 579. *nu.* 1. absque vllo priuilegio præ-
32 lationis in personali actione, probat *Alex. Trentacinq. lib.* 3. *var. resol. tit. de empt. & vend. resol.* 15. *num.* 6. adeò vt neque possit dici malę fidei possessor, quamuis sciat se tantum personali actione teneri, dicit *Bar. in l. pignori, §. si mandauero, ff. de vsucap.* quem refert, & sequitur *Mascar. de probat. concl.* 612. *nu.* 6.

33 Sic quoque è contra, emens namque de propria pecunia nomine alterius, illi, cuius nomine fuit emptum acquiritur, & nō sibi, *l.* 1. *& fi. C. si quis alter, vel sibi*, idē *Farinac. dicta decis.* 106. *num.* 3. *in fin. par.* 3. *ac decis.* 445. *nu.* 1. *& seq. par.* 2. *& decis.* 261. *par.* 1. vbi maritus emens rem nomine vxoris ac-
34 quirit vxori, & non sibi, quamuis pretium soluerit de proprijs pecunijs, dummodò tamen post stipulationē mariti, vxor fructus
35 exegerit, cùm per eius possessionem excludatur omnis simulationis suspitio, *Angel. in l. quamuis, C. si quis alter. vel sibi, Decius consil.* 443. *num.* 15. *Menoch. de arbitr. cons.* 470. *num.* 20. vel vbi absente vxore alius,
36 quàm maritus, veluti notarius pro ea stipulatus sit, dicit *Faber. in d. lib.* 4. *tit.* 34. *definit.* 9. quamuis secundùm eum in *definit.* 10. magna sit differentia inter ementem cum pecunia alterius rem proprio nomi-
37 ne, & ementem nomine alterius cum propria pecunia respectu fructuum restitutionem.

38 Sic etiam in socio emente rem nomine proprio, sibi enim, & non socio queritur, quāuis cum pecunia communi fuisset empta, & licèt pro parte pecuniam refundere teneatur, si ex illa negotiatione sit desumpta, *l. si vnus, §.* 1. *ff. pro soc. Ias. in l.* 1. *num.* 11. *qui testam. facer. poss. & nu.* 13. *vers. secundò in quantum*, cum alijs per *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 6. *tit.* 11. *nu.* 28. *Thesaur.*
39 *decis.* 136. *num.* 3. idem in depositario, *l. si ex ea pecunia* 6. *C. de rei vendicat.*

Quod verum est, nedum vbi quis proprio suo nomine emerit, verùm etiam si tām suo, quā n nomine illius, cuius esset pecunia contraxerit, sed in ipsa tamen traditionis clausula solius ementis mentio fa-
40 ctâ sit, cùm illi soli emptori, & non alteri acquisitum esse dicitur, ità in puncto *Faber in suo Codice lib.* 4. *tit.* 34. *si quis alteri, vel sibi, definit.* 14. Dummodò à princi-
41 pio non esset conuentum de emen la re communi nomine, tunc enim emptum ratione conuentionis commune esset, *Guid. Pap. consil.* 20. *nu.* 8. *Petr. de Vbald. de duob. fratrib. par.* 4. *col.* 2. *vers. primo casu, Menoc. consil.* 142. *sub num* 20. *Alex. Trentacinq. lib.* 3. *var. res. tit. de empt. & vendit. resol.* 1. *num.* 5. *versic. hac secunda opinio, Surd. post Bald. Alex. & Marsil. in consil.* 19. *nu.* 25.
42 vt in patre legitimo filiorū suorum administratore, quòd præsumatur potiùs emisse in proprium ipsius, & communium filiorū, quàm in vtilitatem filiorum, ad quos pecunia pertinebat, tradit *Hartb. Pistor. q.* 7. *nu.* 14. *vers. verùm hisce non attentis*, & eum etiam reperi quòd sequitur *Gratian. tom.* 1. *discept. forens. cap.* 160. *nu.* 14. & licèt apud aliquos hoc non transeat absque difficultate, dicentes, quòd in tantum emens cum aliena pecunia sibi, & non domino illius quærit, in quantum nomine proprio emerit, quia tunc non videtur dubium sibi, & non alteri queri, possessionis enim acquisitio solo animo, & facto fit, *l. si quis* 6. *ff. de acquir. poss.* at vbi proprium nomen non
43 esset expressum, sed simpliciter quis emerit, & emptor esset administrator, vel procurator domini pecuniæ, tunc res non caret difficultate, vt de procuratore emente, non expresso, an suo, vel mandantis nomine, quòd mandantis nomine emptum esse censuerunt *Bart. Angel. Imol. Castr. & Roman. in l. qui aliena, §. is, qui putabat, per glos. ibi, ff. de acquir. hæred.* dummodò in in-
44 strumento non sit posita clausula, *ad habendum*, tunc enim per illam emptio dicitur facta nomine ementis, & non alterius, ità *Caualer. in decis.* 39. *num.* 1. Tamen veritas ipsa est, quòd si procurator fuerit specialiter constitutus ad emendum, & emerit absque expressione, tunc procede-
45 ret opinio *glo. in d. §. si is, qui putabat*, scilicèt vbi præcesserit mandatum ad emendum, & in hoc casu omnes loquuntur, secus autem vbi quis esset procurator ad negotia, tunc enim non censetur nomine mandantis, sed suo emisse, ità in puncto

opiniones hinc indè conciliat Surd. in d.
consil. 19. num. 29. vers. prædictis verò non
aduersatur, dummodò etiam suo nomine
46 cõtrahere poterat, vt in tutore inferius di-
cemus, sic etiam latè Caldas de empt. & ven-
dit. cap. 7. nu. 15.

Extenditur quoque supradicta conclu-
47 sio in tutore emente rem aliquam cum pe-
cunia pupilli, cùm sibi, & non pupillo ac-
quiratur, ità Bart. in l. Titium, et Mauium,
§. altero, ff. de administrat. tutor. & in l. si
patruus, C. comm. vtriusq; iud. Alex. consil.
132. num. 8 vol. 5. ex eo, quia vbi quis po-
test facere actum legitime nomine suo, &
communi, videtur facere, & negotiari no-
mine suo, & non communi, per text. in d.
l. Titium, & Mauium, §. altero, quamuis
hoc non transeat absque difficultate apud
Bald. in l. si patruus, nu. 9. dum inquit, no-
mine pupilli emptum, & negotiatum à tu-
tore præsumi.

48 Verùm hoc cum distinctione intelligen-
dum erit, scilicet aut emptio erit facta cum
pecunia redacta ex re pupilli, & tunc vera
est opinio Bart. vt determinat I. C. in d. §.
altero, vbi solùm vsuras, & non compendiũ
ad pupillum spectare dicit, prout firmarunt
Menoch. cons. 213. num. 66. lib. 3. Monter.
decis. Aragon 29. num. 49. Gratian. tom. 2.
discept. for. cap. 240. num. 32. & seq. Faber
in suo Cod. lib 4. tit. 26. pro socio, definit. 5.
circa med. aliàs si contrarium diceretur, es-
set admittere, plura singularia circa eandẽ
49 personam posse concurrere, quod est con-
trà dispositionem text. l. 1. C. de dotis pro-
miss.

Dummodò tutor, vel Vniuersitatis ad-
ministrator possent licitè illum actum eo-
rũ proprijs nominibus celebrare, aliàs opi-
50 nio Bart. nõ esset vera, cùm tunc licèt no-
mine tutoris, vel administratoris esset facta
emptio, pupillo, vel Vniuersitati acquire-
retur, per text. in l. Lucium, §. tutorem, ff. de
administr. tutor. ad excludẽdum delictum,
l. merito, ff. pro socio, vt in puncto dicit
Harth. Pistor. q. 7. nu. 15, sic etiam Giurb. in
decis. 98. num. 3.

Aut verò est facta emptio cum pecunia
51 ipsius pupilli, & non cum pecunia redacta
ex re pupilli, & tunc dicendum est, vtrique
esse ius quæsitum, scilicet tutori directum,
pupillo verò vtile ad rem vendicandam,
cum electione tamen ipsius, an reiuendi-
cationem vtili actione, vel pecuniam per-
sonali actione habere velit, text. est in l. 2.
ff. quando ex fact. tutor. & ibi etiam glo. &
DD. glos. in l. si vt proponas, C. de reiuendic.
l. si curator, C. arbitr. tutel. verùm facta ele-
52 ctione pecuniæ, & non rei, tunc res illa
non efficitur pupilli, sed solùm isto casu
erit sibi hypothecata cum priuilegio præ-
lationis pro restitutione ipsius pecuniæ,
ità probat text. & glos. in l. si tutor, C. de
seru. pign. dat. man. l. 3. in princip. ff. de reb.
eorum, l. idemque, ff. qui pot. in pign. hab.
Bart. in d. l. idemq; & in l. 1. & 2. ff. quemad.
ex facto tut. Bald. in d. l. tutor, Alex. Tren-
tacinq. lib. 3. var. resol. tit. de empt. & vendit.
resol. 1. sub num. 6. vers. in 1. conclus. Afin.
de execut. §. 7. cap. 26. nu. 7. & seq. Mozz. de
contract. tit. de pignor. & hypoth. rubric. de
natural. pign. n. 47. vers. 13. limita, Montan.
de tutel. effect. 4. nu. 7. Genuens. in practicab.
q. 283. nu. 1. & 2 Surd. consil. 333. num. 43.
lib. 3. Gratian. tom. 5. discept. forens. cap. 955.
nu. 8. & seq. quod etiam procedit in milite,
53 vt est casus in d. l. si vt proponas, & in Ec-
clesia, vt dicit ibi glos. in cap. apostolicos 12.
q. 2. text. & glos. in cap. placuit 12. q. 3. & ci-
tat DD. qui loquuntur tàm in pupillo, quã
in Ecclesia, latè etiam Grat. tom. 5. discept.
for. cap. 955. nu. 11. & seq. & Rot. in decis.
761. nu. 2. ex Sarm. de redit. Eccles. par. 3.
cap. 2. nu. 8. dicit etiam, quòad actionem
personalem, cùm & ipsa quoque in Eccle-
siam transeat, quam notarunt Surd. d. cons.
333. sub nu. 43. et Gratian. d. cap. 955. nu. 17.
quãuis Prælatus emerit per interpositam
personam, Bald. in d. l. si vt proponas, et in
l. mancipia, C. si quis alter. vel sibi, Alexand.
Trentacinq. d. res. 1. num. 7. in fin. & in his,
54 quæ testator iusserit ex pecunia heredita-
ria comparari, dicit Faber in suo Cod. dicta
definit. 5. circa med. Item in vxore, l. vxor
55 marito, C. de donat. inter vir. et vxor. glo. in
d. l. 2. ff. quando ex fact. tutor.

Quamuis quòad vxorem Bart. in apo-
still. ad d. glo. l. si vt proponas dicat, glos. opi-
56 nionem non esse veram, cùm mulier non
possit, nisi in subsidium marito non existẽ-
te soluendo ad rem emptam agere pro re-
cuperatione eius pecuniæ, prout probat
text. in l. ex pecunia, C. de iure dot. Cancer.
lib. 1. var. resol. tit. de dote, et donat. propter
nuptias, num. 45. in fin. Cæsar Manent. in
cons. penult. post suas decis. Polyd. Ripa resol.
119. Carroc. dec. 109. nu. 15. Costa de remed.
subsidiar. remed. 61. num. 3. Barz. decis. Bo-
non. 27. nu. 12. Giurba decis. 101. nu. 15.

57 Sed hoc erit tantùm vbi tutor, vel cura-
tor, aut administrator cum pupilli pecunia
emeret, secus verò si extraneus cum pe-
cunia ipsius pupilli, tunc enim emptio nõ
quæritur pupillo, vel Vniuersitati, sed in
subsi-

ſubſidium emptore non exiſtente ſoluendo, vel eſſet periculum, actio competeret, & interim ipſa res empta erit cum prælatione pupillo tacitè hypotecata, ità hanc concluſionem firmant Bart. Bald. Paul. de Caſtr. & alij in d. l. ſi vt proponas, Bart. in d. §. altero, et in d. l. 2. ff. quando ex facto tutor. Corn. conſ. 213. vol. 3. Pariſ. conſ. 80. nu. 19. lib. 1. & facit text. in l. ſi ex ea, vbi Bald. et Salyc. de reiuendic. Caldas in d. cap. 20. nu. 15. Maſcard. de probat. concluſ. 611. nu. 8. et 9. latiùs Alex. Trentacinq. d. reſolut. 1. nu. 6. verſ. in 2. concluſ. et reſolut. 15. nu. 3. qui omnes hoc intelligunt, etiam in milite, & in Eccleſia, vt in milite etiam dicit Fulgoſ. d. l. ſi vt proponas, contrà gloſ. & alios aliter ſentientes, ſcilicèt quòd indiſtinctè militi competat reiuendicatio, ſi velit.

Quòad verò ſecundum omnes conueniunt, quòd emptum ex pecunia hæredita-
58 ria efficiatur hæreditarium, ità vt in fideicommiſſum ingrediatur, ad text. in l. item veniunt, ff. de petit. hæredit. Caſtr. in conſil. 326. vol. 2. Alexand. conſ. 40. vol. 3. Iaſ. conſ. 4. col. vltim. vol. 3. vbi refert, ità fuiſſe iudicatum in Collegio Ferrarienſi, Magon. dec. Florent. 16. nu. 5. Peregr. deciſ. Patauin. 2. nu. 7. Morot. conſ. 84. nu. 6. Vrſill. ad Afflict. in deciſ. 369. nu. 10. Capyc. deciſ. 193. nu. 15. ex Bart. in l. Imperator, §. fin. ff. de legat. 2. Rot. Auenion. deciſ. 6. num. 3. prout in rebus emptis ex pretio bonorum antiquorum,
59 quòd antiqua dicantur, Mart. in deciſ. 212. nu. 42. & latiſſimè Georg in alleg. 4. nu. 13. vbi ait, ſic ipſum obtinuiſſe, in materia noſtræ Conſuetudinis Neapolitanæ hoc etiã Molfeſ. ad d. conſuetud. par. 2. tit. de bon. q. 5. nu. 11. Peregr. d. deciſ. 2. nu. 10. quicquid dixerit de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 9. nu. 17.
60 vt de re empta ex pretio rei, in qua quis habet vſumfructum, cùm illa remaneat ſubiecta eidem oneri, vt notat D. Capycius Latro in deciſ. 70. nu. 49. addo Socin. conſil. 93. in fin. lib. 3. Berous conſ. 110. nu. 14. Corbul. de cauſ. priuat. ob alien. irrequiſ. domin. ampliat. 38. nu. 1. & facit ſolemne conſilium Surd. 26. vbi fundat, pretium peruẽtum ex
61 prędio reempto ſpectare ad vſufructuariũ, ità quod de eo vti, & frui poſſit, ſicut cæteris rebus durante tempore vſusfructus, ſic
62 etiam in feudo empto ex pretio feudi antiqui, quòd antiquum quoque dicatur, vt plenè hoc tuetur idem Georg. in citat. alleg. 4. idem Peregr. in d. deciſ. poſt nu. 4.

Sed intellige, ſupradictam concluſionẽ
63 procedere, vbi eſſet emptum nomine hæreditatis, vt explicat gloſ. in d. l. item veniunt, verſicul. ſine dubio.

Item procedit, quando ex pretio aliorũ bonorum hæreditariorum aliquid fuiſſet emptum, quoniam illud ſubrogaretur in locum rei hæreditariæ venditæ, ad text. in l. Imperator, §. fin. cum l. ſeq. ff. de leg. 2. Maximè ſi incontinenti eſſet facta emptio, vt per Rotam deciſum fuiſſe teſtatur Mant. de coniectur. vltim. volunt. lib. 7. tit. 8. n. 26. Tiraquel. de retract. lignag. glo. vnic. nu. 24. & ſequitur Molin. de Hiſpan. primog. lib. 4. cap. 4. nu. 27. Barboſ. par. 3. rub. ff. ſolut. mat. nu. 74. Giouagnon. conſil. 23. nu. 10. lib. 2. & conſil. 70. Dom. Capyc. Latro d. deciſ. 70. nu. 47. Peregr. d. deciſ. nu. 10. addo Grat. tom. 4. diſcept. forenſ. cap. 624. nu. 10. & ſeq. quaſi omnia iſta cenſeantur correſpectiua, & vnũ factum cõtemplatione alterius, & ipſi actui ineſſe videatur, vti concludit idem Tiraq. de retract. conuent. gloſ. §. 1. num. 1. & ſeq. vltrà quòd ex breuitate temporis præſumitur, ea, quæ ſecuta ſunt in primo actu
64 fuiſſe cogitata, eumque ipſum ob ea geſtum fuiſſe, l. ſi ventri, §. vltim. & ibi Bart. ff. de priuileg. credit. Alberic. in l. ſi tibi pecuniam, ff. de ſi certum petatur, & hoc ne-
65 dum in vniuerſalibus, ſed etiam in particularibus, cùm ſubrogatum eius naturam ſapiat, l. ſi donata res, §. ſi ſponſus, ff. de donat. inter vir. & vxor. Iaſ. in l. grege, verſ. 9. nota, col. 2. ff. de leg. 1. cum alijs per Tiraq. de retract. lignag. §. 32. gloſ. 1. nu. 25. in fin. & dicitur ſubrogatum, quando vendẽs ſta-
66 tim pretium in emptionem aliorum prędiorum conuertit, vt dixit Tiraquell. d. glo. vnic. nu. 24. cùm in hoc caſu nihil interſit, quòd voluntas declaretur verbis, aut factis, l. de quibus, ff. de legib. l. recuſari, & ibi gloſ. ff. de acquir. hæred. cum alijs per Gratian. d. cap. 624. num. 14. quicquid aliter ſentiat Giurb. in deciſ. 111. num. 22. & ſeq. quòd in particularibus res empta ex pretio alterius rei venditæ, tunc ſubrogatur loco pignoris, ſi ea lege vendatur, vt pretium in alterius emptionem implicetur, vel vbi emens id declaraſſet, quòd ideò prædia illa diſtrahebat, vt illa emeret, aliàs ſecus, in quam quoque opinionem deuenit Senatus apud Fabrum in ſuo Cod. lib. 4. tit. 41. de locat. defin. 5. ſcilicet ſubrogationem non fieri niſi per
67 deſtinationem contrahentium.

Aliàs ſi ex pecunia hæreditaria emptio
68 fuiſſet facta, veluti quia in hæreditate pecunia remanſiſſet, tunc emptum ex dicta pecunia hæreditarium non diceretur, ex quo emptor ipſam pecuniam tantùm reſtituere teneretur, vt ſatis doctè probat idẽ

Man-

Mantic. in citat. *tit.* 8. *num.* 24. *post versf. vndè ego,* & sequitur *Peregrin. de fideicommiss.artic.*44.*num.*29. dummodò pecunia ex voluntate testatoris non esset ad emptionem prædiorum destinata, vt ipsemet *Peregr.* qui sic ad contraria respondet in citat. *artic.*44.*num.*28.*post med. versf. quorum opinio indubitanter procederet.*

Circa verò aliam quæstionem, quæ tãgitur ab *Authore* hic, scilicet an res, quæ
69 reperitur penès filium, prouenisse præsumatur à patre, latè idem noster *Author* in *decis.*339.& *ibi* plenè per me.

SVMMARIVM

1 *Declaratio circa vsum testium fieri potest in certa parte.*
*Sed contrarium, nu.*2.
3 *Appellatio à sententia non datur in parte, & partibus contra se facientibus tantùm, licèt habeat multa capita tamen connexa.*
4 *Sententia an pro parte possit acceptari, ad hoc vt exequutioni demandetur.*
5 *Datio insolutum facta à Iudice non sustinetur vltrà debitam quantitatẽ propter indiuiduitatem decreti.*
6 *Appellatio non datur à laudo pro parte, quamuis multa res fuerint compromissa.*
7 *Testis non dicitur deponere extra articulum, quando id, quod deponeret extra articulum aliquo modo faceret ad causam, si tamen iurauit deponere super tota causa.*
8 *Declaratio circa vsum qualiter debeat fieri.*
*Et de praxi in nostro Regno, num.*9.

DECIS. XVI.

1 QVamuis *Author* in hac decisione concludat, declarationem circa vsum testium fieri posse in certa parte, prout etiam videtur affirmare *Cancer. in lib.* 1. *variar. resolut. titul. de test. cap.*20.*num.* 47.
2 *versf. quam communem*, tamen contrarium firmat *Vinc. de Franch. in dec.*173 qui in eius *addit.* ampliat etiam si articuli essent separati, ex *Padill. in l. si ex falsis, col. penul. versf. exindè quarit Bartol.* C. *de transact.* quos etiam hanc partem tuendo sequitur *Gratian. in tom* 4.*discept.cap.*749.*num.*10. 11.*& seq.* Subdens, opinionem *Authoris hic* non esse tutam propter iuramentum, quod est indiuiduum, & proindè talis declaratio non potest fieri in partibus, nam ratione connexitatis, & indiuiduitatis aut debet fieri in omnibus, aut non, prout etiã dicimus de eo, qui appellat à sententia, quæ licèt habeat multa capita, tamen con-
3 nexa, non potest in parte, & partibus contra se facientibus appellare, ex eo quia vnicum est decretum, ad *tex. in l. in hoc iudicio ff. famil. ercisc. Cost. de port. rat. q.* 137. *Lancellot. de attentat. cap.*12.*limit.*2. *Cancer. lib.* 3.*var. resolut. cap.*17. *tit. de sent. & eor. exeq. num.*63 *& mult seqq* quod etiam cum multis alijs comprobat *Giurba in decis. Sicil.* 30. *num.*14. Et de hac quæstio-
4 ne non semel dubitatum vidi, si sententia pro parte acceptata possit exequutioni demandari, quamuis pro alia parte ab eodemmet actore fuerit appellatum, de ea latè scripsi in *decis.*143. & vide quæ posui *decis.*45. vbi datio insolutum facta à Iudice vltrà debitam quantitatem non sustinetur
5 pro parte veri debiti, sed in totum corruit ratione decreti, quod est indiuiduum, sic quoquè de laudo dicendum est, quòd illud non possit pro parte approbari, & pro
6 parte non, quamuis multæ res fuerint cõpromissæ, ratione indiuiduę voluntatis cõtrahentium, vt vltrà *Vinc de Franch. in dicta dec.* 173. vbi sic refert fuisse per S. C. decisum, sic tenent, & affirmãt *Grat. in tomo.*3.*discept. forens. cap.* 486. *&* 528. *Cost. de port. rat. in* citat. *q.*137. *Barz. decis. Bonon.*87.*num.*7. & quamplurimi apud *Borrell. in summ. decis. tit. de compromiss. num.* 319.*tom.*1.

Nec obstat quod dicit *Author* hic, nempè quòd æquitas suadet, vt quis non posset vti eo, quod est extrà articulum, in quo non dicitur iuratus, quia id procederet, quando id, quod fuit extrà articulum depositum, omninò non faceret ad causam, vel non conferret ad declarationem arti-
7 culi, aliàs si aliquo modo ad causam faceret, vel ad declarationem articuli conferret, esset secus propter iuramentum præstitum in tota causa, propter quod quis dicitur iuratus etiam in ijs, quæ deponit extrà articulum, & proindè probationem induceret, vt singulariter *Bartol. in l. si duo patroni, §. Iulianus, num.*8.*ff. de iure iuran.* & sequitur *Magon. in dec. Florent.* 33. *nu.* 16. plenè *Alexan. Trentacinq. in lib.* 2.*var. resol. tit. de test. resol.*7.*per tot. ac Rot. Rom. in dec.*593.*part.*1.*& dec.*268.*par.* 2. *in nouiss.* prout in dubio ita præsumendum esse, quem iurasse super tota causa, post *Felin.* tradit *Vrsill. in dec.* 216.*num.*8.*& Alexand.*

xand. Trentacinq. in fin. dicta resolut. 7. *et Gratia. in dicto cap.* 749. *num.* 12.

Hinc est, dicit *Afflict. in decis.* 189. quòd petita declaratione circa vsum à parte,
8 ipsa fieri debeat non protestatiuè, nec reseruatiuè, non implicitè, & cõfusè, nec respectiuè, sed esse debet simplex, clara, & generalis, vt etiam tradit *Copyt. in dec.* 67. & ex alijs relatis per *Thor. in compend. dec. in verb. declaratio circa vsum, lib.* 1. & hanc esse communem inquit *Cancer. in lib.* 1. *variar. resolut. tit. de testib. cap.* 10. *nu.* 47. *in princ.* dummodò non fieret spontè, in quo casu posset conditionaliter fieri, vt notat *Gabriel. in lib.* 7. *conclus. titul.*
9 *de malefic. conclus.* 7. *num.* 12. Et propterea in praxi hodie obseruatur in nostris Tribunalibus, quòd si fuerit petita declaratio circa vsum, (quæ debet fieri parte petente, & sic coactè, vt tradit *D. Reg. Rouit. in Prag.* 1. *de fals. n.* 4.) & quis dixerit, quòd intendit vti testibus per ipsũ examinatis, talis declaratio non admittitur, sed debet dicere, quòd vult vti omnibus testibus, omnibus ipsorum depositionibus, omnibus articulis, omnibus scripturis, omnibus relationibus, & finaliter toto processu, de qua etiam hodierna praxi testatur *Tartagl. in eius prax. ciuil. M. C. V. cap.* 4. *num.* 21. subdens, quòd neque debet dicere, *omni modo meliori*, quia non esset formiter facta, vt etiam hanc formam tradit *Musceatell. in sua prax. glos. termino, par.* 6. *num.* 7.

SVMMARIVM.

1 *Positio est inuenta, ad hoc vt ponens releuetur ab onere probandi.*
Intellige, quando nõ constaret de intentione ponentis, num. 2.
Sed contrarium, num. 5. *Declara, num.* 7. 8. & 9.
3 *Positionibus de directo contrarijs attestationibus alterius partis non erit respondendum.*
4 *Expectare responsionem à parte super responsionibus est species probationis.*
6 *Depositio principalis peti potest etiam post didicita testificata.*
10 *Positiones impertinentes dicuntur, & eis non erit respondendum, quando ponens necesse non haberet probare.*
11 *Positionibus contrarijs non est respondendum.*
Intellige, num. 13.
12 *Respondens positionibus impertinentibus, & superfluis prauia protestatione*, saluo iure impertinentium, *sibi non praeiudicat.*
14 *Positionibus actoris, an rei sit priùs respondendum.*
15 *Ecclesia, minor, & mulier per viam restitutionis in integrum possunt post didicita testificata ponere idem, vel de directo contrarios articulos articulis partis aduersæ.*
16 *Positionibus an sit respondendum per verbum*, credo, & non credo, *remissiuè.*

DECIS. XVII.

IN hac decisione duo queruntur ab *Authore*, primum, an positionibus teneatur respondere is, qui contrarias produxerat positiones.

Secundum verò, an eis sit respondendum per verbum, *credo.*

Quòad primum sciẽdum est, quòd po-
1 sitio non est inuenta, nisi vt ponens releuetur ab onere probandi, per confessionẽ aduersarij, *cap.* 1. *de confess. in* 6. & *l. cum, qui, in princ. ff. de iure iur. l.* 2. & 3. *ff. de interrog. act. Afin. in sua prax. iudic. §.* 19. *cap.* 21. *num.* 2. *Muscatell. in eius prax. par.* 5. *glos. legaliores, num.* 2. dummodò non cõ-
2 stet de intentione ponentis, nam si constaret de intentione ponẽtis, vt putà quãdo ex vtraque parte fuissent testes recepti, tunc pars illis respondere nõ cogitur, quia est facta probatio, ad *glos.* singularem *in l. in contractibus, §. illo videlicet, verbo offerre, vers. nec ergo C. de non numer. pecu.* nec expectatur inspectio, an pars per responsionem releuetur ab onere probandi, argumẽto *l. si. ff. de pet. hæred.* vt tradit *Spec. in tit. de posit. §. septimo, num.* 1. & 2. *Nouizan. cons.* 30. *num.* 15. *Grat. cons.* 115. *num.* 15. *vol.* 1. vel vbi vna pars examinauit, & altera pars faceret suas positiones de directo contrarias attestationibus alterius,
3 quo casu illis neque respondendum erit, ob timorem subornationis ad similitudinem testium, cùm exclusus à probando, vt exclusus etiam censeatur à ponendo, vt *d. §. illo*, & *l. sed & si restituatur, §.* 1. *ff. de iudic.* vbi *Angel. & Surd. Author* noster in *cons.* 54. *num.* 25. in terminis *Paul. de Castr. in d. § illo, num.* 4. nam expectare respon-
4 sionẽ à parte super responsionibus est species probationis, *glos. in d. § illo, verb. offerre, & Bald. in l.* 2. *§. quod obseruare, nu.* 15. *C. de iureiurand. Io. Ferrar. mont. de iudic. pro exercitam. lib.* 2. *cap.* 3. *col. pen. vers.* consa

causa autem, *Nouiz. in d. consil. 30. nu. 15.*

Nec obstat, quòd contrarium tueatur
5 *Peregr. in decis. Patau. 126 nu. 9. cum mul-*
tis seq. vbi subdit, sic fuisse pronunciatum,
quòd post didicita testificata quis tenetur
positionibus respondere, quod regulare
esse inquit *Thesaur. in decis. 93.* & quòd ità
pluries fuit iudicatum, quia id procederet
in tribus casibus, primò, quando in causa
procederetur summariè, & de plano, absq;
figura Iudicij, sola veritate inspecta, cùm
eo casu possit Iudex in quacunq; parte iu-
dicij alteram partem interrogare, vt tradit
Lanfranch. in clem. sæpè col. pen. vers. secun-
da conclusio, de verbor. signific. & ideò nō
6 mirum si ità hodie apud nos in praxi ob-
seruetur, vt etiam post didicita testificata
peti possit depositio principalis, quoniam
omnes causæ in nostro Regno sunt sum-
mariæ, & in eis proceditur sola facti veri-
tate inspecta, omissis solemnitatibus iu-
dicij, vt prouisum est per *cap. Regn. Dele-*
ctantes, & per *Regiam Pragmat. dispendia*
litium, quæ est 1. *de ordin. iudic.*

7 Secundò procedit, vbi quis ex deposi-
tionibus testium nihil probauerit, prout
loquitur *Thesaur. in d. decis. 93.*

8 Tertiò, quando depositio peteretur su-
per aliquibus incidentibus ortis post pu-
blicationem testium, ad *glos.* singularem
d. § illo, verbo offerre, in fine, vers. sed potest
responderi, quo quidem casu etiam post
conclusum statutum est, posse peti depo-
sitionem principalis, per *Reg. Pragm. 28.*
cap. in cap. 7.

Secus verò in causis ordinarijs, & plena-
9 rijs, quoniam eo casu post didicita testifi-
cata non possunt amplius fieri positiones,
prout distinguit *Marant. de ordin. iudic.*
par. 4. dist. 9. n. 28 & 30. sic etiam latè cùm
ipsa distinctione cōtrarias opiniones con-
ciliauit *Osasch. in dec. 10. per tot.* vbi subdit,
sic iudicatū fuisse, quando quis haberet in-
tentionem suam fundatam per testes, vel
instrumentum, vt decisum refert *Boer. in*
decis. 91. post princ. & proindè quando quis
non haberet opus probare, tunc eius posi-
10 tionibus non erit respondendum, tanquā
impertinētibus, & superfluis, vt tradit *Asin.*
in citat. loco cap. 9. nu. 4. Anna singul. 449.
Magon. decis. Lucens. 25. num. 30. cum seq.
Verall. decis. 327. lib. 2. Franc. Marc. decis.
789. num. 4. vol. 2. & decis. 565. nu. 4. vol. 1.

Hinc est, quòd positionibus contrarijs
11 non erit respondendum, veluti quando
actor, & reus facient positiones omnes si-
bi ad inuicem contrarias, vt tradit *Franc.*
in cap. 1. de confess. in 6. & Lanfranc. in cap.
quoniam contra, in verbo responsionis. n. 7.
de probat. Et hoc siue contrarietas resulta-
ret ex parte ponentis, siue ex parte respon-
dentis, vt in terminis *Curt. in tract. de posit.*
nu. 14. quo casu si talibus positionibus quis
responderet cum protestatione, *saluo iure*
12 *impertinentium*, respondens sibi non præ-
iudicaret, ad notata per *Bald. in addit. ad*
Specul. in Rubric. de posit. versic. qui respon-
dit, quod cum multis comprobat *Curt.* in
citat. *tract. nu. 20. Asin. in d. cap. 9. & Ricc.*
in collect. decis. 268.

Quæ omnia licèt vera sint, tamen pro-
cedunt, quando ad inuicem se tales posi-
13 tiones omninò perimerēt, alioquin si pos-
sint aliqua distinctione conciliari, esset se-
cus, quia eis esset respondendum, vt post
Franch. in d. cap. 1. sic cōcludit *Benintend.*
in decis. 32. inter decis. canonic. diuersor. in
14 qua etiam quæritur, cui prius erit respon-
dendum, positionibus actoris, vel rei, & di-
citur esse respondendum positionibus rei, ex
quo magis nocet confessio actoris actori,
quàm rei reo, vt notat *Bald. in cap. 1. de*
controuers. inter vasall. & Episcop. quan-
do præfixus erat terminus vtrique parti ad
probandum, & ad producendum positio-
nes, prout etiam intelligit *Alex. in l. si non*
fuerit, n. 2. ff. de iur. iurand. sequutus *Bald.*
in d. cap. 1. licèt subdat, quòd regulariter
primò debent admitti positiones actoris,
& illis debet responderi, per notata per
Specul. in tit. de posit. § 4. versic hoc quoque
facit.

15 Quamuis hæc possint limitari in Mino-
re, Ecclesia, & Muliere per viam restitutio-
nis in integrum, quo casu post didicita te-
stificata tales personæ possunt ponere idē,
& de directo contrarios articulos articu-
lis, & testibus partis aduersæ, prout post
Afflict. in decis. 216. num. 2. & 3. & Osasch.
in dec. 87. nu. 3. latè *Odd. de restit. in integr.*
quæst. 65. art. 11. & Capell. Tholos. in decis.
248. sed cum declarationibus, de quibus
Odd. vbi supra.

Circa verò secundum de praxi respon-
16 dendi positionibus per verbum, *credo, vel*
non credo, tradit *glos. in l. 1. verbo damni, in*
fin. ff. de interrog. action. & latè post *Asin.*
Muscatell. & Marant. Dominus Reg. Ro-
uitus ad Pragmat. 8. de ord. iudic. & Troys.
ibidem, sub titul. de posit. et respons. qui om-
nes plenè tractant de omnibus contentis
per *Authorem* nostrum in hac *decisione*, ad
quos me remitto.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Procurator fiscalis non tenetur ad iuramentum calumniæ.*
2 *Sed contrà cùm Fiscus ligetur quòad ordinatoria iudicij.*
3 *Iuramentum calumniæ est de substantialibus iudicij.*
4 *Iuramentum calumniæ an debeat præstari, etiam parte non petente.*
5 Opinio Authoris *approbatur.*
Sed intellige, nu. 6.

DECIS. XVIII.

1 Concludit *Author* hic, Procuratorem Fiscalem non teneri ad iuramentum calumniæ, ad quem adde, quòd in contrarium vidétur facere notata per *me in decis.* 13. vbi
2 Fiscus quòad ordinatoria iudicij ligatur, & successiuè dicto iuramento calumniæ,
3 cùm sit de substantialibus iudicij, vt singularis est *Glos. in l. prolatam*, C. *de sent. & interloc.* Cuius verba sunt hæc, *Dic ergo, quòd ordo iudiciorum est, vt offeratur libellus, lis cōtestetur, et iuretur de calumnia*, subdens, quòd si talis ordo peruertatur, sententia non valet, quamuis *Doct.* super dicta quæstione satis se inuoluant quærentes, an
4 tale iuramentum sit præstandum parte non petente, & sic si possit tacitè remitti, de quibus hinc indè latè scripserũt *Peregr. in decis. Patauin.* 137 *nu* 9. *Gratian. in tom. 2. discept. forens. cap.* 108. *num.* 25. & 26 & copiosè *Thesaur. tam in lib.* 1. *quæst. forens. cap.* 40.
5 Tamen non est recedendum ab opinione nostri *Authoris*, scilicèt talem Procuratorem ad tale iuramentum non teneri, tũ quia ex consuetudine non iurat, tum etiã quia ex necessitate officij ab illo videtur excusari, vt latè *Peregr. de iure Fisci, lib. 7. tit. 4. nu.* 14. *Gayll. lib.* 1. *obseruationum, obseruat.* 90. infinitos colligit *Farinac. in quæst.* 16. *num.* 22. *vers. hanc quoq; limitationem, Grat.* in citat. *tom.* 2. *d. cap.* 108. *nu.*
6 27. Sed intellige, quòd sicut Fiscus si succũbat, non soluat litium expensas, ità pariter si esset victor, non exigit, prout post *Anton. Columb. in tract. de ordin. proced. in caus. crimin. artic.* 138. *per text. in l. fin.* C. *de fruct. & lit. expens. Boer. in decis.* 324. *in princ. & Bald in l. qui crimen, nu.* 20. C. *qui accus. non poss.* sic notat *Peregr. in d lib.* 7. *tit.* 4. *num.* 14. subdens, ità obseruari, & obseruatum vidisse in Camera Patauina, ac in Alma Ciuitate Venetiarum, cũ Fiscus, & priuatus non debeant ad imparia iudicari, argumento *d. l. fin.* C. *de fruct. & lit. expens.*

SVMMARIVM.

1 *Operarij, vel Clericorum famuli an gaudeãt illorum priuilegijs, quamuis sint diurno salario conducti, remissiuè.*
2 *Bulla Cœnæ Domini num locum habeat aduersus trahentes familiares clericorum ad Iudicem sæcularem, remissiuè.*
3 *Scriba, & Actuarij Episcoporum an gaudeant priuilegio fori, remissiuè.*
4 *Familiares, & famuli clericorum qui dicantur, remissiuè.*
5 *Statutum eximens famulum, qui ad panem & vinum alteri inseruit, num locum habeat in eo, qui pecunia est conductus, remissiuè.*

DECIS. XIX.

1 In hac decisione duo continentur, primũ, si operarij & famuli clericorum gaudeant priuilegijs clericorum, quamuis sint diurno salario cōducti. Secundum, an statutum eximens famulum, qui ad panem, & vinum alteri inseruit, locum habeat in eo, qui pecunia est conductus.

Quòad primum multa potuissem scribere, sed quia multi sunt DD. qui pro vtraque parte scripserunt ad saturitatem, sufficiet referre rem tractantes, & sunt *Federicus de Sen. consil.* 111. *Menoch. de arbitrar. casu* 562. *Oldrad. cons.* 11. *Thesaur. decis.* 22. & 116. & ibi latè *eius filius in addit. Niger in clem. vnic. de vit & honest. Cler. Gutierr. lib.* 1. *pract. quæst. q.* 4. *Panetrol. cōs.* 49. *Manent. consil.* 132. *nu.* 28. & *seq. post suas decisiones, Surd. cons.* 301. *nu.* 78 *Clar. §. fi. q.* 35. *n.* 18 *Couar. pract. qq. c.* 35. *Calcar. cons.* 71. *Facian. de probat. lib.* 2. *c.* 34. *Rebuff. de priu Scholar. priu.* 166 plenè *Graff. de effect. cleric. eff.* 1. *nu.* 148. & ibi distinguit inter seruos, famulos, & colonos perpetuò obligatos, & inter famulos, & colonos annua, vel menstrua mercede cōductos, referens DD pro vtraque parte, & latiùs *effectu* 3. *à nu.* 56. *vsque ad num.* 75. latè doctissimus *D. Regens Sanfelic. in decis.* 1. *Mart. cons.* 162. & ibi, an *Bulla Cœnæ Domini c.* 15. habeat locum aduersus trahentes hos familiares ad sæcularem forum, latissimè scripsit de In-

*Iurisdict.par.4.Castil.in decis.*105. *& decis.*
227. Vide etiam *Capyc.decis.*12.& latè *Ca-*
4 *rauit.in Rit.46.num.27. cum pluribus seqq.*
vbi qui dicantur famuli, & familiares,
quibus priuilegijs vtantur, & an hoc idem
sit respectu Curialium Episcoporum, &
Archiepiscoporum, vt sunt Scribæ, &
Actuarij, vide *Abb.in cap.cùm dilectus,n.3.*
de Cleric.non resident. & omninò *Gratian.*
decis 237.*cum addit.per tot.*

5 Quòad secundum vide *Surd. Authorem*
in decis.35.Thesaur.decis.116.in fine,Tusc.
concl.556.lit.E.nu.9.& 10.verbo exemptio,
Carauit. Rit.95. num.28.Bursat.consil.42.
nu.17.vol.1.Papon. consil.7.num.17. Petr.
de potest.Princ.cap.5.nu.5.Cauagnol.ad de-
cret.antiq.Montisferr.decret.72.q.11.Surd.
cons.338.sub nu.14. Rebuff.de priuil. Schol.
*priuil.*166. *Gratian.decis.Marth.233.nu.7.*
vide etiam *D.Regentem Sanfel.in d.decis.*1.

SVMMARIVM

1 *Statutum exclusiuum fœminarum non habet locum in hæreditate Clerici.*
Sed contrarium, num.2. Intellige, n.6.
3 *Statutum exclusiuum fœminarum habet locum etiam existente clerico, vel monaco.*
Amplia, etiam quò ad monialem, nu.4.
5 *Statutum exclusiuum fœminarum habet locum etiam contra mulierem nuptam extra territorium statuti.*
7 *Distinctio* Bart. *& aliorum in* l. cunctos populos C.de Summ.Trinit.& Fid.Cathol. *si statutum loquitur in rem, vel in personam reijcitur. Sed distinguendum, num. 9.*
8 *Statutum exclusiuum fœminarum non porrigitur ad bona sita extrà territoriũ statuti.*
10 *Clericus non ligatur* Consuetu. *Neapolit. nec actiuè, nec passiuè, vbi decis.S.C.*
11 Clerico *decedente intestato, eius bona antiqua ligantur* Consuet. *Neapol. vbi decis. Reg.*Collat.*Consil.*

DECIS. XX.

IN hac decisione cõcludit *Author*, statu-
tum exclusiuum fœminarum non habere
locum in hæreditate clerici, iuxtà opi-
nionem *Imol. in cap.quod clericis, nu.4.*
1 *de foro compet.* sed hoc cũ distinctione in-
quit, ad quam se restringit .s. quando sta-
tutum loquitur in personam, non autem
in rem, prout voluit *Petr. de Bellapert.in*
§.plebiscitum,Instit.de iur. nat.gent. & ci-
uil & Bart.in l.cunctos populos,C.de Sum.
Trinit.& Fid.Cathol. cùm loquendo in
personam, bona clerici non comprehen-
dantur sub dicto statuto, quia illa veniunt
accessoriè ad personam, secus in secundo
casu, in quo veniunt principaliter.

Contrariam verò opinionem esse ve-
2 riorem, & magis communem testantur
Rom.in singul.446. & ibi Add. Brun. de
stat.exclud.fœmin. art.8.q.2. Capr. *in reg.*
15.num.47.Calcan.consil.7.nu.17.Albens.
cons.761.num.60. Crass. *in §. successio ab*
intestato,quæst.8.in fin. Math.sil.singular.
110.& ibi Add.Paris.consil.40.num.2.vol.
3.noster *Author* sibi contrarius *in consil.*
2.num.26.& seq.& contra hanc decisionẽ
ipsemet in cons.560. lib. 4. in tertia opposi-
tione,quamplurimi apud *Thesaur. Iun. in*
lib.2.quæst.forens q.2.num.1.2 & 3. Car-
pan.ad Stat.Mediol. cap.278.num. 21. &
seq.Tiraq.de primog.q.43.Merlin. in tra-
ctat.de legit.lib.3.tit.1.q.19.num.6. & seq.
*Mart.*diffusè *de success.legal.p.1.q.13.art.*
12.num.31.cum plurib.seq Honded.consil.
*3 per tot.lib.1.*hanc quoque opinionem
vti verissimam in terminis sequitur *Fa-*
chin.in lib.12.controuers. cap.29. contra
3 *Authorem* hic. Cum statutum exclusiuum
fœminarum comprehendat etiam cleri-
cos,& monacos, ita vt per existentiam
ipsorum, ipsæ dicantur exclusę, vt voluit
Bal.cons.30 col.2.vol.1.Alex.cõs.211.n.2.
lib.2. Andr.Barb.cons.53.vol.2.& cons 50.
*vol.3.Lap.alleg.*100.*&* 101.vbi testatur hãc
esse communiorem, *Mohed.dec.172.in fin.*
Tiraq. quamplurimos ad hoc allegans in
tract.de iur. primogen.q. 44. num. 7. Viu.
*commun.opin.818.num.14.*prout sic iudi-
catum est in nostro Regno, quòd *Consti-*
tutio In aliquibus, per quam disponitur,
quòd stantibus masculis fœminę non suc-
cedant, dum tamen dotentur, comprehẽ-
dat etiam clericos, vt testatur *Minad. in*
repet.d.Constit. in rub.verbo filiorum, nu.
22. & 23. quod pro absoluto tenet *Vin-*
cent.de Franch.in decis.667.num.5. ea ra-
tione, quia statutum hoc est fauorabile,
vt tradit *Alexand.Trentacinq.in lib.1.va-*
riar.resolut.resol.1.vers.secunda est opinio,
vt bona conseruentur in agnatione, quo
casu clericus ligatur, vt tradit *Abb. in cap.*
Ecclesia S.Maria, in tertio casu, de constit.
& Minad. *in loco* citato, *num.24. Cancer.*
in lib.3.var. resolut.cap.11. num.192. etiã
passiuè in terminis tradit *Albens. consil.8.*
*nu.8.& cons.271.*vbi inquit, hãc esse com-

mu-

munem opinionem Canonistarum, & Legistarum, quando statuta non sunt facta in odium Ecclesiæ, vt latè quoquè *Thesaur. in lib. 2. quæst. forens. q. 1. per tot. ac Merlin. in* citat. *quæst.* 19. *num.* 20. quicquid in contrarium multi dixerint, vt per *Menoch. Rimin. Iun.* & alios, quos colligunt citati *DD.*

4 Quod ampliatur etiam ad exclusionē sororis Monialis, vt tradit idem *Minad. in* citat. *num.* 22. & antè *cum Panormitan. in cap. quod clericus, de for. compet.* quem etiam sequitur *Cancer. in dicto cap.* 11. *nu.* 197. vbi plures pro hac opinione adduxit, & sic tale statutum comprehendit Ecclesiasticas personas in capite exclusiuo, & si statutum hoc cōprehēdit Ecclesiasticas personas in capite exclusiuo, fortiori ratione debet comprehendere illas in successione passiua, vt ab eorum hęreditate excludantur fœminæ, & admittantur masculi, in quam quoq; opinionem inclinabat *Rot. Roman. in decis.* 295. *nu.* 6. *par.* 1. *in nouiss.* vbi inquit, quòd quando is, qui vult excludere, & fœminę sunt subditæ statuto, defunctus autem forensis, quòd fœmina excludatur, vt etiam in *decis.* 304. *par.* 1. *in nouiss.*

5 Et ampliatur hęc conclusio, etiam si ipsa fœmina, quæ ad fratris clerici successionem venire prætenderet, esset nupta extra territorium statuti, cùm in hoc quoque casu ipsa ab alijs masculis excluderetur, vt tradit *Salyc. in l. cunctos populos, nu.* 15. *vers. item attende, C. de Summ. Trin. & fid. Cathol.* nam mulier nupta licèt assumat viri originem, tamen hoc est quòad fora iudicialia, nè alibi conueniri possit, cū distraheretur à seruitijs mariti, sed quòad alia, veluti statuta, & similia, eius origo nō muratur, sed eis ligatur, quia per hoc non distraheretur à seruitijs viri, & sic cessaret causa mutationis originis, vt tradit *Vinc. de Franch. in dec.* 416. *num.* 4. *& Surd.* Author noster in *decis.* 230. *num.* 6 *&* 7.

6 Sed hæc procedunt decedente clerico intestato, non autem testato; nam si fœminam instituerit, non poterit masculus eam excludere, ad tradita per *Mart. de success. legali, p.* 1. *q.* 13. *art.* 12. *num.* 31. *& in tract. de iurisd. p.* 4. & per nostrum *Authorem in cons.* 560. *num.* 12. & dicam in fine de ratione.

7 Nec obstat supradicta distinctio *Petr. de Bellaper. & Bar.* ad quam se restringit *Author,* scilicet si statutum loquatur in rem, vel in personam, nam illa communiter est in hoc casu reprobata, vt post *Gabr. Sarayn.* & alios eam reprobant *Burs. consil.* 93. multi apud *Thesaur. in d. q.* 2. *num.* 6. *Marescot. in lib.* 1. *var. resol. cap.* 9 *num.* 10. post nonnullos *Gratian. in tom.* 3. *disceptation. forens. cap.* 431. *nu.* 24. *&* 27. *Rot. Roman. in cit. decis.* 295. *num.* 2. *&* 9. *it decis.* 304. *num.* 3. eademmet *Rot. in decis.* 255. *apud Ludouis. Vtu. in decis.* 326. *num.* 3. cū non sit fundata in aliqua ratione, nam siuè statutum loquatur in rem, siuè in personā, semper bona principaliter veniunt, cùm in successione non habeantur nisi bona à personis, vt etiam tradit ipsemet *Marta locis citatis.*

8 Hinc est, quòd statutum exclusiuum fœminarum non porrigitur extrà territorium statuentis, vt latè *Marescot. in d. c.* 9. *num.* 10. vbi subdit, sic fuisse decisum in Rot. Rom coram Card. Pamphilio, sic etiā eademmet *Rot. in d. decis.* 295. *et* 304. *p.* 1. *in nouiss. et decis.* 255. *apud Ludouis.* plenè quoquè *Gratian. in cit. cap.* 431. *per tot.* vbi multas (post cumulum *DD.*) eiusdem Rotę decisiones affert, vt etiam in terminis *Ioan. Vinc. de Anna in alleg.* 85. *et* 70. *in fi.* vbi subdit, quòd ità per S. C. fuit determinatū, quòd *Constitutio* huius Regni *In aliquibus* excludēs fœminas propter masculos, non se extendat ad bona extrà Regnum, vt tradit etiam *Capyc. In dec.* 159.

9 Quamuis vera distinctio (quòad me.) uideatur esse illa, quam ponit *Barbat. in d. cons.* 50. *col.* 2. *lib.* 3. scilicet an statutum loquatur per modum inhibitionis, & præcepti, an verò per modum concessionis, seù priuilegij.

Primo enim casu non ligat.

Secundo verò comprehendit personam clerici respectu bonorum, prout cum hac distinctione transiuisse Senatum congregatis classibus, refert *Thes. in d. q. num.* 8. *idem* tenuit *Carpan. ad Stat. Mediol. in cit. cap.* 278. *num.* 23. *Caroc. decis.* 127. *ac Merlin. in d. q.* 19. *nu.* 9. vbi sequutus *Thesaur.* ait, quòd si dinumerentur *DD.* opinionem vtranq. tenentes, siue rationes, apparebit, quòd hæc erit maioris ponderis, & authoritatis, prout in simili adest consuetudo nostrà Neap. quæ inhibendo præcipit, quē non posse testari, nisi de medietate bono-

10 rum antiquorum, si filios non habuerit, quo casu Clerici non ligantur, vt pluries fuisse decisum testatur *Vinc. de Franch. in decis.* 411. *in princ.* per notata per *Napod. in proœm. Consu. t. Neap. in verbo, qui tenor,* vt etiam affirmat *Molfes. in cons.* 27.

G &

& hoc non solum actiuè, imò nec passiuè, & sic quòad illorum successiones, vt per eundem *Vincent. de Franch. in d. decis.* ac per *d. Napod. in Consuet. Si quis, vel si qua, in verbo proximiores, vers. & præmissa, nu.* 255. *fol.* mihi 148. Cùm æqualitas inter eos seruari debeat, vt contrariorum eademmet sit disciplina, *glos. in l. vlt. §. fin. de leg.* 3. Et proindè si quis restatus fuerit in personam clerici, vel alicuius loci pij contra formam *d. Consuet.* relictum reuocatur pro illa medietate, vt absque difficultate sæpè decisum fuisse testatur *Vincent. de Franch in citat. decis.* 411. vel si quis decedendo instituisset fratrem laicum in bonis antiquis, non instituto altero fratre clerico, nihilominus talis frater clericus non poterit portionem medietatis bonorum antiquorum petere, de quibus frater seruata forma *d. Consuet.* non poterat disponere, vt vltrà adducta in *d. dec.* 411. idem confirmauit in *dec.* 667. *in princ.* vbi ampliatur, hoc procedere etiam quòad successionem maternam quòad dotes, circa quas vigore *d. Consuet.* mater ipsa non potest disponere, sed habet labia clausa, & manus ligatas, excepta tamen decima parte, cùm in eis vocentur filij, & tamen ipsa benè potest instituere filiam fœminã excluso masculo clerico, iuxtà opinionem *Napod. in d. num.* 255. & ità iunctis tribus aulis loco reclamationis contra Monacũ capacem, decisum fuisse per S.C. refert idem *de Franch.* quicquid in contrarium tueatur *Molfes. in cons.* 27. *& in comment. ad d.* Consuet. *Neap. p.* 2. *tit. de person q.* 7.

Verùm circa hoc nota, quòd dum diximus, clericum non ligari nostris Consuetudinibus quòad eius dispositionẽ circa
11 bona antiqua, hoc procedit, quando ipse clericus testatus decederet, alioquin si intestatus, tunc locum haberent *d. Consuet.* prout inquit *Iacob. Anell. de Bott in addit. ad Consuet. Si quis, vel si qua, fol.* mihi 147. *sub lit. A. in nouiss.* subdens, sic per S.C. in Reg. Collat. Cons. fuisse determinatum in causa Magn. Annibalis Macedonij, qui mouit litem super bonis quond. Episcopi Policastri, de qua fecit decisionem Ill. R. Reuerterius, quam vidisse, inquit, de qua quoq; testatur *Gaspar de Leo. in* cit. *Consuet. d. fol.* 147. *lit.* C. sic etiam in terminis tradunt *Surd.* Author noster in *cons.* 560. *nu.* 13. *& Mart. de success. legal. par.* 1. *q.* 13. *art.* 12. *num.* 31. vbi inquit, hanc esse communiorem, & ratio diuersitatis est, quia Clericus non ligatur statutis laicorum, tamen si vellet, posset illis vti, & sic heredẽ ad eius libitum facere, vt tradit *Burs. in cons.* 93. Sed decedẽdo intestatus, censetur velle id, quod vult statutum loci, cùm quilibet censeatur voluntatem suam secundũ leges accomodare, vt per *Bart. in l. haredes mei, §. cùm ita, ad Trebell.* vt in terminis statuti voluit *ibi Zanch. p.* 9 *nu.* 5. *ac Rustic. in tract. an, & quand. filij, lib.* 2. *cap.* 3. *nu.* 5. *& lib.* 6. *cap.* 8. *nu.* 23. Cùm non agatur de persona, sed de acquisitione.

SVMMARIVM.

1 *Pater licèt non possit præcipere filijs suis, vt fructus in legitimam imputentur, tamen potest prohibere, vt fructus vltrà suam legitimam restituant.*

2 *Filij Trebellianicam, & falcidiam deducere possunt, si illarum detractio non esset nec tacitè, nec expressè per testatorem prohibita.*

3 *Fructus percepti à filijs institutis, ac conditionaliter grauatis ex hæreditate, vltrà fructus ad eos spectantes ex eorum legitima, quæ statim eis debetur, non sunt imputandi in legitimam tempore existentis conditionis, ac restitutionis faciendæ, tanquam non de substantia hæreditatis, vbi decisio S.C.*

Amplia, etiam circa legitimam ascendentium, nu. 4.

Intellige, nu. 5.

DECIS. XXI.

CVm Authore in hac quæstione omnes *DD.* communiter conueniunt, scilicet quòd licèt pater non possit præcipere filijs suis, vt fructus in legitimam imputentur, vt ex traditis per *Bar. in l. Papinianus, §. vndè parens ff. de inoffic. testam.* per *tex. d. §. reple-*
1 *tionem*, tamen potest præcipere, vt fructus vltrà suam legitimam restituant, iuxtà cautelam, quam tradit pòst *Cuman. in consil.* 25. *&* 52. *& in l. cohæredi §. cum filia ff. de vulg. Angel. in l. Balista ff. ad Trebell.* quæ verissima existimatur à *Rip. in l. in fideicommissariam, n.* 33. *ad Trebell. Io. Copus in tract. de fructib. lib.* 3. *tit.* 3. *c.* 1. *nu.* 6 *Gayll. lib.* 2. *pract. quæst. obseruat.* 33. *lim.* 1. *Cephal. consil.* 777. *Marzar. in epit. fideicommiss. q.* 49. *Peregr. de fideicommiss. artic.* 49. *num.* 60. *Mangil. de imputat. & detract. q.* 17. *Ioseph.* Ludou. *in decis. Lucens.* 28. *n.* 105. *et omnib. seq. Fusar. in cons.* 185. *nu.* 93.

num. 93. *&* 94. sequutus *Authorem hic*, diffuse *Merlin. in tract. de legitim. lib. 2. tit.* 2. *q.* 32. *num.* 56. prout similiter dicimus circa detractionem falcidiæ, & Tre-
2 bellianicæ, nam vtraq; filij deducere possunt, dummodò per testatorem non esset prohibita, nec tacitè, nec expresse, vt cum multis decisionibus diuersorum Tribunalium latè probaui in *decis.* 251. quo casu sufficit simplex approbatio, & acceptatio testamenti, vt decisum refert *Thesaur. lib.* 4. *quæst. forens. q.* 32. *in fin.* licèt ipse in hoc contrarium teneat, de qua etiam quæstione latè scripsi in *dec.* 132. prout etiam pro dicta contraria opinione tenuerunt post multos *Prat. de interpetr. vlt. volunt. fol.* mihi 498. *nu.* 119. *Peregr. cons.* 67. *nu.* 2 *lib.* 1. *Fusar. de subst. q.* 296. *num.* 42. qui *in fin. num.* 47. subdit, ità eum obtinuisse.

Et quamuis *Vinc. de Franch. in decis.* 522. dicat, quòd ruminatis omnibus opinionibus per S. C. fuit decisum, fructus perceptos à filijs institutis, ac conditionaliter grauatis ex hæreditate, vltrà fructus ad eos spectantes ex eorum legitima,
3 quæ statim eis debetur, non esse imputãdos tempore existentis conditionis, ac restitutionis faciendæ, tanquam non de substantia hæreditatis, per *d. §. repletionē,* & per ea, quæ voluit *Bar. in d. §. vnde parens ff. de inoffic. test.* prout etiam post longam discussionem sic iudicauit *Rot. Lucens.* vt in *decis.* 85. dicens, hanc opinionem esse æquiorem, magis communem, & melioribus rationibus fundatam, cùm non debeat fieri compensatio cum debito extincto, & sic cum legitima, quæ à principio, & à die mortis filijs debetur, vt ex relatis per eundem *Vinc. de Franch. in cit. decis.* & hanc quoq; tuetur *Molfes. ad Consuetud. Neap. p.* 3 *q.* 6. *num.* 21. *in fin. & Mart. in vot.* 202. *num.* 12. quod procedit etiam circa legitimam ascendentium, vt ex supracitatis *DD.* & signanter *Pereg. in d. artic. numer.* 49. qui in *decis. Patau.* 84. refert, sic fuisse decisum, sic etiam *Seraphin. in decis.* 1365. *num.* 4. *&* 5. cùm fru-
4 ctus percepti non sint fideicommissatio restituendi, vt latè *Pedroc. in consil.* 6. *lib.* 1. *Malvas. cons.* 117. *num.* 2. *Ladereb. in cons.* 26. *nu.* 2. *&* 3 cum alijs apud *Fusar. in tract. de substitutionib. in d. q.* 296. *nu.* 65. *vers. limitatur tertiò.*

5 Tamen procedunt, quando patet non ordinasset expresse restitutionem fructuũ vltrà quantitatem legitimæ, vt ex eis, & omnibus citatis, ac per *Authorem* nostrũ *hic*, & notat *Bardell. in cons.* 67. *num.* 23. *& mult. seq.* licèt *Fusar.* in citata *q.* 296. examinando per extensum quæstionem istam, & colligendo omnia hinc inde argumenta, concludat, quòd in praxi recepta fuit opinio pro filio, scilicet quòd non teneat hoc grauamen quòad compensationem fructuum cum legitima, sed tantùm teneat quòad fructuum restitutionē, prout in causa Luzzuga, super qua consuluit *Cephal. in d. cons.* 777. & bis subdit eum ità vidisse iudicari, quamuis etiam iudicatum fuisse dicat, non valuisse præceptum, nec quòad compensationem in legitima, nec quòad restitutionem, tanquam factum in fraudem legitimæ, vt ibi, sed ru cogita.

SVMMARIVM

1 *Positiones concernentes dominium etiam in possessione recuperanda sunt admittenda.*

2 *Emptor non tenetur respondere positionibus concernentibus dominium venditoris. Assertur ratio, nu.* 6.

3 *Emptor ad hoc vt de euictione agere possit, tenetur venditori, sibi litem motam fuisse denunciare, eum inuitando, vt liti assistat, causamq; defendat, nec sufficit scientia emptoris litis motæ, & nu.* 5.

Limita, num. 4.

6 *De euictione venditor tenetur, quamuis ei lis non fuerit à venditore denunciata, vbi ipse quouis modo comparuit in iudicio. Item vbi iudicium suscepit in casu reclamationis, vel quando euictio fuerit promissa in specie post litem motam.*

7 *Emptor non tenetur respondere positionibus concernentibus dominium venditoris.*

DECIS. XXII.

Quamuis *Author* concludat, emptorem non teneri respondere positionibus concernentibus dominium venditoris, hoc tamē non procedit, quia positiones, & articuli cõcer-
1 nentes dominium nō sunt admittendi, cũ etiam in possessione recuperanda admittantur, vt concludit *Afflict. in dec.* 7. *Burs. cons.* 281. *num.* 17. *uol.* 3. *Vinc. de Anna allegat.* 77. *n.* 6. *Capyc. decis.* 77. quicquid in contrarium voluit *Menoch. de recuperan. possess. remed.* 1. *num.* 184. *&* 185. cùm

pro *Afflict.* sit verior opinio, vt tradit *Paris.cons.* 31.*num.*55.*uol.*4. per notata per *Bal.in l. fin.* C. *si de moment. possess.* sed quia emptor respondendo positionibus,
2 poterit rem emptam amittere, & consequenter non poterit contra venditorem de euictione agere, tanquam ex sua culpa, vt etiam concludit *Mangil.de euict. q.* 8. *num.*10. & *q.* 9. *num.* 44. & *per tot.* & melius *Scapucin de usil.* Saluian. interd. *lib.* 1.*q.*32. & diffusè *Blasius Michaelorius in tract. de posit* q. 18. & 49. *Anna singul.* 164. cùm in hoc casu debeat venditorem in anthorẽ laudare, ad *text.* singularẽ *in l.* 1. *C. de pericul.* & *commod. rei uend.* ibi, *ita si ei denunciatum est, ut causa agenda adesset*, per quæ verba communiter concludũt *DD.* quòd ad hoc vt venditor de euictio-
3 ne teneretur, opus sit, vt emptor denunciet venditori, sibi litem motam fuisse, & quod in denunciatione dicatur, vt venditor liti motæ assistat, causamq; defendat, aliter non teneretur de euictione, vt ibi *Bart. Angel.* & alij, & *in l. emptor* C. *de euict.* prout post multos de communi restantes, hanc esse verissimam, inquit *Alex. Trentacinq. in lib.* 3.*uariar.resolut.tit.de empt.* & *uend.resolut.*4. *num.* 2. *in fin.* sic quoque *Petr.de Rauen sing.* 488. & *Cancer.lib.* 1. *uariar. resolut.cap.* 13. *tit.de empt.* & *uend. num.*63. *uers.* & *prater id*, nisi per
4 pactum in ipsa venditione talis exceptio denunciationis emptori remissa esset, ad *tex.in l. Herennius* 63. *in princ.ff. de euict.* cùm tunc emptor re euicta absque denũciatione venditoris agere possit, & licèt aliqui dicant sufficere, vt venditor sciat litem motam fuisse, cùm eo casu denunciatio necessaria non esset, ad *glos. d. l.* 1. *uers. adesset*, tamen hoc procederet, quando denunciatio contineret solam notificationem, & non inuitationem ad aliquid faciendum, vt in denunciatione litis motæ super re vendita, qua Authot laudatus inuitatur ad defendendum em-
6 ptorem, vt tenent *Alexan. Trentacinq.* in citata *resolut.*4.*num.*5 *uers.hac ratio*, & *Cancer.dicto num.* 63. *in fin.* vel quando venditor quomodo comparuerit in iudicio, item si iudicium susceperit, etiam in casu reclamationis, vel quando euictio in specie fuerit promissa post litem motã, ità *Vinc.de Franch.dec.*523.

Imò ēt alia ratio huic decisioni afferri posset, nempè quòd positiones concernẽtes dominium venditoris continent factũ alienum respectu emptoris, qui iustè præsumitur illud ignorare, & ideò non tene-
7 tur illis respondere, & esto quod sciret, neq; illis teneretur respondere, ex eo quia si confiteretur, venditorem non esse Dominum, turpitudinem suam allegaret, cũ scienter emerit à non Domino, ob quod omnia commoda possessionis amitteret, tanquam in mala fide, nempe vsucapiendi præscriptionem, & alia similia, nec posset vti accessione temporis sui Authoris, *l. de accessionibus, cum glos. ff. de diuers. & temp. præscript.* quam confiteretur esse vitiosam.

SVMMARIVM.

1 *Delegatio non dicitur vbi fieret sub conditione, vt alicui soluat.*
*Item vbi delegans promisit bonum facere nomen debitoris, n.*2.
*Item vbi creditor protestatus sit, casu, quo debitor non solueret, n.*3.
*Item quando delegans sciebat, debitorem de proximo foro cessurum, n.*4.
5 *Mandatum factum debitori, vt alicui soluat, potest re integra reuocari.*

DECIS. XXIII.

De hac quæstione, & ad corroborationem eorũ, quæ dixit *Auth.* hic, adde *Bertaz. de clausul. clausul.* 33. *glos.* 18 *per tot.* ac *Gratian. tom.* 1. *discept.forens.cap.*64. similiter *per tot.* apud quem habetur, quod adeo vera
1 sunt dicta per *Authorem* hic, scilicet delegationem non esse factam, vbi delegatio fuerit sub conditione, veluti vt alicui soluat, cùm non inducat liberationem, nisi
2 sequatur solutio. Item vbi delegans promiserit bonum facere nomen debitoris delegati. Item vbi delegans promiserit se facturum, vel curaturum, vt debitor sol-
3 uat. Item vbi creditor protestatus fuerit, casu, quo debitor non solueret. Item vbi promissio esset in diem, aut sub conditione. Item vbi delegatio esset facta alicuius nominis debitoris, quem delegans scie-
4 bat de proximo foro cessurum, cum alijs similibus, vt re integra huiusmodi mandatum possit reuocari, quod ante eos tradit *Socin.* ab eis allegatus *consil.* 267.
5 *lib.* 2. *Add. ad Dec. cons.* 107. *verbo reuocari*.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Exceptio præscriptionis salarij opponi debet per viam solutionis, non autem compensationis, & nu. 2.*

3 *Præscriptio singulorum annorum in famuli salario necessaria non est, sed vna à die discessus sufficit.*

4 *Statutum aliquid inducens ad fauorem alterius, intelligitur, si is eo vti vellet.*

5 *Statutum exclusiuum fœminarum propter masculos, intelligitur, masculo volente.*

6 *Præscriptio triennalis in seruitijs præstitis non habet locum, si famulus elapso triennio probaret, mercedem sibi non fuisse solutam.*

Vel quando ad salarium Dominus præuio instrumento esset obligatus, vt n. 7.

8 *Præscriptio triennalis circa salarium procedit in famulis, & ancillis circa seruitia communiter solita præstari, non autem in operibus obsequialibus, quibus homines benè nati nobilioribus viris, & Magnatibus inseruiunt.*

9 *Appellatio licèt detur à sententia condemnatoria salarij, tamen eius exequutio nō retardatur, præstita tamen iuratoria cautione, quoties ob paupertatem famulus excusaretur à fideiussoria.*

DECIS. XXIV.

EXceptionem præscriptionis salarij (supposito statuto, quòd elapso triennio salarium non petatur) deberi opponi per viam solutionis,
1 non autem compensationis, concludit *Author* hic, ad quem adde *Gutier. in repet. l. nemo potest, num. 200. & seq.* vbi hāc opinionem latè tuetur, cùm ad hoc vt quis vti possit tali statuto, debeat aduer-
2 sus petitionem famuli solutionem allegare, & ad eam probandam producere præscriptionem statutariam, vt tradunt *Felician. lib. 2. de censibus, cap. 1. num. 31. vers. quando debitor allegat, & Rot. Auenion. apud Hieron. de Laur. dec. 86.* & sic decisum refert *Giurb. in decis. Sicil. 13.* omninò vidē-
3 dus; licèt contrarium teneat, quod dixit *Author* hic *in fin.* scilicet, quòd singula debita annua egeant sua præscriptione, cùm vna tantum necessaria sit præscriptio, quæ dinumeratur à die recessus, vt latè per *eum*.

Et ratio supradictæ primæ conclusionis est, quia si lex, vel statutum aliquid in-
4 ducat ad fauorem, & ad commodum alterius, intelligitur, si is eo vti velit, ad tradita per *Alex. in l. debitoribus, ff. de re iudicat. Ias. in l. vniuersa, C. de precib. Imperat. offerend.* per regulā *l. inuito, ff. de regul. iur.* vbi etiam notat *Cagnol. nu. 3.* prout dicimus de statuto exclusiuo fœminarum propter masculos, quod procedit mascu-
5 lo volente, ex quo potest admittere sororem ad successionem contra formam statuti, etiam ad præiudicium suorum creditorum, vt latè scripsi *in dec. 140.*

Sed hoc declara pluribus modis. Et primò, quòd quamuis obstaret præscriptio
6 triennalis famulo salarium petenti, tamen non per hoc famulus si probauerit, mercedem non fuisse solutam, excludetetur, cùm illa præscriptio non habeat locum, quando famulus probaret, mercedem, seu salarium non fuisse solutum, vt hoc pro singulari notat *Gam. in dec. 334.* subdens, hanc esse verissimam, vt in *num. 6.* cùm & si lex per talem præscriptionem præsumat solutionem, tamen contra hanc præsumptionem admittitur probatio in contrarium *l. in contractibus, C. de non numer. pecun.*

Secundò declara, tale statutum non
7 procedere, quotiescunque Dominus ad salarium præuio instrumento, vel contractu esset obligatus, vt latè *Carpan. ad Statut. Mediol. c. 498. n. 18.* Idem *Giurb. in cit. dec. 13. num. 3.* & sæpius decisum in Senatu refert *Gamm. in d. decis. in prin.* vel quādo illud inter eos fuisset calculatum post redditas rationes, vt latè tuetur *Gratian. in tom. 2. discept. forens. c. 273. num. 52. & 53.* ex mente *Rebuff. de mercator. minutat. vendent. art. 1. glos. 27. num. 1. cum seq. & de famul. salar. glos. 13. tom. 1.*

Tertiò declara, procedere in famulis, & ancillis circa seruitia communiter solita
8 præstari, non autē in operibus obsequialibus, quibus homines benè nati nobilioribus Viris, & Magnatibus inseruiunt, nam illi non excluduntur à petitione elapso biennio, vel triennio, vt ità iudicatum vidisse testatur *Gamm. in dicta decis. in fin. nu. 11.*

Verùm circa hoc nota, quòd à sententia condemnatoria salarij non potest appellari, vt tradit *Rebuff. de sentent. prouis. glos. 8. num. 1. art. 3. & de famul. salar. glos. 12. in princ. Rot. diuersor. in dec. 764. p. 1. in nouiss. & Borrell.* latè in *summ. dec. tit. 33. de appellat. tom. 2. num. 548. & sequent.*
9 Et quatenus appelletur, non retardatur

eius exequutio, præstita tamen iuratoria cautione, quoties ob paupertatem famulus excusaretur a fideiussotia, prout plenè *Grat. in dec. Marcb. 53. per tot. Ioa. Vinc. de Anna in sing. 42.*

SVMMARIVM.

1 *Fructus post purificatum fideicommissum quando veniunt, remissiue.*

DECIS. XXV.

Hanc Decisionem cum omnibus eius argumentis latissimè sequitur *Intrigliol. de substit. centur. 3. q 74. num. 124 & seq. Peregrin.*
1 *de fideicommiss. art. 49. num. 84 & seq. Viuius in dec. 162. lib 2. Alex. Raudens. in decis. Pisan. 22.* & post omnes diffusè *Fusar. de substit. in q. 626.* vbi per extensum quæstionem examinat, ac etiam *Cost. de port. rat. in quæst. 192.* ad quos me remitto, in quibus locis habes multas declarationes, & limitationes, & dixi in *dec. 138. in fin.* sed contra hanc decisionem latè *Bardell. cons. 25.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus an ligetur citatione per edictum facta per Iudicem sæcularem.*
Et quid in confectione inuentarij, n. 2.
3 *Citatio, si sua putauerit interesse, est voluntaria, & monitoria, non autem arctatoria.*
4 *Clericus an possit à Iudice sæculari citari ad concurrendum in dilatione quinquenali.*
Et an possit peti remissio ad Iudicem Ecclesiasticum, n 5. & post n. 6.
6 *Citatio, si sua putauerit interesse, non supponit iurisdictionem, nec superioritatem.*
7 *Clericus si principaliter erit citandus, an sufficiat citatio, si sua putauerit interesse.*
Quid autem si esset tutor, vel administrator, nu. 8.
9 *Iudex Ecclesiasticus, vel sæcularis adeundus sit in materia* l. diffamari, de ingen, & manumiss.
Et quid in præuentione.
10 *Clericus hæres laici an ex eo, quòd citare fecit legatarios, & creditores super confectione inuentarij, possit ab eisdem corā eodem Iudice reconueniri, sed cōtrarium, nu. 27.*
11 *Inuentarium non dicitur iudicium, sed mera solemnitas.*
12 *Reconuentioni locus esse non potest, vbi non adest iudicium, & num. 17. Vel ubi adesset iudicium, sed celeritatem desiderat, nu. 19.*
13 *Reconuentio quid sit.*
14 *Reconueniri non potest Clericus petens immissionem coram Iudice Laico. Contrarium, n. 15.*
16 *Reconuentio non admittitur aduersus petentem executionem vigore instrumēti guarentigiati.*
18 *In materia Capitulorum Regni non datur reconuentio.*
20 *Causa quando dicatur celeritatem desiderare.*
21 *Reconuentio non datur in causa electionis.*
Item in causa alimentorum.
22 *Petens brachium associatorium pro continuanda possessione reconueniri non potest.*
23 *Reconuentio an dari possit vbi causa eādem naturam non haberent, veluti si vna esset summaria, & altera ordinaria. Item si ageretur de possessorio, & reconuentio esset de petitorio.*
Intellige, num. 24.
25 *Reconuentio fieri potest etiam facta conclusione.*
Imò in calculo ferendæ sententiæ, secus in causa appellationis, n. 26.

DECIS. XXVI.

Clericum non ligari citatione generali per edictum facta à Iudi-
1 ce sæculari, concludit *Author*, ex quo Clericus non potest per Iudicem sæcularem arctari ad comparendum. Contrarium verò tenuit *Graff. de effect. Cleric. effect. 1. nu. 485.* sic etiam ante eum *Bald. in cap. fin. col. 1. de fid. instrument.* vbi ait, quòd per talem citationem hortatur Clericus, & per eam inducitur scientia, quę sola inducit præiudicium, argumento *l. sæpè, ff. de re iudicat.*, adeò vt si citatio non valet vti citatio, valet vti scientia, quia facti est, & nulla iuris constitutione prohiberi potest, sed hoc intellige in casibus infra dicendis, & primò, quando
2 conficiuntur inuentaria ab hęredibus, quo casu solent fieri citationes per edictum contra interesse prætendentes, quatènus talis hæres intendit conficere inuentarium bonorum in hæreditate quondam talis

reman-

remansorum, tali die, hora, & loco, & hoc, ad finem vt non teneatur vltrà vires hæreditarias, iuxtà dispositionem *l. fin. C. de iur. deliberand.*, quæ citationes benè ligant Clericum creditorem, vel legatarium dictæ hæreditatis, nam eo confecto non potest Clericus hæredem conuenire vltrà vires hæreditarias pro suo credito, vel legato, ex quo ei obstaret supradictum inuentarium, ad confectionem cuius fuerat citatus per edictum, si incertus erat, vel si certus, potest etiam à Iudice sæculari citari, si sua putauerit interesse, vt tuetur *Bellett. disquis. Cleric. par. 1. §. 3. nu. 14. cum seq. Farinac. de inquisit. quæst. 8. num. 90.* prout sic obseruatur de stilo in S.R. Consil. refert *Vrsill. ad Afflict. in decis. 380. num. 7.* sic etiam *Roland. à Vall. in consil. 29. nu. 7. vol. 2.* late *Viuius* hoc cum multis com-
3 probat in *decis. 30. nu. 4.* nam ista citatio, si sua putauerit interesse, est voluntaria, non autem arctatoria, & sic non cogit, nec arctat aliquem, vt notat *Put. in decis. 242. circa princ. lib. 2. Lanfran. decis. 323. Vrall. in decis. 113 par. 1.* vbi ista citatio non dicitur arctatoria, sed monitoria potius ad inducendam scientiam, vt vltrà *Bald. in d. cap. fin.* sic notat *Afflict. in decis. 24. nu. 8. Poller. ad Constit. Regn. De burgensaticis, num. 38. Roland. à Vall. d. consil. 19 num. 19. vol. 2. Vrsill. in citata decis. nu. 6 Capyc. in decis. 8. nu. 2. Viuius d. decis. 30. num. 23 & 5. Lanfranc. d. decis. 323.* imò talis requisitio fit ad eius commodum, vt notat *Angel. in l. 1. §. hæc stipulatio, col. 8. in repet. vers. solum restat videre ff. si cui plusquam per leg. Falcid.* sic in istis terminis *Dec. in consil. 700. nu. 2.* quidquid in contrarium tueatur *Diana var. resol. moral. resol. 20.*

Et hoc procedit etiam in dilatione quinquennali, quæ de iure solet concedi debitoribus, qui aliqua infortunia patiuntur; Cùm si vnus ex creditoribus esset Clericus, benè ipse à Iudice sæculari citari po-
4 terit ad concurrendum cum aliis creditoribus laicis pro concedenda dicta dilatione quinquennali, prout affirmat *Vrsill. in*
5 *cit. decis. num. 7.* subdens, quòd in tali casu non potest peti remissio ad Iudicem Ecclesiasticum, prout sic fuisse decisum inquit in S.C. in causa Annibalis de Alexio cum suis creditoribus, quorum vnus erat Clericus, sic quoque iudicatum refert *Viuius in decis. 38. num. 8.* sic etiam, eum iudicasse inquit *Mastrill. in decis. 79. in fi. p. 1.* & ratio est, nam tunc ex quo Iudex laicus competēs est in causa ipsa, si Clericus velit allegare aliquid pro suo interesse ad actū impediendum, debet necessariò eo casu illud deducere coràm prædicto Iudice cōpetente ipsius causæ, argumento *l. quoties C. de iudic. l. si minor, in princ. ff. de minor.* sic in terminis dixit *Bald. in l. testamenta, col. penult. vers. olt. hic quæstionem C. de testam.* quem omninò vide, prout etiam eum sequitur *Dec. in d. consil. 700. circa princ.* cum multis alijs, quos sequitur *Farinac. in tit. de inquisit. q. 8. num. 89. Viu. in d. decis. 30. nu. 6.* nam talis citatio est conditionalis, si velit opponere, vt notat *Dec. in d. consil. nu. 9. vers. secundò respondere potest*, quæ de iure non supponit iurisdictionem, nec su-
6 perioritatem, prout in facti contingentia sic iudicauit M. C. V. referente Domino Io. Francisco Sanfelicio tunc Iudice dictæ M.C. posteà Regio Consiliario, nunc Regiam Cancellariam Regente, quod fuit confirmatum per S. C. in quo interuenerunt illi doctissimi Viri Scipio de Curtis, & Marcus Antonius Morra Reg. Consiliarij in causa cuiusdam Episcopi, vt in Banca Fabritij Bruni Actuarij M.C.Vic. Concordia Scriba, prout etiam ita passim video obseruari in nostris Tribunalibus.

Quando autem quis principaliter de-
7 bet citari, an sufficiat citatio, si sua putauerit interesse, si esset Clericus, plenè quæstio ista examinatur à *Giurb. in decis. 1. nu. 21.* & à *Castil. in decis. 2. lib. 1.* ac melius *Amat.*
8 *variar. resolut. cap. 32. per tot.* Quid autem si esset tutor, procurator, vel administrator, an tūc specialiter debeat citari, *Gayll.*
9 *obser. 37 par. 1.* & plenè *Escobar de Ratioc. cap. 7. & in iudicio diffamationis quis Iudex sit adeundus*, *Vincent. de Franch. in decis. 657.* vbi Iudex Ecclesiasticus, etiam in materia præuentionis, & *Farin. in loco citat.*

10 Sed circa hoc quæro, nunquid ex causa dictæ citationis factæ respectu inuentarij, & similium, possit nè Fiscus ipse ab illis citatis coràm eodem Iudice reconueniri, ita vt nullam causæ remissionem petere posset, vt quia hæres Clericus, vel religiosa persona esset, & videtur dicendum, quod
11 non, quia inuentarium non dicitur iudicium, sed mera solemnitas à iure pro hæredis indemnitate requisita, vt in *l. fin. C. de*
12 *iur. delib.* & vbi non est iudicium, non est locus reconuentioni, cùm reconuentio ni-
13 hil aliud sit, quàm mutua petitio, quę à reo fit aduersus actorem, *l. Papinianus, et auth. & consequenter C. de sentent. & interlocut. omn. iud. cap. 1. de mutuis petit.* & in hanc

par-

partem inclinabat S.C. in causa Iacinti Casanouæ, & Domitellæ Pizzellæ coniugum, cum clerico Vincentio Pizzella, quæ ex alio fuit ad fauorem dictorum coniugum determinata, penes Solatium.

14 Hinc videmus, aduersus hæredem petentem immissionem non dari reconuentionem, dicit *Menoch. de adipisc. possess. remed. 4. num. 648.* ex doctrina *Salyc. in auth. & consequenter, ad fi. C. de sent. & interloc. omn. Iud.* quem etiam sequuti fuere *Socin. sen. consil. 167. col. vlt. vers. 3. concludo, lib. 2. Zuccara in l. fin. num. 190. C. de edict. diu.*

15 *Hadr. toll.* ex eo, quia hæres immissionē consequi debet, nulla interposita mora, sed statim exhibito testamenti instrumento, & sic iudicium non requirit, licèt in causa Monasterij Regina Cæli cum Albentio Monacello iunctis aulis fuit in S.C. iudicatum, clericum petentem immissionem à Iudice sæculari non posse petere remissionem ad Iudicem Ecclesiasticum, in casu, quo creditores instarent pro eorum satisfactione super bonis prædictis, & ita pluries in dicto S.C. iudicatum retulit mihi eruditissimus ille vir Dominus Regens Hector Capycius Latro, vt de instrumento guarētigiato ex dispensatione statuti executionem habente, quòd in eo reconuen-

16 tio non admittatur, notat *Socin. sen. in consil. 41. col. 3. ad finem, lib. 1. & Menoch. d. remed. 4. num. 649.* & latè *Dec. consil. 682. num 4.* reddit rationem, quia in eo non requiritur causa, cùm sit præceptum Iudicis Cartularij factum in confessum, & in executiuis, tradit *Honded. consil. 21. num. 28. lib. 1. Marsil. in cap. at si clerici, nu. 118. de iudic.* cum alijs per *Mastrill. in d decis. 41.*

17 *nu. 7.* & sic vbi non est propriè iudicium, reconuentioni locum esse non posse scribit *Cyn. in l fi. C. qui admitt. Bald. in cap. 1. col. fin. de contr. feud. apud par. term. Barbat. in rubric. de mut. petit. col. 2. num. 6. vers. &*

18 *vnum pondera*, vt in materia Capitulorū Regni, quòd non datur reconuentio decisum per S.C. testatur *Anna* in causa Sācti Martini cum Monasterio Montis Oliueti *in sing. 432.* vt etiam tradit *Vinc. de Frāc. decis. 193. num. 11. D. Regens Tapia in rub. quand. Rex inter eccles. pers. lib. 3. nu. 12. D. Regens Capyc. Latro in decis. 69. num. 9.* ex eo, quia remedium hoc non dicitur iudicium, sed mera extraordinaria cognitio;

19 Quod extenditur etiam in iudicio celeritatem requirente, cùm in eo non detur reconuentio, dicit *Butr. in cap. 1. vbi Socin. sen. col. 26. vers. quintò fallit, de mut. petit.* & sequitur *Menoch. de arb. lib. 2. cas. 184. nu. 3.* licèt arbitrio Iudicis relinqui dicat,

20 quando causa celeritatem desiderare dicatur, quod etiam tradit *de adipisc. poss. remed. 4. num. 650. &* in deposito dicit *Carauit. in Rit. 67. num. 7. Surd. consil. 322. nu. 8. & seq.* idem *Menoch. d. cas. 184. num. 6.* qui *num. 5.* idem dicit in causa electionis, ex

21 *Butr. in cap. ex literis de mut. petit.* item in causa alimentorum, *Socin. de fallent. vers.*

22 *reconuentio, fallent. 11.* Sic etiam in petitione brachij associatorij pro continuanda possessione non dari reconuentionem scribit *Mastrill. in decis. 41.*

23 Et quamuis nonnulli etiam dicant, non dari reconuentionem, quando causæ non habent eandem naturam, vt quia vna esset summaria, & altera ordinaria, vt post *Muscatell. Caualc.* & alios tradit idem *Mastrill. dicta decis. num. 4. & Carauit. de ritu 67. nu. 7.* licèt in hoc Regno omnes causæ sint summariæ per *Capitulum Detestantes*, vel vbi ageretur de possessorio, cùm non admittatur reconuentio de petitorio, vt ex multis tradit *Honded. consil. 21. num. 27. & seq. lib. 1.* & sequitur idem *Mastrill. d. decis. nu. 6.* oppositum cuius firmat *Vinc. de Franch. in decis. 193. & Farinac. in pract. crim. quæst. 8. nu. 99.* & tàm super re, pro qua agit, quàm super re penitùs diuersa clericus reconueniri possit, pluries iudicatum refert *Vrs. ad dec. 49. nu. 5.* & testatur *Grass. de effect. cleric. effect. 1. nu. 750. ac Cancer. lib. 2. var. resol. tit. de reconuentione, nu. 21. Ioa. Baptista Larrea in decis. Senat. Granatens. 4.* quicquid aliter sentiat *Thes. lib. 1. qq. for. q. 98. nu. 4. & seq.*

24 Tamen hoc intelligi debet ad finem procedendi simul, & semel cum ipsa causa conuentionis, non autem, vt actor non teneatur stare iuri, & assistere in iudicio coràm Indice, quem elegit, & sic ad effectum protogandæ iurisdictionis, ita *Philipp. Franc. in cap. dispendia, §. reus, nu. 5. de rescript. & ibi Abb. nu. 13. Imol. in cap. 1. de mut. petit. Osasc. decis. 1. nu. 11. in fin. Morla in emptor. iur. tit. 2. de iurisd. q. 13. num. 12. Peregr. decis. Patau. 142. nu. 20.* vbi inquit, ad duplicem finem fieri reconuentionem. Primò, vt vtrunque iudicium paribus passibus incedat. Secundò, vt ab eodem Iudice vtraque causa determinetur, sic etiam *Giurb. in decis. 74. nu. 3. Grass. de effect. cler. effect. 1. nu. 762. Cancer. lib. 2. var. tit. de reconuent. nu. 8. & 9. Carpan. ad stat. Mediol. par. 1. cap. 44. num. 109. Vinc. de Franch. in decis. 370. Honded. consil. 41. nu. 5. lib. 1.* cùm

25 re-

25 reconuentio fieri possit, etiam facta conclusione in causa conuentionis, immo in calculo ferendæ sententiæ, dummodo non sit lata, prout habetur in *cap. dispendia §. fin.* ibi, *durante iudicio, de rescript. in 6.* quicquid aliter sentiat *Socin. in d. cap. 1. de mut. pet.* & assentit *Cancer. d. tit. num. 9. ver. licet*, dicentem, hoc fieri non posse absque
26 actoris consensu, licet enim si negetur illam dari posse in causa appellationis, & ita quoque intelligi debet id, quod supra dictum est de iudicio celeritatem requirente, scilicet hoc non esse quoad effectum prorogandi iurisdictionem, ità *Marant. de ordin. iudicior. par. 4. distin. 6. num. 36. & 39. Carot. de deposit. p. 6. q. 53. Cancer. d. cap. 13. de reconuent. nu. 33.*

Verùm redeundo vnde digressi sumus, respectu citationis inuentarij vidi ex processu ad me in certa occasione transmisso aliter tàm per M.C. quàm per S.C. determinatum in causa Sororis Beatricis Apranæ Monialis professæ in Monasterio Sacræ Crucis Lucchensis huius Ciuitatis cum Camillo Aprano sub die 21. mensis Maij 1609. ibi, inquam, agebatur, quod cùm prædicta Beatrix instituta hæres vniuersalis à quond. Elionora Coscia egisset in M.C. pro confectione præambuli, se declarari facere hæredem cum beneficio legis, & inuentarij ex testamento dictæ Elionoræ, obtento decreto prædicto processit ad confectionem inuentarij, citando omnes Creditores, & Legatarios seruata forma dispositionis *leg. fin. Cod. de iur. deliber.* & signanter citauit Camillum Apranum donatarium dictæ quondam Elionoræ in annis ducatis 80. debitis per quendam de Palatuccio pro capitali ducatorum mille, qui post dictam citationem immediatè reconuenit dictam Sororem Beatricem per viam reconuentionis, & mutuæ petitionis, instando, dictam hæredem non immitti in possessionem dictorum ducatorum mille, cùm in eis intendebat satisfieri seruata forma dictæ donationis, licet donatrix tempore, quo viuebat, nullam, & inualidam instituerit, eam declarari, obtenta etiam absolutione à iuramento, & cùm aduersus prætensa per dictum Camillum fuisset tà pro parte dictæ Sororis Beatricis, quàm Monasterij petita remissio ad Iudicem Ecclesiasticum, fuit primo loco per M.C. maxima cum discussione ad relationem Iudicis Moles cum interuentu D. Ferdinandi della Quadra denegata prædicta remissio, & decretum prædictum deindè fuit per S.C. ad relationem M.C. confirmatum, similiter cum discussione, & demum iunctis aulis in reclamatione penès Carolum Strinam Actor. Magistr. nunc verò Auitabilem.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non admittatur à liquidatione instrumenti ad finem impediendi executionem.*

2 *Statutum prohibens appellationem, extenditur ad incidentia, & emergentia. Contrarium n. 18. & 19. Distingue, n. 15. 20. & 21. Sed intellige, nu. 23. & 25.*

3 *Statutum generaliter disponens, generaliter intelligi debet.*

4 *De connexis, & dependentibus idem est iudicium.*

5 *Statutum admittens, stari iuramento dãnum passi, locum etiam habet in causa emergenti.*

6 *Causa per transactionem finita, censetur etiam finita causa incidens ad eam.*

7 *Prohibita appellatione causæ criminalis, prohibita quoque dicitur ciuilis dependens ab ea, veluti, repositionis Ecclesiæ, remissionis, & similium.*
Contrarium, n 9. & 11.

8 *Causa pœna descendens ex delicto dicitur criminalis, licet pro ea ciuiliter agatur.*

10 *Causa mixta, & quæ non venit appellatione diffinitiuæ, quæ nam sit.*

12 *Causa expensarum dicitur separata à causa principali.*

13 *Statutum prohibens appellationem à sententia lata in possessorio, non procedit in interlocutoria.*

14 *Commissa causa per Principem appellatione remota, intelligitur quoque de incidentibus.*

16 *Appellatio à declaratione Iudicis competentis non censetur prohibita à statuto prohibente appellationem.*
Item à pronuncia reiectionis probationis, num. 16.

19 *Regia pragmatica prohibens exceptiones modificatiuas aduersus sententiam, vel decreta diffinitiua, ad finem impediendi executionem vltra 30. dies, non militat, vbi decretum esset interlocutorium.*

22 *Argumentum à correlatiuis in iure est valdè potens.*

24 *Consuetudo Capuana, & Nidi excludens matrem propter agnatos, excludit etiam eius descendentes.*

26 *Accessorium non sequitur naturam sui prin-*

principalis, quando diuersa militat ratio, & n. 34.

27 *Contractus feudalis licèt sit nullus ex defectu assensus respectu ipsius feudi, non erit nullus respectu obligationis personæ contrahentis.*

28 Tex. l. non dubium, C. de legibus, *explicatur*.

29 *Appellatio datur à sententia propter duas causas simul complicatas, licèt vna esset appellabilis, altera non, & n. 31.*

30 Gratian. in decis. March. 60. *declaratur*.

32 *Correspectiua non debent diuerso iure censeri, & dicuntur, quando vnum sit contemplatione alterius.*

33 *Donatio causa mortis in testamento facto assumit naturam illius.*

35 *Habens mandatum ad pensionem exigendam, non censetur habere mandatum ad rem locandam.*

Et sic è contra, n. 36.

DECIS. XXVII.

1 PRo opinione nostri *Authoris* hic
adde *Grat. in dec. 212. & Menoch.
de adipisc. remed. 3. num. 190. cum
seq.* secus autem ab eius exequu-
tione, vt tradit *Felin. in c. quòad consulta-
tionem, num. 13. extra de sent. & Galles. de
oblig. ad form. Camer. q. post process. incid.
num. 7. cum seq. fol. 154. ac Menoch. in cit.
remed. 3. num. 192.* & sequitur *Gratian. in
tom. 4. cap. 665. num. 6. & cap. 726. num.
24. Seraphin. decis. 736. & 1437. Rot. Ro-
man. dec. 741. p. 1. Thesaur. dec. 26. num.
11. & 12.*
2 Circa verò id, quod dicit *Author* hic,
quòd statutum prohibens appellationem
non extẽdatur ad incidẽtia, & emer-
gentia, Adde quòd in hoc magna est *DD.*
cõtentio, cùm nonnulli contrarium firma-
3 runt, dicentes, statutum hoc generale
esse, & generaliter esse intelligendum, ad
tradita per *Bartol. in l. 2. ff. de offic. Præsid.
Bal. in l. si aduersus, C. de furt.* cùm de
4 connexis, & depedentibus idem sit iu-
dicium, *glos. & DD. in l. cum actum ff. de
neg. gest. Paul. de Castr. in leg. si quis ex
argentarijs, §. rationem ff. de edend.* tan-
quam accessorium sui principalis, *Cap.
5 accessorium, de reg. iur. in 6.* vt in statuto
admittente, stari iuramento damnũ passi,
locum etiam habere in causa emergenti,
scribit *Bar. in l. solent ff. de alim. & cibar.
legat.* Item de statuto requirente, vt inter
affines fiat compromissum, tenuit *Dec. in
6 l. pen. col. fin. C. de pact.* Item de causa
principali per transactionem finita, quòd
censeatur etiam finita causa incidens ad
eam, dicit *Farinac. in decis. 256. par. 3.* Itẽ
si moueatur iudicium criminale, & cumu-
7 letur ciuile, cùm prohibita appellatione
criminali, intelligatur quoquè prohibita
ciuilis, tanquam ab ea dependens, & si in
hoc magna sit cõtrarietas apud *DD.* quã-
do dicatur mixta, vel criminalis causa, ita
vt tanquam criminalis iudicari debeat, de
qua latè per *Farinac. in addit. ad consil.
85. litera B. & C. cum seq.* Quamuis in
materia Reg. Pragmat prohibentis, posse
à duobus decretis conformibus appella-
ri, vel reclamari in criminalibus, fuit per
Regium Collaterale Consilium determi-
natum, habere locum etiam in incidenti
ciuili, ab ea tñ dependente, veluti reposi-
tionis Ecclesiæ, remissionis nullitatum,
aliorumq. incidentium merè ciuilium,
& ob id ego succubui corãm Domino
Præside Vrsino circa articulum perem-
ptionis instantiæ in causa Francisci Græci
cũ Ill. Marchione Oriæ, penès Actuarium
Pansa in criminalibus, sic etiam in multis
alijs similibus hanc partem ratione con-
nexitatis scripserunt *Marsil singul. 251. &
Alex. de Neuo in cap. si duobus, num. 16. de
appellat.* nec omittendus *Anna in singul.
384.* vbi inquit, quòd pęna, quæ descendit
8 ex delicto, si agatur ciuiliter, dicitur causa
criminalis, ex eo, quia origo inspicitur, ex
*Andr. in cap. Imperialem, §. præterea si quis
infeudatus, col. 1. de probib. feud. alien. per
Feder.* subdens, sic ipsum obtinuisse in
R. C. Summariæ, & in Collater. Cons. in in-
dulto Suæ Maiestatis in anno 1572. in pę-
nis bannorum frumenti, & in pœnis incur-
sis per Barones in Dohana Menæ pecudũ,
& allegat *tex.* singularem in *l. id, quod ff. de
donat.* vbi si id, quod donare promisi, idem
soluturum me constitui, non nisi quantum
facere possum, teneor. quia, vt dicit ibi I.C.
*causam enim, & originem constitutæ pecu-
niæ, non Iudicis potestatem prævalere pla-
9 cuit.* Quamuis aliter sentiet *Rumnald. in
consil. 529. vol. 3.* scilicet quòd statutum
prohibens appellationem in criminalibus,
non habeat locum in causa ciuili inci-
denti occasionata ex causa criminali, &
eum sequitur *Baiard. ad Clar. in §. final.
q. 94. num. 43. ac Fontanell. de pact. nupt.
claus. 7. glos. 2. par. 9. nu. 55.* vt de casu mi-
xto scripserunt *Magon. in decis. Lucens. 91.
& Petr. Caball. resol. crimin. cas. 110. num.
18.*

18. & antè eum *Alciat. cons. 12. nu. 6. lib. 7.* quem etiam sequitur ibi *Baiard. ad Clar. in d. q. 94. nu. 44.* sic quoque *Fontanell. d. par. 9. nu. 59.* vbi sic intrepidè, & sine difficultate aliqua apud eos seruari testatur,
10 ibique etiam quærit, quæ nam dicatur mixtà causa, quæ non venit appellatione diffinitiuæ, & interlocutoriæ, & tamen dicitur esse interlocutoriam, quæ vim diffinitiuæ habet.

Alij verò oppositum firmarunt, dicentes, statutum hoc intelligi debere de cau-
11 sa principali tantum, vt tenent *Bald. in l. si ex causa, §. nunc videndum, in princ. ff. de minor.* per illum *text. Franch. in cap. pastoralis, nu. 22. in fin. & ibi Prapos. nu. 20. & 26. de appellat. Dec. in d. l. pen. num. 31. C. de pact. Contard. ad limit. 1. l. vnic. C. de si de moment. possess. num. 40. Bald. in cap. cùm proponas, in fin. C. de reb. cred. Paul. de Castr. consil. 12. sub nu. 3. lib. 1. Carauit. in rit. Magn. Cur. 252. nu. 5. & 10.* dicentem, statutum hoc non procedere in causa expensarum, quia est separata à causa prin-
12 cipali, sic etiam à sententia lata in possessorio, à qua licèt appellari non possit, per *l. vnic. C. si de moment. possess.* & latè *Rugnell. de appellat. §. 2. cap. 3. vers. possess.* po-
13 terit tamen ab interlocutoria appellari, dicit post *Angel. in consil. 46. idem Rugnell. §. 12. glos. 2. cap. 5. col. 2. versic. ideò licet*, & quòd statutum debeat intelligi de causa, & sic sententia diffinitiua, & non interlocutoria tradit *Baiard. ad Clar. in d. q. 94. num. 45.* vbi allegat eiusdem opinionis *Alex.* & alios in *Rubric. de re iudic. & Bened. de Plumb. in l. etiam, §. absens, ff. de manum. vindic.* dummodo in diffinitiua sententia reparari non possit, *l. 2. ff. de appell. recip. gl. in l. arbitro 9. vers. appell. ire, ff. qui satisd. cogant.* vt latè, & diffusè dixi in *decis. 36.* & ibi explicaui multos casus, in quibus interponi possit appellatio, non obstante statuto ab interlocutoria, de quibus etiã doctissimus, & meritissimus Regius Consiliarius *D. Francisc. Merlin. in lib. 1.*
14 *controuers. cap. 15.* vbi ad partes disputatum commissa causa per Principem appellatione remota, intelligatur quoque de incidentibus, etsi verba delegationis, & rescripti notanda esse concludat.

Multi autem distinctionẽ amplexi sunt,
15 quærentes, an odium, vel fauorem contineat statutũ, cùm in primo casu ad emergentia non extendatur, cùm strictè sit intelligendum, in secundo verò sic, & cum hac distinctione has hinc indè controuersias sedari posse, scribit *Rugnell. de appell. §. 12. glo. 2. cap. 5. col. 2. vers. quid ergo accedum.*

16 Hinc dixit *Fedric. de Sen. cons. 66. nu. 1.* quod statutum prohibens appellationem non censetur illam prohibere à declaratione Iudicis competentis, tanquam iniquum, cùm præstet occasionem Iudicibus perperàm interloquendi, & omnes causæ possent per Magistratus trahi, vt dicit *Dec. in consil. 49. col. fin. ad med. versic. tertiò facit,* sic etiam concludit *Angel. consil. 195. in fin. & Roland. in cons. 33. num. 6. lib. 4.* latè *Gratian. tom. 1. discept. forens. cap. 76.* dicens, hoc esse absq; difficultate, vbi grauamen non posset reparari in diffinitiua sententia, cùm statuto non obstante tanquam iniquo erit locus appellationi, & hanc esse veram opinionem dicit *Surd. decis. 36. num. 18.* qui pro-
17 pterea concludit, posse appellari à pronuncia reiectionis probationum, non obstãte statuto prohibente appellationẽ, hanc deniq; opinionem, quòd in odiosis,
18 prout est statutum auferens appellationẽ non comprehendatur emergens, & dependens, tuetur *Rimin. iun. cons. 179. lib. 3.* & latius *cons. 829. in fin. lib. 7. Lancell. de attent. comprom. pend. n. 31. & 128.* sic quoq; eruditissimus Dominus meus *R. g. Carol. Latro in decis. 97.* qui ob id ait, *Regiam Pragmaticam* huius Regni *4. de dilat. in*
19 vltim. compil. prohibentem, exceptiones modificatiuas posse opponi aduersus sentẽtiam, vel decreta diffinitiua, ad finem impediendi executionem vltrà triginta dies, non comprehendere decretum interlocutorium habens vim diffinitiuæ, subdens, sic per S. C. in anno 1639. fuisse iudicatum, sic etiam in odiosis, & pęnalibus statutum non extendi ex maioritate rationis, decisum refert *Rouit. in pragm. 1. de assassin. nu. 49. & seq.*

20 Cæteri namque aliam amplexi sunt distinctionem, quærentes, an diuersa, vel eademmet inter incidentia, & emergentia cum causa principali sit ratio, vt latè *Grattian.* sequutus *Authorem* hic *tom. 1. discept. for. cap. 76. nu. 14. & seq. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 16. per tot. Scacc. de appellat. cap. 2. q. 17. limit. 6. mem. 9. num. 28. & seq. Ruginell. de appellat. d. glo. 2. cap. 5. in fin.* & antè eos *Boss. de appell. nu. 20.*

Licèt quoad me hæc vltima opinio nõ
21 displiceat, scilicet statutum tũc annexa, & emergentia continere, vbi eademmet ratio cõcurreret, non per viam extensionis sed

sed comprehensionis, ad quod ponderantur *l. si cum dies, §. p. n. ff. de arbitr. l. veteres, ff. de act. empt. l. cum emptor, ff. de rescind. vend. l. ultim. ff. de accept. l. 1. C. de cupress. lib. 11. & l. fi. C. de indict. vid. toll.* Argumētum enim à correlatiuis in iure est valdè
22 potens, & vtile, proceditq; constructiuè, vel destructiuè, quandoquidem in correlatiuis ex natura relationis, quæ requirit duo extrema in actu, necesse est, quòd aut vtrumq; sit verum, aut vtrumq; sit falsum, secundùm *Bald. in l. conuenticula*, C. de Episc. & Cleric. quem sequitur *Euerard. in sua topic. in loco à correlatiuis, nu 9. & seq. & in loco à ratione legis, vers. decimosexto limita, nu. 73.*
23 Et si hæc opinio tunc vera videatur, vbi tamen tria concurrerent, scilicet eadem ratio, eademmet æquitas, & simus in fauorabilibus, secundum *Bald. in l. si mater, in fin. C. de instit. & substit. Curt iun. cons. 150. num. 3 Natt. de stat. exclud. fœm. q. 3. num. 34. & seq.* non per viam extensionis, sed comprehensionis, dicit *Crauett de antiq. tempor. par. 4. nu. 86. & 191. Sfort. Odd. cons. 59. nu. 9.*

Et ex hoc *Anna in cons. 92. & 118.* in-
24 fert, Consuetudinem huius Ciuitatis Capuanæ, & Nidi excludentem matrem propter agnatos, excludere etiam eius descēdentes, quia in vtroq; militat eademmet ratio.

At vbi diuersa militaret ratio secus erit dicendum, cum statutum non porrigeretur ad emergentia, & annexa, ad quod pō-
25 dero *gloss.* interlineatem in *l. etsi is, C. de præd. minor.* vbi etsi Senatusсōsultum pro-
26 hibeat, minorum bona vendi à tutoribus sine decreto, & causæ cognitione, nè damnum pupillo contingat, *tot. tit. de reb. eorū*, tamen si tutor bona pupilli vendiderit, & pro euictione bona sua obligauerit, licèt contractus respectu fundi venditi sit nullus, attamen quòad hypothecam super bonis tutoris tenet; & tamen euictio erat accessoriè adfundum venditum, ex eo, quia ratio annullans in prædijs minorum, deficit in bonis tutoris, & sic diuersa mili-
27 rat ratio. Hinc dicimus, legem feudalem prohibentem omne commercium sine Domini assensu, nè obueniat commutatio vasalli, hoc tamen erit respectu ipsius feudi, quatènus eius corpus tangeret, non autem quòad personam cōtrahentis, eiusque bona allodialia, ad illa, inquam, prohibitio non extenditur, vnde etsi contractus emptionis, & venditionis sine assensu sit nullus quòad corpus feudi, non ex hoc annullantur accessoria, hoc est interesse, quod oritur ex ipso emptionis contractu, scilicet quanti interest, rem esse emptam, vel venditam, quia rationes prohibitionis respectu corporis feudi deneiunt in accessorijs, vt latè respondi in Collegio pro Ill. Principe Auetranæ cum Octauio Serra super venditione Terræ Santi Viti delli
28 schiaui, de qua late dicam in *lib. 1. controuers.* & ibi respondi *l. non dubium. C. de legib.*
29 Et quamuis in contrarium faciat *decis. Gratian. 60.* dicentis, quod licèt per Aegidianam in possessorio prohibita sit appellatio, attamen quando illa cōceditur propter sententiam nullam, quia benè fuit appellatum, tunc cum non sit quid diuersum, & dependeat à causa appellabili, vt quia sit dictum, benè appellatum, & proterea mittatur in possessionem, quòd tunc datur ab eo appellatio, subdens, sic Rotā determinasse, ergò videtur ex hoc, nullam habendam esse rationem supradictā distinctione, an diuersa militet ratio in accessorio, vel nè.
30 Siquidem respondetur, casum à *Gratiano* positum esse diuersum, ibi enim non agitur de incidentibus, & emergentibus simpliciter, sed de annexis ipsi sententiæ, & sic de re inseparabili, quæ oritur ex indiuiduitate sententiæ, quia ibi immissio conceditur contemplatione sententię primæ declaratæ nullæ, & appellationis benè interpositæ, vndè videtur quid indiuisibile, & ab ipsa sententia inseparabile, ob quod pro vno actu tantum iudicatur, ad tradita per *Signorell. in cons. 1. col. 2. post med. Aymon. Crauett. consil. 202. num 13.* & latius *Imola consil. 134. per tex. in l. cum eiusdem, §. fin. ff. de adil. edict.* Hinc dixit Rot. in vna deuolutionis 5. Decembris 1599. coram D. P. Lancellotto, de qua etiā mentionem facit idem *Gratian. in addit. ad dictam decisionem*, quod datur appella-
31 tio à sententia declarante, domum non esse deuolutam, & talem reintegrandum ratione mixturæ, quia principaliter fit actū de nullitate, & sic quamuis in possessorio militet diuersa ratio, tamen vti dependens à sententia indiuidua, videtur
32 mutare naturam suam, capiens naturam illius, cui accessoriè annectitur, ad quod pondero *text. in cap. super eo, de præbend. in 6.* vbi Ecclesia Parochialis per se principaliter considerata non potest simul teneri cum personatu habente curam ani-

ma-

marum, & tamen vna cum eadem retineri possit, si sit annexa præbendæ per viam accessionis, quod latius probatur ex *text. in l. si mortis, ff. de legat. praest. l. sub conditione, §. fin. de contra tab. l. seruitutem, §. si quis bonum, & l. si verò, §. si seruo, ff. de bon. libert.* in quibus quamuis donatio causa mortis principaliter per se considerata sui natura firma maneat, donatore non pœnitente vsq; ad vitæ exitum inclusiuè, adeò vt nec euanescente testamento illa euanescat, vt *l. etiam, ff. de inoff. testam. l. post legatum, §. qui mortis, ff. de his, quibus vt*
33 *indign.* tamē cùm in ipso testamento posita sit, & sibi accessoriè annexa, immutat naturam suam, atque sortitur illam testamenti, adeò vt illo infirmato, ipsa quoque euacuetur, hoc etiam probatur in *cap. si super gratia, de offic. deleg. in 6.* cū similibus.
34 Sic etiam è contra vbi accessorium posset stare sine principali, vt probat *text. in l. 1. §. igitur propositum, versic. quare si eum proposuit, ff. de exercit.* vbi habens mandatum ad pensionem exigendam,
35 quod est ipsius locationis consequens, non censetur habere mandatum ad rem locandam, quod est ipsius locationis antecedens, & hoc quia vnum sine altero commodè stare potest, sic etiam habens
36 mandatum ad locandum, quod est exigendæ pensionis præparatorium, non cēsetur habere mandatum ad pensionem ex locatione debitam exigendam, quæ est ipsius locationis executio, *d. l. 1. §. igitur pensio, vers. vel si ad locandum,* sic etiam in simili habetur in *l. hoc iure, ff. de solut. & in l. si procurator meus, ff. de procurat. & l. sed si tamen, ff. de pact.*

SVMMARIVM.

1 *Hypothecaria an competat pro annuo legato.*
Distingue, nu. 2.
3 *Actio in rem scripta datur pro paragio cōtra tertium possessorem bonorum feudalium.*
4 *Hypothecaria quæ competit pro annuo legato, an retrotrahatur.*
Et quid in legato sub conditione, nu. 8.
5 *Hypotheca regulariter competit legatario à die mortis testatoris.*
6 *Legata tot sunt, quot sunt anni.*
7 *Legatum annuum pro primo est purum pro sequentibus est conditionale.*
9 *Legatum annuum quando dicatur vnicū, & quando plura, vbi distinctio.*

DECIS. XXVIII.

Quamuis *Author* in hac decisione concludat, tacitam hypothecā non competere pro annuis le-
1 gatis, ex eo, quòd eorum solutio sit facienda de fructibus, & non de proprietate, taliter quòd si hęres bona distraxerit, legatarius nō poterit tertios possessores molestare per saluianum interdictum, vt etiam affirmat *Afflict. in decis. 162. Morot. cons. 30. & 37. num. fin. Manent. in decis. Mantuan. 48. num. 9.* cum alijs ab eo relatis, (& si hæc decisio scribenda erat in *dec. 193.* in qua latè scripsi.)
2 Tamen distinguēdum est, scilicet quòd aut loquimur de legato annuo perpetuo, aut ad tempus.

Primo casu, si sumus in annuo legato perpetuo, & tunc competit hypotheca, per notabilem doctrinam *Bart. in l. Cætus propè finem, ff. de ann. legat.* qui apertè determinat, pro annuo legato hypothecariam competere, ad quod nō animaduertit *Author* in hac decisione, prout expressè etiam tenent *Bero. consil. 47. vol. 2. & Decian. cons. 2. num. 143. vol. 1.* nec obstat, quòd legatum sit soluēdum de fructibus, quia procedit quòad actionem personalem tantùm, non tamen excluditur ius hypothecariæ, vt ex *Natt. in cons. 323. in fin.* nam perpetuitas dicti annui legati est annexa proprietati, & illa annua præstatio est sors, non autem fructus accessorij ad legatum, sed ipsummet legatum, pro qua fortè dari saluianum interdictum probat *Grat. in tom. 2. disceptat. cap. 206. num. 18. & seq.* subdens, sic per Rot. fuisse decisum, vt etiam habetur in *decis.* eiusdē *Rot. 689. à nu. 3. vsque ad finem, par. 3.* in nouiss. videnda.

Aut verò dictum legatum annuum sit ad tempus, & tunc credo, quòd possit procedere prima opinio, prout sic in terminis distinguit *Guid. Pap. in dec. 432. nu. fin.* videndus.

Nec obstat *decis. Afflict. 162.* quia ille loquitur in diuersis terminis, nempè in paragio, ob quod non potest agi contra tertios possessores bonorum feudalium, secundùm *Afflict. ibi,* licèt Dom. meus *Regens Rouit. in pragmat. 24. de feud.* dicat, fuisse decisum, exequutionem faciendam esse super fructibus feudi pro rata, habito respectu ad vniuersa bona burgensatica, de qua quæstione latè etiam scripsit *D.*

F Consil.

*Consil.Scipio Thbo l.in alleg.*7. vbi probat,
3 actionem in rem scriptam competere pro
paragio contra tertium possessorem bo-
norum feudalium, vt etiam nouiter decre-
uit S R.C.in causa Comitis Montis Calui
cum eius sorore.

Verùm declara primam conclusionem,
4 quod quamuis hypothecaria competat
pro annuo legato, tamen illa hypotheca
non retrotrahitur in præiudicium tertij,
veluti si non essemus in primo anno, sed
in octauo, vel in decimo anno, & hæres
antè octauum, vel decimum annum di-
straxerit bona, tunc illa hypotheca in pre-
iudicium dicti tertij, in quem bona fuerāt
distracta, non retrotraheretur à die legati,
& sic à die mortis testatoris, à quo die re-
5 gulariter competit hypotheca legatario,
ad tradita per *Vinc.de Franch in dec.*583.
*& Giurb. in decis.Sicil.*97. sed a die illius
anni, in quo debetur dictum legatum, ex
6 quo huiusmodi legata annua plura sunt,
& non vnum, & quot sunt anni, tot sunt
diuersa legata, ad notata per *Bart. in l.si
filiusfamilias 78.ff.de verbor.obligat* & per
*Petr.de Rauen. in sing.*563. cùm dictum
7 annuum legatum pro primo anno sit pu-
rum, pro sequentibus verò conditionale,
ad *text.in l.in singulos,ff.de ann.legat.* pro-
ut sic post longam discussionē tenet *Ma-
nent. in decis. Mantuan.*48. per notata per
*Negusant. de pignor.in 1.membr.5.par.nu.
21.& Bald nouell.de priuil.dot par.10.nu.*
40. omnino videndus, cùm hypotheca ta-
cita, quæ resultat ex ipso annuo legato nō
sit tantæ potentiæ, quantæ esset expressa,
ad effectum vt possit retrotrahi, vt est *text.*
singularis *in l.1. §.serui, ff. ad Syllan* sic
demum tenet *Cost.de retrotract. cas.*31. *in
cap* 8.*nu.*16. licèt hoc procedat in quātita-
8 te, non autem in specie legata, nempè in
fundo, vel alio simili legato sub conditio-
ne, cùm eo casu retrotrahatur conditio,
prout etiam declarat idem *Negusan.in
2.membr.5.par.nu.*10 *in fin.*

Tamen limita hanc declarationem in
duobus casibus. Primò, quando hoc lega-
tum fieret cum præstatione certi tempo-
9 ris, nam tunc si non fieret causa alimento-
rum, vnicum diceretur legatū, adeò quòd
ad hæredes transiret, ad *text.in l.si cum
præfinitione, ff.quando dies legat.cedat*, de
quo ibi *Bart* magnum festum facit, dicēs,
illum *text.* distinguere omnes leges de hac
materia loquentes. Secundò vbi testator
gratia hæredis grauati legatum diuiserit
in annuas præstationes, nam tunc etiam
diceretur vnicum legatum, ad *tex.in l.Fir-
mio,§.fin.vbi glos.& l nec semel,vers.item
Celsus,ff.quand.dies legat ced.glos* expressa
in *l.in singulos annos, ff. de ann. legat.* &
successiuè dum dicitur vnicum legatum,
benè pro eo datur hypothecaria à die
mortis testatoris, ad *text. in l.1. in fin. C.
commun. de legat.* & ad notata per *Negu-
sant.in cit.loco,num.*16.*& seq.*

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta non cadit à iure suo, nisi Do-
mino volente, & declarante.*
2 *Declaratio Domini directi, rem cecidisse in
commissum requirit sententiam, & par-
tis citationem, vbi decisio.*
3 *Dominus directus non potest propria au-
thoritate emphyteutam spoliare, & si spo-
liauerit, contra eum daretur remedium
recuperandæ possessionis.*
*Amplia, etiam in præstatione personali, nu.
4. vbi decisio.*
*Amplia, etiam si adesset pactum capiendi
propria authoritate, nu.*5.
*Intellige, nu.*6.
7 *Emphyteuta non perdit fructus donec per
Dominum directum non sit declaratum
rem in commissum cecidisse, vbi decisio.*
8 *Emphyteuta potest moram purgare post de-
clarationem factam à Domino, imò vsq;
ad sententiam, & post etiam, deuoluta re
ad Dominum.*
9 *Mora purgatio semper admittitur de stilo
S.C.*
*Amplia, etiam in creditore emphyteuta pro
suo interesse, nu.*10.
11 *Hæres Domini directi an possit declarare,
emphyteutam in commissum cecidisse, si
dictus directus Dominus in vita non de-
clarauit, & e contra.*
12 *Caducitati an erit locus, si mora in non
soluendo fuisset incboata cum emphyteu-
ta, & completa cum eius hærede.*
13 *Procurator generalis directi Domini non
potest, emphyteutam in commissum ceci-
disse declarare.*

DECIS. XXIX.

EMphyteutam non dici cecidisse à
iure suo, nisi Domino volente,
1 & declarante, concludit *Author*,
prout dicit *gl.in l.2.ff.si ager ve-
ctigal et Cassad.in decis.2.tit.locat. Merlin.
in decis.Lucens 60 Magon.decis Rot. Flo-
ren.76.Caroc.decis.9.Thesaur.iun.in lib.2.
quæst.*

*quæſt.forenſ.quæſt.*15.*num.*7. quæ decla-
2 ratio requirit ſententiam, ac etiam peti-
tionem cum partis citatione, vt fuiſſe
deciſum in Sacro Conſilio refert *Afflict.*
*in deciſione.*97. ſic etiam *Ioſeph Ludouic.*
*in deciſ.Lucenſ.*9.*num.*9.*Ronchegal.in l.*2.
*num.*34.*ff.de duob.reis*, *D.Regens Rouit.ad*
*Pragmat.*1.*de cenſib.num.*42.*& ſeq. Alex.*
*Trentacinq.in lib.*3.*variar.reſolut.titul.de*
*iur.emphyt. reſolut.*4.*num.*1. *&* 2. & alij
apud *Coſt.in tract. de port.rat. in quæſt.*6.
*num.*8. licèt hic modus declarationis non
requiratur ad eſſentiam priuationis; ſed
ad eſſentiam exequutionis, vt ex citatis
DD.

3 Hinc eſt, quòd ſi Dominus propria au-
thoritate ſpoliaret emphyteutam, contra
eum daretur remediũ recuperandæ poſſeſ-
ſionis, vt poſt *Gomez.in l.*45.*Taur.nu.*12.
verſ.vel poteſt hoc etiam dici, *& Menoch.de*
*recuper.poſſeſſ.remed.*5.*num.*45. *& remed.*
1.*n.*78.*& ſeq. & Alex.Trentacinq.in* citat.
*reſolut.*4.*num.*3. tenet *Vincent.de Franch.*
*in deciſ.*163.*num* 4.cum multis per eum
adductis, nam non poteſt Dominus ſibi
ipſi ius dicere cõtra emphyteutam actua-
liter poſſidentem rem, & hoc in fortiori
4 caſu procedit, ſcilicèt etiam in præſtatio-
ne perſonali, vt quis debeat reſtitui, vt
fuiſſe deciſum in S.C.refert *Afflict.in dec.*
395. quem etiam pro ſingulari notat idẽ
Vinc. de Franch. in eius additione in dicta
*deciſ.*ſic etiam *Milanenſ. in deciſ.*17.*num.*
47. *lib.*2.*Ludouiſ. in deciſ.*105. *numer.*11.
& ſeq. quamuis adeſſet pactum capiendi
5 poſſeſſionem propria authoritate in caſu
deuolutionis, cùm debeat prius coràm
Iudice declarari parte citata, quòd ſit fa-
ctus locus deuolutioni, vt tradit *Beltram.*
in addit.ad d.deciſ.Ludouiſ.in lit.A. vbi ità
refert fuiſſe deciſum, ſic etiam tenet *Man-*
*tic.de tacit.& ambig.lib.*22.*tit.*22.*num.*14.
verſ.nam pactum, dummodò emphyteuta
6 reſiſtat capturæ, non negando, rem eſſe
emphyteuticam, aliàs ſecus, vt tradit *Mi-*
lanenſ. ex magis communi opinione in
*d.deciſ.num.*60.61.*& ſeq.* vel quando dete-
rioraſſet rem emphyteuticam, & illam de-
reliquiſſet, nã tunc poſt poſſeſſionẽ directi
Domini non datur emphyteutæ recur-
ſus, ex quo non fuit citatus, & ſic de facto
ſpoliatus, vt contra emphyteutam deci-
ſum refert *Caſtill.in deciſ.Sicil.*104.*par.*1.

Verùm circa hanc quæſtionem plura
nota, & primò, quòd fructus non amittit
7 emphytheuta donec per Dominũ ſit de-
claratum, rem in commiſſum cecidiſſe,
*l.*2. iuncta *gloſ.C.de iur.emphyt.Benint.de-*
*ciſ.Bon.*37. vbi ait, ità fuiſſe iudicatum, ſic
quoque *Cauale.in deciſ.*43.*par.*1.*Theſaur.*
*in deciſ.*114. *nu.*3. & latè *Amic. de iur.em-*
*phyt.q.*72. ea ratione, quia priuatio non
eſt in facto eſſe, ſed in potentia, ſcilicèt
Domino volente, & declarante, cùm ipſa
pœna cenſeatur appoſita gratia illius.

Secundò nota, quòd & ſi Dominus de-
clarauerit, emphyteutam in commiſſum
cecidiſſe, tamen mora purgari poteſt cũ
8 ſolutione ipſorum canonũ, licèt de æqui-
tate, vt latè *Marſil.ſing.*463. *Bero.conſil.*
150.*num.*30.*& ſeq.vol.*1. plenè *Sarment.*
*ſelect.interpret.lib.*3. *cap.*5. ad intellectum
l.magnam, *C.de contrah. empt.* videndus,
*Cauale.deciſ.*38.*num.*22.*cum omnibus ſeq.*
*par.*3.*Mantic.de tacit & ambig. lib.*22.*tit.*
27. *num.*35. infiniti apud *Gratian.in tom.*
2. *diſcept.forenſ.cap.*378. *num.*13.*cum ſeq.*
vſque ad ſententiam practicatum vidiſſe
teſtatur *Vrſill.ad Afflict.in dec.*174. *nu.*2.
& hoc eſſe de ſtilo S.R C. inquit *Vinc.de*
*Franch. in deciſ.*482. *num.*10. & hoc pro-
cedit indiſtinctè, tàm in priuato, quàm
9 Eccleſiaſtico, & moræ purgatio ſemper
admittitur de ſtilo S.C vbi ius partis non
eſſet factum deterius, vt fuit iudicatum in
S.C. ſub die 1.Iulij 1636. in cauſa Cæſaris
Zattara cum Caſalibus Terræ Iouæ, de
qua eſt compilata *deciſ.*30. per *D.Reg.Ca-*
pye.Latro, imò etiam poſt ſententiam, &
conſolidato vtili cum directo dominio,
prout obſeruatum fuit in cauſa Montis de
Manſo cũ ſuis emphyteutis penès Actua-
rium Izzum, ad relationem Regij Conſi-
liarij Felicis de Ianuario.

Quod amplia etiam in creditore em-
10 phyteutæ, qui pro ſuo intereſſe, nè res in
commiſſum cadat non ſoluente emphy-
teuta, poterit canones ſoluere, & ſic mo-
ram purgare, vt tradit *Rip.in l.*1. *num.*12.
*col.*3.*de pignor.Dec.conſil.*58.*col.*2.*ad med.*
& ita ſeruari dicit *Ann.in ſing.*168. Quic-
quid aliter diſtinguendo firmauit *Faber*
*in ſuo Codic.lib.*4.*tit.*42.*de iur.emphyt. de-*
*finit.*62.

Tertiò nota, quòd ſi interim directus
Dominus mortuus ſit, & non declaraue-
rit, emphyteutam in cõmiſſum cecidiſſe,
11 hæres hoc facere non poterit, niſi in duo-
bus caſibus (cùm ſit pœna legalis, quæ ad
ipſum non tranſit) ſcilicèt quando Domi-
nus ignorabat, emphyteutam in commiſ-
ſum cecidiſſe, vel quia tempus non ha-
buit, cùm morte præuentus deceſſiſſet, vt
latè *Caldas de extinct.emph.lib.*4.*cap.*18.*à*

num.15. vsque ad fin. Cassad.decis.3. titul. locat. plenè *Honded.consl.55.nu.94.& seq. vol.1. & consil.80.num.8. cum seq. vol.2.* quamplurimi apud *Cost. de fact. scient. & ignor. dist 4. cent.2. Amic.* per extensum *de iur.emphyt quaest.* 30. sic etiam *Alex.Trentacinq. in lib.3. variar.resolut. tit. de iur. emphyt.resolut 4 num.5.* nec omittendus *Clar. in §.feudum, quaest.64. & 65.* vbi ait, idem esse in feudo, per *glos.* singularem in *cap. fin. verbo successores, de donat.* quod procedit etiam è contra, cùm Dominus directus non poterit contra hæredem emphyteutæ declarare, emphyteusim in cōmissum cecidisse, cum emphyteuta potuisset se defendere à caducitate, vt ex citatis *DD. & Osasc.in decis.29. nu.13. vers. verum tamen*, licèt teneretur ad canones decursos, vt per eum.

Quamuis *Cost.de port.rat.quaest.223.* vi-
12 deatur concludere, quòd si mora in non solvendo fuisset inchoata cum defuncto, & deindè completa cum hærede, quòd tunc factus erit locus caducitati.

Quartò, & vltimò nota, quòd supradi-cta declaratio fieri non potest per genera-
13 lem procuratorem, cùm requiratur speciale mandatum, vt tradit *Verall.in decis. 301.lib.1.*

SVMMARIVM.

1 *Hares non potest cogere creditores in pecunia ad accipiendum tot bona in solutum, licèt non inueniatur iustus emptor.*
Amplia, quamuis creditor pecuniam sibi debitam deberet in emptionem stabilium inuestire, nu.2.
Sed contrarium, nu.3. & 12.
Declara, nu.13.
Limita, nu.23.
Intellige, nu.24. & 32.
4 *Inuentarium ad quid prodest haredi.*
Et an iuuet haredi, vbi hareditas esset soluendo, nu.14.
5 *Inuentarium praeseruat haredem, non solū à damno pecuniario, sed etiam à vexationibus facti.*
Intellige, nu.9.12.& 16.
6 *Minor restituitur aduersus aditionem hareditatis factam cum beneficio legis, & inuentarij, si lites, & vexationes sint in hareditate, etiā si hareditas esset opulēta.*
Amplia, etiam si ageretur contra alium minorem, vel Ecclesiam, nu.7.
Item amplia, etiam in maioribus, nu.10.
Intellige, nu.11.
8 *Inuentarium non tollit vexationes.*
15 *Hares non cogitur exigere debita hareditaria, & soluere creditoribus, sed illa in solutum dare.*
17 Angel. in l.1. §.hæc stipulatio, ff. si cui plusquam per l.falcid. *declaratur.*
18 *Per inuentarium diuisio bonorum inducitur.*
19 *Hares ob inuentarium non debet esse nec in lucro, nec in damno, & quomodò hoc intelligatur, nu.20.*
21 *Difficultas non soluendi excusat quem à mora.*
Amplia, quamuis deindè efficiatur diues, nu.22.
25 *Hares non obstante renunciatione* Auth. hoc nisi debitor *poterit cogere creditores ad accipiendum bona in solutum, & nu.32.*
Et an in hoc requiratur iuramenti absolutio, nu.33.
26 *Inuentarium introductum est fauore haredis.*
27 *Hares non cogitur soluere in pecunia legatum factum pecunia, si in hareditate non reperiatur.*
Contrarium, nu.28.
29 Text. in l cùm à matre, C.de rei vendic. *non procedit, vbi hares veniret iure proprio.*
30 *Testator potest remittere confectionem inuentarij.*
Intellige, nu.31.
34 *Casus inopinatus non censetur à contrahentibus praeuisus.*
35 *Hares nùm possit bona insolutū dare, vbi principalis debitor cum iuramento in pecunia soluere promisit, & num.38. & nu.50.*
36 *Iuramentum pracisè ad factum obligat.*
37 *Iuramentum quomodò intelligatur esse personale, & quomodo liget haredem, & nu.51.*
39 *Dispositio* Auth. hoc nisi *nùm procedat, vbi debitor cum iuramento promiserit soluere in pecunia.*
Refertur distinctio, nu.40.41.& 42.
43 *Contrahentes in dubio videntur se conformare cum dispositione iuris communis.*
44 *Iuramentum regulatur secundùm naturam contractus, & non operatur vltrà mentem agentium.*
45 *Statutum mandans, creditorem in pecunia posse cogi ad accipiendum bona in solutum, militat etiam in contractu iurato.*
Contrarium, nu 46.
Sed verior prima opinio, nu.48.

47 *Statutum in dubio non censetur disponere in materia iurata.*

49 Maxill. in Consuet. Bari sub rubric. qualiter possit adit. hæredit. repud. §. cum de iure nostro *declaratur.*

52 *Iuramentum ad impossibilitatem non obligat.*

53 *Parta sunt, non reperiri emptorem, ac iustum pretium non offerri,*

DECIS. XXX.

IN hac decisione multa scribere potueram, sed quia diffusè quæstio ista fuit ab infrascriptis *DD.* discussa, ideò ad eos me remitto, solum notando veriorem opinionem, ac in praxi magis receptam. Nam licèt *Author* concludat pro creditoribus in pecunia, & sic eos non posse cogi ab hærede debitoris ad acci-
1 piendum tot bona insolutum pro eorum creditis, prout iuxtà hanc opinionem cõsuluit Eminentissimus Iurisconsultus, ac *Reg. D. Rouit in consil.* 18. subdens sic pro creditoribus fuisse d[illegible]sum, sic etiam in alio *consil.* 78. quamuis non reperiretur iustus emptor.

Et hoc adeò verum est, vt procedat,
2 quamuis creditor pecuniam sibi debitam deberet in emptionem stabilium inuestire, & licèt ad euitandum circuitum debeant ei bona insolutum dati, tamen hoc non tollit, quin possit creditor ad promissam pecuniam agere, vt ad eius libitum illam in tutis stabilibus, vel in annuis introitibus (si in emptione affrancabili conuertenda esset) inuestiret, vt determinauit *Rot. Rom. apud Farinac. in dec.* 42. *par.* 1.

Contrarium tamen (pace tanti viri) videtur magis communiter teneri, etiam
3 quòd hæreditas esset opulenta, & non reperiretur iustus emptor, vt decisum refert idem *Author* sibi contrarius in *decis.* 318. de multis decisionibus S.C. testatur *Gizzarell.* sequutus hanc opinionem, prout *in decis.* 7. qui respondet ad omnia argumenta facta per *Authorem* in hac *decis.* sic etiam *Paschal. de virib. patr. potest. p.* 2. *cap.* 9. *num.* 75. *& seq.* prout quoquè post longam discussionem iudicatum refert *Anzat. in decis. Marcb.* 91. ita etiam *Vinc. de Franch. in decis.* 83. *Grat. in tom.* 1. *discept. forens. cap.* 116. qui loquitur in causa dotis. *Anguill. in consil.* 3. *per tot. Anchar. lib.* 3. *quæst.* 56. *Manent. in decis. Mantuan.* 76. *num.* 10. sic quoq; *Rot. Rom. apud Ludouis. in decis.* 352. per quos etiam habetur, quòd nec hæres teneatur illa vendere, sed solum in solutum dare, et ratio,
4 quæ communiter affertur est, quòd inuentarium non solum iuuat hæredem, vt non soluat de proprio, sed etiam eum liberat à vexationibus facti, à quibus non poterit se tueri vendendo bona, & de pretio soluendo creditoribus.

Nec obstant tradita per *Authorem* hic
5 *num.* 34. *&* 35. dicentem, si inuentarium eximeret hæredem à molestia facti, ad nihil deseruiret illa iuris conclusio, quòd ob lites, & vexationes in hæreditate existentes, aduersus aditam hæreditatem, etiam
6 opulentam succurritur minori per viam restitutionis in integrum, quamuis inuentarium confecerit, cùm poterit se inuentario iuuari, *l. minoribus, vbi glo. ff. de minorib. Azo in summa, C. si minor ab hæredit. se abstin.* post *Bart. Arct. Dec.* & alios *Mauritius de restitut. in integr. cap.* 233. *Sfort. Odd. eod. tract. quæst.* 4. *art.* 10. *nu.* 79. *Guid. Pap. consil.* 160. *in fin. Bero. consil.* 68. *nu.* 81. *& seq. lib.* 1. *Vinc. de Franch. decis.* 282. *nu.* 4. *& seq. & decis.* 439. *nu.* 7. *Franc. Marc. decis.* 301. *num.* 4. *par.* 1. *Surd. cons.* 95. *num.* 10. *& consil.* 305. *num.* 16. *Rol. à Vall. de inuent. in* 10. *vtilit. num.* 5. *& seq. Farinac. decis.* 125. *nu.* 2. vbi etiam si ageretur contra alium minorem, vel Eccle-
7 siam, de qua decisione mentionem fecit *Ludouis. decis.* 81. ac *Maresc.* qui eorum allegationes refert *lib.* 2. *var. cap.* 98. *num.* 11. *& seq.* Quæ conclusio est fundata in
8 eo, quia inuentarium non tollit vexationem, vt per citatos *DD.*
9 Siquidē respōdetur, quòd alia est vexatio concernens litium expensas ob multitudinem creditorum, & hoc casu optimè procedit illa *DD.* conclusio, quòd inuentarium tales vexationes non tollit; & ideò vt minori, nè ponatur in discrimine succurritur per viam restitutionis in integrũ, licèt *Farinac. & Surd. vbi supra* per *text. in cap. finem litib. de dol. & contum.* dicāt,
10 hoc interesse, vt quis non vexetur li[illegible] bus, considerari etiam in maioribus; q[illegible] bus similiter putant hanc restitutionem [illegible]competere, quod tamen (secundum me) erit
11 intelligendum, vbi tempore minoris ætatis adita fuerit hæreditas, & tamen facto maiore intra tamen tempus quadriennij restitutionem peteret.

Alia verò est vexatio facti, hoc est quia
12 non reperto emptore cogi possit hæres ad satisfaciendum in pecunia, tunc enim

inuentarium in hoc deseruit, cuius bene-
ficium tale est, vt hæres non existente pe-
cunia in hæreditate, vel non reperto em-
ptore rei hæreditariæ possit aliud pro alio
inuito creditore soluere, *l. fin. §. & si præ*
fatam, ibi *sed & si legatarij interea veni-*
rent, eis satisfaciant ex hæreditate defuncti,
vel ex ipsis rebus, vel ex earum forsan ven-
ditione, C. de iur. delib. & latè hanc opinio-
nem firmat more suo *Fulgos. in d. §. nu. 2.*
vbi ad interpretationem *d. §.* nonnulla in-
uētarij beneficia enumerat, inter quæ hoc
13 esse ait, scilicet quòd hæres possit aliud
pro alio inuito creditore soluere, cum in-
frascripta tamen distinctione, quòd si pe-
cunia sit in hæreditate, quòd in hoc non
deseruiat inuentarium, nam illam soluere
teneatur, sin autem pecunia non sit, quòd
tunc rem hæreditariam vendere cogitur,
& ex pretio satisfacere creditoribus, dum-
modò emptor emat iusto pretio, & emat
ab hærede tanquam hærede cum inuenta-
rij beneficio, hoc est absq; eius obligatio-
ne, vel euictionis promissione, quoniam
his omnibus concurrentibus cogitur hæ-
res vendere, cùm nullum damnum sit pas-
surus, adeò vt si aliquod istorum defice-
ret, non poterit cogi hæres rem hæredita-
riam vendere, & præcipuè si iustus emptor
non inueniatur, quam opinionem etiam
cum distinctione sequuti sunt *Minsynger.*
in §. sed nostra, par. 6. num. 13. Inst. de hæ-
red. qualit. & differ. Facbin. lib. 4. contro-
uers. cap. 39. Fontanell. de pact. nupt. claus.
6. glos. 3. par. 3. nu. 39. & 40. & Gizzarell.
in decis. 7. nu. 19. & 20. qui etiam satis do-
14 ctè respondet alio motiuo facto per *Au-*
thorem hic, scilicèt quòd inuentarium non
iuuat hæredi, vbi hæreditas esset soluēdo,
cuius quoque opinionis fuit *Rot. in vna*
Sancti Seuerini dotis Mercurij 17. Martij
1626. coràm R. P. D. Vbaldo, de qua *No-*
uar. de dat. insolut. decis. 23. num. 9. & 10.
sic etiam quòd inuentarium iuuat etiam
hæreditate existente soluenda, firmarunt
idem *Surd. in decis. 318. num. 4. & seq. Gra-*
tian. tom. 1. discept. cap. 116. col. 1. & Mart.
de su[cc]ess. leg. par. 4 quæst. 12. art. 5. nu. 10.
& se[q]. Valasc. consult 52. Marcobr. cons. 3.
& Cancer. var. resol. lib. 3. tit. de inuent. cap.
2. nu. 139. & seq vbi ex traditis per *Ias. in*
d. §. & si præfatam, nu. 1. vers. quarta vtili-
15 *tas, circa medium* ait, quòd possint cogi
creditores, vt accipiant insolutum debita
hæreditaria, neq; teneri ipsum illa exigere,
sed creditor si velit, sic quoque *Spin. de te-*
stament. glos. 35. num. 49. Marq. de diuis.
bonor. lib. 1. cap. 1. num. 35.

16 Item & secundò respondetur, quòd ca-
sus restitutionis in integrum non se benè
compatitur cum beneficio inuentarij, tan-
quam ad diuersa, ille enim practicatur,
vbi hæres vellet hæreditatem repudiare
causa vexationis euitandæ, nè minor in
discrimine ponatur, at inuentarium verò
tendit ad diuersa, quia hæres vult penès se
hæreditatem retinere, & vti eius beneficio
aduersus creditores, nè damnum aliquod
patiatur, ob quod aliud pro alio eis inui-
tis soluere potest, & sic casus restitutionis
est particularis, per quod semel hæres de-
finit esse hæres, quod inuentarium talem
effectum non operatur, nec aliter minori
esset consultum, nisi per hoc remediū sub-
sidiarium.

17 Nec etiam obstat, quòd hæres non re-
perto iusto emptore non excusatur, pos-
set enim tradere bona creditoribus ad di-
lacerandum, practicando opinionem *An-*
gel. in l. 1. §. hæc stipulatio, ff. si cui plus quā
per l. falcid. quia hoc modo vexatio euita-
retur, nec in aliq[uo] esset in damno, quo-
18 niam dum verum est, quòd per inuentariū
inducatur diuisio bonorum, *l. fin. C. de*
iur. delib. parum refert, quòd de hære-
ditate aliquid plus, vel minus remaneat,
hæres equidem ob inuentarium non de-
19 bet esse in lucro, nec in damno, vt tradit
de Franch. decis. 613. nu. 18. Quoniam id
procederet hærede volente, potest enim
dicere creditoribus, vendite vos, quia ego
consentio, item potest dimittere bona
inter creditores ad dilacerandum, sed non
pōt cogi, imò cogere, vt in datione inso-
lutum, si enim ipse velit potest dare inso-
lutum creditoribus, & etiam cogere, sed
non cogi, vt ex mente *Angel. de Aret. Ol-*
drad. Iacob. Butrig. & aliorum tradit *Giz-*
zarell. decis. 7. num. 16. & seq. ex eo, quia
vbi inuentarium legitimè erit confectum,
poterit prout sibi libuerit vel dare insolu-
tum, vel vendere, & soluere, & ità loquitur
Angel. in d. l. 1. §. hæc stipulatio, scilicet per
modum consilij, non autem præcepti, nec
20 est verum, quòd hæres non debet esse, nec
in lucro, nec in damno, quia id militat fa-
uore hæredis, vbi hæreditas non esset sol-
uendo, scilicet ne de suo teneatur, vt opti-
mè respondit *Gizzarell. in dicta decis. 7.*
nu 12.

Vltrà quòd impossibilitas nō reperiēdi
iustum emptorem excusat hæredem ad
non vendendum, cùm impotentia habeat
hoc priuilegium, quòd quis admittatur ád
id,

id, quod aliàs facere non posset, vt latè *Hondæd.in consil.*18.*num.*39. *& Seraphin. de priuileg.iurament.priuileg.*74. de eo, qui fecit quicquid potuit *num.*22.& de eo, qui propter difficultatem non potest adimplere iuramentum, nam ad impossibile, etiam cum iuramento nemo obligatur, vt
21 latissimè scripsi in *decis.*262. vbi quis propter difficultatem non soluendi excusatur à mora, & sic ab interesse lucri cessantis,
22 quamuis deinde efficiatur diues, licèt in hoc casu ipse creditor habeat electionem bonorum, cùm possit accipere rem meliorem, *Aufrer. ad* Capell. *Tholos. decis.*68. *Capyc. decis.*169. *& Grat.in dicto cap.*116. *num.*11.

23 Hæc tamen supradicta possent limitari, quando principalis debitor expressè cum iuramento renunciasset *Auth. hoc nisi debitor, C. de solut.* quia tunc etiam hæres illa renunciatione ligaretur, prout decisum refert *Vinc.de Franchis.in decis.*81, ac in dicta *decis.*83. quod indubitatum esse post infinitos inquit *D.Reg. Rouit. in d. consil.*18. *nu.*11.*&* 12. nisi essemus in casu inopina-
24 to, veluti in penuria pecuniæ, vel alio casu, in quo non reperiretur qui emeret, nam tunc non obstante dicta renunciatione, benè hæres poterit soluere aliud pro alio dictis creditoribus, vt ex *d.decis. Vinc.de Franch.*81 *.in fi.* & sequitur *Ioseph.Ludou. in decis.*64. & post eum *Alex. Trentacinq; in lib.*3. *variar. resolut. tit. de solut.resolut.* 36. *nu.*4.*in fin.*

25 Licèt *Gizzarell. in d.decis. sub num.*17. *&* 55. dicat, etiam data renunciatione *d.Auth.hoc nisi* facta per defunctum, tamē non per hoc cessaret, quin creditores cogi possent ad accipiendum bona in solutum, non existente iusto emptore, ex eo, quia hoc beneficium nòn competit hæredi ex persona defuncti, sed ex legis dispositione fauore ipsius hæredis ratione inuentarij, respectu cuius testator non potest illi præiudicare, vt apparet ex *d.l.fin.* §. *& si præfatam*, aliàs enim sequeretur, quòd poterit inhiberi heres à testatore, nè vtatur beneficio inuentarij, quod iure non reperitur
26 cautum, cùm sit introductum fauore ipsius hæredis principaliter, vt ex *d.l.fin.*& tradit *Ant.Fab.in suo Cod.lib.*6 *tit.*11.*de iur.deliber.deffinit.*43.& hoc mihi videtur verius stante *d.*§. *et si præfatam*, interueniente tamen inuentario legitimè confecto, aliàs vera esset cōtraria opinio, supposita renūciatione expressa *d. Auth.hoc nisi*, & in fortioribus latè *Fontanell.de pact.nupt.clau*s. 6.*glos.*3.*par.*3.*nu.*39.*&* 40. vbi latè defendit, & concludit, hæredem non teneri ad
27 solutionem in pecunia cuiusdam legati facti per testatorem eius filiæ certæ quantitatis monetæ Barchinoniæ, si ex inuentario constet, non fuisse, nec esse pecuniam numerabilem, sed in corporibus, ex eo, quia non censetur, testatorem ex hoc voluisse hæredi auferre beneficium inuētarij, quicquid voluerunt *Castill. lib.*2. *contr. cap.*24.*Surd.de inuent.q.*27. *n.*15.*& seq.* & fuisse decisum in *Rota in d.Sancti Seuerini dotis*, vt habetur per *Nouar.de dat. insolut. decis.*23.*nu.*13. vbi de alijs etiam eiusdem Rot. decisionibus commemoratur, & in Senatu contra ipsum refert *Fontanell.in cit.nu.*39.*&* 40. quamuis contra dictam decisionem satis exclamet, persistendo in supradicta eius opinione.

28 Hinc dixerunt *DD.* quòd dispositio *tex.l.cum à matre C.de rei vendic.* ob quam hæres non potest contra factum defuncti venire, non procedit quoties hæres iure
29 proprio, & ex propria sua persona succederet, vel ei aliquid competeret, eo enim casu licet ei contra factum defuncti venire, ad *tex in l.debitor* 59.§.*fi.vers.quia nō quasi hæres ff ad Trebell.* & hāc receptā esse sententiam testatur *Alciat. in l.filiusfamilias* §.*diui*, *ad fin. ff.de leg.*1. sic etiam *Pinell.de bonis matern.l.*1.*p.*3.*nu.*99. *vers. fulcitur quinto*, eamque veriorem, & magis communem dicit *Gutierr.pp. qq. lib.*2. *cap.*149.*nu.*2.& latè hanc opinionem cum multis comprobaui in *l.hac edictali*, *q.*18. *nu.*20.*C.de secund.nupt.*

30 Et quamuis nonnulli contrarium sentiant, scilicet posse testatorem remittere confectionem inuentarij, hoc tamen non indistinctè, sed cum declarationibus in-
31 telligendum erit, scilicet aut agitur respectu personæ hæredis, & non potest, vt dicit *Faber.ibi nu.*2.& est communis opinio, secundùm *Crem.consil.*62. *inter consil. Alex. lib.*4. *num.*1. aut respectu pupilli, & tunc quia id præsumitur fuisse factum fauore ipsius pupilli, cuius potest interesse non pandi secreta patrimonij, & potest, aut in præiudicium creditorum, & non quia nequit eis præiudicare, aut legatariorum, & fideicommissariorum, & tunc potest, quia sicut eis nihil relinquere posset, ità in eo quod relinquitur præiudicare, aut deniq; respectu vsufructuarij, & non potest, vt latè *Clar.in* §.*testamentum q.*66.

32 Verùm ego non recederem ab hac opinione *Gizzarelli*, quia renunciatio etiam iu-

iurata in hoc casu non reperto iusto em-
ptore nihil operatur, tanquam casu inso-
lito, & inopinato superueniente, vt post
Rip. & Purpur. tradit *Magon.decis.Flor.*
66.nu.16.& Pascal.de patria potest. par.2.
cap.9. in allegatio.pro Comite Loreti, qui
subdit, quòd hunc casum indecisum reli-
quit *Vinc.de Franch. in d.decis.81. in fin.*
quia illa promissio soluendi in pecunia
intelligenda est, si ex venditione bonorũ
pecunia haberi possit, vndè facta diligen-
tia, & non reperto iusto emptore, ex quo
deficit pecunia, iuramentum, & renuncia-
tio, ad hunc casum non porrigitur, vt
optimè ponderauit *Benintend. in d. decis.*
28. addo *Ludouic. decis. Perus.* 64. qui
latè hanc opinionem non obstante re-
nunciatione iurata tuetur, interueniente
33 tamen iuramenti absolutione, sic etiam
Fachin.lib.10. controuers. cap.63. Cephal.
cons.195. in princ.vol.2. Alex.Trentacinq.
& Franc.Viuius in allegationibus pro Co-
mite Loreti, insertis per *Pascal. in d. par.2.*
cap.9. in fin. sic etiam *Honded. consil* 18.
lib.1. qui *sub num.*45. ait, quòd hoc non
34 censetur contra mentem contrahentium
fieri, cùm non sit verisimile, quòd si de su-
peruenienti casu cogitassent, aliud dispo-
suissent, vt per *Anchar an. consil.83. col.1.*
& Alex.Trentacinq. lib.3. var.resol. tit.de
solut.resol.36. nu.5.

Itẽ & secũdò posset limitari, vbi princi-
palis debitor cũ iuramẽto soluere promi-
serit in pecunia, quo casu sicut ipse debitor
vti nõ posset beneficio dictæ *Auth.hoc nisi,*
vt firmatunt *Alex.cons.37.nu.27.lib.2.Rol.*
à Vall.cons.31.in princ.lib.2. Gabriel.cons.
127.nu.17. & seq. lib.1. Decian.consil.13.
nu.59.vol.2.Abb.cons. 42.vol.2. Gozadin.
consil.27. col.2. & consil.32. per tot.Natt.
cons.426.nu.20.Baeza de inop.debit.cap.1.
num.5.Molign.in suis Quisquill. cap.436.
Gutier. de iuram.confirm. cap.29. num.5.
vbi hãc singularem limitationem *d. Auth.*
appellat, *Benint. decis.28. Thesaur. decis.*
143.num.14. Barz.decis.40.nu.5. Hieron.
à Laur.decis. Auenion.132 sub nu.2. Berta-
zol.de claus.claus.41.glos.5. cũ iuramentũ
36 præcisè obliget ad factum, *l.cùm pater,§.*
filius matrem,ff.de leg.2.cap.cùm debitores,
& cap.ad nostram, & cap.cùm contingat,
de iur.iur. sic etiam ipsius hæres, *Paschal.*
de patr.potest.par.2.cap.9.num.78. ex tra-
ditis per *Vinc. de Franc. in decis.*83. quia
37 licèt iuramentum sit adeò personale, vt
iurantis personam non egrediatur, tamen
hoc erit quòad animæ vinculum, & reatũ
periurij, non autem quòad robur contra-
ctus, & eius obseruantiam, cùm tunc liget
hæredes, & successores, *Cagnol.in l.si quis*
maior, nu.199.& seq.& ibi Curt.iun.de
transact. Abb.in cap.cùm contingat, nu.8.
de iur.iur.Gomes.§ actiones, nu.6. Inst.de
act.Bald.cons.398.nu.2.lib.1.Oldrad.cons.
241.nu.2.Alex.cons.59.nu.4.lib.1. Paris.
cons.175.nu.4.5.& 23. lib 3. & consil.16.
nu.128.lib.2.Bero.cons.118.nu.5.lib.1. De-
cian.cons.31.num.76.lib.1.Surd.cons.165.
nu.3.& 8. & cons.194. nu 22. Guid.Pap.
dec.224.nu.3.Cassad.dec.2.nu.8.& 9.cum
seq.de iur iur.Borgnin.Caualc.decis.9. nu.
19. Afflict.dec.381.nu.8.& seq. Ioseph. Ludo-
uic.dec.Perus.15.nu.12. Capyc.dec.75. nu.
4.& dec.174. nu.12. Gaebar.dec.41. nu.7.
Viuius dec.372.nu.5.& 9.Magon.dec.Lu-
cens.21.n.25. Seraph.de priuil.iuram. pri-
uil.67.nu.22. & seq. Mancin.de effect.iu-
ram. par.4. effect.5.nu.1.
38 Verùm non erit recedendum à prima
conclusione, vt supra fundata, scilicet pos-
se hæredem cogere creditorem ad acci-
piendum bona insolutum, iuxtà præcedẽ-
tes declarationes traditas per *Fulgos.in*
d.§. & si præfatam, nec in hoc casu iura-
mentum aliquid operatur, quoniam aut
loquimur respectu ipsius debitoris iuran-
39 tis, & tunc supradicta opinio simpliciter
non videtur vndiq; tuta, cùm contrarium
multi firmatunt; hoc enim modo nunquã,
aut rarò procederet dispositio *d.auth.hoc*
nisi, cùm in quolibet contractu semper de
stilo adijciatur iuramentum, & si nonnul-
li cum distinctione vtramq; opinionem
secuti fuere, primam scilicet vbi debitor
40 cum iuramento promiserit soluere in pe-
cunia, & non aliter, nec in alia re, prout
firmat *Thesaur.in dec.153.num.14.* subdẽs
cum hac intelligentia determinasse Sena-
tum, nam tunc cessaret dispositio *d. auth.*
41 Secundam verò, vbi quis cum iuramen-
to promiserit soluere centum, & non dixit
in pecunia, quia eo casu iuramentum ni-
hil operaretur, quam distinctionem am-
plexi fuere *Alex.Trentacinq.lib.3.var.re-*
sol.tit.de solut.res.36.nu.5.vers.item decla-
ratur, & Pascal.de patr.potest.par.7.cap.9.
in allegationibus pro Comite Loreti, num.
38.& ante eos *Alex.d cons.37. num.27.&*
Rol. cons.31. in princ. lib.2. Quamuis *Io-*
seph Ludouic. in decis. Perus. 64. num.17.
contrarium firmasset, etiam data promis-
sione soluendi cum iuramẽto in pecunia,
& non in alia re, interueniente illius abso-
lutione.

42 Sed

42 Sed admissa opinione contraria intelli-
genda erit, vbi iuramentum specialiter in
ea promissione soluendi in pecunia fuerit
deductum, non autem si generaliter pro
obseruantia contractus, quia primo casu
præcise ad factum obligat, in secũdo verò
non, cum quilibet in dubio præsumatur
43 contrahendo se conformasse cum disposi-
tione iuris communis, vt ex multis probat
*Card Mantic.de tacit.& ambig.lib.3.tit.8.
num.5.* & sic iuramentum regulatur se-
44 cundum naturam contractus,& non ope-
ratur vltrà mentem agentium, ità in pun-
cto hanc distinctionem amplexi fuere
*Gabriel. comm.conclus. tit. de iur iur. con.
clus.10.num.4. Mancin. de effect. iuram.
par.4.effect.8 num.24.& effect 9. num.10.
Mantic. de tacit. & ambig. lib.21.tit.9.nu.
6.Cancer.lib.3.var.tit.de pact.cap.7.num.
370.Alex.Trentacinq.lib.2.var.tit.de iur.
iur resol.vltim.*

45 Hinc videmus, statutum mandans cre-
ditorem in pecunia posse cogi ad accipiẽ-
dum bona insolutum, militare etiam in
contractu iurato, vbi tamen generaliter
pro obseruantia contractus, & non parti-
culariter esset præstitum, ità in terminis
concludit *Sola ad const. Sabaudia tract.de
monet.cas 30.nu 2.*

46 Quicquid multi in contrariũ firmarunt
prout tenuit *Bald.in l.fin.C.de non nume-
rata pecun. Alex.in consil 37.nu.24. & 27.
vol.2.Gozadin.cons.27. nu.28. & cons.32.
num.10. Gabriel. cons.127. num.17. lib.1.
Decian.consil.13.nu.59. lib.2. Rimin cons.
506.num.105.& cons.516.nu.56.lib.5.* ex
generali regula, quod nec statutum, nec
47 quęlibet generalis dispositio censeatur di-
sponere in materia iurata,nisi de iuramen-
to faciat expressam mentionem,*glos.fin.in
cap. cùm non deceat 30 de elect. in 6.*& ità
etiam firmat, & limitat *Consuetudinem
Ciuit.Bar.sub rub.qualiter possit adit.hered.
repud.§.cùm de iure nostro Maxill. ibi nu.
1.* Cùm contra eos sit verior opinio, pro-
48 ut etiam iudicatum asserit *Amat. in decis.
Marcb.91.*& ego substinui in causa Nico-
lai Donati Caducci Ciuitatis Bari con-
tra Ioannem Baptistam Massimum, vertẽ-
49 te in S.C. in qua ità explicaui opinionem
Maxill. ea ratione, quia contrahentes
censentur se conformasse cum dispositio-
ne statuti, & loci consuetudinis, *Bar.in l.
ius iurandi §.si liberi,num.5.de oper.libert.
& in l.quod dicitur,nu.7.de verbor.obligat.
Menoch lib.3.pres.38.nu.8 & seq.*vbi hoc
indubitatum asserit etiam in stipulationi-
bus, & iuramentum generaliter præstitum
regulatur secundùm naturam eiusdem
contractus, & sic iuxtà mentem contra-
hentium, & non vltrà, licèt causa prædicta
ex alio deindè fuit determinata.

50 Aut loquimur respectu hæredis, & tunc
attenta opinione *Gizzarell.*in citat.*decis.
7.per tex.d §.et si præfatam,*vt supra in res-
ponsione primæ limitationis diximus, erit
secus,quia si hoc est priuilegium ipsius in-
uentarij,iramẽtum ad nihil deseruit,cùm
non competat hæredi ex persona defuncti.

51 Et licèt iuramentum quòad eius obser-
uantiam liget hæredem, tamen id proce-
dit non præcisè sicut tenebatur principa-
lis,sed quòad interesse tantùm, vt optimè
explicat *Euer.in sua Topica*, vbi innume-
ros allegat *in loco à vi, et energia, et effica-
cia iuramenti,nu.38.et seq.*quem in puncto
sequitur *Gizzarell.in decis.7.num,35.* sub-
dens, quòd hæres dando bona insolutum
obseruat promissa per defunctum cum iu-
ramẽto,pręcipue,vt dixi, vbi adest impos-
sibilitas inueniendi pecuniam,scilicet non
reperto iusto emptore, quo casu ob illam
52 impossibilitatem iuramentum non obli-
gat, vt dicit *Benint.decis.28.et Honded.cõs.
18.nu.25.et seq vol.1.* & alij supracit. *DD.*
ob quod dicit *Bald.in l.2.in fi.*C.*si in caus.
53 iudic.* quòd paria sunt,nõ reperiri empto-
rem, vel iustum rei pretium non offerri,
quem etiam sequitur *Pascal. in d.alleg.nu.
95.in fin.*

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca non competit pro laudimio, & nu.5.*
Contrarium,num.2.& nu.28.cum seq. & 59. & 64.
3 *Dominus directus non præfertur creditori-bus venditoris in pretio rei emphyteuticæ pro laudimio.*
4 *Laudimium debetur etiam ex vendition facta sub hasta.*
6 *Tacita hypotheca non inducitur, nisi in casibus à iure expressis.*
7 *Bona ex quibus soluitur gabella non sunt affecta,& obligata pro ea.*
8 *Laudimium dicitur res penitùs extranea, & separata ab ipsa re emphyteutica.*
Contrarium,nu.32.
9 *Laudimium non est de essentia contractus.*
Contrarium,nu.35.
10 *In rem scripta actio potius,quàm persona-lis pro laudimio datur.*
11 *Condictio ex lege datur vbi lex inducens*

ali-

DECIS. XXXI.

1 Hypothecam non competere pro laudimio cōcludit *Author* hic, prout etiam in *decis.*200. quem etiam sequitur *Molfes. ad Consuetud. Neap. par.2.q.8.nu.12.* dicens, opinionem istam esse communiorem, sic quoquè tenet *Marin. Frecc. de subfeud. lib.2. titul. de authorit. Baron. authorit.3. num.4.*

2 Contrarium tenet *Vinc. de Franch. in decis.*430. & pro indubitato tenet *Faber C. de iur. emphyt. definit.2. definit.4. definit.7. & definit.68. Menoch. consil.*444.*nu.*21. *& per tot. Francisc. Solson. de laudim. cellula 1. nu.9. & 12. Maur. Burg. in tract. de Laudim. par.1. inspect.9. Thesaur. decis.*75. *nu.3. Rot. Auenion. decis.*122. *Giurb. decis.* 80.*num.*1. latissimè *Gratian. lib.2. discept. forens. capit.*272. *& 377. num.26. & lib.1. cap.36. num.40. & lib.4. cap.784. num.16. & seq.* vbi multos colligit pro hac opinione, dicens, hanc esse magis communem, & cauendum esse à *Surdo*, & ab eius sequacibus, prout etiam expresse contra hanc decisionem tenet *Coll. de portion. rat. q.* 112.*num.*7. 8. 9. *& seq. & de remed. subsidiar. remed.*52.*nu.*11. plenè *Amic. in tract. de iur. emphyt. quæst.*57. vbi ad partes quæstionem istam disputat, & concludit contra hanc decisionem, respondendo omnibus

bus argumentis ab *Authore* factis, & hanc opinionem antè omnes singulariter tenuit *Glos. Paris. § 52 glos. 1. num. 139. vers. 2. & num. 149. & in §. 54. num 28 §. 53. nu. 18. & seq.* quam *Glos. Paris.* sequuti sunt *Vinc. de Franch. in dicta decis. 430. & Amod. de Pont. de Laudim. quæst. 45. nu. 2.* qui etiam allegat *Papon.* qui latè in *lib 11. Arest. 4.* & diffusè etiam contra *Authorem* hic *Thesaur. lib. 4. quæst. forens. quæst. 52.* qui ait, hanc esse communem, & ab ea non esse recedēdum in iudicando. Et ratio est, quia Dominus non ratione hypothecæ ius suũ fundatum habet contra quemcunque rei possessorem ad instar creditorum, quibus pro pignore res obligatur, sed ex iure quodam prælationis, quod ratione rei huic laudimio obnoxiæ competit, & licèt in re sua non detur hypotheca, hoc verum est quòad directum dominium, secus autem quòad vtile, quod est omninò separatum, ratione cuius ciuilis, & naturalis possessio emphyteutę datur, & sic subdit *Thesaur. in cit. quæst. 52.* malè Senatum Mantuanum iudicasse, immò quòd pro laudimio prædicto præferatur omnibus creditoribus, dummodò agatur de consequendo laudimio super re vendita, etiam contra secundum emptorem, à quo potest rem auocare, donec ei sit satisfactum, vt fuisse decisum in Senatu, inquit idem *Thesaur. loco cit.* quod etiam videtur sentire *Vinc. de Franch. in d. decis 430. in fin.* dicens, nam inter creditores non est dubium, quin Dominus hypothecaria agendo sit præferendus propter ius prælationis in re, quod à suo directo dominio dependet, iuxtà *l. potior. §. videamus, ff. qui potior. in pign. habeant.* licèt Dominus tractet de lucro captando, & creditores de damno euitando.

3 Secus autem esset, si ageretur super pretio rei emphyteuticæ venditæ ad instantiã creditorum emphyteutæ, nam illi præferendi sunt, cum Dominus super pretio nec ius, neç hypothecam habeat, vt iudi-
4 catum refert per Senatum idem *Thesaur.* quia satis est, Dominum laudimium consequi ab emptore, etiam re emphyteutica subhastata, vt ex traditis per *Vinc. de Franch. in decis. 277. et Thesaur. in decis. 139.*

5 Verùm re benè perpensa hæc secunda opinio non transit absque difficultate, cũ pro opinione *Surdi* satis vrgere videantur eius argumēta. Dicit enim primò, hy-
6 pothecam tacitam nunquam inductam censeri, nisi in casibus à iure expressis per *glos. fin. l. 2. ff. de priuil. credit.* cùmque pro laudimio id cautum non reperiatur, sequitur erroneam esse opinionem asserentium, pro eo dari tacitam hypothecam.

7 Pro corroboratione pōderatur id, quod dicitur de gabella, nam pro ea non sunt affecta, & obligata bona, cũ hoc in iure nō reperiatur prouisum, & successiuè nec pro laudimio, cùm de gabella ad eum valeat argumentum.

8 Dicitur secundò, quòd laudimium sit quædam res penitùs extranea, & separata ab ipsa re emphiteutica, & propterea non debet illa esse pro eo obligata, quod probatur, quia laudimium in concessione rei emphyteuticæ non exprimitur, sed conceditur res sub annuo canone, quod ergo exprimitur cum re concessa est ónus affixum rei, & concomitatur rem, & laudimium est certa præstatio præstanda à singulari successore in certo casu ad certam causam, scilicet pro illa subscriptione directi domini in contractu, quo res emphyteutica transfertur in personam non comprehensam in inuestitura, cùm enim grauatur dominus in immittendo in possessionem rei suæ alium, quàm quē elegit, releuatur ex hac præstatione, vt assentiat, & confirmet, si ergo est præstatio extrà rem concessam facienda à successore singulari pro actu extrà rem, id est pro illa subscriptione, & applaudamento domini, ergo est præstatio, quæ debetur non ab ipsa re, sed à persona personæ, & sic est personalis.

9 Et demùm dicitur, laudimij solutionē non esse de substantia contractus emphyteutici, ex quibus videtur satis vulnerata opinio asserentium, laudimium esse onus reale, & pro eo dari hypothecariam, & pro hac opinione *Surdi* vltrà *DD.* adductos in principio sic concludunt post multos *Guid. Pap. consil. 46. col. vltim. vers. & videtur, & consil. 126. in 3. dub. Pinell. de bon. matern. l. 1. par. 2. num. 72. vers. limitatur quintò, Velasq. de iur. emphyteut. q. 4. nu. 6. & 7. & quæst 32. nu. 19.* & tanquam falsam contrariam opinionem impugnat *Gregor. Franzkius Saxon. de laudim. cap 16. num. 127. & seq.* & latissimè hanc opinionem vti verissimam tuetur meritissimus Dom. Consiliarius *D. Franc. Merlin. lib. 1. contr. cap. 37.*

Quamuis verius esset dicere, non per-
10 sonalem, sed in rem scriptam potiùs pro laudimio dari actionem, quicquid negat idem *Surd. in dec. 200. nu. 1.* cum verissi-

ma

ma sit iuris conclusio; quòd vbi lex indu-
11 cit obligationem, si non sit cautum in ea, quo genere actionis experiatur, agitur cō-dictione ex ipsa lege, *l. vnica, ff. de condit. ex lege*, cùmque ex dispositione *l. fin. §. nè auaritia*, C *de iur. emphyt.* laudimium directo domino debeatur, nec exprimitur, qua actione, sequitur illud condictione
12 ex lege deberi, ex traditis per *glos. in §. adeò, versic. propriam, Instit. locat. Ias. & DD. in l. 1. C. de iur. emphyt.* at quia actio, quæ condictione ex lege infertur, dicitur in rem scripta, & sic sequitur rei possesso-
13 rem, ad instar realium, vt dicit *Tiraquell. de retract. lignag. §. 8. glo. 5. nu. 8.* & in his proprijs terminis laudimij *Statil. Pacif. de Saluian. interdic. inspect. 3. cap 4. num. 571. cum seq.* sequitur pro laudimio non dari moram personalem, vt asserit *Surd.* hic.

Et quòd actio in rem scripta sequatur
14 rei possessorem ad instar realium, habetur in *§ omnium, & ibi Ias n. 6. & Gomes. nu. 20. Instit. de act. l. 3. §. 1. & ibi glos. & DD. ff. ad exhibend Bart.* & alij in *l si tertius, § si priu'quam, ff. de aqu. plu. arc. Ias. in rubr. ff. si cert. petat. num. 7. & seq. & in l. ait prator, §. hoc interd ctum, nu. 6. ff. de nou. oper. nunc. Alexand. in l. 1. §. heres, sub num. 1.* vbi latè *Ripa, ff. ad Trebell. Mobed. decis. 40. Farinac. decis. 476. num. 2. tom. 1. part. 2.* pro qua vtile Saluianum interdictum competere dicit *text. in l. 1. ff. de interd. glos. in l 2. C. de precar. & saluian. interd.* & ibi post *Bart. Salyc. nu. 5. Menoch. de adipisc. possess. remed. 3. num. 57. Eugen. consil. 65. num. 50. Surd. decis. 174. num. 9. Statil. Pacific. de Saluian. interd. inspect. 1. cap. 1. num. 17. cum seq. & inspect. 3. cap. 1. nu. 30. & seq.* vbi sic pluries per Rotā Romanam decisum testatur, prout determinauit eademmet *Rota apud Seraphin. in decis. 975. num. 3.* & ob id *Oldrad. in consil. 24. in fin.* ait, laudimium deberi obligatiōne legali, ac etiam firmat *Gratian. tom. 4. discept. forens. cap. 784. num. 17. & seq.* ob quam legalem obligationem licere domino rem illam emphyteuticam recipere, quia in solutione laudimij res ipsa considerari debet, non autem persona, vndè qui possidet, ad illius præstationem tenetur,
15 cùm non debeat minùs legalis obligatio operari, quàm conuentionalis, vt dicit *Menoch. in consil. 66. nu. 39.* iuxtà *text. in l. obligamus, ff. de act. & oblig.*
16 Hinc videmus, solutionem releuij licèt spectare ad nouum feudatarium, tamen pro ea datur actio in rem scripta, non ob aliud, nisi quia per *Constitut. Post mortem* sancitum est, post mortem Baronis solui releuium ratione consignationis possessionis feudi, prout moris est, cùm per prius sola consuetudine nulla lege iubente solueb atur, vt tradit *Andreas in cap. 1. §. sed & res, num. 7. per quos fiat inuest., & in cap. 1. §. si mulier, post nu. 14. de cap. Corrad. vers. & hoc releuium, de Pont. cons. 30. num. 39. lib. 1. Vinc. de Franch. decis. 121. nu. 6. Freec. de subfeud. lib. 2. auth. 3. Mastrill. decis. 112. num. 1.* & sic solutio prædicta per *Constitutionē* fuit ad necessitatem legis inducta, ob quod actio ttibuitur cōdictione ex lege, & sic in rem scripta, licèt
17 *de Ponte de potest. Proreg. tit. 4. de Regal. impos. num. 13.* dicat, esse onus reale, & pro eo dari hypothecariam, ob quod ita practicatur in Regia Camera Summariæ, prout tale etiam existimat *Camill. de Medic. in cons. 18. per tot.* & quamuis contrariū
18 firmarunt *Gizzarell. in decis. 8. Vinc. de Franch. & Mastr.* in citatis *decis.* tamen loquuntur attenta consuetudine prędicta,
19 non autem attenta *Constitut. Post mortem*, prout optimè distinguendo consuetudinem à constitutione prædictis respondet *Bambacarius in quadam eius apostilla ad Freec. in d. author. 3* quem refert *Capan. de releuio p. 1. q 6. nu. 7. & seq.*
20 Etsi velis dicere, quòd ex cōdictione ex lege merè personalis oriatur, ad *tex. in l. actionum natura ff. de act. & obligat.*, & propterea laudimium non sequi rei pos-
21 sessionem. Respondetur, laudimium deberi ex dispositione *d. l fin. § nè auaritia* ex re, hoc est ex causa alienationis factæ rei emphyteuticæ propter subscriptionem, & approbationem directi domini, cùm causa immediata præstationis sit illa subscriptio contractus, causa verò mediata res emphyteutica, & sic approbatio, seù subscriptio causa præstationis laudimij respicit rem, at vbi aliquid condictione ex
22 lege debetur propter rem, tunc condictio illa non meram personalem, sed in rem scriptam actionem inducit, quæ semper concomitatur rei possessorem, sicut actio realis, *l. 3. §. est autem, & ibi glos. ff. ad exhib. l. mitum, § fin. ff. quod met. caus. l. 1. §. fin. ff. de interd. Bart. in l. si tertius, §. si prius ff. de aq. plu. arc.* in puncto etiam *Cassan. in consuetud. Burg. rub. 10. num. 11. & per tot.* latius *Traquell. de retract. lignag. §. 8. glos. 5. nu 8* vbi allegat *Alberic* dicentem, non omnem condictionem ex lege, vel statuto esse meram personalem, quod etiam ad-

uer-

uertit *Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 61. nu. 30. & 31.* prout in rem scriptam esse voluit *Rota in dec. 464. sub nu. 2. par. 1. in nouiss.* sic etiam declarat *Bolognet. in rubr. ff. si cert. pet. nu. 25. & 26. Decian. consil. 3. num. 166. vol. 1.* latè *Mart. cons. 66. nu. 2. cum seq. & cons. 134. nu. 19. & 20.* ac latius *vot. 49.* vbi actionem ex *l. quoties, C. de donat. quæ sub mod.* prouenientem in rem scriptam esse ostendit, & in laudimio dixit *Statil. Pacific. de saluian. interd. d. inspect. 3. cap. 4. num. 571. cum seq.*

23 Nec refragatur *text. in l. fin. §. fin. ff. de contrah. empt.* quia casus ille diuersus est, ibi enim agitur, quòd actio personalis nō transit in possessorem, non autem quòd fundus non sit obligatus, vt optimè ibi aduertit *glos.* quod etiam non negat, quin fūdus ille sit obligatus, & hypothecæ suppositus *Author* dānatæ memoriæ ad *glos. Paris. §. 51. glos. 1.* quem in specie ad intellectum *d. § fin.* sequitur, & allegat *Ferrer. ad Guid. Pap. in decis. 432. post princ. versic. nec obstat, l. vltima, §. vltim. ff. de contrah. empt.*

24 Præterea comprobatur hæc opinio, siquidem negari non potest, quin laudimiū debeatur occasione instrumenti venditionis rei emphyteuticæ ex natura illius contractus, vt expresse dicit *tex. in d. l. fin. §. ne auaritia,* ibi *pro subscriptione sua,* quia datur pro confirmatione dictæ alienationis, & consensus directi dñi, & sic ex natura, & occasione illius debetur, vt aduertit *glo. in d. l. fin. vers. accipere,* & propterea dū dependet occasione contractus, hæc actio
25 dicitur in rem scripta, *§. omnium, & ibi Ias. nu. 6. Instit. de act.* vbi in specie habetur, actionem in rē scriptam dici illā, quæ
26 prouenit ex contractu, vel quasi. Hinc est q̄ si contractus ab initio esset nullus, laudimiū non deberetur, quia cessaret causa, ob quā illud præstatur, ità *Redoan. de reb. eccl. non alien. q. 11. n. 19. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 2. n. 7. de retract. conuent. §. 6. glo. 2. nu. 5. Amod. de Pont. de Laud. q. 39. Thesaur. decis. 75. num. 5.* & ità decisum in Senatu refert *Fontanell. de pact. nuptial. claus. 4. glos. 9. par. 5. nu. 134. ac Faber in suo Cod. tit. 42. de iur. emphyt. definit. 28.* & facit *glos.* singularis *in fin. in l. debet ff. de adilit. edict.*

27 Minus obstat argumentum de gabella ad laudimium, nam vt satis doctè probat *Statil. Pacif. de Saluian. interd. d. insp. 3. d. cap. 4. nu. 564.* argumentum hoc fieri non posse, cum maximæ inter vnum, & alterum sint differentiæ, quas omnes ostendit ibi.

28 His, & similibus nō obstantibus puto, nō esse recedendum à secunda opinione, quā supra retulimus ex *Vinc. de Franch.* ceterisq; *DD* vt supra citatis, scilicet pro laudimio non dum in rem scriptam dari actionem, verùm illud esse onus reale, & pro eo competere hypotecariam, onus, inquam, laudimij dicitur reale, tum quia est de natura rei, tum etiam quia de substantia cōtractus.

29 Quòd sit de natura rei non ambiguitur, dum à lege generaliter est præscriptū hoc onus laudimij alienationi rei emphyteuticæ, vt in *d. l. fin. C. de iur. emphyt.* & est verissima iuris conclusio, quòd natura, seu naturalia rei, vel contractus inesse dicun-
30 tur, quæ rei, vel contractus à lege, vel more præscripta sunt, ita docet *Eguin. Baro. in cap. 1. de natur. feud.* & latius probat *Bald. in l. vnica, §. libertatibus, C. de caduc. toll.* vbi exponens verba *text. propter sui naturam,* dicit *nu. 1.* idest propter statutū legis, quod nāliter inest ipsi legato, citans *text. in l. si vnus, §. pactus nè peteret, ff. de pact.* ibi *quoties ad ius, quod lex natura eius distribuit,* vt plenè hoc fundat *Dom. Montanus in repet. l. Imperialem, nu. 217.* cùmque de natura rei sunt, semper insunt rei,
31 etsi non exprimantur, vt de euictione dicit *text. in l. non dubitatur, C. de empt. & vend.* ergo argumentum in contrarium corruit, & successiuè parum interest, ān expressum, vel nè sit in alienatione.

32 Præterea nec videtur verum, laudimiū esse quid penitus separatum ab ipsa re, quoniam sequeretur, illud non spectare
33 ad vsufructuarium, quod falsum est, prout etiam tenet *Surd. hic nu. 12.* nam sicut ipse tenetur ad omnia onera, quæ non ex personali obligatione, sed quæ ratione, & occasione rei debentur, *l. hactinus, & l. si pendentes, §. si quid cloacarij, ff. de vsufr. l. querò, & ibi glos. & DD. ff. de vsufr. legat.* vel ad onera, quæ imponūtur personæ pro rebus, *glo. in l. rescripto, §. fin. ff. de muner. & honor.* sic etiam ad eum spectant omnia, quæ ex re perueniunt, ergo laudimiū non dicitur quid separatum à re, vt optimè ponderauit *Camill. de Medic. in consil. 18. nu. 3. & seq.* arguendo ex hoc, onus re-
34 leuij esse reale, quia eius solutio ad vsufructuarium spectat.

35 Rursus laudimium dicitur onus reale, quia est de substantia contractus, siquidē prohibetur emphyteutæ alienatio rei em-

phytenticæ sine cõsensu Dñi,vt in *l fi.ver.*
sic.minime licere, C.*de iur emph.* ex quibus
verbis prohibitiuè à statuente prolatis
actus est nullus, si fiat,contra *l.non dubiũ*,
C.*de leg b.* & si ad euitãdam domini dila-
tionem ibi præfigatur terminus duorum
mensium post denunciationem factam ab
emphyteuta, an velit dominus emere, vel
nè pro oblato pretio, aliàs licita sit alie-
natio,vt in *d.l fin.* ibi *sin autem duorum*
mensium,tamen eo nolente emere, vel cõ-
sentire,nec potest emphyteuta tradere rẽ
emptori,sed dominus debet illum induce-
re in possessionem,*d.l fin.*ibi,*sed nouum*
emphyteutam in possessionem suscipere,ergo
dominium illud vtile emphyteutæ non
transfertur in emptorem, vel donatarium
ex solo titulo emptionis, vel donationis,
ad regulam *l.traditionibus*,C.*de pact.*iuxtà
l.nunquam nuda,*ff.de acquir.rer.dom.*nam
dum lex prohibet traditionem, mandans
illam fieri à domino, si traditio lege inter-
dicta fiat ab emphyteuta, non transfertur
dominium, *d.l.non dubium, vers quicquid*
sequitur ex eo,vel ob id,ergo consensus do-
mini, & traditio eiusdem circa rem vendi-
tam est de essentia alienationis, dum sine
36 eo annullatur actus, sunt enim de essentia
omnia ea, quibus positis actus deducitur
in esse,& quibus remotis actus destruitur,
vt latè *Mantic.de tacit.& ambig. lib.1. tit.*
*12.nu.14.& 16.*ergo laudimium,sine quo
assensus domini, & applaudamentum ha-
beri non potest, vt quid connexum à lege
ipsi assensui,est de essentia contractus alie-
nationis rei emphyteuticæ.

Probatur hæc opinio irrefragabilibus
conclusionibus, resultantibus ex *d. l. fin.*
supposito quidè casu, quòd dominus nol-
let consentire, & suscipere emphyteutam
37 in possessionem,nisi soluta prius sibi quin-
quagesima, & sic laudimio, quæro num
possit cogi dominus ad assentiendum, &
an in hoc casu lex suppleat Domini con-
sensum,sicut in alienatione elapsis duobus
mensibus, certè quòd non, quia lex iam
expressit casum,in quo suppler assensũ do-
mini, adeo ut si emphyteuta ingrediatur
in possessionem, caderet in commissum,
vt dicit *text d l.fin in fin.*supposito etiam,
quòd dominus nollet consentire, vel em-
phyteutam in possessionem inducere nũ-
quid emphyteuta offerendo quinquagesi-
mam licitè absque domini consensu, &
traditione absq; pœna caducitatis possit in-
gredi possessionem rei emphyteuticæ,cer-
tè quòd sic,dummodò nouus emphyteuta
non sit de prohibitis, ità probat *text.d.l.*
*fin.in fin.*ibi *sin autem nouum emphyteutã,*
38 *vel eius pretii meliorationes suscipere mini-*
mè dominus maluerit, & sic loquitur circa
approbationem oblato laudimio,aliàs nõ
esset adaptabilis ad id, quod supra dixit,
sequitur, *& attestatione facta intra duos*
menses hoc facere supersederit, & hoc est,
vbi alienatio fieret ex licentia legis,non
obstante domini consensu,sequitur, *licere*
emphyteutæ, etiam non consentientibus do-
minis ad alios ius suũ, vel emphyteotamata
transferre, nota verbum,*transferre*, hoc
est possessionem, quam à manu Domini
accipere debebat, ergo cũ præstatio lau-
dimij sit talis,per quam dominus nõ tene-
tur consentire,imò potest dissentire,& per
eius realem oblationem potest cogi ad
præstandum assensum, sequitur,laudimiũ
esse de essentia alienationis rei emphyteu-
ticæ, & successiuè tanquam onus intrinse-
cum, sine quo aliter contractus alienatio-
nis, & sic ipsa alienatio suum non sortire-
39 tur effectum,dicitur onus reale, prout ità
eum appellat *Ias. in d.l.fin.num.41. C.de*
iur emphyt. & vti tale etiam existimant vl-
trà *DD.in princ. nu 2.* pro hac opinione
allegatos *Cassan. in Consuet. Burg. rubr.*
11. §.1.num.9. Mut.super Consuetud Pa-
normit.cap.16.nu.194. Oliban.de act.par.
2 lib.1.cap.59.num.28 & par 1. lib.3.ad
petit.rei prosequ.nu.16.Tiraquell.de retract.
lignag glos 5.§.29.nu 8. in fin.Ruin.cons.
111.nu.2.lib.5.Paris.cons.53.num.5.lib.1.
Crauett.cons.217.num.5. per text.in l re-
scripto, §.sciendum,ff.de muner.& honor.
glo in clem.1.de censib.Vincent.de Franch.
decis.659.nu.1. Statil.Pacif. de saluan.in-
terd.insp.3. cap.4.num 566.& seq. Hippol.
Mont. ad Oliban. de act. par.2.lib.1.cap.3.
num.13. Fontanell. de pact. nupt. claus.4.
glos.9 par.5 ,num.132. cum seq. Peguer.in
Constit. Item ne super laudum, vers 1. nu.
22 & seq. Mastrill.decis 171 in fin & pro-
pterea in S.C. semper fuit condemnatus
possessor ad laudimia præterita, & signan-
ter nostris temporibus,& præcipuè in cau-
sa Reuerendi Abbatis S.Demetrij Ciuita-
tis Neap.contra D.Iuliam Gonzagam vl-
timam posseditricẽ cuiusdam domus em-
phyteuticæ dicti monasterij, dum fuit cõ-
demnata ad laudimia suorum prædeces-
sorum sub die 11.Iulij 1631. ad relationẽ
Doctissimi viri, ac Regij Consiliarij An-
dreæ Prouenzani,penès Simeonem Acto-
rum Magistr.vt ex supplicatione fol 1. &
sententia fol.32. & iterum in causa eiusdẽ

Mo-

Monasterij contra Ioannem Donnarummma vltimum possessorem, qui similiter per idem S.C. fuit condemnatus ad laudimia preterita, sub die 16. Decembris 1624. quæ demum fuerunt liquidata in ducatis 140. sub die 29. Octobris 1636. penès eundem Simeonem Actorum Magistr. à quo decreto cum Monasterium Diuæ Claræ petijsset restitutionem in integrum, à quo causam habebat dictus Io. Donnarumma, tamen patrocinante Anello Mirano optimo I.C. & cognato meo sub die 6. Martij 1638. ad relationem eruditissimi viri, ac Regij Cōsiliarij D. Francisci Merlini maxima cum discussione fuit dictum, non esse deferendū petitæ in integrum restitutioni.

40 Nec curandum de opinione *Surdi in decis.* 200. *num.* 3. dum ait, dominum directum debere priùs adimplere ex parte sua, & demum petere adimplementum ex parte emphyteutæ, & sic videtur prius cogi posse Dominum ad inuestiendum antè laudimij solutionem, quoniam ipsemet contrarium firmauit in eademmet *decisione, num.* 6. *vers. sextò dominus*, vbi authoritate *Frecc. de subfeud. lib.* 2. *authorit.* 3 *nu.* 4. firmat, non teneri dominum consentire, nisi priùs soluto laudimio, ergo laudimium videtur de essentia cōtractus, quod satis clarè voluit *Imperator in d.l. fin. § nè auaritia.*

Et adeò videtur vera hæc opinio, quòd
41 *DD.* voluerunt, quòd etiam si consenserit Dominus, si tamen laudimium nō habuisset, quòd possit dominus ob non solutionem illius caducitatem petere, vt in puncto notat *Faber in suo Cod. tit. de iur. emphiteut. definit.* 57. & 59. & eum sequitur *Thesaur. lib.* 4. *qq. forens. d. quæst.* 51. *nu.* 4. licèt de rigore iuris hoc esse dicat, & videtur fundari in *d.l. fin. in vltimis verbis*, ibi *sin autem aliter fuerit versatus, quàm nostra constitutio disposuit, iure emphyteutico cadat*, in his quidem verbis loquitur de emphyteuta, ibi *versatus* notat *glos.* idest emphyteuta, & sic voluit mandare emphyteutę, vt adimpleat ex parte sua in his, quæ tradita sunt in *d.l.* cùm verba prædicta sint relatiua ad omnia in *d. lege* contēta, inter quæ adest solutio laudemij, quæ facienda erat ab ipso emphyteuta, vt dicit *ibi glos. in verbo accipere*, scilicet ab emphyteuta (quamuis fortè ego dicerem, per
42 rōsensum potiùs remissum esse laudimiū, sibi enim imputet dominus, dum non tenetur consentire, nisi priùs soluto laudimio) quicquid aliter dicat *Surd. in d. decis.* 200. & si fortè eius opinio posset defendi,
43 ex quo de iure non est præfinitum tempus ad soluendum laudimium, & successiuè caducitati locus esse non posset, quia nulla mora interuenit, tamen hoc neq; subsistere videtur, cùm tempus solutionis satis expressum videtur per *d. l. fin.* cùm laudimium solui debeat tēpore, quo nouus emphyteuta à domino inuestitur, vt dicit *tex. d.l. fin.* ibi *pro sua subscriptione*, hæc, inquam, inuestitura infra annum peti deber, vt probat *Cagnol. in l.* 2. *nu.* 109. *C. de pact. inter empt. et vendit.* adeò vt eo elapso ampliùs eam peti non posse, scribit *Roman. in consil.* 22. & *ibi Mandos.* cum alijs per *Viu. in decis.* 496. *num.* 13. & sequitur *Rot. Auenion. apud Hieron. de laurent. in decis.* 143. *nu.* 6. dicens, recusans soluere laudimium debitum opportuno tempore cadit in commissum, & ad purgationem moræ non admittitur.

44 Et si velis dicere, solutionem laudimij non esse essentiale contractus emphyteutici, cùm ex donatione, vel legato non debeatur (vt aliqui sentiunt) potest enim res emphyteutica legari, & donari inscio domino, ad *glos. in l. fin. C. de iur. emphyt.* & tamen verum est, nullam dari differentiam inter donationem, & alienationem quòad translationem vtilis
45 dominij. Respondetur, assumptum nullatenùs esse verum, quoniam *text. l. fin. C. de iur. emphyt.* duplici ex causa rei emphiteuticæ alienationem prohibuit, Prima, vt dominus possit offerendo eundem pretiū ab alio oblatum præferri. Secunda, vt emphyteuta rem sibi alienatam accipere nō possit, nisi à manu domini, & ei soluere laudimium, vt in *d.l. in princ. vers. minimè licere, & in vers. necessitatem*, vndè licèt res emphyteutica donari, & legari possit inscio domino, & sic videtur cessare prima causa prohibitionis, quia prælationi locus esse non potest, non tamen cessat secunda causa, hoc est dominij approbatio, vt optimè ponderat *Gabriel. consil.* 84. *num.* 9. & *seq. lib.* 1. & *Gratian. tom.* 2. *cap.* 377. *num.* 15. & *seq.* cùm donatarius rem sibi donatam, vel legatam recipere non potest, nisi à manu domini, & sic ei soluere laudimiū, aliàs incideret in commissum, vt apertè dicit *tex. d.l. fin § nè auaritia*, ibi *quinquagesimam partem pretij, vel æstimationis*, quæ verba sunt alternatiuè posita, nota verbum *pretij*, quia supponitur alienatio, nota verbum *æstimationis*, quia supponitur donatio, in qua cùm non cadat pre-

tium, debet æstimari, & sic text. in vtroque casu, scilicet alienationis, vel donationis voluit, quinquagesimam domino deberi, quod perbelle consideravit *Bald. in d.l. fin. num. 18. in lect. antiq.* & quod laudimium debeatur ex donatione, & legato est communis *DD.* opinio, vt late eam fundaui *in decis. 93.* & sic non videtur verum, quòd ex donatione non debeatur laudimium. Et
46 quamuis nonnulli dicāt, obseruandam esse consuetudinem, quæ cum in hac Ciuitate non adsit, ideò hic non soluitur laudimium, vt dicit *Vinc. de Fran. h. in decis.*
47 201. tamen eius opinio fuit per idem S. C. reiecta, dum in Ciuitate fuerunt condemnati emphyteutæ ad solutionem laudemiorum, tàm ex donatione inter viuos, quàm ex vltima voluntate, in causa Monasterij Diui Martini Ordinis S. Brunonis contra Lupum Antonium Porcellam donatarium Nicolai Porcellæ de Mense Iunij 1617. & iterum in causa eiusdem Monasterij de Mense Martij 1621. ad relationem Doctissimi Regij Consiliarij Cæsaris Alderisij, ex quo fuit determinatum, deberi laudimium ex quolibet contractu, tàm inter viuos, quàm ex vltima volutate, ex quibus exemplis de nouo per idem S.C. fuit similiter iudicatum, ex donatione deberi laudimium de Mense Maij 1639. in aula Regij Consiliarij Petri Antonij Carauita, vt etiam diximus *in d. decis. 93. in fin.* & propterea verissima est conclusio,
48 quòd vbicunq; erit noua acquisitio, semper debetur laudimium, vt de diuisione inter fratres facta, licet cum distinctione, dicit *Gabriel. in consil. 84. lib. 1. Laderch. consil. 16. in fin. Aufrer. ad Capell. Tholos. decis. 75.* & sic ex omni causa, per quam præter naturam concessionis rei emphyteuticæ res illa ad aliū peruenit, sēper debetur laudimium, vt optimè probat *Surd. in consil. 534.* vbi id extendit, etiam si ille nouus acquisitor esset de comprehensis in inuestitura, sed non de proximioribus, &
49 sic de immediate successoribus, vel vbi esset de comprehensis, & immediatè successoribus, tamen res deueniret ad illum non iure concessionis, & sic propter inuestituram, sed iure alienationis, quia eo casu non tanquam comprehensus in illa, sed
50 ex noua causa, & noua acquisitione peruenisse diceretur, & sic soluere debet laudimium, vt etiam ante eū voluit *Zuccard. in l. fin. num. 38. C. de edict. Diu. Hadr. toll.*
51 dicens, laudimium deberi ex donatione facta à patre filio, quia filius eam non capit tanquam comprehensus in inuestitura, sed ex noua causa, sic etiam supradicta firmat *Sola ad Constit. Sabaud. tit. de iur. emphyt. par. 1. glo. 1. nu. 19. in fin. Gratian. tom. 1. discept. cap. 180. nu. 22. & seq.*
52 Et si hæc opinio, vbi res illa alio titulo perueniret ad filium, vel alium immediatè successorem apud me non videatur vera, ex eo, quia titulus ille reducitur ad non titulum, & filius eam dicitur habere titulo inuestituræ, vt probat text. secundùm eius verum intellectum *in cap. 1. §. & si clientulus, de alien. feud.* & ibi notat *glos. in verbo facta,* hac tamen distinctione, quòd
53 aut res feudalis onere hypothecæ submittitur ad beneficium filij, & tunc requiritur assensus, quia pater non abdicat dominiū à se, sed rem illam in commercium ponit, aut verò donat, vel vendat filio. & tūc quia abdicat dominium à se, titulus ille resoluitur ad naturam inuestituræ, & sic nullus requiritur assensus.
54 Sic etiam vbi res emphyteutica in dotē daretur, dicunt *DD.* deberi ex illa laudimium, licèt cum distinctione, quando ab extraneo, non autem a patre daretur, prout tenent *Ias. & Imol.* quos sequitur *Velasq. consult. 113. nu. 18.* & ante eū *Martin.* quem refert, & sequitur *Speculator de iur. emphyt. §. nunc aliquam 135. D. Reg. in addit. 12 Vinc. de Franch. dec. 277.* ex eo, quia respectu patris est debiti solutio, *l. fi. C. de dot. promiss.* sed respectu extranei est mera
55 donatio, & si nonnulli quærant, an æstimata, vel inæstimata bona emphyteutica darentur, cùm si æstimata fint, laudimium deberi dixerunt, sin autem inæstimata, secus, vt latè *D. Franc. de Petr. consil. 45. & Thes. in decis. 139. in fin.* licèt ibi hoc esse dicar, vbi bona libera pater non haberet, ea ratione, quia in hoc casu publicus fauor consideratur, cum intersit Reipublicæ
56 matrimonia contrahi ad replendam liberis Ciuitatem, *l. 1. ff. sol. matr. auth. res, quæ, C. comm. de legat.* & ob id dicit *Maynard.*
57 *in decis. 43. lib. 4.* quòd si fundus alienetur in publicum vsum, laudimij solutio fieri nō debet, *l. item si v. verberatum, ff. de rei vend. l. Lucius, ff. de evict.* sic etiā *Renatus Choppinus in Consuetud. And. g. uers. lib. 2. tit. 3. de feud. sub nu. 3. vol. 2.* & optimè considerauit *Faber in suo Cod. lib. 4. tit. 42. definit. 55. de iur. emphyt. circa princip. Borrell. in summa decis. tom. 2. tit. de laudimijs, nu. 49. & seq.* & sic respectu dotis videtur casus particularis.
58 Quamuis *Faber de erroribus pragm. decad. 99.*

59. *error*. 1. has diſtinctiones non admittat, cùm induſtinctè laudimium dari concludit, vnam tantum diſtinctionem amplexus, an genero, vel filiæ fundus datus ſit, cùm in primo caſu laudimium dari nō negat, ex eo, quia in eum transfertur dominium. In ſecundo verò ſecus, ex eo, quia nulla fuit translatio dominij, non in filiā obſtante iuris poteſtate, non in maritum, quia traditio ei facta non ſit à patre, licèt ex eius voluntate, & mandato vir ille fundi fructus percipiat, per *l. pomponiam* 35. *famil. erciſc*.

59 Demum pro laudimio competit hypotecaria ex natura obligationis emphyteutæ, cùm certum ſit, emphyteutam accipiendo rem emphyteuticam, cenſeri
60 eam acceptare cum omnibus ſuis qualitatibus, & oneribus, vt dicit *Bald in l. contra iuris, §. fin. cum leg ſeq. ff. de pact.* plenè *Surd. conſil.* 52. *num*. 40. *cum ſeq.* præſertim cùm tale onus ſoluendi laudimium ſpectet ad emptorem, vt dicit *glo. d. l. fin. verſ. accipere, & Iaſ. ibi nu.* 41. Ità quòd emendo rem emphyteuticam tacitè etiam contrahit de ſoluendo laudimium, quia acci-
61 piendo illam dicitur ſe obligare legibus de ea re diſponentibus; ad *text. in l. ſi duo, vbi glo. ff. de acquir. hered.* & ſic dicitur inducta tacita obligatio ad illud ſoluēdum, vt de releuio dicit *Camill. de Medic. dicto conſil.* 18. vbi volens fundare, quòd onus releuij ſit onus intrinſecum, ait, quòd hoc oritur ex natura obligationis, quando cōceditur feudum, ex qua conceſſione con-
62 tractus quidam oritur inter dominum, & vaſallum, & vaſallus recipiendo feudum videtur ſe obligare ad ſoluendum omnia onera, etiam releuium, quod ex conſuetudine debetur, & quod ſecundùm eam conceſſio dicatur facta, per *text. in l. quod ſi nolit, § quod aſſidua, ff. de adilit. edict. & l. qui ſemiſſes, de vſur.* cum alijs per eum, ſic etiam in ſimili determinauit *Rot. diuerſ. in dec.* 496. *nu*. 3. *par*. 3. *in nouiſſ.* ſcilicet quòd
63 acceptans quis beneficium alicuius Religionis, dicitur ſe obligare omnibus legibus, & oneribus illius Religionis, & ſic patet, adeſſe tacitam hypothecam ex legis diſpoſitione. Quod eo fortius procedere videtur, vbi emphyteuta pro obſeruantia contractus ſe, & ſua bona obligaſſet, vt fieri ſolet, tunc enim vtile dominium, etiā pro canone, & laudimio cenſetur obligatū
64 vt magiſtraliter notat *Corbul. de cauſ. priuat. ob non ſolut. canon. quæſt.* 6. *nu*. 6. quem in puncto ſequitur, & allegat *Roderic. de ann. redit. lib*. 2. *q*. 22. *num*. 44. qui ſic limitat opinionem *Surdi hic*, ſic etiam firma *Sola ad Conſtit Sabaud. tit. de iur. emphyt. glo*. 1. *par*. 2. *nu*. 7. *Statil. Pacif de Salutan. interd. d. inſpect*. 3. *cap*. 4. *à nu*. 562. *& ſeq. & Gratian. tom*. 4. *diſcept forenſ. cap*. 784. *n*. 29. *&* 30.

SVMMARIVM.

1 *Hypothecaria pro canone non datur. Sed condictio ex lege, nu*. 3. Contrarium, *nu*. 4. 12. *&* 15.
2 *Actio perſonalis in ſingularem ſucceſſorem non tranſit.*
5 *Ius reale eſt pinguius hypotheca.*
6 *Feudum dicitur hypothecatum pro adhoa.*
7 *Feudum amittitur ſi non præſtetur ſeruitium.*
8 *Conceſſio in emphyteuſim fit, vt ſingulis annis præſtetur certa penſio.*
9 *Emphyteuta non ſoluendo canonem per triennium cadit in commiſſum.*
10 *Argumentum de adhoa ad canonem valet.*
11 *Reſeruatio alicuius rei facta ſuper re inducit hypothecam.*
12 Bald. in Auth. ſi quas ruinas, num. 5. C. de ſacroſ. Eccleſ. *defenditur.*
13 Text. in §. ſcire, Auth. de non alien. *explicatur.*
14 *Dictio, inſuper, eſt aduerbium augmentatiuum.*
16 *Hypothecaria quid ſit.*
17 *Emptor rei annuo cenſui ſubiecta pro illo tenetur etiam in actione perſonali. Contrarium, nu.* 20. *Limita, nu.* 22.
18 *Emptor cenſetur quaſi contrahere, & ſe obligare ex aſſertione facta à venditore, rem venditam eſſe grauatā annuo cenſu.*
19 *Succeſſor in beneficio acceptans beneficium penſione grauatum videtur contrahere, & ſe obligare ad illam penſionem.*
21 Vincent. de Franch. in deciſ. 273. *declaratur.*

DECIS. XXXII.

Duo quæruntur ab *Authore* hic, primum nempè, num pro canone res ipſa emphyteutica ſit obligata.

Secundum, an emptor rei annuo cēſui ſubiectę, pro illo etiam actione perſonali teneatur.

1 Quòad primum negatiuè concludit, eo quia nulla lege id cauetur, hypotheca enim aut datur ex conuentione contrahētium, aut

aut à lege in certis casibus expressis, at vbi
de ea non est conuetum inter dominum,
& emphyteutam, a lege non est prouisum,
& successiuè contra nouum emphyteutã
pro decursis censibus cum præcedeti em-
phyteuta non dari actionem dicit, quia
2 illa actio personalis, qua tenebatur præde-
cessor emphyteuta, in secundum non trã-
sit, ad *tex. in l. fin. § fin. ff. de contrah. empt.*
quam opinionem post alios mordicùs de-
fẽdit doctissimus Dominus meus *D. Frã-
cisc. Merlin lib. 1. controu. cap.* 37. dicens,
3 pro canone actionem personalem, idest
condictionem ex lege dari, iuxtà *glos. in §.
adeo, verbo propriam, Inst. de locat. & con-
duct.* quam *Bart. in l. 1. ff. de condict. ex le-
ge* appellat actionem specialem emphy-
teusis.

Et quia huic opinioni obstat *glo. in l. 2.
versic. expellere*, C. *de iur. emphyt. & in l. si
vsusfructus, versic. condici, ff. de vsufruct.
4 quemad. caueat*, per quam datur auocatio
rei emphyteuticæ à directo domino, etiã
contra secundum emphyteutam, si trien-
nio canonem non soluerit emphyteuta,
videtur dicendum, præter personalẽ actio-
nem ad canonem consequendum dari ẽt
actionem in rem, quod firmant idem *Au-
thor hic, nu.* . *Mastrill. decis.* 171. *num.* 5.
& 6. & D. Merlin. d. cap nu. 16. & si negat,
hanc actionem esse hypothecariam, & *Al-
uar. Valasq.* qui est eiusdem opinionis *in
tract. de iur. emphyt q.* 32. *nu.* 13. fatetur, in-
esse ius reale prædio emphyteutico, quod
ius sequitur prædium, & eo iure reali auo-
catur res non soluto canone per trienniũ,
5 fatetur quoque, hoc ius reale esse pinguius
hypotheca, quia non est facienda excus-
sio cum principali debitore, sicut fit in hy-
pothecaria, ergo tantò magis hypotheca,
quæ est minus, sed melius hanc opinionẽ
videtur posse fundari ex traditis per eun-
dem *D. Merlin. in d. cap. sub nu.* 19. dum
6 admittit, feudum esse hypothecatum pro
seruitio feudali, seu adhoa, & si nulla lege id
expressum sit, sed ipse hoc admittit ea ra-
tione, quia seruitium, seù adhoa est onus
7 insitum feudo, ità quod si non præstetur,
amittitur feudum, *§. sed nec est alia iustior,
tit. qua sit prima caus. benef. amitt. & cap.* 1.
§. 1. hic fin. lex in quibus legibus nihil di-
citur de hypotheca, sed tantùm dicitur,
quòd si non præstatur id, propter quod
beneficium datum fuerit, beneficiũ amit-
titur, eadem dispositio est in emphyteusi,
l. fin. C. de iur. emphyt. dat dominus rem
8 suam in emphyteusim, vt sibi singulis an-
nis præstetur certa pensio, sicut dominus
dat rem suam in feudum, vt seruitium sibi
præstetur ab accipiente, in emphyteusi est
statutũ, vt si triennio non præstat canonẽ,
9 amittat rẽ. In feudo nõ expectatur triẽniũ,
vtraq; præstatio inest rei, vtraq; resoluit cõ-
cessionem, & resoluta concessione auoca-
tur res à domino, qui dedit. Rogo, qua de
causa admittitur in feudo, esse hypo-
thecatum feudum pro seruitio, non em-
phyteusim pro canone, dum nec in feudo
est expressum, in legibus esse hypotheca-
10 tum feudum pro seruitio, ergo si licet ar-
gumentari ab illo onere reali, quod inest
ad hypothecam, æqualiter denegari debet
in feudo, & emphyteusi, vel æqualiter ad-
mitti.

Quòd si ad rationes confugiemus, dam-
natæ memoriæ *glo. Paris.* vt refert *Aluar.
Valasc. loco* citato, deducit hypothecam
ex regula *l. codicillis, § instituto, ff. de leg.* 2.
versic. nec super eas fœnerari, ex quo *text.*
communiter desumitur conclusio, quòd
11 contrahentes reseruantes quid super rem,
quam concedunt, dicuntur pacisci de hy-
potheca, prout tenuere *Bart. & DD. in d.
l. codicillis, §. instituto, idem Bart. in l. li-
bertis, ff. de alim. & cib. leg. & in l. fundus, ff.
de ann. legat. Alberic. in l. cum hi, §. si vni,
& ibi DD. ff. de transact. Roman. singul.*
631. *& cons.* 388. *in princ. Cremens. singul.*
46. *Afflict. & ibi Vrsill. decis.* 162. *num.* 6.
Negus. de Pignor. 4 *membr.* 2. *par. nu.* 164.
versic. 23. *casus, Gigas de pension. quæst.* 51.
col. 4. *num.* 18. *Boccat. de censib. art.* 57. *nu.*
88. *ad fin. Cene. de censib. par.* 21. *cap.* 2. *q.* 4.
art. 1. *num.* 5. *Anna alleg.* 101. *num.* 8. *& ibi
Fab. de Anna in addit. Aymon. consil.* 217.
num. 16. *Lanar consil.* 31. *Surd. consil.* 160.
num. 8. *Capyc. decis.* 65. *Caber. decis.* 58.
nu. 1. *Borr. dec.* 101. *sub nu.* 5. & latiùs *decis.*
66. *num* 3. *Vincent de Franch. decis.* 583.
in fin. & decis. 714. *Magon. dec. Florent.* 62.
Garam. decis. 13 *decis.* 145. *&* 315. *Mart.
vot.* 150. *Hieron. de Leo decis.* 167. *num.* 3.
& 4. sic dominus dùm concedit rem suam
in emphyteusim, & reseruat canonem su-
per re, dicitur pacisci de hypotheca.
12 Hinc *Bald. in auth. si quas ruinas, nu.* 5.
in fin. vers. sed vltrà omnes, C. *de sacros. eccl.*
desumpsit hanc conclusionem hypothecæ
13 ex *§. sire, auth. de non alienand.* dum post
datam auocationem rei emphyteuticę ob
non solutum canonem, si fuerit deteriora-
ta res, dicit, *obligatum esse ad hoc resarcien-
dum emphyteutam, hæredes eius, & successo-
res, cuiusque rei*, pondera hæc vltima verba,

einsque rei, & probatur opinio *Bald.* si enim obligatio rei emphyteuticæ datur pro deterioratione emphyteusis, multò magis pro canone, Augetur argumentum dum immediate subnectit, *insuper & debitos omnes, reatus sine dilatione exigi*, pōdera verba illa, *insuper & debitos omnes*,
14 dictio enim, *insuper*, est aduerbium augmentatiuum, & dictio, *&*, est coniunctiua: Itaquè dum *Imperator* post expressam obligationem emphyteutæ, eius hæredū, & successorum, & rerum suarum pro deterioratione immediatè augmentatiue cum dictione coniunctiua subnectit, *exactionem pro omnibus redditibus præteritis*, ergo exactionem intellexit super eisdem rebus, & personis obligatis faciendam, & sic hypothecam expressè pro redditibus à iure inductam esse videtur, quam intelligentiam vltrà *Bald.* sic satis apertè declarauit *Bart.in d.§ fetre*, asserens, *text.* illum esse singularissimum, dum inquit his verbis, *text. ille videtur singularissimus, dum inducit tacitam hypothecam contra emphyteutam Ecclesiæ, in omnibus suis bonis pro his, quæ debet ratione emphyteusis*, nec aliud reperitur scriptum in libro meo, sic etiam *text.* illum notabilem reputat *Abb. in consil* 30.*num.*1.*lib.*2. dicens, his verbis, *nota text. in § fetre, auth. de non alien. vbi notabiliter dicit, quòd ad quem res deuenit, poterit pro canone conueniri*, sic quoq; *Fab. r in suo Cod. lib.*4. *tit.*42. *de iur. emphyt. defin.* 12.*n.*13. vbi id pro absoluto tenet, sequutus *Bald. in d. auth. si quas ruinas, nu.*5.*& Affl in decis.*95.*& ibi vrsill. nu.*2. *&* 3. Hanc denique opinionem, quòd pro
15 censibus præteritis detur actio realis, quæ sequitur fundi possessorem, post *Amod. de Pont. q* 13.*nu.*15.*&* 16 & latius *quæst.*45. firmat *Fontanell. de pact. nupt. clauf* 4.*glo.* 9.*par.*5.*nu.*32.*& seq.* dicens, hanc realem actionem esse reiuendicationem, & hypothecariam, Adeò vt contra primū emphyteutam nulla prætendi possit executio, cū
16 hypothecaria actio realis sit, dicit *Koppen. decis* 62.*nu.*8. *in fin.* per *text. in l. pignoris, & l. grege, §. & in superficiarijs, ff. de pignorib.* hanc quoquè communem, & veriorē dicit *Gratian. tom.*4. *discept for. cap.*784. *num.*35.*& seq.* & eam sequitur *Montaner. ad Oliban. de act. par.*2. *lib.*1. *cap.*7. *nu.*15. *circa fin.* quam magis communem, & magis receptam esse testatur *Caldas de iure emphyt. lib.*4. *cap.*3. *nu.*21. licèt ipse aliter sentiat, veriorem etiam existimat *Statil. Pacif. de saluian. interd. inspect.* 3. *cap.*4. & ità seruari in Rota dicit *Cassad. in decis.*3. *nnmer.*3. sic quoque eam amplexi fuere *Alex. consf.*79.*n.*9.*lib.*1. *& ibi Incert. Author. Fusc. singul.*19. *versic. emphyteuta*, *Moisess. ad Consuetud. Neap. par.*2. *tit. de bonis*, *q.*8.*nu.*13.*& seq. Gabriel. Mudens in l. in venditione, in fine, de act. empt. Burg. de laud. par.*1.*in add. Aym. Crauett. consil.*217.*nu.*5. *vers. adde, Rip in l.*1. *§. si hæres, num.*11. *ad Trebell. & Borrell. in summ. dec. tom.*1. *tit.*33. *de emphyt. nu.*228. hanc quoquè intelligentiam declarauit praxis rerum magistra, dum in supremis Tribunalibus fuit passim data hypotheca pro censibus decursis.
17 Quòad fin dico, emptorē rei annuo cēsui subiectæ pro illo teneri ēt in actione personali, vt cōcludit *Author* hic, quem ēt sequitur *Cost. de fact. scient. & ignor. centur.*2.*dist.*33.*nu.*3. & ratio, quæ eos mouet
18 est, quòd venditor asserens in venditione, rem illam venditam esse grauatam censu, videtur emptorem quasi contrahere, & obligare se ad censum positum in re vendita, prout etiam affirmat *Moisess. ad Cōsuetud. Neap. par.*2.*quæst.*9.*nu.*13. *Valasc. de iur. emphyt. q.*4.*nu.*6.*& quæst.*32.*nu.*19. *Amic. de iur. emphyt. quæst.*56. sequutus *Authorem* hic, ex qua obligatione oritur actio personalis, vt in *§. omnibus, vbi DD. Instit. de actio.* quod etiam videtur sentire *Vrsill. in decis.*13.*par.*1. dum ait, successo-
19 rem in beneficio acceptantem beneficiū pensione grauatum videri contrahere, & obligare se ad onera posita in illo beneficio, & successiuè actio personalis pro pēsione contra eum competit, subdens, sic determinatum fuisse per *Rot. Roman. in vna Mediol. die* 10. *Februarij* 1552. *corā Domino Romano.*
20 Sed in contrarium, quòd hæc sola assertio non sufficiat, vt emptor de persona molestari possit, tenuērunt *Boerat. de censib. art.*39.*nu.*65. *vers. ex quibus, Pelician. de censibus tom.*1. *lib.*3. *capit.*6. *versic. sed Guid. testatur, Cenc. in eod. tract. par.*2. *art.* 7.*num.*29. attestantes, hanc esse magis cōmunem, immo non solum in persona, sed nec in bonis exequutiuè molestari possit ex causa dicti census, per *text.* singularem in *l.*2.*§ si ff. de contrah. empt. l.*2. ibi, *quamuis enim ea lege emerit, Cod. de hæredit. vel act. vendit. l.*2. *C. de pact. Crauett. consil.* 12. *num.*6. latissimè *Vinc. de Franch. in decis.* 273. sic etiam *Cancer. lib.*3. *variar. resolut. c.*7. *tit. de pact. n.*259. cum alijs infinitis per *Giurb.* qui plenè de tota hac quæstione in

in decis.62. num.24.vsque ad fin. subdens, sic pro opinione *Crauett. & Vincent. de Franch.* fuisse decisum, tanquam veriori contra *Authorem in hac decisione*, & contra *Cost. in dicta distinctione* 33. sic quoq; contra *Authorem* tenet *Mauson. de caus. exequutiu.amplat.6.nu.*37. nam ille consensus accollationis census, absentibus creditoribus solam tacitā operatur obligationem, quæ non habet exequutionem, vt ibi paratam, & licèt *Vinc. de Franch. in fin. dicta decis.*dicat, fuisse decisum con-
21 tra emptorem, tamen hoc fuit ad euitandū inutilem circuitum, vt ibi patet,in quo possent limitari omnia supradicta, prout
22 etiam quando ipse emptor promisisset soluere eidem creditori, qui cum principali debitore contraxit, vel quando promisisset soluere certam quantitatem Titio,& Notarius pro absente fuerit stipulatus,vel quando ex sua spontanea voluntate soluisset principali creditori annuos census, cùm in hoc casu censeatur approbasse contractum celebratum, & contraxisse cum creditore,prout de his omnibus limitationibus, ac de alijs latissimè apud *Giurb.& Mauson. in locis* citatis.

Et ità fuit iudicatum die 16.Iunij 1639. tàm per M.C. quàm per S.C.cum interuētu Domini Præsidis in causa propria contra Dominicum Antonium Balzanū, qui emerat quādam domum à Francisco Antonio Ascione,cum onere soluēdi annuos ducatos 35. Io. Berardino Mirano creditori dicti venditoris, vigore cuius vēditionis idem Dominicus Antonius soluerat mihi vti cessionario dicti Ioan. Berardini vnam annatam per medium Banci Montis Pauperum, vndè cùm recusaret deindè soluere annatam maturatam, fuit condēnatus ad eam in actione personali, & ad correspondendum singulis annis in futurum, vt ex processu pęnès Iosephum Caputum Magist-Actorum, de Furno Scriba.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiatus quando per receptionem pensionis vnius anni ratificare videatur locationem factam à suo prædecessore, cum eisdem pactis initis cum conductore, & num.2.& 4.vbi plures distinctiones.*

3 *Successor in beneficio tenetur stare locationi factæ per prædecessorem pro illo anno excepto,si terræ essent seminatæ.*

5 *Successor in beneficio non tenetur stare locationi factæ per prædecessorem,licèt anticipatè pensionem recepisset.*

6 *Reconductio an intelligatur facta pro tempore præcedenti, (& sic conductor teneatur ad vniuersam pensionem), an verò pro tempore patientiæ præstitæ, si quis finita locatione habitauerit in aliquo prædio vrbano,ad intelligentiam* text.l.item quæritur,§.qui impleto, ff.locat. *vbi decisiones hinc inde.*

7 *Inquilinus in hac* Ciuitate *tenetur denunciare domino, se discessurum in mense Ianuarij.*

*Contrarium,nu.*9.

*Intellige,nu.*10.

8 *Dominus potest in fine anni domum conductori auferre, & alteri locare.*

11 *Reconductio pro quo tempore facta intelligatur, & quomodo, nu.* 12.

DECIS. XXXIII.

DVo principaliter quæruntur ab *Authore* hic,primum scilicèt, si beneficiatus recipiens pēsionem vnius anni ratificare dicatur locationē factam à suo prædecessore.

Secundum, si finita locatione in vrbanis prædijs inquilinus habitasset per aliquod temporis spatium,intelligatur facta reconductio pro tempore præcedenti, & sic teneatur ad vniuersam pensionem, an verò pro tempore præstitæ patientiæ, & sic pro tempore,quo habitauit.

Quòad primum licèt cōmunis sit *DD.*
1 opinio, quòd si locatio non sit facta nomine Ecclesiæ, & non sit ad vtilitatem ipsius Ecclesiæ, cum solemnitatibus requisitis, sed ad vtilitatem beneficiati,quātumuis esset facta nomine Ecclesiæ, tunc per receptionem vnius anni non censeatur ratificata, prout cum istis distinctionibus loquuntur *Decian. in consil.*14.*lib.*2. *& Mantua in consil.*135.*lib.*1.& hanc esse communem dixit *Peregr. de fideicommiss. art.*40.*num.*103. *Rota decis.*1. *de locat.* ità etiam noster *Author in tract. de aliment. tit.4.quæst.*16. *num.*3. *Put.decis.*180.*lib.*1. latissimè quoquè *Alexand.Trentacinq. in lib.*3. *variar.resolut. titul. de locat. resol.*3. *per tot.* plenè *Grat.* post alios *in lib.*1. *discept.forens.cap.*37.*nu.*14. *& mult.seq.*

Tamen, quidquid sit de hac quæstione,
2 distinguendum est,quòd aut locatio facta à suo prædecessore fuit finita, aut non, si fuit finita, in hoc casu non intelligitur facta reconductio per receptionem vnius anni, sed solùm pro illo anno, pro quo præ-

præstita fuit patientia, iuxtà *text.in l.item quæritur, §. qui impleto, ff.locat.* hoc est quando sumus in prædijs rusticis,vt in *d.§.* & talis reconductio fieret sine expressione temporis, vt notat *Fab.de Ann.in addit. ad suum genit.in singul.* 325.*&* 696. quod eo magis absque difficultate procederet,
3 si essemus in anno inchoato, & terræ essent laboratæ, & seminatæ, in quo casu successor in beneficio teneretur stare locationi pro illo anno cępto, prout tenet *Francisc. Marc. in decis.*196. *in fin. par.*2. sic etiam bis fuisse conclusum testatur *Cabrran.in decis.*82. *in fin,Grat.in tom.*4 *discept.cap.*605.*num.*17. *Polydor.Rip. in obseruat.*115. verùm non vt successor in beneficio obseruet locationem sui prædecessoris pro illo anno cępto cum eisdem pactis initis cum conductore, sed solùm vt cum ipso conductore diuidat fructus dicti anni cępti,prout procedit etiam è contra, scilicèt conductorem teneri perseuerare pro illo anno cępto,modo,vt supra,vt decisum contra conductorem refert *Caualc. in dec.*44.sic etiam obseruat ipse *Polydor. Rip.in d.obseru.circa fin.* Aut non erat finita, & tunc amplectenda erit alia distinctio
4 eiusdem *Polyd. Rip.* notata in *obseru* 132. scilicèt,quòd aut ex facto ipsius prædecessoris, veluti per renunciationem, aut non facto prædecessoris, ex quo mortuus fuit, in primo casu tenetur stare colono, ob illam rationem, nam quando vsusfructus finitur facto vsufructuarij,successor tenetur stare conditionibus prioris possessoris, vt etiam notat *Caroc. de locat. & conduct. par.*2. *tit.de vsufruct. quæst* 2. *num.*6. *&* 7. quia factum locatoris non nocet conductori, vt in his terminis notat idem noster *Author in tractat. de aliment. titul.*9. *quæst.*42. *num.*13. in secundo verò casu secus, quia dum ipse non habet ius in dictis fructibus,nisi sua vita durante tantū, non poterat post mortem obligare eius successorem,& sic ei præiudicaret,ad *text. in l.si quis domum, ff.locat.* nam in tali beneficio non succeditur iure hæreditario, sed diuerso, prout hanc distinctionem *Polydor.* etiam notat, & sequitur *Grat. in d. discept.cap.*606.*in fin.*dicens, etiam si talis
5 prædecessor anticiparè recepisset pensionē à conductore,quod neq;per hoc successor teneretur dictæ locationi stare.

Quoad verò secundum, quamuis indubitabilis videatur conclusio illa, de qua habetur in *l.item quæritur, §. qui impleto, ff. locat.* scilicèt quòd in prædijs rusticis finita locatione reconductio censeatur facta pro vno anno,in vrbanis verò pro tēpore,quo habitauit.

6 Tamen *text.* ille in vrbanis benè procedit, quando ędes locari possint quolibet die,& mense,nam quando adesset consuetudo in aliqua parte,prout in nostra Ciuitate Neap adest,scilicet quod die 4. mensis Maij fiant locationes ædium, vsque ad 4. Maij sequentis anni, tunc secus, quia si dicta die 4. Maij fuisset finita locatio, & quis habitasset per aliquos paucos dies, benè teneretur ad totam pensionem totius anni, & ratio est, nam illa die 4. Maij transacta nemo ædes conducit, prout in his puris terminis decisum fuisse refert *Gamm. in decis. Lusit.*57. qui ità declarat *dictum §.qui impleto*,quod etiam affirmat *D.Reg.Rou.ad prag* 1.*de locat.& cond.n.*3. vbi multos alios allegat. Et licèt contrarium decreuerit M.C.V. in causa propria cōtra Regium Consiliarium Pyrrhum Paganum, qui elapsa illa die 4 Maij habitauerat in ædibus meis,vsquè ad diem decimum mensis Iunij, ex quo per ipsam Mag. Cur.Vic.fuit condemnatus ad ratam temporis, pro quo habitauerat, à qua sententia cùm fuisset appellatū ad Sacrum Consilium, post longam discussionem Regij Cōsiliarij existētes in Aula D.Ferdinandi Brancia tunc etiam Regij Consiliarij, nūc verò meritissimi Regentis, fuerunt in pari voto,& cùm fuissent adiuncti tres alij Regij Consiliarij alterius Aulæ, dicta sententia lata per dictam Magn.Cur. fuit confirmata,anno 1619.in Banca Verusij.Tamen in ea multa interuenerunt, primò nempè, quòd tales ædes non fuerant repertæ ad locandum, secundò,quòd dum non fuerāt alteri locatæ, remanebant vacuæ, & sic videbatur procedere regula illa, quod tibi non nocet, & alteri prodest, facilè debet concedi.Tertiò,quòd vxor dicti Regij Cōsiliarij Pyrrhi Pagani erat valdè infirma,& non poterat alias ædes mutare ob periculum mortis.

Quartò, & vltimò ego credo, quòd fuit fundamentum huius decisionis maxima æquitas,cùm V.I.D.Fabritius Hodierna Pater meus multa aduersus prætensa adduxisset,præcipuè verò præambulam protestationem in tempore factam.

7 Sed in facti contingentia cogita, quia Neapoli si inquilinus in mense Ianuarij non denunciauerit domino se discessurum à domo, quòd censeatur facta reconductio, & sic è contra si Dominus in dicto tem-

tempore non denunciauerit inquilino, se non esse reconducturum, quòd non poterit inquilinum expellere, vt latè docet *Capyc. in Consuet. locat. & conduct. lit. A. fol. 371. & 372. in nouiss. incip. consuetudo, quæ est in Ciuit. Neap.* quæ denunciatio debet fieri in mense Ianuarij, quamuis locatio finiatur in mense Maij, quæ priùs finiebatur in mense Augusti, quo tempore denũciationes fieri debebant in mense Maij, & de hac praxi Neap. testatur *Fusc. in singul. 111.* eamq; notat *Vrsill. ad Afflict. in decis. 365. nu. 11. & 12.* licet de ea valdè miratur ex eo, quòd nulla in Ciuitate adest consuetudo, & praxis prædicta, licèt sit contra
8 ius commune, quia in fine anni potest dominus domum conductori auferre, & alteri locare, *l. ne cui, C. locat.* & è contra inquilinus in fine anni domum renunciare. Tamen quia locationes licèt incipiant in mense Maij, tamen fiunt de mense Ianuarij, & sic quatuor antè menses, vndè cùm inquilinus non renunciauerit domum domino, si non fieret tacita reconductio, dominus esset in damno, quia domus non ità facilè alteri locari posset, & è contra si dominus non denunciauerit inquilino, se nõ reconducturum, inquilinus non ita alias domos facilè ad eius commoditatem inuenire poterit, ob quod inoleuit praxis prædicta, quòd in dicto tempore fiant de nunciationes, ad hoc vt vtriq; scilicèt tàm domino, quàm inquilino sit consultum,
9 Et quamuis contrarium dicatur fuisse decisum, vt ex *Additione ad dictam consuetud. locat. & conduct. fol. 374.* incipiente *fuit iudicatum ex libro Capyc.* Tamen id
10 procedit de iure communi, quia vt subdit *Camill. Salern. in d. Consuet. fol. 375. post d. add.* quòd licèt hæ consuetudines in vrbanis non procedant, tamen Neap. communiter obseruatur, vt in domibus vrbanis fiant requisitiones in mense Maij, adeò quòd videretur in aliqua culpa qui secus ageret, & cùm hæc omnia scripsèrim reperi D. *Regentem Sanfelic.* qui *in decis. 9.* dicit, contrarium fuisse iudicatum in S. C. ad relationem M. C. negando praxim hanc denunciationis per eà; quæ tradit *Vrsill. in loco* citato, de quo articulo in facti contingentia cogita, & pondera omnia.

Verùm in casu tacitæ reconductionis il-
11 la censetur pro vno anno, & non pro tanto tempore, quo erat præcedens locatio, *Vrsill. d. decis. 365. nu. 13.* & latè post multos fundat *Alex. Trentacinq. lib. 3. var. resolut. tit. de locat. resol. 2. nu. 1. vers. hac renouat. & num. 12. in fin.* idem in vrbanis, quando quolibet anno fructus percipiuntur, secus si infra sex menses plus, vel minus, veluti in nundinis, quia reconductio censetur facta pro illo tantum tempore, & non pro vno anno, vt etiam decisum in Sebusiano Senatu testatur *Faber in suo Cod. lib. 4. tit. 41. de locat. definit. 45. & definit. 48.*

12 Quæ reconductio censetur facta cum omnibus pactis, & conditionibus in prima locatione appositis tantùm, non autem vt primum instrumentum ēt in hac tacita reconductione paratam habeat executionem, sicut habebat in prima locatione, quia ea, quæ solo consensu partium fieri possunt, censentur in ea repetita, ità *Bursat. consil. 220. num. 21. & 31. vol. 2. Boer. decis. 284. nu. 14. Bero. qq famil. q. 100. Affl. decision. 365.* & hanc esse communem opinionem, pro qua sic iudicatum fuisse testantur *Barz. in dec. 60. Magon. decis. Lu. cens. 47. & Alex. Trentacinq. d. resol. 2. nu. 2.* apud quos infinitos alios habes.

SVMMARIVM.

1 *Contractus non dicitur simulatus ob pactum de retrouendendo, & modicitatem pretij, nisi concurrat tertia coniectura, quòd emptor sit solitus fœnerari.*
Sed contrarium, nu. 2.
Declara, nu. 3.
Limita, vbi enormissima interuenerit læsio, nu. 4.
Item intellige de contractibus emptionis, & venditionis, non autem dationis in solutum, nu. 9.
5 *Modicitas pretij adhoc vt ex ea simulatus dicatur contractus quanta esse debet.*
6 *Pactum de retrouendendo pars pretij dicitur, & quantum æstimatur varia recensentur opiniones.*
7 *Pretij detractio ob pactum de retrouendendo non fit, vbi modica esset læsio.*
Intellige, vbi non adessent alia coniecturæ, nu. 8.
10 *Contractus dicitur simulatus, vbi vltrà modicitatem pretij, & pactum de retrouendendo interuenerit anticipata solutio vnius tertiæ.*
11 *Item, vbi venditor, vel donator possessionis retentionem haberet.*
Amplia, etiam interueniente clausula constituti, nu. 12.
Limita, vbi sumi posset interpretatio ad exclusionem simulationis, nu. 13.

14 Con-

14 *Coniectura simulationis notantur.*
15 *Exceptio simulationis etiam à singulari successore opponi potest.*

DECIS. XXXIV.

Concluditur hic, Pactum de retrouendendo non extendi vltrà tē-
1 pus conuētum, ex eo, quòd duo concurrebant, scilicèt modicitas pretij, & pactum de retrouendendo, cùm istæ duæ coniecturæ nō sufficiant ad reddendum contractum simulatum, sed necesse sit, vt cum eis concurrat tertia coniectura, scilicèt quòd emptor sit solitus fœnerari, prout hanc esse veriorem, & magis receptam tàm in consulendo, quàm in iudicando tenuerunt multi *DD.* collecti per *Barz. in decis. Bonon.* 123. sic etiam *D. Reg. Rouit in consil.* 56 pleniſſimè *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 8. *tit.* 20. & hanc esse veriorem, & magis communem dicit *Anna in allegat* 83. *nu.* 1. & 3. ad tradita per *Cagnol. in l.* 2. *nu.* 63. *versic. secunda limitatio,*
2 *C. de pact. inter empt. & vendit.* Quamuis contrarium firmauerit *Hostiens. in summa de vsur. §. in aliquo,* quem sequuti sunt *Iacob. à Sanct. Georg. in l. mutuum, nu.* 2. *ff. si cert. pet. Cassanaus in Consuet. Burgund. Rubric.* 5. §. 1. *nu.* 22. & *consil.* 11. *num.* 40. *Menoch. de arbitr. cas.* 217. dicens *Hostiens.*
3 opinionem ex æquitate potius, quàm stricto iure procedere. Et quamuis vera sit
4 hæc conclusio, tamen illa non procedit, quotiès ex hoc pacto de retrouendendo, & modicitate pretij enormiſſima læsio interueniſſet, nam tunc simulatus diceretur contractus, veluti quando excessus esset vltrà dimidiam iusti pretij, prout sentiunt *Cagnol. in l.* 2. *C. de pact. inter empt. & vendit. sub num.* 57. *cum seq. Ossasc. decis.* 42. *sub nu.* 9. *vers. primam tamen, Couarr. variar. resol. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 4. *Grat. consil.* 157. *num.* 5 *cum seq. vol.* 2. *Mascard. de probat. conclus.* 447 *num.* 8 *versic. si velim melius, Hondod. consil.* 31. *nu.* 69. *vol.* 1. & *consil* 33. *num.* 68. *vol.* 2. idem *D Reg. Rouit in dicto consil. nu.* 9 *versic. sed quicquid, Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 122 *nu.* 3. & *de arbitr. cas.* 217. & ità fuiſſe iudicatum in S.C testatur *Anna allegat.* 83. *nu* 5. scilicet in venditionibus ad rationem decem pro centenario tempus pacti nunquam esse elapsum, *Mant. de tacit. et ambig. in d. lib.* 8. *tit.* 20. *Merlin. in decis. Lucens.* 33. *num.* 5. *Lepid. dec. Lucan.* 81. *vers. modicitas, Barz.*
5 *in d. decis. num.* 4. *Michael Ferrer. in* 3. *par. obseru. cap.* 439. *Caneer. in lib.* 1. *var. resol. cap.* 13 *nu.* 16. & *seq.* subdens Senatum iudicasse, istam modicitatem pretij debere
5 esse longè vltra dimidiam iusti pretij, quo casu debet æstimari verum pretium tempore venditionis, ad *text. in l. si voluntate, C. de rescind. vendit.* sic quoq; omnes supracitati *DD.* & in dicta æstimatione habenda est ratio oneris impositi propter pactum, quia tanti minoris est æstimationis, prout notat *Abb. in cap. in aliquibus, nu.* 2. *de decim.* subdens ità sæpè ex facto se respondiſſe, ità etiam in *cap. ad nostram, num* 9. *ad fin. de empt. & vendit. Socin. sen. consil.* 15. *nu* 56. *in fin.* & 57. *lib.* 1. & *cons.* 248. *in fin lib.* 2. *Ruin. consil.* 16. *num.* 5. *in fin. lib.* 4. *Dec. in consil.* 167. *nu.* 2. & *consil.* 308 *num.* 3. *Rol. in consil.* 96. *nu.* 38. *in fin. lib.* 2. cum alijs, quos refert, & sequitur *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 3. *tit.* 31. *nu.* 41. dicens hoc notandum, quia multi errare soliti sunt, cùm pactum de retrouendē-
6 do sit pars pretij, adeò quòd tertia pars ob tale pactum detrahitur, vt dicit *Mascard. de probat. d. conclus.* 447. *nu.* 10. & 11 veluti si res valet centum, propter tale pactum æstimaretur valere septuaginta, hoc quoquè cum multis affirmat *Merlin. in decis. Lucens.* 70. *num.* 3. 4. & 5. habita ratione ad tempus contractus, vt etiam latiſſimè hoc firmat *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 8. *tit.* 20. *num.* 49. *Ludou. in decis. Perusin* 97. *num.* 4. & *per tot.* vbi loquitur de pacto de retrouendēdo per triennium, *Roland. consil.* 96. *à nu.* 36. *vsq; ad* 41 *lib.* 2. sed *Faber in suo Codic. lib.* 4. *tit.* 30. *definit.* 27. *de rescind. vendit.* hoc intelligit, vbi pactum de retrouendendo esset liberum, & perpetuum, quoniam si breuius esset, minoris esset, & consequenter tantò minus pretium diminuit, subdens hoc esse communiter receptum, quamuis de eo nihil certi constitutum sit à Iurisconsultis, licèt *Grat. in tom.* 4. *discept. cap.* 616. *num.* 7. dicat, ad sextam partem ascendere, subdens sic per Rotam fuiſſe decisum, & ità seruatur de stilo in Rota, vt ex *decis.* eiusdem *Rot.* 446. *num. fin. par.* 1. *ex recentior.* sed *Fab. Turrett. in consil.* 28. *nu.* 19. & *consil.* 80. *nu.* 61. *vol.* 2. testatur, de tertia parte esse communem obseruantiam, licèt subdat, quòd aliqui dixerint de quarta, & alij ad arbitrium Iudicis remitti, quam vltimam opinionē veriorem esse communiter voluerūt *DD.* quòd Iudicis arbitrio relinquendum sit, qui ex coniecturis causarum, & personarū facilè de hoc informari poſſit, vt tradunt

Me-

*Menoch. de arbitr. caſ.*217.*nu.*4.*& ſeq.lib.* 1.*cent.*3.*idem Mantic. in fin.d.lib.*8.*tit.*20. *Barz.D.Reg.Rouit.* Cancer. & omnes alij ſupra citati *DD.*

Quamuis ſecundùm opinionem multotum habeatur, quòd quando læſio ſit in
7 dimidia iuſti pretij, non fiat aliqua detractio pretij ob pactum de retrouendẽdo, vt voluerunt *Gabriel.conſil.*74.*num.*2. *lib.*1.*Gallia conſil.*89.*nu.*9. *Laderch.Imol. conſil.*132.*col.*2.*verſ. ſed verius,Borgn.deciſ.*16.*nu.*8.*par.*2. quos etiam refert,& ſequitur *Merlin. in* cit.*deciſ.*70.*nu.*4. vt de immodica læſione teſtatur *Faber in ſuo Codic.lib.*4. *tit.*30. *definit.*27.

Tamen ſecus eſſet,quando concurreret aliæ coniecturæ,de quibus latiſſimè habe-
8 tur per *Mantic. Merlin.*& alios.nam tunc ſufficeret, vt læſio ſit in tertia parte, *Pariſ. conſil.*54.*nu.*69 *lib.*1. *Gabriel. d.conſ.nu.*9. *Pedroch.conſil.*36.*nu.*43. *Afflict. deciſ.*40. *num.*19. vbi ait,ſufficere læſionem eſſe in octaua parte, *Maſcard. d.concluſ.num.*14. *Farinac. de falſit. & ſimulat. quæſt.*163. *nu.*17.

Sed ſupradicta procedũt in emptionis,&
9 vẽditionis contractu,nõ aũt in datione inſolutum, quæ fit ex neceſſitate præcedẽtis debiti, vt latè *Fulgoſ. in conſil.*154. *col.*2. *Iaſ.conſ.*151.*vol.*4. *Tiraq.in præfat.* 2.*retract.nu.*28. *Gamm.in deciſ Luſit.*178. *ſub nu.*4. hanc quoque ſequutus eſt *D. Regens Rouit. in* citat. *conſil.ſub nu.*13.*& ſeq.* latè *Merlin. in deciſ. Lucenſ.*33. *per tot.* cùm *cap.ad noſtram,de empt.& vendit.* non habeat locum in datione in ſolutum, vt referunt idem *Gamm. Merlin.* & alij ab eis relati.

Verùm contractus dicitur quoq; ſimulatus, vbi vltrà ſupradictas duas coniecturas,ſcilicet modicitatem pretij, & pactum de retrouendendo ad tempus interueniret
10 anticipata ſolutio vnius tertiæ,cùm ex ea anticipatione arguatur. ſuſpitio fęnoris, dicit *Anna d.alleg.*83.*nu.*3.
11 Item vbi venditor poſſeſſionis retẽtionem haberet, cùm tunc ſimulatio contractus præſumatur,quod etiam ex clauſulis, pactiſq;inſolitis conijci, dicit *Faber lib.*4. *Codic.tit.*17. *plus val. quod agit. definit.*1. quodq; firmauit *definit.*5.ſciente maximè, vel patiente emptore, vel donatario, ſubdens non obſtare clauſulam in contractu conſtituti, propter quam poſſit donator, aut venditor alieno potiùs, quàm ſuo nomine poſſidere, ſi tamen inter perſonas prohibitas id agatur, aliàs hæc ſola præ-
12 ſumptio retentionis poſſeſſionis non ſufficit abſque cauſa ſimulandi,vt determinauit *Rot.apud Farinac. in deciſ.*241. *part.*3. *tom.*2. maximè quando ſumi poſſit interpretatio ad excluſionem ſimulationis, vt erat caſus dictæ *deciſion. Farinac.* vbi ſup-
13 ponebatur, quòd cùm Epiſcopus Vrſell. poſtquam emerat quaſdam domos,eaſq; donaſſet duobus eius nepotibus, nedum in eis habitauerat, imò ſuper eis ædificauerat, & penſionem vnius apothecæ exigerat, & tamen reſpectu habitationis fuit dictum, id factum fuiſſe iure familiaritatis,& reſpectu ædificij,quod publicè profitebatur, ſe id facere in domibus nepotum & quòad exactionem penſionis fuit ſumpta interpretatio,id non afficere,quia in multis ipſis nepotibus auxiliabatur, & præſertim in eis alendis,quando in dicta domo morabantur, & ſic quotieſcunque ſumi poteſt aliqua interpretatio, ſemper ad excluſionem ſimulationis iudicandum eſſe videtur, prout in donante omnia eius bona,reſeruato quorundam vſufructu, dicit *Faber d.definit.*5.quod ſi reſpectu ipſorum ea vendi permiſerit,quorum habebat vſumfructum, & cætera ex eo tẽpore poſſediſſe probetur, quod potius credendum ſit poſſidendi cauſam habuiſſe,vt rebus nõ venditis in vicem remiſſi vſuſfructus frueretur,vnde ex hoc in *d.d finit.* 1.*in fi.* cõcludit, ſimulationem ex coniecturis iudicari, verùm omne iudicis arbitrio relinquẽ-
14 dum eſſe putat,qui cauſas,rem, perſonas, & tempora prudenter agnoſcat, quamuis *in d:finit* 7 *d.tit. plus valer. quod agit.* dicat,non leuem eſſe ſimulationis coniecturam, quando vltra modicitatem pretij, & pactum de retrouendendo, licèt non interueniat conſuetudo fęnerandi, tamen pro euictione datus ſit fideiuſſor, qui deindè conductionis titulo, rem venditam retinuerit,repetita per multos annos, nec vnquàm aucta, vel immutata mercede, præſertim verò ſi merces legitimarum vſurarum modo magis, quàm fructuum quantitati, & æſtimationi reſpondeat, & hanc
15 ſimulationem à quolibet etiam ſingulari ſucceſſore opponi poſſe, non negat idem *Faber in d:finit.*2. *eod.tit.*

SVMMARIVM.

1 *Famulus Eccleſiæ an teneatur ad onera remiſſiuè,& quid circa forum.*

2 *Famuli, & familiares an gaudeant beneficio Clericorum,adducitur diſtinctio.*

DE-

DECIS. XXXV.

DVO quæruntur ab *Authore* hic, primum nempè, an famulus Ecclesiæ teneatur ad onera, secūdum, an supposito, quòd quis nō stat ad panem, & ad vinum, sed solum ad salarium in diem, dicatur de familia, ita vt immunis efficiatur.

1 Quòad primum non me extendo, ex quo plenè quæstionem hanc examinat *Thesaur. in decis. 116. & ibi eius Filius in addit.* ac etiam in *decis. 22.* vbi latè circa forum, & dixi latè in *decis. 19.*

Circa verò secundum, *Borrell. in eius cons. 54. num. 44 cum multis seq.* quærens, si famuli, & familiares Episcoporum gau-
2 deant beneficio Clericorum, post discussionem concludit cum distinctione, scilicet quòd aut sunt adscriptitij, & sine salario, & gaudent, aut verò sunt famuli temporales, & salario conducti, & non gaudent, vt latè etiam notauit *in summ. decis. lib. 1. tit. de for. competent. nu. 140. & mult. seq.* & dixi in dicta *decis. 19.* & vide Spectabilem *D. Regentem Sanfelic. in decis. 21.*

SVMMARIVM.

1 *Appellatio an, & quando detur ab interlocutoria.*
Amplia, quamuis per statutum prohiberetur appellatio ab incidentibus, nu. 2.
3 Author *plures casus enumerat, in quibus interponi possit appellatio ab interlocutorijs.*
4 *Appellatio non datur ab interlocutoria, per quam fuit reseruata aliqua exceptio altiorem requirens indaginem ad merita causæ.*
5 *Sententia an dicatur nulla, si exceptiones ad merita causæ reseruatæ non fuerint decisæ.*
6 *Exceptio ad merita causæ reseruata vnà cum causa principali definiri potest.*
7 *Appellatio ab interlocutoria an reguletur secundùm veros terminos appellationis, & de praxi in nostris Tribunalibus.*
8 *Appellatio sententiæ M.C.V. ad S.C. debet committi in eadem Aula S.C. in qua aliquod incidens fuit relatum, dummodò incidens non sit quid diuersum à causa principali, vbi decisio S. C.*
Intellige respectu causarum criminalium, non ciuilium, num. 9.

DECIS. XXXVI.

QVamuis de iure Canonico olim ab interlocutoria appellari poterat, vt ex traditis per *Bart. in l. 1. §. si. ff. à quibus appell. non licet*, & per *Ruginell. de appellat §. 2. cap. 1. ampliat. 12. nu. 118.* Tamen hodie per *S.C.T. in sess. 24. cap. 20. & sess. 13. cap. 1. in fi de reformat.* diffinitum est, appellationes non recipi, nisi à diffinitiua, vel à diffinitiuæ vim habente, cuius grauamen in diffinitiua reparari non posset, & proindè sublata est controuersia *DD.* inter ius Ciuile, & Canonicum, cùm idem dispositum sit etiam de iure Ciuili,
1 scilicet ab interlocutoria tunc appellatur, quando illud grauamen in diffinitiua reparari non possit, prout post cumulum omnium quasi *DD.* circa hoc loquētium sic decisum fuisse refert *Giurb. in decis. Sicil. 56. & Borrell in cons. 30. num. 9. & in summ. dec. tit. 33. de appella. nu. 324. tom. 2.*
2 Quod procedit, etiam prohibitione appellationis ab incidentibus per statuta nō obstante, cùm ità illa intelligantur, scilicet quando à diffinitiua illud grauamen reparari non possit, vt singularis est *glos. in l. arbitro. 9. verbo appellare, circa med. ff qui satisdar. cogant. & tex.* est apertus in *l. 1. ff. de appellat. non recip.* sic etiam declarat *Vincent. de Franch in decis 408.* veluti
3 si ageretur de competentia Iudicis, & Iudex pronunciaret se Iudicem, vel non, tūc à tali pronunciatione posset appellari, quia in ipsa diffinitiua reparari non potest, ad notata per *Bart. in l. 2. C. si pendent appellat. & in l. 2. col. penul. ff. si quis in ius vocat. non ierit, glo. fi. in auth habita, C. ne fil. pro patr. Guid. Pap. in decision. 75. Bald. in l. 2. C de Episcop. audient. Afflict. in decis. 3 34. num. 14. & 15. Duen. in regul. 52. n. 11. Minsynger. obseruat. 35. centur. 3.* vbi ait, ita in Camera Imperiali obseruari, *Cap. l Tholos. in dec. 48 ad fi. & ibi addit. Alex. Trentacinq. in lib. 2. var. resolut. tit. de appell. resolut. 14. nu. 7. Vrsil. dec. 302. num. 8. & 9.* nouissimè *Reg. Valenzuel. in consil. 84. num. 37. & seq.* sic quoquè obseruatur hodiè in praxi in nostris Tibunalibus. Item ab interlocutoria super legitimatione personarum, *l. ità demum, C. de procurat. Afin. in prax. iudic. §. 28. capit. 1. nu. 2. Vestr. in eius prax. lib. 3. cap. 4. nu. 6.* Item quando obijcitur contra libellum, scilicet esse nullum, & obscurum, vel ineptum, & pronuncietur, oppositis non ob-

ſtantibus procedēdũ eſſe ad vlteriora, idē
Alex. Trentacinq. in cit. *reſol.* poſt *Bald. &*
Guid. Pap. etiam ſi in diffinitiua hoc gra-
uamen reparari poſſet, ſed cum maxima
difficultate, aut partis præiudicio, ex *Bart.*
per *text. in l. 1. §. quaſitum. ſub nu. 6. in fin.*
ff. de appell. Bald. in d. l. 2. Afflict. ad Conſt.
Regn. Lite, Rub. de proceſſ. nu. 23. verſ. item
quia, Marant. de ordin. iudic. par 6. act. 2.
nu. 355. Grat. in tom. 1. diſcept. cap. 74. num.
13. Item in caſu huius deciſionis, ſi teſtes
admittendi ſint, vel non, prout *Rot. in de-*
ciſ. 44. ſub n. 3. de appell. in nouiſs. Ruginell.
eod. titul. §. 2. cap. 1. num. 126. Ludou. deciſ.
Peruſin. 38. nu. 4. Grat. d. diſcept. 74. nu. 15.
& cap. 76. nu. 13. ſic deciſum poſt infinitos
teſtatur *Giurb. in d. deciſ. 56.*

Secus autem ſi fuiſſent propoſitæ ali-
quæ exceptiones requirentes altiorem in-
daginem, & Iudex illas ad merita cauſæ
4 reſeruaſſet, nam eo caſu à dicta reſerua-
tione non poteſt appellari, vt poſt *Grat. in*
d. tom. 1. cap. 170. n. 4. Ruginell. de appellat.
cap. 3. num. 303. Ann. ſingul. 446. & 605.
Triuiſ. deciſ. 2. num. 1. Intrigliol. deciſ. 17.
plenè *Giurb. in deciſ. Sicil. 21.* vbi ſubdit, ſic
fuiſſe deciſum, nè retardetur proceſſus in
cauſa principali, alioquin cauſa eſſet im-
mortalis, ad *text. in l. 3. §. ibidem, ff. ad ex-*
hibend. l. ille, à quo, §. 1. ad Trebell. Et ratio
eſt, quia in tali caſu tales exceptiones nõ
ſunt deciſæ, vt dicit *Vincent. de Franch. in*
deciſ. 289. & Ann. in d. ſingul. 605. quo ca-
ſu ſi interponatur ſententia, & tales exce-
ptiones reſeruatæ non fuerunt iudicatæ,
non per hoc ipſa ſententia dicitur nulla,
5 dummodò ante ſententiam à parte illas
decidi non oppoſitum fuerit, cùm dictæ
exceptiones reſeruatæ intelligantur parte
petente, vt notant idem *Triuiſ. in d. deciſ.*
2. nu. 9. lib. 1. & poſt alios idem *Giurb. in*
d. deciſ. 21. in fin.

Et hæc deciſio poteſt deffiniri vnà cum
6 cauſa principali ex antiqua obſeruantia
S.C. teſtatur *Reg. Rouit. in deciſ. 21. nu. 13.*
vbi ait, motiuũ in cõtrarium aſſumptum,
fuiſſe in S.C. reputatum merum ſomniũ.

Verùm nota, quòd appellatio ab inter-
locutorijs decretis non regulatur ſecun-
7 dùm terminos veræ appellationis, ſed tã-
tùm ipſa interlocutoria debet iuſtificari
ex primis actis, ad notata per *Capyc. in*
deciſ. 5. in fin. prout hodiè obſeruatur in
noſtris Tribunalibus, in quibus quandò
appellatur ab aliqua interlocutoria Mag.
Cur. Vic. ad Sacrum Conſilium, porrecta
priùs ſupplicatione appellationis Circũ-
ſpecto Præſidi S.Conſ. fit in ea decretatio,
quòd M.C.V. de ſupplicatis verbum faciat
in S.C. quæ quolibet die Iouis ſeruata for-
ma *Regia Pragmatica 10. de offic. Magiſt.*
Iuſtit. abſque aliquo termino relationem
facit in dicto S.C. quòd prouideat, ſi be-
nè, vel malè prouiſum, ſecus autem reſpe-
ctu ſententiarum diffinitiuarum, cùm tũc
non opus ſit aliqua relatione M.C.V. ſed
immediatè committitur ſupplicatio ap-
pellationis ab eodem Circumſpecto Præ-
ſide alicui ex Regijs Conſiliarijs, in eodē
S.C. melius ei viſo, niſi aliàs eadem cauſa
in aliquo incidenti fuiſſet relata in alia
8 aula, quia tunc ſi poſt diffinitiuam contin-
git appellari, appellatio neceſſariò debet
committi in eadem aula, in qua aliàs fuit
ipſius cauſæ incidens relatũ, iuxtà *Pragm.*
9. de appellat. prout etiam notat *Vinc. de*
Franch. in deciſ. 528. poſt eum *D. Reg. Ro-*
uit ad pragm. 10. de offic. Mag. Iuſtit. Mu-
ſcatell. in prax S.C. lib. 2. par. 3. gloſ. partis,
nu. 74. dummodò illud incidens, quod re-
latum fuit in vna aula S.C. non ſit quid di-
uerſum à cauſa principali, aliàs ſecus, vt
in remiſſione cauſæ dicit *Vinc. de Franch.*
in citat. *deciſ.* 528. vbi ſubdit, ſic fuiſſe iudi-
catum iunctis duabus aulis.

9 Licèt hoc ſit reſpectu cauſarum crimi-
nalium, non autem ciuilium, quæ poſſunt
committi in alijs aulis, non obſtante inci-
denti relato, prout loquitur *Reg. Pragmat.*
& ità in praxi quotidiè ſeruatur.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio*, ſi ſine liberis, *continet vulga-*
rem decedente grauato viuo teſtatore.
Amplia, quamuis non adeſſet dictio, quan-
docunq; *nu. 2.*
Limita, nu. 16.
Item limita, vbi cum filijs deceſſerit inſtitu-
tus, nu. 24.
Sublimita, ſi filij etiam inſtituti deceſſerint
ante mortem teſtatoris, nu. 25.
Contrarium, nu. 32.
Intellige, nu. 37.
Diſtingue cum Peregrino, *nu. 40.*
Declara, nu. 41. & 42.
3 *Vulgaris ſubſtitutio comprehendit caſum*
voluntatis, & impotentiæ.
4 *Impotentiæ caſus qui ſint.*
5 *Subſtitutio*, ſi ſine filijs, *dicitur compẽdioſa.*
6 *Effectus compẽdioſæ ſubſtitutionis qui ſint.*
7 *Subſtitutio facta his, qui naſcentur, ſi ſine*
liberis deceſſerint habet locum vulgaris,
illis non natis.

8 *Inter caſum* ſi moriatur, *vel* nõn naſcatur *nulla conſtituitur differentia.*
Amplia, etiam ſi dictum ſit ſine liberis, *nu.*10.
9 *Verbum* deficere, *intelligitur etiam de eo, qui non incæpit.*
11 Text. in l. fructus, ff. de condition. & demonſtr. *non debet alligari in materia ſubſtitutionis.*
12 *Subſtitutio*, ſi poſthumus non naſcatur *habet locum ſi natus decederet.*
13 *Subſtitutus nõ admittitur mortuo inſtituto ante mortem teſtatoris, quando appareret, teſtatorem voluiſſe inſtitutum eſſe hæredem, & nu.*19.
*Et quid in maioratu, nu.*15.
Declara, vbi teſtatator dixit, & ſi Titius hæres deceſſerit, *nu.*16.
*Contrarium, nu.*17.
Amplia, quamuis dixerit, ſi hæres erit, & deceſſerit abſque liberis, *nu.*18.
14 *Non verificata conditione prima inſtitutionis euaneſcunt cætera ſubſequentes ab ea dependentes.*
20 *Hæreditas viuentis delata non dicitur.*
21 *Verbũ* hæres *intelligitur de hærede ſcripto.*
22 *Teſtamentum ſecundum in quo non eſt hæredis inſtitutio tollit primũ quòad legata tantùm.*
23 *Subſtitutio* ſi ſine liberis deceſſerit *dicitur facta ſub vna conditione, ſcilicet mortis, & nu.*39.
26 *Conditio* ſi ſine filijs *in fine poſita refertur ad vulgarem primo loco poſitam.*
*Intellige, nu.*27.
28 *Conditio* ſi ſine filijs *dicitur voluntaria, & non neceſſaria.*
29 *Compendioſa non eſt ſubſtitutio de per ſe, ſed prout caſus euenerit.*
30 *Vulgaris ſub cõditione* ſi ſine filijs *annullatur per ſuperuenientiam liberorum.*
31 *Filij poſiti in conditione excludunt ſubſtitutum.*
33 *Compendioſa quomodo concipiatur.*
34 *Qualitas iuncta verbo intelligitur ſecundũ tempus verbi.*
35 *Acceſſorium regulatur ſecundùm naturam ſui principalis.*
36 *Verba* ſi ſine liberis *referri debẽt ad pupillarem, vel ad fidei commiſſariam, in quibus obitus eſt neceſſarius.*
37 Creſcent. dec. 1. de teſtament. *declaratur.*
38 Boer. deciſ. 38. *explicatur.*
40 *Subſtitutio* ſi ſine liberis deceſſerit *an reducatur ad caſum inteſtati, & an hoc caſu liberi primi inſtituti ſuccedant.*
43 *Subſtitutus quando per ius accreſcendi venire poſſit.*
44 *Filij poſiti in conditione an cenſeantur diſpoſitiuè vocati, ſtante clauſula codicillari in teſtamento poſita.*
*Intellige, nu.*45.
46 *Clauſula codicillaris vltrà mentem teſtatoris operari non debet.*
47 *Subſtitutio ſub conditione* ſi ſine liberis deceſſerit *an contineat vulgarem, ſi teſtator adijecerit verba illa*, tunc, & eo caſu.
48 *Dictio* tunc, & eo caſu *eſt reſtrictiua, & taxatiua ad caſum expreſſum.*
*Intellige, nu.*49.
*Sed contrarium, nu.*51.
Amplia, vt non excluderet caſus ſimiles, nu. 53. & 55.
50 *Inter verba* in euentum, & tunc, & eo caſu *differentia conſtituitur.*
52 *Dictio*, tunc, & eo caſu *adiuncta compendioſa dicitur cauſatiua.*
*Item demonſtratiua denotans extremitatẽ temporis, nu.*54.
*Item, vbi conſtat de voluntate teſtatoris, nu.*56.

DECIS. XXXVII.

CVm hac opinione noſtri *Authoris*
1 hic, quòd ſubſtitutio, *ſi deceſſerit*
ſinè liberis contineat vulgarem,
quando grauatus viuo teſtatore
decederet; firmarunt *Ioann. Philipp. re-*
*ſponſ.*80. *num.* 12. *Boer. deciſ.*38. *Barry de*
*ſucceſſ. lib.*3. *cap.* 3. *& de vulg. ſubſtit. quæ*
*ſub compend. continet. num.*3. etiam ſi non
adeſſet dictio illa, *quandocunque*, *Fuſar. de*
*ſubſtit. quæſt.*238. *nu.*4 *& quæſt.*3 *. num.* 1.
*Mart. conſ.*20. *nu.*8. *& de ſucceſſ. leg par.*4.
*quæſt.*30. *art.*8. *nu.*2. *Gratian. deciſ. Marchi.*
140. *per tot.* vbi ſic deciſum refert ex tradi-
tis per *Oldrad. conſil.*20. *Corn. Socin. Paris.*
& alios per eum adductos, & eam nõ habere contradictorem, dicit *Odd. de com-*
*pend. ſubſt. part.*6. *quæſt.* 1. *art* 1. quem re-
fert, & ſequitur *Burſat. conſil* 97. *num.*7.
& de communi *Thob. conſil.*25. *num.* 11.
2 quamuis non adeſſet dictio, *quandocun-*
que, vt per *Curt. iun. conſil.*86. *num.* 2. *Ay-*
*mon. conſil.*62 *num.*3. ſic etiam latè *The-*
ſaur. iun. in addit. ad ſuum genitor. in deciſ.
60. *lit. A.* vbi ſic per Senatum deciſum te-
ſtatur, quod etiam placuit *Rot. Flor. apud*
*Magon. in deciſ.*4. *in fin.*
3 Vulgaris enim ſubſtitutio comprehen-
dit & voluntatis & impotentiæ caſum, *l.*
cùm proponas, cum ibi notat. *C. de hered.*
4 *inſt.* & intelligitur impotentiæ quocunque
modo, quò hæres eſſe non poſſet, vel im-

potentiæ naturæ, cùm hęres posthumus
institutus non nascatur, l. fin. C. de instit. &
substit. vel cùm moriatur viuente testato-
re, l. 1. §. pro secundo Cod. de caduc. toll. l. ab
omnibus, §. cùm quidam ff. de leg. 1. vel cùm
moriatur post testarorem antè aditam
hæreditatem, d. §. cùm quidam, vel impo-
tentię iuris, vt cùm institutus quia spurius,
vel aliter incapax succedere non posset,
l. 2. C. de hæred. instit. vel impotentiæ facti,
cùm audire non possit ob pendentiam
ventris, l. ventre ff. de acquir. hæred. vel pro-
pter errorem testatoris, vel alijs similibus
modis, quibus institutus hæres esse non
posset.
5 Et continet in se vulgarem, quia substi-
tutio licèt facta sit cum conditione, si de-
cesserit sine liberis, dicitur compendiosa,
quia facta sub conditione, & mentione
mortis, glos. in l. in testamento, la 1. C. de
milit. testam. & in cap. si pater, in verbo
absque deductione, de testam. in 6. Bart. in l.
Centurio, nu. 17. de vulg. & pupil. Odd. de
compend. subst. par. 4 quæst. 1. art. 1. Crass.
§. substitutio, q. 60. nu. 8. communem dicit
Couarr. in cap. Raynuntius §. 9. nu. 3. vers.
vndecimò, illam esse veram, de testam. Me-
noch. lib. 4. præsumpt. 51. num. 7. Gratian.
tom. 3. discept. cap. 407. num. 1. & cap. 528.
num. 1. Farinac. decis. 332. num. 10. par. 3.
etiam non adiecta dictione, quandocun-
que, Mart. de succ. ff. legal. par. 4. q. 30. art. 1.
num. 2. & consil. 20. nu. 7.
6 Compendiosæ verò proprius, & parti-
cularis effectus est continere plures sub-
stitutiones in diuersis casibus, nam si antè
aditam hæreditatem decesserit institutus,
erit locus vulgari, sin verò post, & tunc
transit in naturam fideicommissi, vt opti-
mè explicat Bart. in l. Centurio, nu. 32. ff.
de vulg. & latius Peregrin. de fideicomm.
art. 34 num. 3. & 4 & 93. vbi hanc distin-
ctionem communiter amplexam asserit,
sic quoque idem Mart. de succ. ff. leg. d. art.
1. nu. 7. & d. q. 30. art. 5. nu. 4. per tex. in l. 3.
secundùm communem DD. interpreta-
tionem ff. de adimend. leg.
Hinc in fortioribus dixit Decian. consil.
7 1. vol. 1. quòd substitutio facta his, qui na-
scentur, si testator dixerit, si sine filijs mo-
riantur, etiam illis non natis, quòd locum
obtineat vulgaris substitutio, quia sub ista
cõditione, si decesserint sine liberis, nedum
continetur casus, si nati noluerint esse
hæredes, sed etiam si non potuerint, vt
quia nati non fuissent, ad tradita per
Bart. in l. 3. §. si. ff. de adimen. leg. Bald. in l.
cùm proponas, in fin. C. de hæred. instit. pro
qua opinione innumeros idem Decian.
allegat, subdens, hanc esse magis commu-
nem, addo Zanch. in l. hæredes mei §. cùm
ita, par. 1. nu. 3. in fi. & par. 8. nu. 209. cum
seq. latissimè disputato articulo Cancer.
lib. 1. var. resol. tit. de substit. sub nu. 17. vsq.
ad nu. 34. præcipuè vbi testator non consi-
derauit formam, & modum, sed effectum,
subdẽs hanc esse verissimam, clarissimam,
& communem opinionem ex Paris. Soc.
Alex. Dec. & alijs per eum collectis, con-
tra Oldr. opinionem, & sic ex facto con-
suluisse in quadam magna causa, & eius
cõsilium fuisse à duobus Doctoribus ma-
ximæ eruditionis subscriptum, eãdemquè
æquam, & magis consonam volunta-
ti testatoris dicit Angel. consil. 93. num.
5. & Oldr. sententiã falsam esse, & iniquam
profitetur Soc. Iun. cons. 90 n. 24. vol. 1. &
cõs. 94. nu. 46. & seq. eod. vol. sic etiã Mart.
cons. 20. n. 8. ac Rim. Iun. cons. 512. vol. 5.
vbi ad contraria acerrimè respondit, cui
opinioni etiam accessit Cephal. cons. 349.
nu. 38. vbi nullam differentiam esse pro-
bat inter casum, si moriatur, & si non na-
8 scatur, infinitos allegans, hanc quoq; mor-
dicùs defendit Laderch. cõs. 72 & latissimè
Menoch. cõs. 1062. vol. 11. vbi verbum defi-
cere, posse intelligi etiam de eo, qui nun-
9 quam incœpit, & ità etiam si nõ nascatur,
allegans eiusdem opinionis 38. DD. re-
spondendo omnibus rationibus, & argu-
mentis Caccher. in cons. 74. contrarium su-
stinentis, & hanc esse magis communem
post infinitos existimat Simon de Prat. de
interpr. vltim. volunt. fol. 251. nu. 51. scili-
cet quòd substitutio filijs nascituris post
mortem eorum proindè locum habet, si
non nascantur, ac si nascantur, & morian-
tur, per tex. in l. si ventri ff. de ventr. inspic.
l. fi. C. de instit. & substit. iuncto text. l. ab
10 exhæredatis, § fin. ff. de leg. 1. quam etiam
communem, & veriorem esse, quamuis
dixerit testator, si sine liberis, dicit Mart.
de success. legal. part. 4 q. 3. art. 7. nu. 5. & 6.
sed latiùs eam à contrarijs tuendo tenuit
d. p. 4. q. 21. art. 16. nu. 31. et 34. vbi respon-
det l. Titio vsusfructus ff. de condit. & de-
monstr. qui tex. dicit Laderch. in d. cons. 72.
nu. 6. authoritate Imola in l. pater Seueri-
nam in princ. ff. de cond. & demonstr. quòd
11 non debet allegari in materia substitutio-
nis, cùm illa particularẽ habeat rationem,
voluit enim ibi testator, vt seruo daretur
libertas, nisi seruiret Titio, quasi ab ea ser-
uitute libertatem demereri deberet, &
ideò

ideo si vsusfructus non incipit, nec libertas danda est, quia cessat causa, vt declarat *Alciat. responso 499. lib. 3.* & secundùm hanc opinionem in Parlamento Delphinali Iudicatum restatur idem *Mart. in compilat. dec. tom. 5. tit. de substit. cap. cùm maser,* quicquid incidenter aliter dixerit in *d. tract. de success. legal. p. 3. q. 1. art. 2. num. 65.* prout ipse aduertit in *d. q. 21. par. 4. art. 16. num. 33.* hanc quoque ex *Mantic. de coniect. vltim. vol. lib. 11. tit. 6.* receptiorem ait *Barry. de success. lib. 3. t. 3. tit. de vulg. subst. quæ sub compend. contin. num. 3. & 7. Franc. Marc. dec. 170. & 305. par. 2. Rota*
12 *Auenion. dec. 4.* vt è contra dicimus, si posthumus non nascatur, vt contineat in se contrarium, si natus decedat, hoc est si natus noluerit, vel non potuerit esse hæres, dicit *Rot. Auen. d. dec. 4. & Franc. Mar. d. dec. 170. & 305. Tepat. tit. de subst. in gener. c. 3. Barry d. cap. 3. num 7. in fin.*

Verùm supradicta conclusio limitatur, vbi aliquo modo appareret, testatorem voluisse institutum esse hæredem, vt quâ
13 do nomê hæredis in actu grauaminis profertur, tunc enim vulgari substitutioni nô erit locus, instituto ante mortem testatoris decedente, prout loquitur *Alex. consil. 1. vol. 1.* quem sequuti sunt *Corn. consil. 199. lib. 2. Rol. à Vall. consil. 58. num. 57. lib. 3. Bursat. consil. 97. num. 6. & seq. Tob. consil. 25. num. 7. Petr. de interpr. vltim. vol. fol. 199. num. 34. Fusar. de substit. quæst. 237. nu. 19.* nam defectu primo gradu institutionis cessat substitutio, *l. quandiu, vbi Roman. col. 7. ff. de acquir. hæred.* & hæc est regulare, nam si non verificetur conditio
14 adiecta primæ substitutioni euanescunt illæ omnes, quæ à prima dependent, *glos. in l. qui habebat ff. de vulg. & pupill. et ibi Imol. Ang.* & alij, *Dec. consil. 205. Ruin. consil. 35. num. 3. vol. 3. Paris. consil. 44. in prin. vol. 2. Cephal. consil. 17. num. 10. Rol. consil. 58. nu. 13. lib. 3.* vt in materia maioratus conclu-
15 dit *Surd. consil. 403.* scilicet illo decedente viuo testatore, quod nô fit locus alijs substitutionibus, quando constaret, testatorem voluisse, quòd hæres primus nominatus ad successionê maioratus succederet, quod antè eum notauit *Alex. consil. 4. lib. 4. Zanch. in l. hæredes mei, §. cùm ità, par. 8. n. 204.* sic etiam in vtroque casu concludit *Gratian tom. 4. discept. for. cap. 771. nu. 44. & seq. ac in d. dec. 140. num. 1. 11. & seq.*

Et si hoc dependat à coniecturis, vt ex collectis per *Fusar. de subst. q. 237.* quæ
16 inter alios magna ea esse videtur, vbi testator dixerit, *& si dictus Titius hæres decesserit sine liberis, substituo, &c.* tunc enim intelligeretur, si decesserit hęres, & successiuè decedente antè mortem testatoris nô erit locus vulgari, ad *tex in l. seruus alienus. §. si quis ità ff. de hæred. instit.*

17 Quamuis hęc coniectura nullius roboris sit, vt dicit *Barry. de success. lib. 3. tit. de vulg. cap. 3. num. 3.* & probat *tex. in auth. de restit. post princ. & in l. Seia ex parte hærede, ff. de fund. instr.* prout in puncto *Rot. apud Cresen. in dec. 1. alids 79. num. 6. de testam.* quæ declarauit verba illa, *si hæres,* scilicet scriptus, & sic quod per illa non tollatur casus vulgaris substitutionis. Im-
18 mò ēt si testator dixerit, *si filius hæres erit, & decesserit absq; liberis,* quòd vulgaris per illâ côditionê, *si hæres erit,* nô excludatur, ita *Corn. consil. 217. lib. 1. & consil. 138. lit. A. lib. 4* dicês, verba illa nô esse de substantia côpendiosæ substitutionis, quæ côprehendit plures substitutiones, êt directas, quod pro singulari notat *Mathes. sing. 139. sub n. 3.* & in terminis etiâ concludit *Bald. consil. 416.* incipiente *quidam Nicolaus, vol 2.* vbi sic se ipsum pluries consuluisse ait, scilicet quòd verba illa, *si filia hæres decesserit,* quòd non intelligantur, si post aditam hęreditatem decesserit, quod consilium reperitur repetitum in *consil. 455. lib 4* eiusdem, quem refert, & sequitur post *Ioa. de Plat. Bart. Paul de Castr. Alexand. Angel,* & alios innumeros *Bocr.* qui late hâc opinionem tuetur in *decis. 38. per totam,* & præcipuè *num. 15. & 16.* per dicta iura, vt supra allegata, scilicet *auth. de restit. post princ. & d. l. Seia.* quam opinionem communem dicit *Simon de Prat. de interpreta. vltim. vol. fol. 199. num. 33. & seq. Alex. in. Trentacinq. de substit. par. 4. cap. 2. num. 3. vers. secundus casus, Socin. Iun. consil 110. num. 25. & 26. lib. 1.* & hanc magis communem esse dicit *Vasq. de success. progr. libro 2. §. 12. num. 9.* & veriorem credit *Peregrin. de fideicommiss. art. 15. num. 41. vers. sic sed contra, Fusar. de substit. q. 237. num. 11. & seq.* quamuis pro contraria opinione innumeros coaceruat *num. 10.* quod ta-
19 men ipse *num. 15.* intelligit, vbi ex alijs verbis appareret, testatorem voluisse institutum omninò esse hæredem, eum verba illa compendiosæ adiecta nihil mutêt, nec aliquam inducant conditionem, & *Curt. Iun. consil 83. num. 2. vers. nec obstat* ait, quòd dicta verba intelligi possunt, si illi delata esset hæreditas, vt si non fuisset hæres, locum haberet vulgaris, si verò fuis-

set hæres, & posteà decesserit, erit fidei-
commissaria, quamuis distinguat substitu-
tionem factam verbis communibus à ver-
bis directis, sed hoc non deseruiret vbi vi-
uo testatore decederet institutus, nam cũ
tunc delata dici non possit hæreditas vi-
20 uentis, *l. qui superstis, & l. qui hæreditatem ff. de acquir. hæred.* substitutio caducaret,
quod non placet, sed dicendum est cum
Boer. qui authoritate *Alex.* aliorumq; gra-
uissimorum *DD. sub num.* 17. dicit, quòd
verbum, *hæres*, intelligitur, scilicet hæres
21 scriptus, prout declarauit *Rot.* apud Cre-
scent. vt supra, vnde idem esse dicit *Boer.* si
tempore testamenti filius, vel hæres erant
mortui, per *tex. in l. 3. ff. de adim. leg.* & al-
legat *Bart. in consil.* 38. incip. *Paulus Hu-
go*, qui plus voluit, scilicet quòd si filius,
cui compendiosè fuerat substitutum, mor-
22 tuus fuerit viuo patre, & posteà pater cas-
sauerit illud testamentum, & aliud fecerit
secundum, in quo institutionem hæredis
non fecerit, quòd substitutus in primo te-
stamento veniet ex vulgari comprehensa
in compendiosa, quoniam primum testa-
mentum fuit quòad legata tantùm irrita-
tum, sed non quòad substitutionem, per
tex. in l. milites §. veteranus ff. de milit. testa.
Nec conditio illa, *si sine liberis*, vltrà verba
illa, *si hæres erit*, dicit idem *Boer.* aliquid
operantur sub *num.* 19. quia conditio illa
23 adijcitur cum cõditione mortis, ob quod
non dicitur facta substitutio sub duabus
conditionibus, sed sub vna, scilicet mortis,
si sine liberis decesserit, & sic conditio illa
non refertur ad tacitã vulgarem contẽtam
in compẽdiosa, sed ad fideicommissariam.
24 Limitatur secundò supradicta prima
conclusio, quando institutus licèt antè te-
statoris mortem cum filijs decesserit, tunc,
inquam, locus non erit vulgari substitutio-
ni, *Oldrad. cons.* 139. *Specul. de testam. §.* 1.
in vltim. add. Ruin. consil. 93. *num.* 11. *lib.*
2. *Socin. Sen. consil.* 140. *col. pen. lib.* 1. *Socin.
Iun. cons.* 106. *num.* 4. & 21. *lib.* 1. *Bero. cõ-
sil.* 128. *num.* 9. & 15. *lib.* 2. *Alciat. consil.*
492. *nu.* 26. *Crauett. cons.* 62. *col.* 1. & *cons.*
283. *vers. respondeo, ante fin.* licet à multis
pro contraria opinione allegetur *Fab.
Turrett. de effect. & defect. claus. codic. q.*
51. *desect.* 19. *num.* 5. & *sequent.* & si secus
25 ibi dicat, si filij etiam instituti antè testato-
ris mortem decederent, sic quoque *Simon
de Prat. de interpret. vltim. vol. fol.* 270. *nu.*
17. & *fol.* 241. *num.* 63. *Menoch. lib* 4. *præs.*
65. *num.* 40. vbi hanc receptam esse senten-
tiam dicit, & latiùs *præs.* 89. *num.* 140. *d.*
lib. 4. *Odd. de compend. subst. par.* 5. *q.* 1. *art.*
5. quod pro absoluto firmat *Barry de suc-
cess. lib.* 3. *d. titul. de vulg. num.* 2. *post princ.*
Peregrin. de fideicomm. art. 34. *num.* 17. &
93. & *art.* 15. *num.* 18. & communem pro-
fitetur *Fusar. de substitu. q.* 31. *num.* 65. &
ante eum, *Zanch. in repet. l. hæredes mei, §.
cùm ita, num.* 54. *ad trebell.* vbi ampliat
etiam si hæc conditio, *sine filijs* esset posi-
26 ta in fine, cùm referatur etiam ad vulgarẽ
primo loco factam, & *Berous d. consil.* 128.
num. 9. & *seq. lib.* 2. inquit, hoc verum esse
27 vbi conditio esset expressa, secus verò si ta-
cita in materia *l. cum auus ff. de condit. &
demonstr.* cùm tunc per eorum existentiã
non expiret vulgaris, & ratio videtur fun-
dari, quia conditio, *si sine filijs*, dicitur vo-
28 luntaria, non autem necessaria ad actus
validitatem, & successiuè substitutio non
extenditur ad *tex. in l. cõmodissimè, ff. de li-
ber. & posth.* & notatur in *l. Gallus, §. & qui
si tantum, ff. eod.* prout tradidit *Socin.
d. consil.* 140. *lib.* 1. quem secutus fuit *Me-
noch. post Ruin. d. præs.* 65. *num.* 40. *in fine*,
& hoc videtur niti ratione, quoniam com-
pendiosa non est species separata, sed plu-
29 res sub vno vocabulo comprehendit, vn-
dè omnis substitutio sub eo contenta est
30 sub dicta conditione, *si sine liberis*, & sic
etiam vulgaris, quæ facta sub conditione,
si sine liberis decesserit, annullatur per
superuenientiam liberorum, ad *text. in l.
Lucius, la* 2. *in fin. ff. de hæred. instit.* filij
31 enim in conditione positi substitutum
excludunt, vt ibi, nam vt dicit *Seraphin. in
decis.* 409. *num.* 17. & *Ruin. consil.* 158. *nu.*
13. quòd propter substitutionem factam
si hæres sine liberis decesserit, filij positi in
conditione censentur substituti, licèt in
casu suo plura interuenerint.
32 Sed hæc limitatio suos habet contradi-
ctores, cùm nonnulli contrarium sentiant,
prout tenent *Paul. de Castro consil.* 152.
vol. 1. *Dec. consil.* 427. & 416. *in fin. vers.
vltimò non obstat*, Cuman. *cons.* 121. *Ful-
gos. cons.* 15. *Socin. Iun. cons.* 42. *cons.* 106. &
consil. 114. *num.* 28. *vol.* 1. *Alciat. consil.* 39
num. 4. *consil.* 59. *num.* 9. & *consil.* 88. *lib.* 9.
Mantua. cons. 146. *vol.* 2. *Rebuff. consil.* 123
sub num. 14. *Curt. Iun. consil.* 23. *col.* 3. *Ga-
briel. cons.* 109. *num.* 2. & 105. *num.* 5. *lib.*
1. *Decian. consil.* 1. *nu.* 87. & *seq. lib.* 1. *Me-
noch. cons.* 651. *num.* 8. & *seq. Polit. de vulg.
quæst.* 6. *num.* 11. & ratio ea esse videtur,
33 quia compendiosa semper fit sub istis ver-
bis, *si decesserit*, in qua continetur tacita
vulgaris in casu impotentiæ, vt si hæres
inca-

incapax esset, vt dixi, & tamen non expe-
ctatur, quòd hæres decedat, ergo sicut in
tacita vulgari contenta sub compendio-
sa non subintelligitur expressa conditio, *si*
decesserit, ità & quando cum dicto verbo,
si decesserit, esset apposita qualitas *sine li-*
34 *beris*, quia qualitas iuncta verbo intelligi-
tur secundùm tempus verbi, *l. in delictis, §.*
si extraneus, ff. de noxalib. l. Titius 35. de
milit. testam. & accessorium regulatur se-
35 cundùm naturam sui principalis, *cap. ac-*
cessorium, de reg. iur. in 6. & propterea ver-
ba, *si sine liberis decesserit*, referri debent
ad fideicommissariam, vel pupillarem cō-
36 tentam in compendiosa, in quibus obitus
est necessarius, vt optimè declarant *Paul.*
de Castr. & Dec. in locis citatis, & ità tennit
Rota apud Crescent. in d. decis. 1. aliàs 76.
de testam. pro qua opinione sic pro substi-
tuto decisum fuisse per grauissimos *DD.*
dicit *Peregr. de fideicomm. artic. 15. nu. 36.*
37 Quamuis hęc ratio apud me non sit ab-
sque difficultate, putarem forsan eam pos-
se substineri in casu à *Crescentio* relato, sci-
licet vbi hæres incapax esset, non autem
vbi viuo testatore decederet, quia data
pro vera opinione *Boer. in d. decis. 38. sub*
nu. 19. aliorumq; asserentium, qualitatē istā
38 *sine liberis*, morti, & non substitutioni esse
adiectam, intelligi debere, vbi obitus non
esset necessarius vulgari, vti in casu inca-
pacitatis, non autem vbi obitus esset cau-
sa vulgaris, quia hæres viuo testatore de-
cedat, tunc enim videtur dicendum, qua-
litatem illam morti adiectam tanquam ab
ea inseparabilem verificari debere, scilicet
quòd decedat absque liberis, quia mors
est illa, quæ aperit viam vulgari, sicut di-
cimus de fideicommissaria, per ea, quæ
idem *Crescent.* dicit de obitu necessario,
39 non enim dicuntur duæ conditiones, sed
vna, vt inquit ibi *Boer. d. nu. 19.* & idcirco
Peregr. de fideic. d. art. 15. nu. 37. ait, passum
40 hunc esse valdè difficilem, ob quod distin-
guendo resolutiuè concludit, quòd aut fi-
lij in conditione positi ob aliquam legiti-
mam coniecturam possunt videri vocati
vel ex consuetudine, vel ex obseruantia
iudiciorum in eo loco, quod de eis, prout
substituto iudicādum foret, & sic substitu-
tum excluderent, vt concludit *Gabr. cons.*
115. col. 3. lib. 1. reprehendendo *Curt. iun.*
aliter tenentem in *consil. 96.* Aut verò nō
essent dispositiuè vocati, sed successio in-
testati in illis bonis, filijs ipsis deuoluta fo-
ret, & tunc concludit, vim conditionis, &
votū testatoris, qui eos substituto prętulit,
multū prodesse filijs ad excludendū sub-
stitutum, vt censuit *Bald. cons. 254. Alciat.*
cons. 87 lib. 9. Socin. iun. consil. 106. num. 21.
cum seq. lib. 1. quam quoque distinctionem
notat *Menoch. lib. 4. præs. 89. nu. 154.* licèt
ibi dicat, receptam esse ab omnibus sen-
tiam, vocationem non præsumi ex testa-
mento, quam declarationem nullam ha-
41 bere difficultatem, vbi compendiosa fa-
cta esset filijs, secus si extraneis, dicit
Mart. de success. legal. par. 4. quæst. 31. art. 1.
num. 9. & antè eum *Mantic. de coniect. vl-*
tim. volunt. lib. 10. tit. 8 num. 3. Simon. de
Prat. de interpret. vltim. vol. fol. 270. num.
17. Rustic. ad l. cùm auus, lib. 1. cap. 12. ff. de
condit. & demonstr.
42 His tamen cessantibus potiorem sub-
stituti causam credidit *Peregrin.* pro quo
iudicatum fuisse retulit idem *Socin. iun.*
cons. 95. nu. 50. lib. 1. & hoc esse extra con-
trouersiam subdit idem *Peregrin. num. 39.*
vbi vltra substitutionem substitutus esset
coniunctus, nàm licèt ex substitutione ve-
nire non posset vti caducata per defectum
conditionis, caperet tamen vti cōiunctus
43 per ius accrescendi, ex *l. pen. in 2. respons.*
ff. de iniust. testam. & in art. 28. num. 13. &
15. ad intellectum *l. Lucius tl 2. ff. de hæred.*
inst. ponit differentiam inter extraneū in-
stitutum, cuius filij in conditione positi ab
intestato non succederent, quo casu con-
cludit cum *Dec. in consil. 242.* quòd si in
44 testamento aderat clausula codicillaris,
quòd tunc venientes ab intestato videan-
tur rogati restituere hæreditatem filijs ip-
sis in conditione positis, quos testator sub-
stituto prætulit, aliàs res reduceretur ad
causam intestati, quam opinionem sequu-
tus est Senatus apud *Thesaur. in decis. 60.*
& latiùs in *decis. 86. sub numer. 2.* sed hoc
vbi filij positi in conditione essent vo-
cati, vt in his terminis declarat *Turrett. de*
effect. & defect. claus. codicill. q. 50. defect. 32.
nu. 1. & 2. aliàs si non essent vocati, secus,
45 quāuis institutus esset filius, & nepotes es-
sent positi in cōditione, nam sequeretur, quod
per clausulam codicillarem positi in con-
ditione dicerentur vocati, quod negarunt
DD. in his terminis, quando institutus de-
cederet viuo testatore, existentibus libe-
ris, prout voluerunt *Io. Andreas ad Specul.*
tit. de testam. in vltim. addit. vers. 3. quæro,
Oldrad. consil. 139. Socin. sen. consil. 140. nu.
7. lib. 1. Dec. in l. precibus, nu. 18. C. de impub.
& alijs subst. Simon. de Prat. de interpr. vl-
tim.

tim.vol.licèt obscurè fol.105.nu.11.Mandell.consil.29.nu.9.Gabr.consil.129.nu 16.
lib.2. & post alios Fab. Turret. d.tract. de
effect.& defect.clauf.codicill.q.51, defect.19.
46 num.2.cùm clausula codicillatis non operetur vltrà mentem testatoris, vt ibi nu.3.
nisi aliæ concurrerent coniecturæ pro vocatione, de quibus latissimè doctissimus
Dominus meus Regens Hector Capyc. Latro in decis.1.

47 Tertiò limitatur prima conclusio, vbi
testator post conditionem illam si sine liberis decesserit, adieceerit verba, tunc, & eo
casu substituo, quoniam ob dictionem illā
videtur excludi vulgaris substitutio, quia
sunt adiecta dispositioni conditionali, propter quod denotant extremitatem temporis, ità vt prius conditio debet existere,
quàm dispositio aliquem effectum pariat,
l.1.§.fin.ff.de condit & demonstr.vbi Socin.
hoc notat, l.in substitutione,in fin ff.de vulgar.Bart.in cons.16.nu.4.par.2.Rol.consil.
56. num.18.& seq.vol.3. & consequènter
si institutus cum liberis nō decesserit post
mortem testatoris, nulla erit substitutio,
vt in puncto pro hac opinione ad substituti exclusionem triginta DD. authoritate firmat Fusar. de subst. q.32. num.35.&
sub num.36.vbi relata contraria opinione,
primam tenendam esse affirmat, addo
Mart.cons.127.nu.19. & de clausul claus.
88.p.3.ac Dominum meum Regent.Capyc.
Latro in dec.108. nu.15. & seq. asserentes,
48 dictionem istam esse restrictiuam,& taxatiuam ad casum expressum, & ob id non
extendi ad alium casum, sic etiam latè in
terminis Simon de Prat. de interpr. vltim.
volunt. fol.234.num.19. vbi infinitos pro
49 hac opinione colligit, dummodò ex
voluntate testatoris non appareat cogitasse effectum potius, quàm modum, sic
quoque Ludouis.decis.433. num.6. et decis.
295.num.5. vbi ponit differentiam inter
50 verba in euentum, in quem, et tunc, et eo casu, cùm illa non limitent, nec coarctent fideicōmissum, sicut illa, tunc, et eo casu, hanc
denique firmarunt Aldobr.consil.30 nu.11.
24. et seq. Honded. cons.49. num.48. lib.2.
Surd.consil.46.num.9 & ità fuisse in Rota
iudicatum dicit Beltramin. ad Ludouis. d.
decis.433.n.21.Sed limitatio ista non vide-
51 tur vndiquè tuta, cùm contrarium innumeri tenuerint, quos colligit idem Fusar.
d.q.31.nu.36.addo Barry de success. lib.3.
tit.de vulg.c.3.num.3.vbi dictione ista non
obstante pro absoluto cum Surdo hic pertransit, quia non dicitur restricta ad conditionem, nam cùm sit adiuncta compen-
52 diosæ, dicitur stare causatiuè respectu illius temporis, in quo substitutio compendiosa locum habere posset, videlicet antè
aditam hæreditatem, vel post aditam, vltrà quod, vt dicit idem Mart.d.claus.88.
nu.7.& seq. etiam si esset restrictiua, non
53 tamen excluderet casus similes, vt etiam
tradit Ruin.cons.203.lib.2. Natt.cons.675.
nu.12 Magon.decis.Flor.37.nu.31.Decian.
consil.1.num.148.lib.1.Gozad.consil.64. in
fin.Socin.iun.cons.181. nu.54. vol.2. Zanchus in l.haredes mei, §.cùm ità,par.8.num.
207.Surd.consil.236.num.46. & seq. Rol.à
Vall.cons.70.num.49. lib.3. & ita pluries
in Rota decisum testatur Beltram. in dicta
decis.Ludouis.433.nu.21. in fin. & Cassad.
in decis. 1.de testam.probat, quòd ista clausula non est exclusiua, nec taxatiua, sed de-
54 monstratiua rei, cui adijcitur, denotans
extremitatem in tempore, l.4.§.fin. ff.de
cond.& demonstr.prout cum hac opinione
latè concludit idem Mart.cons.20. nu.18.
sed latiùs idē D.Reg. Capyc.Latro in d. dec.
108.num.65.& seq.vbi ex mente Mantic.
Grauett.Fusar.Caball.Barz.Viu. & aliorum grauissimorum Doctorum inquit, quod
55 tunc extensio fieri non posset, vbi vltrà
dictionem istam adijceretur dictio tātùm,
& non aliter, nec alio modo, & Vinc. de
Franch.in decis 299.nu.5. dicit, dictionem
56 istam, tunc, & eo casu, nihil operari, maximè vbi constat de testatoris voluntate, sic
etiam Fusar.d.q.31.nu.38. & seq.

SVMMARIVM.

1 *Legatum tutori factum an dicatur ademptum, si testator adimat onus, & num.2. vbi distinctio* Authoris.

3 *Tutor ob non susceptam tutelam licèt amittat legatum, non tamen amittit substitutionem.*

4 *Rationes si duo extant, vna deficiente non propterea cessat dispositio, si altera sufficiens sit ad producendum effectum.*

5 Surdi *distinctio confutatur.*

6 *In vltimis voluntatibus inter modum, & conditionem non constituitur differentia.*

7 *Legatum an dicatur factum causa oneris, vel nè, ad coniecturas recurrendum est.*

8 *Testator reformando primum testamentum, quicquid in eo continetur, censetur repetitum in secundo, quando id non reperitur expressè reuocatum.*

Amplia, etiam si essent contracta inimicitia

inter

inter testatorem, & legatarium, num. 10. & 11.

9 *Fideicommissum non dicitur reuocatum per institutionem alterius haredis.*
Contrarium, nu. 14.
Pro prima opinione, nu. 15.

12 *Adempta substitutione in codicillis facta de patre non censetur adempta substitutio de filijs, etiam inimicitia contracta cum patre, si de filijs nihil dictum sit.*

13 *In dubio pro testamento non expressè reuocato iudicandum est.*

DECIS. XXXVIII.

Tota controuersia huius quæstionis videtur dependere à *text. l. Nesennius, ff. de excusat. tut.* & ab *authent. hoc amplius*, C. *de fideicomm.* & à *§. his omnibus, auth. de hared. & falcid.* sibi ad inuicem contrarijs.

Nam per *tex. d. l. Nesennius* clarè patet,
1 quòd si legatum non fuerit relictum contemplatione oneris, tunc per recusationē, vel non admissionem ad illud onus legatū non amittitur.

Ex *text.* verò *d. Auth. hoc amplius, & d. § his omnibus* generaliter habetur, quòd quocunque respectu testator aliquid reliquerit alicui, si eius voluntati minimè deferatur, siuè in dando, siuè in faciendo cōsistat, priuatur legatarius, vel hæres relicto, quod etiam habetur in *text. §. si quis verò non implens, d. auth. de hared. et falcid.* & hoc tanquam commune sequitur *Rom. in consil.* 235. *et cons.* 207. *vers. sed ad hoc*, respondent multi pro hac opinione apud *Authorem* nostrum in eius *tract. de aliment. tit.* 8. *priuil.* 25. *num.* 4. sic etiam *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 154. *num.* 7. *Cancer. in lib.* 1 *var. resolut. cap.* 7. *tit. de tutor. nu.* 42.

Tamen quicquid sit de hac quæstione, quoad me non recederem à prima opi-
2 nione, & sic à dispositione *d. l. Nesennius*, scilicet si ex coniecturis possit cognosci, quòd tale relictum non fuit causa finalis oneris tutelæ, sed alterius causæ, vtputa quia erat sanguine coniunctus, vel alia causa, ob quam quis esset relicturus, & tunc per ademptionem tutelæ non censeretur quoq; ademptum legatum, prout *Gutier. in eius tract. de tutel. par.* 1. *cap.* 22. examinando per extensum hanc quæstionem concludit pro distinctione *d. l. Nesennius*, respondendo *d. auth.* subdens, dum namque videretur, quòd ligatę essent manus testatoris, quominus posset de suo ad libitum disponere, & sic quando appareret, tale legatū fuisse factū ex sanguinis cōiūctione, vel ex altera causa, & pro hoc adducit *tex. in l. amicissimus, ff. de excus. tu-*
3 *tor.* vbi tutor ob nō susceptā tutelam licèt amittat legatum, quod factum est ratione oneris tutelæ, non tamen amittit substitutionem, ad quem addo *text. l. tutor petitus §.* 1. ibi *eum iudicium patris, vt filius non vt tutor promeruit, ff. de excusat. tutor.* vbi etiam *glos. in vers. remuneranda*, hanc quoquè vltimam opinionem sequuti sunt *Grat. in tom.* 2. *discept. forens. cap.* 248. *num.* 39. & noster *Author de aliment. d. priuil.* 25. & infiniti ab eis relati, pro qua videntur facere notata per *Marc. Mant. in singul.* 392. ac per nostrum *Authorem in decis.* 62. *num.* 31. vbi si ex duabus rationibus legis
4 vna cessaret, non propterea cessat illius dispositio, quādo illa, quæ remanet sit sufficiens ad producendum effectum, prout diximus in *decis.* 104. quòd transactio facta ab aliquo tanquam coniuncto, qui licèt non esset coniunctus, non per hoc illa cēsetur facta causa sanguinis, & sic esset nulla, si alia posset sumi coniectura, per quam firma remaneret.

5 Nec opitulatur distinctio *Authoris* hic, an onus per fideicommissum, vel per modum, vel per conditionem adiectum sit, quasi quòd vbi per fideicommissum, vel modum adiectum sit, censeatur ademptū legatum, at si per conditionem secus, quia legatum fieret purum, prout distinctionē istam amplexi quoquè sunt *Mant. de coniect. lib.* 12 *tit.* 2. *nu.* 27. *Peregr. de fideicom. art.* 16. *num.* 158. *Menoch. lib.* 4. *præs.* 169. *Galganett. de condit. & demonstr. part.* 1. *cap.* 1. *quæst.* 61. & 72. *Barry de success. lib.* 9. *tit. de adempt. leg. cap.* 21. *nu.* 6. quoniam in vltimis voluntatibus hæc distinctio in-
6 ter modum, & conditionem paruæ considerationis esse videtur, nam siuè sit modus, siuè conditio, semper causa finalis dispositionis esse dicitur, vt in puncto sic determinasse Senatum dicit *Faber in suo Cod. lib.* 6. *tit.* 22. *definit.* 2. & *tit.* 23. *definit.* 5. & propterea non est recedendum à distinctione à nobis relata, scilicet an legatum
7 factū sit occasione oneris, vel ex alia causa, & sic recurrendum est ad coniecturas, vt optimè *Crauett.* omninò videndus *in consil.* 59. qui hunc passum latè explicat.

Circa id etiam, quod notat *Author* hic, an-

an testator reformando primum testamē-
8 tum, quicquid in eo continetur censeatur repetitum in secundo, quando in illo non reperitur expresse reuocatum, adde quòd eiusdem opinionis nostri *Authoris* hic fuit *Mart. de success. legal. par 4 q.18. art. 11. num.18.19. & seq.*& latè *Fusar. de substit. q.451.nu.9.* ubi fideicommissum non dici-
9 tur reuocatum per institutionem alterius hæredis, & hanc uetiorem esse existimat,
10 quod ampliatur, etiam si essent contractæ inimicitiæ inter testatorem, & legatarium, per quam ademptio legati facta præsumitur, *l. 3 §.vltim. ff. de adim.leg.l.inimicitia, ff. de his,quib.vt indig.& in vtroq; loco glos. & Bart.* cœteriq; *DD. D.Reg Galeot. lib.1. controu. illustr. cap.38. num.64.*
11 quoniam si in secundo testamento, uel in codicillis nonnulla aliqua legata ex illis tacitè reuocatis expresse reuocasset, tunc illa, quæ expresse non reuocauit, censetur confirmasse, & ideò præstanda esse dicit *Petrasanct. sing.5.in princ.* quē in specie sequitur *Menoc.lib.4.præs.170.nu.4.* dicens, quòd cùm testator expresse reuocauerit aliqua, & aliqua non, satis manifestè apparere dicatur de mēte ipsius testatoris, quod noluerit reuocare quæ expressim non reuocauit, iuxtà regulam *l. cum prætor,in princ. ff.de iudic.* quod etiam firmauit *in consil.499. num.20. lib.5.* sic etiam *Barry de success. lib. 9. tit. an inimicitiis reuocetur legatum,cap. 31.n.3.* latiùs quoque *Peregr. de fideic.art.18.nu.33. & 34.* ubi si in testamento duæ adessent substitutiones, altera
12 patris, & altera filij, licèt in codicillis adēpta fuerit substitutio de patre, & de filiis, nihil dixerit, ea ademptio non erit proferenda ad filios, non obstante inimicitia cū patre contracta, cùm nostrum non sit extendere scripturam, *l. comparationem, C. de fid. instrum.*& facit *text.in l. alumna, §. qui filios, ff. de adim.leg.* ubi non intelligitur, testatorem recessisse à dispositis in testamento, nisi in partibus reformatis, tantò magis, quia in re dubia, subdit *Peregrin.*
13 pro scriptura testamenti non expresse reuocata, tutius, ac æquius sit inclinare, & uide quæ scripsi in *decis.41.*
14 Et si contrarium firmauerit idem *Menoch.in consil.1020. dub.3. nu.24. vsque ad finem*, ubi dicit, idem sensisse *Socin.iun. cons.69. num.30. & seq.lib.4.* uult enim ibi *Menoch.* quòd si testator uelit reformare primum testamentum, quòd satis dicatur reformatum, & reuocatum respectu substitutionis, & fideicommissi alio instituto
15 herede, quamuis de substitutione, & fideicommisso nihil dictum sit, cuius opinionē impugnat *Fusar. qui supra*, sed de ueritate huius dubij pro nunc non insisto.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta vendendo ius suum, & meliorationes potius cogitur vendere Domino, quàm alijs.*
Amplia, etiam si Dominus concurreret cum censuario, vbi decisio num.2.
Amplia, quamuis non esset ampliùs Dominus, num.7.
3 *Dominus præfertur vicino in iure congrui, etiam si concessio esset facta cum potestate affrancandi in pecunia, vbi decisio Sacr. Consil.*
4 *Dominus directus non præfertur in concessione ad emphyteusim affrancabilem contra vicinum petentem admitti iure congrui, quando verisimiliter non vellet pro se, sed pro alio.*
5 *Vicinus non potest vti sua prælatione congrui pro suo consanguineo.*
Intellige, num.6.
8 *Descendentes emphyteuta finita emphyteusi sine eius culpa ob lineam, vel generationē finitam debent præferri extraneis in renouatione, & si eis non renouetur, possint appellari.*
Amplia, etiam si essent transuersales, nu.9.

DECIS. XXXIX.

INter alia dicit *Author* hic, quòd em-
phyteuta vendendo ius suum, &
1 meliorationes, potest cogi vendere porius Domino, quàm alijs, per *text. l. fin. C. de iure emphyt.* prout etiam tenet *Tusc.in 3.tom. conclus.209. lit. E.* etiam si Dominus concurreret cum censuario, cū
2 ipse semper præferendus sit, vt fuisse decisum in Rot. refert eademmet *Rot. in recentior. par.1. decis.571. nu.2. Cancer. in lib.1. var. resolut. cap.11. tit. de emphyteus. nu.51. cum seq.* sic etiam decisum refert *Vincent. de Franch. in decis.610.* subdens, etiam si concessio rei emphyteuticæ esset facta cū
3 potestate affrancandi, nihilominus præfertur vicino in iure congrui.

Secus tamen esset si directus Dominus peteret præferri in concessione facta ad emphyteusim affrancabilem contra uicinum petentem admitti iure congrui, nam
4 tali casu directus Dominus erit exclusus à prætensa prælatione, prout decreuit Sacrū Re-

Regium Consiliũ in causa Ill. Marchionis Villæ, qui dum egisset contra Io. Leonardum Coppulam ad relaxandum iure congrui quandam domum in emphyteusim affrancabilem illi concessam à Doctore Roberto Genuense, subintrauit in iudiciũ prædictus Robertus petendo præferri, & tandem per dictum Sacr. Consil. fuit exclusus, & prædictus Marchio admissus iure congrui, sub die 9. Ianuarij 1617. patrocinante Dom. meo Francisco de Petris, penès Mondellum, cùm prælatio non habeat locum in prima concessione, ex ea enim non soluitur laudemium, sed in secunda, & sic quando primus emphyteuta vellet alteri vendere, vt ex *d. l. fin. Franch. d. decis.* 610.

Sed intellige supradictam conclusionẽ, quando Dominus vellet rem pro se, & non pro alio, vt ex *decis. Guid. Pap.* 411. & sic etiam voluerunt *Freccia de subfeud. lib. 2. author.* 38. *Pont. decis.* 3. *numer.* 28. *Tusc. dicta conclus. numer.* 4. sic decisum refert post alios *Giurba in decis.* 51. vbi etiã subdit, quòd neque pro consanguineo vti potest sua prælatione, & sic semper fuisse decisum, contra ea, quæ dixit *Boer. in dec.* 139. cùm tale priuilegium sit personale, vt nec cessionario competat, vt per nostrum *Authorem in cons.* 105. *num.* 22. *Grat. tom.* 1. *discept. for. cap.* 117. *num.* 17. *Cancer. lib.* 1. *variar. cap.* 11. *tit. de iure emphyt. num.* 48. *Gaill. lib.* 2. *obseruat.* 19. *num.* 10. quod intellige, quãdo à principio Dominus peteret præferri, vt alteri cederet, secus si ex post facto mutata opinione, pro alio vellit, vel quãdo vendat alteri maiori pretio, vt cũ his declarationibus intelligunt, & declarant *Guid. Pap. Frecc. in locis* citatis, & *Vinc. de Franch. in decis.* 216. *circa fin.*

5

6

Verùm primam conclusionem Ego extendo, quamuis non esset ampliùs Dominus, ità vt res libera remaneret in posse emptoris, per ea, quæ dixit *Roman. in consil.* 22 *num.* 5 *circa finem*, per *tex. l. fin. C. de iur. domin. impetr.* vbi ait, quòd si creditor esset effectus Dominus rei sibi pignoratæ ex gratia Principis, & velit rem illam vendere suo debitori, cuius primò res illa fuerat, pro æquali pretio vendere cogitur, etiã suis hæredibus, & successoribus, & ibi *Mandos in verbo communis*, & pro hoc videntur facere notata per *Bart. in l.* 1. *in fin. ff. de priuileg. credit.* & in *l.* 1. *§. permittitur ff. de aqua quot. & æstiu.* & in *l. si mihi, & Titio ff. de verb. obligat. num.* 7. cum alijs per *Tusc. in consl.* 216. *num.* 2. vbi emphyteusis

7

8

finita cursu temporis, vel propter lineam, vel generationem finitam, sine culpa emphyteutæ, & eius descendentes concurrerent cum extraneis, quòd tales descendentes possunt petere renouationẽ, & præferri extraneis, adeò vt si eis nõ renouetur, possint appellare propter talem iniuriam, & hoc extenditur etiam ad trãsuersales, nam par est ratio, cùm idem sanguinis ius consideretur in eis, quod in descendentibus, argumento *l. maximum vitium, C. de liber. præter.* & pro hac cõclusione faciunt quoquè *tex. in l. iubemus, C. de aduoc. diuers. iudic. & l. si emptionem ff. de minorib.* vbi *glos. in verbo maiorum.*

9

SVMMARIVM.

1 *Successor ex Iudicis sententia tenetur stare colono, si tamen successit ex persona, & iure prædecessoris, non autem per priuationem, & extinctionem iuris, secundùm vnam distinctionem.*

Sed refertur alia distinctio, num. 4.

Contrarium, num. 2.

Intellige, num. 3.

5 *Retentio non competit conductori alicuius rei litigiosæ pro impẽsis, & meliorationibus in ea factis.*

Sed contrarium, num. 6.

DECIS. XL.

Qvamuis magna sit controuersia DD. an succedẽs ex Iudicis sententia teneatur stare colono, tamen communis est opinio, quòd quando non succeditur ex persona, & iure prædecessoris, sed per priuationem, & extinctionem iuris, quòd tunc successor non teneatur stare colono, prout *Ossct. in decis.* 81. *nu.* 2. *& decis.* 156. *nu.* 14. *Barbos. in l. si filiosfamilias, §. final. num.* 10. *ff. solut. matrim. Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 5. *tit.* 12. *num.* 9. *Parlador. in lib.* 2. *rer. quotid. cap. fin. part.* 4. *§.* 5. *nu.* 11. *& seq. Tusc. lit. L concl.* 418. *num.* 31. *&* 60. *Vinc. de Franch. in decis.* 216. *num.* 5. *Grat. tom.* 1. *discept. for. cap.* 37. *num.* 6. *Cancer. lib.* 1. *variar. resol. cap.* 14. *tit. de locat. nu.* 21. Ex qua ratione concludit *Author hic*, conductorem etiam pro illo anno, quo seminauit, non posse in re cõducta permanere.

1

Sed in contrarium videntur facere notata per me in *decis.* 33. vbi quòd successor in beneficio pro illo anno inchoato, si terræ essent laboratæ, & seminatæ, tenetur sta-

2

re colono, & tamen verum est, quòd talis successor Ecclesiasticus in locum alterius succedit per priuationem, quia ius antecessoris per mortem extinguitur, *cap. sicut 7. quæst. 1.* & sic succedit ex persona sua, & consequenter non obligatur ex facto antecessoris, vt in *cap. vlt. ne prælat. vic. suas, & l. si quis domum, §. his subiungi potest ff. locati*, sic quoque hoc tuetur *Mantic. de tacit. & ambig. tit. 12. num. 9.*

Tamen respondetur, quòd diuersus est casus iste, in quo locatio facta à prædeces-
3 sore non fuit facta in fraudem, cum plenū dominium in re conducta habebat, licèt eius morte extinguebatur, quæ incerta erat; vnde succedens in eo, tenetur stare colono, ex quadam æquitate, vt notat *Franc. Marc.* quem etiam allegat *Author hic, num. 2.* sed non præcisè, scilicet cum eisdem pactis, & conditionibus in locatione prædecessoris appositis, vt latè dixi in dicta *decis. 33.* quod non est in casu huius nostræ decisionis, in qua supponitur, locationem fuisse factam in fraudē, & sic post litem motam, quo casu succedens ex Iudicis sententia non tenetur stare colono, & illum expellere potest, vt ex *glos. & text. l. in venditione, §. 1 ff. de bon. author. Iudic. poss. Abb. in cons. 108. in fin. Author in decis. 172. num. 9.* & proindè cōmunis distin-
4 ctio videtur esse illa, quòd quando locatio est facta antè litem contestatam, & ab habente plenum dominium in re, tunc succedens etiam ex sententia ei stare tenetur, prout pulchra est *decisio* illa *Vincent. de Franch. 216.* sic etiam voluerunt *Cancer. Mantic. Gratian.* & omnes alij citati *DD.* aut post litem motam, vel ab non habente dominium, & tunc secus, licèt *DD.* dicant,
5 quòd in hoc casu neq; tali conductori pro impensis, & meliorationibus in re conducta factis competat retētio, vt notant *Caroc. de locat. & conduct. cap 19. par. 3. nu. 7. Sebast. de Medic. de compens. 1. par quæst. 22. Molign de retent. quæst. 280. circa finem.*

Sed in contrarium, quamuis esset malæ
6 fidei possessor, tenent *Capyc. in dec. 17. Beneint. decis. 77. Author in cons. 184. num. 46. vol. 2. & cons. 333. num. 32. vol. 2. Garz. de expens. & meliorat. cap. 7. num. 2. cum seq. Castil. de vsufruct. cap. 57. num. 17. Cotta de remed. subsid. remed. 12. num. 7. Vinc. de Franch. in decis. 112. & 527.* cùm esset locupletari cum aliena iactura.

SVMMARIVM.

1 *Filius odiosi, vel exhæredati comprehēditur in generali substitutione.*
Amplia, quamuis inimicitia peruenerit ex culpa testatoris, num. 4.
Contrarium num. 2. & 7.
3 Cæsar Manent. in cons. 115. *confutatur, sed defenditur num. 7.*
5 *Hæres habens facultatem eligendi non potest eligere personam testatori odiosam. Intellige, num. 6.*
8 *Adeptio substitutionis facta de patre non porrigitur ad filios, quamuis substitutio esset facta de patre, & filijs.*
9 *Testator non præsumitur à dispositis in testamento recessisse, nisi in partibus reformatis.*
10 *Delictum patris in feudalibus nocet filijs.*

DECIS. XLI.

Contra hanc decisionem specialiter de eademmet causa, ac inter easdē personas consuluit *Cæsar Manent.* prout in eius *cons. 115. lib. 2.* impressō post suas decisiones in fauorem D. Vincentij Andriasi, quem Senatus pronunciauerat non comprehendi in generali substi-
1 tutione tanquam filium odiosi, & exhæredati, respondendo ad omnes obiectiones latas per *Authorem* hac decisione.
2 Verùm videtur non esse recedendum ab opinione nostri *Authoris hic*, quia *Cæsar Manent. in d. suo cons.* fundat eius opinionem in eo, quòd dispositio *d. l. Lucius la seconda, §. Lucius Titius ff. de leg. 2.* procedat solùm quādo dispositio in alijs personis non odiosis verificari possit, ex *Paul. de Castr. in d l. Lucius*, in illis verbis: *sed satis est, quòd possit verificari in alijs nō odiosis*, qui *Castr.* per ista verba nō se refert ad dispositionē principalem *text.* sed ad adiectiuū *omnibus*, ea ratione, quia qui dicit omnes, nullū excludit, & sic ratio decidēdi fuit, quod satis est, quòd omnes cōtineantur, qui non sunt odiosi.
3 Sed ex hoc non erit bona illatio, ergo quando nulli alij supersunt, ille *text.* non procedat, hoc, inquam, ex illo *text.* nō colligitur, prout latè contra *Manent.* intuetur *Marta de success. leg. part. 4. quæst. 30. art. 7. num. 20 & seq.* subdens, eius opinionem esse vanam, & sine authoritate, & similia per eum allegata non esse ad propositum, cùm aliud sit excludi à dispositione hominis, & aliud includi sub dispositione legis, tantò

tantò magis, quia contra eum stat communis opinio *DD.* prout pro *Surdo hic* firmant *Alex. Raud. decis. Pisan. 37. num. 291. Peregrin. de fideicommiss. art. 22. num. 99. & seq.* diffusè *Fusar. de substit. quaest. 317. per tot.*

Sic etiam supradictam opinionē *Surd. hic* sequitur *Ioseph. Ludouic. in conclus. 14. col. 10. vers. declaratur tertiò*, vbi etiā hoc
4 esse ait, quando inimicitia peruenerit ex culpa testatoris, subdens, hanc esse veriorē, & magis communem, quam veriorem existimat *Simon de Praet. de interpr. vltim. volunt. fol. 59. num. 14.* & sequitur *Marta de success. leg. d. art. 7. num. 23* dicens, hanc distinctionem non esse admittendam in vltimis voluntatibus, in quibus sola voluntas attenditur, in quo pro absoluto pertransit *D. Regens Galeota lib. 1. controuers. illustr. cap. 38 num. 65.* & hoc extenditur etiam in
5 haerede habente facultatem eligendi, cùm non possit eligere inimicum, & odiosum testatoris, dicit *Socin. sen. in l. vtrum, §. cū quidam ff. de reb. dub. Alex. Raudens. d. decis. 37. num. 291. Simon de Praet. de interpr. vltim. volunt. fol. 59. nu. 10. Fusar. d. quaest. 317. Marta d. art. 7. num. 23.* quidquid dixerit *Padill.* per illum *text. in l. cùm quidam 24 num. 14. & 15. ff. de leg. 2.* quando
6 facultas eligēdi esset data cum verbis, *quibus voles*, cuius etiam opinionis fuit ibi *Paul. de Castr.* qui respondet *d. l. Lucius, §. Lucius Titius*, & sequitur *Manent. in d. cons. 115. num. 17.*
7 Attamen pro *Caesare Manente* facit *decis. V inc. de Franch. 169.* vbi fuit iudicatū, filium odiosi nō esse excludendum à substitutione, à qua pater fuerat exclusus, quod etiam pro filijs consuluit *Ruin. cons. 122. num. 7. lib. 2. Cephal. cons. 282 per tot. Port. Imol. cons. 54. num. 44. & cons. 55. nu. 107.* quorum opiniōnē disputato articulo veriorem existimat *Peregrin. de fideicommiss. artic. 18. à num. 26. vsque ad num. 29. & nu. 30. vers. contrà verò*, vbi etiam allegat *d. decis. de Franch.* quem ipse etiam sequitur, dicens, hanc opinionē magis sibi constare, & signanter in iure quaerendo, nondū realiter quaesito, respectu cuius pater non potest eius facto, aut delicto filijs praeiudicare, & respondet regulae illae, quòd vna persona, & quae ab ea deriuantur sint exclusae, & demum *num. 34.* concludit, quòd etiam orta inimicitia inter testatorem, &
8 legatarium, ob quam testator in codicillis ademerit substitutionē de patre, & tamen de filijs nihil dixerit, tempore, quo substitutio etiam de filijs facta esset, quòd ea ademptio non erit proferenda ad filios, quamuis substitutio de patre, & filio esset facta ordine successiuo per vulgarē, vel per fideicommissariam, quia benignius est, ex tacita voluntate nō inferri ademptionem filiorū, cùm expressè faciat cessare tacitū, *l. cùm ex filio, §. 1. de vulgar.* vndè cùm testator codicillādo prae oculis habuerit substitutionem de illo patre, & filio in testamento suo factam, dum reuocat substitutionem de patre, & de filio nihil dicit, videtur poenituisse prioris voluntatis quoad patrem, non quoad filium, de quo nihil dixit, tantò magis, quia tutius, ac aequius sit inclinare pro scriptura testamenti in re dùbia, & facit *text. in l. alumna, §. qui filios ff. de adim. leg.* vbi non intelligitur testato-
9 rem à dispositis in testamento recessisse, nisi in partibus reformatis, quidquid sit in feudalibus, in quibus delictum patris in
10 dominum nocet filijs, ex particulari lege sancitum, vt notat *Iacob. & Isern. in cap. 1. si vasall. culp.*

SVMMARIVM.

1 *Via publica quaenam dici possit, & quae ad eam requirantur, & quomodo probetur, remissiuè.*
2 *Venditio si sit facta cum ea expressione, à tali via vsque ad talem viam, vel à tali domo vsque ad talem domum, an domus, vel via comprehendatur in venditione, si sit in dominio venditoris.*
3 *Via publica quod sit Principis, quomodo intelligatur.*
4 *Vicarius Regis non potest dare licentiam aedificandi in loco publico.*
5 *Cognitio delictorum in vijs publicis factis spectat ad Regē, et cumulatiuè ad Baronē.*

DECIS. XLII.

1 AD hanc decisionem quaenam dici possit via publica, & quę ad eam requirantur, & quomodo probetur, latissimè *Mascard. de probat. in conclus. 1411.* & meliùs *Barz. in*
2 *decis. 156.* vbi etiam quaeritur, quid si venditio sit facta cum expressione, à tali via vsque ad talem aliam viam, vel domum, an in dicta vēditione via, vel domus comprehendatur, & tamen concluditur pro affirmatiua, si sit de dominio venditoris, ex quo dictio *vsquè* comprehendit terminū terminatum.

I Et

Et circa id, quod quæritur à nostro *Authore hic*, quod via publica solùm sit Principis, licèt quòd vsus sit publicus, nec alienari possit iniussu Principis, Adde *D. Horatium Montanum* doctiss. nū I.C.& præceptorem meum in eius perspicacissimo *tractatu de regalib. vers. via publica, fol.* 52. vbi more suo ostendit, viam publicam licèt dici posse de regalibus, & successiuè esse Regis, hoc tamē intelligi debeat quòad protectionem, non quòad proprietatē, & dominium, sicut & cætera regalia, ob quod non datur interdictum illud, *nè quid in loco publico* pro rebus fiscalibus, cùm pro bono regimine spectet ad Regem facere vias securas, & aptas ad transeundū, & sic licitè exigit pedagia à transeuntibus, vt viæ prædictæ sint securæ & aptæ ad trāseundū. ob quod *D. Thom. secunda secundæ, quæst. 62. tit. 7.* ait, quòd latrocinia Regni debet Rex emendare, quia non custodiuit, est autem hæc protectio satis Regi fructuosa, quia ob securitatem illuc magis confluunt Mercatores cum mercibus, vnde & Regnum in diuitijs crescit, & Dohanæ

4 Regiæ augentur. Vnde Vicarius Regis nō potest dare licentiam ædificandi in loco publico, quamuis Rex cum causa posset, & non absquè causa, vt docet idem *Montan.* quia viæ publicæ sunt immediatè sub protectione Regis, & ideò de regalibus, ex qua immediatæ protectionis Regis ratione cognitio delictorū in vijs publicis factis spectat ad Regem, eiusque Officiales,

5 dicit *Cassan. in Cathalog glor. mund. par.* 5. *consid.* 24. *num.* 2. idque cumulariuè ad Baronem, prout etiam explicatum fuit per *Reg. Pragmat* 5. *tit. vbi de delict. quis cognosc. debeat*, & sic de alijs, & similibus in hoc concernentibus tradit diffusè idem *Montan.*

DECIS. XLIII.

De hac quæstione latè dixi in *decisione* 277.

SVMMARIVM.

1 L. creditoris arbitrio ff. de distract. pignor. *per quam datur electio creditori, quomodò, & quando procedat.*

Limita in muliere agente pro assecuratione dotis, cùm possit agere tam super feudalibus, quàm burgensaticis, num 4.

2 *Creditor si obtinuit sententiam super vno corpore, non potest deindè variare super alio corpore, iuxtà* text. d. l. creditoris arbitrio.

3 *Creditor, qui sequestrauit bona relaxata suo debitori, si deindè alia sequestrentur ab altero creditore posteriori, non potest ad illa primus creditor venire.*

5 *Ius offerēdi non habet locum aduersus mulierem agentem pro assecuratione dotis.*

6 Text. l. 2. C. de pignorib. *declaratur.*

DECIS. XLIV.

Qvamuis vera sit illa conclusio, de qua noster *Author hic*, quòd quis non possit vti generali obligatione bonorum, & sic agere ad bona generaliter obligata, sed solū ad

1 specialia, nisi adesset clausula, quòd specialitas non deroget generalitati, per quā datur electio creditori, iuxta *text. l. creditoris arbitrio ff. de distract. pignor.* prout tenet *Statil. Pacif. de Salutan. interd. cap.* 3. *insp.* 8. 3. *n.* 47 sic quoq; decisum refert *Castill. in dec. Sicul.* 98. & ibi multa ad cōprobationem in *Additionibus, & Vincent. de Franch. in decis* 5. *Put. decis.* 38. *in fine, Pedem. decis.* 158. *in fine, Gratian. in tom.* 1. *discept cap.* 8. *nu.* 28. *& tom.* 3. *cap.* 593. *nu.* 5. & plenè *Alexand Trentacinq. in lib.* 3. *var. resolut. tit. de pignor. resol.* 5. tamen tale arbitrium debet esse regulatū, scilicet quòd non possit creditor agere ad rem, quæ possidetur per tertium possessorem, quando inutilis sequeretur circuitus (qui euitādus est, prout semper nostrum S. C. in causis euitat) si ex alijs bonis penès debitorem existentibus possit sibi satisfieri, vel agere super aliquo corpore, si ex fructibus creditum suum consequi possit, vel quando nō esset consultum alijs creditoribus, veluti si ageret ad bona allodialia in præiudicium creditorum absque assensu, dum posset ei esse consultum super feudalibus, prout sic iudicatum refert *Minad. in dec.* 13. sic etiā *Anna in alleg.* 141. *Anna filius in cons.* 63. *et* 76. *de Pont. de pot. Proreg. tit. de assens. Reg. super dot. n.* 38. *Gamma in dec. Lusit.* 40. nouissimè post multos *Amat. in cons.* 95. qui refert sic decisum per Regium Collaterale Consilium, prout ità quoque iudicauit Senatus Mantuanus, teste *Manent. in decis.* 62. *num.* 5. sic etiam ad præsens obseruat Sacr. Consil. hinc est, quòd si talis creditor obtinuisset sententiam super aliquo corpore, non posset deindè variare, & agere

2 super alio corpore, nè authoritas Prætoris sit clusoria, contrà *text. l. si Prætor* 75 *ff. de iudic.*

iudic. prout ſic punctualiter deciſum refert
Capye. in deciſ. 33. ac iterùm in *deciſ.* 46. *nu-
mer.* 6. ſic quoque docuit *Bart. in l. eum,
qui certarum* 138. *§.* 1. *num.* 4. *ff. de verbor.
oblig* prout in facti contingentia iudicauit
Sacrum Conſiliũ in cauſa Coſmi Buſdra-
ghi Lucenſis contra Gulielmum Meluc-
cium, referente Reg. Conſ. Petro Antonio
Carauita, Actuar. de Martino.

Sic etiam dicendum de creditore, qui
ſequeſtrauit bona ſui debitoris, eidemque
relaxauit, ſi deindè alia ſequeſtrentur ab
3 altero creditore poſteriore, quòd nõ poſſit
ad illa primus creditor agere, vt ſic deciſũ
in Senatu refert *Manent.* in citata *deciſ.* 62.
licèt ipſe hoc intelligat in caſu, quo non
eſſet obtentum ſequeſtrũ, iuxtà terminos
iuris communis, aliàs ſecus, vt ibi.

4 Verùm ſupradicta limitantur in mulie-
re agente pro aſſecuratione eius dotis, in
ea, inquam, arbitrium non poteſt eſſe re-
frenatum, cùm habeat electionem tàm ſu-
per burgenſaticis, quàm feudalibus, vt latè
Reg. de Ponte in conſ. 124. vbi etiam con-
5 cludit, non habere locum ius offerendi, &
conſ. 126. *num.* 2. *&* 21. *lib.* 2. *& Vinc. de
Franch. deciſ.* 54.

Et circa limitationes poſitas per *Autho-
6 rem ad l.* 2. C. *de pignor.* nota, quòd diſpoſi-
tio *d. l.* procedit inter primum, & ſecundũ
creditorem tantùm, non autem reſpectu
tertij poſſeſſoris, is enim non põt creditori
opponere, quòd cùm habeat ſpecialẽ hy-
pothecam, debeat ad eam recurrere, & di-
mittere poſſidentẽ rem generaliter obliga-
tam, ſed poterit, prout vult, agere, ità ex
mente *gloſ. d. l.* 2. *verſ. interim, & Salycet.
ibi num.* 2. aliorumq; *DD* declarat *Fab. de
de Anna in conſ* 93. *num.* 21. *lib.* 2. ſic etiam
Alexand. Raud. de analog. lib. 1. *cap.* 33. *n.* 5.
pag. 304.

S V M M A R I V M.

1 *Datio inſolutum vltrà debitam quantita-
tem an, & quando veniat vnà cum fru-
ctibus reſtituẽda, affertur diſtinctio* Au-
thoris.

*Et quando pro parte debita ſubſtineatur,
num.* 5.

2 *Vtile per inutile in indiuiduis vitiatur.*

3 *Mala fides inducitur ex datione inſolutum
per Iudicem facta vltrà debitam quanti-
tatem.*

4 *Retentio rei inſolutũ data an detur pro ve-
ra quãtitate debita, ſi datio nulla fuerit,
tanquam vltrà ſummam debitam.*

6 *Error iuris excuſat quem à fructibus.
Intellige, num.* 7.

8 Surd. & Cacheran. *concordantur.*

9 *Datio inſolutum ſi reſcindatur, ex quo va-
lebat plus debito, an reſcindatur, vt ex
nunc, vel vt ex tunc.*

10 *Creditor an poſſit offerre, quòd plus valet
datio inſolutum, & interim habeat ius
retentionis.*

D E C I S. XLV.

DAtionem inſolutum nullam eſſe, &
cum fructibus reſtituendam, ſi illa
ſit facta vltrà debitam quantitatẽ,
concludit *Author hic* per *tex. in
l. ſi non ſortem, §. ſi centum,* vbi *Bart. ff. de
1 condit. indeb.* verùm circa hoc diſtinguen-
dum eſt, quòd aut datio inſolutum eſt fa-
cta à Iudice præuio decreto adiudicatio-
nis, aut à parte ex conuentione, ſi eſt facta
à Iudice, benè procedunt notata per *Au-
thorem hic*, & ratio eſt, quia decretum eſt
indiuiduum, *l. in hoc iudicio ff. famil. erciſc.*
2 & vtile per inutile in indiuiduis vitiatur,
l. 1. *§ generaliter* & ibi *Bart. ff. de donat. in-
ter vir. & vxor. Tiraquell. de retract. tit.* 1.
in fin. num. 63. *Roland à Valle,* qui plures
congerit in *conſ.* 7. *num.* 88. *lib.* 3. & ſucceſ-
ſiuè cùm decretum ſit indiuiduum; quia
eſt correſpectiuum ad vnum capitulum,
& ſic ad vnam ſummam crediti, quæ cùm
ſit partim vera & partim falſa, adiudicatio
illa virtute indiuiduitatis decreti dicitur in
totum nulla, nec poteſt pro parte ſuſti-
neri, prout cenſuit *Rota* apud *Puteum in
deciſ.* 323. *lib.* 1. *Bubal. deciſ.* 221. *Robuſter.
deciſ.* 104. ſic etiam *Rota Romana in deciſ.*
33. *part.* 2. *in nouiſſ. Magon. deciſ. Florent.*
109. noſter *Author in conſil.* 39. *numer.* 5.
27. *& ſequent. Rebuff. ad Reg. Conſtitut.
tom.* 1. *de lit. oblig. artic.* 1. *gloſ.* 11. *num.* 4.
Mandoſ. in addit. ad conſil. Roman. 454. *in
lit. T. Cumia ſuper rit. Regni Sicil. cap.* 91.
nu. 14. *& cap.* 17. *nu.* 156. nouiter *Coſta de
portion. rata, quæſt.* 26. *Roderic. de ann. re-
dit. lib.* 1. *quæſt.* 14. *num.* 61. *Cancer. lib.* 3.
variar. reſolut. cap. 17. *tit. de ſentent. & ear.
exequut. num.* 350 *& Peregrin. de fideicom.
art.* 40. *num.* 26. ſic etiam *Borrell. conſ.* 15.
num. 14. *Vincent. de Franch. in deciſ.* 173.
idem *Coſta de port rata, quæſt.* 137. eadem-
met *Rot. Roman. in deciſ.* 221. *num.* 1. *&* 2.
in nouiſſ. part. 2. *Capye. deciſ.* 51. *nu.* 2. *Barz.
deciſ.* 76. *num.* 6. & latè dixi in *deciſ.* 16. quæ
bona inſolutum data debent reſtitui vnà
cum fructibus, licèt ſint conſumpti, qui in

ſortem computantur, vt in terminis tradit
Aſſlict. in deciſ. 218. *num.* 4. noſter *Author*
in allegato *conſ.* 39. *num.* 25. *Crauett. conſ.*
819. *nu.* 19. *vol.* 5. vbi dicit ex *Fulgoſ. conſ.*
3 136. *col.* 2. quòd ex titulo dationis inſolu-
tum per Iudicem plus debito factæ fides
mala inducitur, & ità fructus debentur,
Marant. in ſpec. part. 6. *in* 3. *& vltim. actu
principal. num* 20. *Aſin. in praxi iudic.* §. 7.
cap. 5. *nu.* 14. *in* 11. *limit. nu.* 15. *Vin. com-
mun. opin. in opin.* 767. & infiniti alij apud
Cumiam in locis citatis, *Alex Trentacinq.
in conſil.* 26. *lib.* 2. *Coſta* in citata *quaſt.* 26.
num. 6. qui in *num.* 10. ait, hoc eſſe etiam
reſpectu expenſarum, vt etiã tradit *Barz.
in deciſ* 76. verùm ſi facta compenſatione
cum fructibus aliquid remaneret, daretur
4 retentio bonorum, donec illud creditori
ſolutum fuerit, vt ex *d.* §. *ſi centum*, prout
poſt alios notat idem noſter *Author in d.
conſ.* 39 ac in *deciſ ſeq* dummodò creditũ
prædictum ſit liquidum, aliàs ſufficeret fi-
deiuſſio, & res inſolutum data debet reſti-
tui, & in his terminis *Caſar Manent. in
deciſ.* 19. *num.* 61. *& ſeq* vbi plenè.

5 Sed hæc omnia intelligenda ſunt, quan-
do erratum eſſet in debito, ſecus in rei ad-
iudicatæ æſtimatione, vtputà ſi pro cõcur-
renti quantitate debiti ſit data res maioris
valoris, nam iſto caſu datio illa nõ annul-
latur, ſed tenet pro quantitate debita, reli-
quo debitori reſtituendo, vt expreſsè *Bal.
in l. fin.* C. *de iur. domin. impetr.* ſic diſtin-
guit *Aſſlict. in deciſ.* 218. idem *Author in
d. conſ* 39 quam diſtinctionẽ ſequutus eſt
eam confirmando, & decidendo *Magon.
in d. deciſ. Rota Florent.* 109. *circa finem*,
Mandoſ. in citato *loco*, vbi ait, hoc eſſe
ſummoperè notandum pro adiudicationi-
bus, quæ quotidiè fiunt, ſic etiam eam ſe-
quitur poſt *Aſſlict. Coſt.* in citata *quaſt.* 26.
num. 7 latè *Gamma in deciſ. Luſit* 40. *nu.* 4.
vt etiam voluit *Caſtill. in deciſ.* 99. *num.* 5.
lib. 1. nec reſtitutio eſt facienda cum fructi-
6 bus, ex quo error iuris excuſat quem à re-
ſtitutione fructuum, *l. ſed etſi lege,* § *ſcire
ff. de petit. hæred. gloſ. in l ſi fur,* §. 1. *ff. de
vſucap. Font. conſ.* 28. *num.* 15. *& ſeq.* cùm
ad acquiſitionem ipſorum non requiratur
titulus, ſed ſatis eſt, quòd abſit mala fides,
vt concludit *Marta in conſ.* 84. *num.* 19. *&
ſeq.* dummodò talis adiudicatio ſit facta
cum debitis ſolemnitatibus, de quibus la-
tiſſimè *Aſſlict. in deciſ.* 358. *& Manent. in
7 deciſ.* 19. vbi plenè, alioquin talis error nõ
excuſaret, quia ei ius reſiſteret, vt ex tradi-
tis per *Vrſill. ad Aſſlict. in deciſ.* 240. & per
me in *deciſ.* 281. *circa finem*, prout ſic in
his terminis concludit *Caſtill.* in allegata
8 *deciſ.* 99. *nu.* 5. dicens, quòd ſi nullitas cau-
ſata eſſet pro non debito, quòd tunc quis
debet condemnari ad fructus perceptos,
& percipiendos, ſecus quando ex defectu
ſolemnitatis extrinſecæ, & cum hac diſtin-
ctione concordat *Authorem hic, et* Carbe-
ran. & alia ratio aſſignari poſſet, ſcilicet
quòd quando adiudicatio veniret reſcin-
9 denda pro illa quãtitate, pro qua plus de-
biti valeret, reſcinderetur vt ex nunc, non
vt ex tunc, & cõſequenter nõ venirent fru-
ctus, vt ex *l.* 2. *C. de reſcind. vendit.* vbi *DD.*
quæ locum habet etiam in inſolutum da-
tione facta à Iudice, vt notat *Alex. in l. ſi
quis cum, col.* 5. *verſ. item non habuerunt lo-
cum ff. de verb. oblig* quem, & alios refert,
& ſequitur *Cagnol. in d. l.* 2. *nu.* 163. *& ſeq.
Mant. conſ.* 70. *n.* 5. *& ſeq. vol.* 1 & hanc eſſe
cõem, & verã inquit *Vin. com. opin.* 174. *n.* 5.

Aut eſt facta extraiudicialiter, & ex par-
tium conuentione, & tunc etſi datio inſo-
lutum ſit vltrà debitum, non annullatur in
totum, ſed pro parte tantùm, vt eſt *textus*
ſingularis in *l.* 1. §. *ſi duæ, in fin. ff. quorum
legator. l.* 1. §. *ſi ſtipulanti*, iuncta *gloſ. ff. de
verbor. obligat. Aretin. in l. certi conditio,*
§ *quoniam, ff. ſi certum petatur*, prout in
hoc caſu loquitur *text. in l. fin* §. *ſin autem,
C. de iur domin. in petr.* ſcilicet in terminis
dationis voluntariæ, vt dicunt *Cumia*, *&
Aſin. ac Marant.* in citatis *locis*, & etiam
notat *Coſta* in citata *quaſt.* 26. *num.* 4. in
10 qua creditor poteſt offerre illud plus, quod
valet, vt ante eum voluit idem *Author de
aliment. tit.* 9 *quaſt.* 32. *num.* 82. & interim
haberet ius retentionis, *Burſat. conſil.* 73.
num. 28. *cum ſeq. vol.* 1. licèt *Gamma in d.
deciſ.* 40. *nu.* 4. dicat, etiam in hoc caſu hãc
dationẽ eſſe nullã, ea ratione, nè vltrà in-
tentionem agentiũ actus valeat, argumen-
to *l. non omnis, ff. ſi cert. petat.*

Quid autem dicendum erit de captura,
vel exequutione facta vltrà debitam quã-
titatem, vide quod ſcripſi in *deciſ.* 65.

SVMMARIVM.

1 *Creditor poteſt rem ſibi nulliter adiudicatã
retinere.*
*Intellige, vbi creditum eſſet verum, et liqui-
dum, & abſque controuerſia, num.* 3.
*Item vbi adiudicatio eſſet in exequutionem
iudicati, num.* 5. *limita ſi eſſet ob contu
maciam, num.* 6.
Item vbi creditor haberet hypothecam, n. 7.
Amplia

Amplia respectu totius, & non partis, nu.9.
Intellige in re indiuisibili, num.10.
Item amplia etiam respectu aliorum creditorum, num.11.
2 *Agens ad nullitatem adiudicationis creditori factæ tenetur debitum offerre.*
4 *Retentio, vel compensatio pro credito turbido non datur.*
8 *Propter hypothecam quis excusatur à violentia.*
12 *Retentio non datur aduersus spolium, & num.16.*
13 *Restitutio in spolio non retardatur etiam ratione dominij.*
14 *Retentio rei datur propter hypothecam, si possessio sit absque vitio.*
15 *Legatarius nõ poterit rem retinere, nisi haberet possessionem à testatore, vel ab harede.*
16 *Restitutio rei an sit facieda si immissio, vel adiudicatio nulliter facta veniret confirmanda.*
17 *Retentio rei an, & quando detur creditori non habenti hypothecam, & quid fauore dotis, num.18.*

DECIS. XLVI.

QVamuis vera sit conclusio, de
qua noster *Author* hic, quòd de-
1 tur retẽtio rei, licèt nulliter cre-
ditori fuerit adiudicata, pro-
ut firmarunt post *Bald. in l.*
fundum, qui Lutij Titij, in lectura antiqua,
de rescind.vend. Negus. de pignor.2.memb.
3.par.q.10.num.20. Galles. ad form. oblig.
Camerar.par.3.ad fin.in quæst.post process.
incid.num.32.Dec.cons.449.num.22. Gra-
tian.tom.1.discept.cap.16.nu.36. ob quod
2 agẽs ad illius nullitatem, tenetur debitum
offerre, *l.1.& ibi DD.* C.*de fid.instrum.&*
iur.hast fiscal.libr.10.Neuizan. consil.77.
num.12.
Tamen hæc conclusio erit intelligenda
cum infrascriptis declarationibus: Primò,
vbi creditum esset verum, & liquidum,
3 adeò vt de eo nihil posset cõtrouerti, tũc,
inquam, datur retentio, quod considerauit
Author hic *in fin.* post *vers. Senatus tenebat,* quod antè eum in specie voluit *Gabr.*
commun. conclus.lib.5. titul. de restitution.
spoliat.conclus.1.num.117.Gratian.tom.4.
discept.foren.cap.734. num.13. Rota apud
Farinac.in dec.409. num.5. par.1. vbi ait,
quòd creditum debet esse indubitatum
vel per confessionem partis, vel per rem
iudicatam, sic etiam *Pontan.de spol.lib.2.*
*num.184.*idem *Farinac. in decis.433. sub*
num.2.par.2. Statil. Pacif. de Saluean. interdict. inspect.4. cap.1. num.224. cum seq.
Ludouis. decision.254. numer.3. & ibi latè
*Beltram.in addition num.8.*vbi inter alios
allegat *Rotã apud Zacch.in decis.130.n.8.*
ad quod adducitur *text.in l.final.*vbi *DD.*
C.de compensat. vbi retentioni, vel com-
4 pensationi locus esse non potest, quando
creditum esset turbidum, quod voluit idẽ
Surd. in decis.184 num.6. & firmarunt *Seraphin.decis.1455.num.4.*cum alijs coacer-
uatis per *Farinac.in decis.679.nu.5.par.2.*
sic etiam *Menoch.de arbitr. casu 24. nu.1.*
& Gratian.tom.4.discept.for.d.cap.734.nu.
14.& seq.
5 Secundò procedit, quãdo immissio fuit
facta in exequutionem iudicati, secus ve-
rò ob eius contumaciam, & sic ex primo
decreto, quoniam eo casu non erit locus
6 retentioni, nam tunc efficitur pignus præ-
torium, & immissio facta est, vt defendat,
vnde data cautione pro relaxanda posses-
sione, refectis tamen expensis, res deber re-
stitui, *l.si pecuniæ in fin.ff.vt in possess.legat.*
Bart. in l.consentaneum, num.15.col.pen.
C.quomodo, et quãdo Iud.& in l.properandum, §.sin autem reus, num.3.in fin.versic.
item subdit,& ibi *Bal.C.de iudic.*latè *Gratian. tom.1.cap.16.num.39.cum seq.* cùm
alia sit immissio propter contumaciam nõ
venientis, & alia ob contumaciam non
soluentis, vt in *cap.ex parte 23. de verbor.*
signific.
7 Tertiò, quando creditor haberet hypo-
thecam, tunc immissione nulliter facta cõ-
petit retentio, prout tenet etiam *Author*
*hic,*addo *Gratian. decis.March.28. num.2.*
& Bald.in l.si fundus, C.*de rescind. vend.*
Brun.cons.1.nu.10.& seq.& cons.2.nu.6.
8 vbi quòd propter hypothecam quis excu-
satur à violentia, cum vis hypothecæ hoc
operetur, scilicet quòd quis licèt ex inor-
dinato, & nullo processu fuerit immissus in
possessionem alicuius rei, possit illam reti-
nere, ità *Cancer.lib.1.var.resol.cap.7.n.84.*
per *Glos. in l. fundus, qui Lucij, de rescind.*
*vend.*quam notat *Bal.ibi.& Dec.cons.449.*
num.21. Roland.cons.5.num.7.vol.2. Gratian.tom.1.discept.for.cap.16.num.36. Galles.de obligat.Camer. quæst.37.num.32. vbi
Zacch.num.60. Thomat.decis.Macer.115.
num.14.Anna alleg.80.num.9.& 10.& alleg.22.num.4.& ibi *eius filius in addit.*
9 Quartò procedit respectu totius rei, &
non partis, quamuis sit magni valoris, cùm
res illa ratione hypothecæ efficiatur mi-

notis ad effectum retentionis, *l. quamdiu, & l. creditoris ff. de distract. pign. l. mobilibus ff. de iure fisci, Costa de port. rat. q. 58. nu. 6. Surd. decis. 44. num. 6. & 7.*

10 Sed hoc procedit, quando res esset indiuisibilis, tunc enim quia non posset priuari parte, quia priuaretur toto, tanto magis quando ex fructibus veniret sibi satisfaciendum, qui fructus quãdo sunt vberiores, eo citius sibi satisfiet, ob quod nõ debet cogi ad relaxationem, nisi satisfactus sit de suo credito, alias si res esset diuisibilis, quia essent pecunia, aut nomina debitorum, tunc si petitur immissio super eis, æquitas suadet, vt creditor retenta summa, in qua est creditor, residuum restituat, quia alias retineret sine causa, cõtra notata in *l. ex conducto, in princ. ff. locati*, prout eum hac distinctione respondit *Rota* apud *Farinac. in decis. 559. num. 5 part. 1.* sic etiam hanc distinctionem probat *Thomat. in dec. Macerat. 109. num. 16. & decis. 74 num. 15.*

11 Et sic hoc procedit in damnum ipsius debitoris, non autem in præiudicium, & damnum aliorum creditorum concurrentium, vt dicit *Costa de port. rat. d. quæst. 58. num. 7.* licèt cum eademmet distinctione erit intelligendũ, scilicet si omnibus commodè possit satisfieri, & res patiatur diuisionem, vt dicit idem *Thomat. d. decis. 109. num. 16.*

12 Quintò procedit, quando agitur conditione indebiti ad recuperandum fundum datum pro maiori quantitate, secus verò si ageretur remedio spolij, quo casu non erit locus retentioni, sed restitutioni, ita *Chislan. decis. 172.* quem sequitur *Farinac. decis. 85. num. 4. part. 2. Verall. decis. 171. part. 3.* & cum hac distinctione post alios Rotæ decisiones concordat *Authorem hic num 7. Gratian. tom. 4. disceptat. forens. cap. 734. num. 48. cum seq.* quamuis de hypotheca opponeretur, vt in specie cũ hac distinctione concludit *Alex. in l. 3. §. final. ff. de acquir. possess.* & ibi *Hercul. num. 33.*

13 cùm etiam ratione dominij, quod est fortius retardetur restitutio in spolio, dicit *Menoch. de recup. possess. remed. 15. nu. 411. & cons. 2. num. 189. Farinac. in decis. 409. part. 1.* cum alijs per *Gratian. tom. 4. discept. d. cap. 734. num. 48 cum seq.* vbi concludit, quòd ex his omnibus ita fuit sententiatum post plures, & per plures propositiones in huiusmodi causa spolij, declarando competere reintegrationem spolij petitam, & purgandum esse spolium non obstantibus reclamationibus pauperum, nec omittendus *Thesaur. lib. 2. qq. forens. quæst. 96. nu. 9.*

14 vbi admittit retentionem rei propter hypothecam, dummodò possessio sit iusta, & absque vitio, vndè legatario non competit retentio, quamuis ei spectet hypothecaria,

15 nisi possidens haberet possessionem à testatore, vel ab hærede, & propterea cõcludit, quòd talis possessor non debeat audiri, vt etiam firmat *Magon. decis. Lucens. 64. nu. 13. & Cancer. lib. 1. variar. resol. cap. 7. num. 84. ex Cremens. sing. 93.*

16 Quamuis in hoc quærant *DD.* an tenuta erit confirmanda, vel nè, quoniam si veniret confirmanda, tunc restitutio impediretur, vt ex *Roman. Rimin. Felin.* & alijs probat *Verall. decis. 175. part. 3.* nonnulli verò contrariũ existimarunt, scilicet quòd licèt sit de nouo concedenda, non tamen erit confirmanda, nec interim poterit retineri, sed restitutio omninò fieri debet, vt tradit *Chislan. d. decis. 172.* quẽ sequitur, & allegat *Farinac. in decis. 85 num. 4. part. 2.* cùm in causa spolij non admittatur retentio, dicit idem *Verall. in decis. 171. lib 3. & Gratian. d. cap 734 num. 22. cum seq.* vbi sic pluries fuisse iudicatum testatur.

17 Quamuis non leuis sit controuersia, si in casu, quo locum haberet retentio, procederet etiam, si pro credito non competeret hypotheca, ex *text. l. vnic. C. etiam ob chirogr. pecun.* qua de re multi multa dixerunt, vt per *D. Reg. Capycium Latro in decis. 13 num. 11 & seq.* vbi multos allegat *DD.* & signanter *Ludouic. in decis. 254.* vbi *Beltram. num. 7.* affirmatiuã admittit opinionem, pro alio tamen credito, pro quo res illa non erat hypothecata, sed hoc intelligerem procedere, vbi res illa absque tamen vitio ad creditorem peruenerit, vt in re commodata scribit *Neguſ. de pignor. 4. membr. 2. part. num. 130.* scilicet quòd non detur retentio pro credito, pro quo res illa non est obligata, per *textum in l. sub prætextu, C. commod.* & eum sequitur *Molignat. de retent. quæst. 295.* qui id li-
18 mitat fauore dotis, per *text. in l. filiusfamilias, in princ. ff. solut. matrim.* & ibi *Bart.* notat. Verùm *Io. Vinc. de Anna in allegat. 136. num. 7. cum seq* plures refert distinctiones, quæ articulum istum satis clarum reddunt, ad quem me remitto.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Pater ad hoc vt sit obligatus pro restitutione dotis habitæ per eius filium plura requiruntur.*

2 *Consensus patris pro iussu non habetur, vbi decisio Sacr. Consil. sed contrarium, num.4.*

3 *Vir consentiendo, vt vxor testamentum faceret, non sibi præiudicat, si vxor de bonis suis disponeret.*

5 *Pater potest cogi ad se obligandum pro restitutione dotis filij.*

6 *Bona patris censentur obligata pro restitutione dotis filij habita post mortem patris.*
Contrarium de iure consuetudinario huius Ciuitatis, num.7.

8 *Vxor attenta Consuetud. Neap. non potest mortuo viro agere contra socerũ ad portionem ad dictum eius virum post eius mortem spectantem.*

9 *Vxor mortuo viro de iure cõsuetudinario, hypothecariam, vel personalẽ habet super bonis soceri pro portione spectante ad virum.*

10 *Pater circa restitutionem dotis filij an dicatur fideiussor, vel nè principalis, & cõcordantur opiniones* Cuman. Corn. *& aliorum.*
Et an teneantur insolidum, num.12.

11 *Filius quando antè partem possit ex bonis hereditarijs patris dotem deducere.*

13 *Bona filij an sint obligata pro restitutione dotis recepta per patrem præsente filio, remissiuè.*

DECIS. XLVII.

AD hanc decisionẽ circa illud, quod
quærit *Author*, an pater sit obliga-
tus pro restitutione dotis habitæ
per eius filium, adde quòd ad hoc
vt pater sit obligatus pro tali restitutione
1 plura requiruntur, nimirum expressus, &
non simplex consensus patris, & vt dos
promissa soluatur sibi, vel eius filio de cõ-
sensu ipsius patris, aliter enim vno ex istis
requisitis deficiente, pater non remanet
obligatus, prout ex multis probat *Mar-
chisell. in quæst.74. nu.10.* quam veriorem,
ac tutiorem opinionem esse ait *Milanens.
in decis.20. par.1. num.22. vers. pro contra-
2 ria parte, cum seq.* & ratio est, quia consen-
sus non habetur pro iussu, ad hoc vt pater
remaneat obligatus pro restitutione, cùm
inter ipsos multùm intersit, vt est *glos.* sin-
gularis *in fin. l.1. §.1. in verb. sed ibi non
agnouit pater, sed consensit, ff. quod iuss.* &
sic consensus patris nõ obligat sicut iussus,
vt notat *Boer. in decis.221. num.10.* vnde
pater consentiendo censetur potiùs inte-
grare personam filij, quàm se velle obliga-
re ad dotis restitutionem, vt ait *Marchis.
& Milanens. in locis* citatis, prout sic etiã
decisum fuit in S.C. quòd solus consensus
patris, dum filius matrimonium cõtrahit,
non obligat patrem ad restitutionem do-
tis receptæ per filium, in causa Venerab.
Monasterij S.Gaudiosi cum Ioanne Carli-
no, ad relationem Reg. Consil. S.Iacobo,
quam etiam decisionem notauit *Thorus
in suo comp. decis. in verbo prælatio, tom.1.*
hanc quoquè opinionem cum multis tue-
tur *Manent. in decis. Mantuan.52. nu.11.
& seq.* dicens, non qui cõsentit, iubet, cùm
iussus expressus requiratur, ad hoc vt pater
teneatur actione quod iussu, quod antè
eum notauit *Bal. in d.l.1. §.1. ff. quod iussu,*
sic etiam *Gacher. in decis.44. num.15. Bart.
in l. libertus, §. filius, ff. ad munic.* quidquid
in contrarium dixerit *Corneus in cons.256.
vol.1. & cons.303. vol.4.* cùm non censea-
tur patrem ex consensu illo, bonis suis re-
nunciasse, sicuti dicimus de consensu viri
præstito vxori ad faciendum testamentũ,
3 quòd si vxor de bonis viri testetur, non per
hoc præiudicaret viro ex illo consensu, vt
latè comprobat *Molfes. ad Consuet. Neap.
tit. de renunciat. quæst.19.* licèt contrarium
teneat *Fontanell. de pact. nuptial. claus.7.
glos.2. part.2. num.65. & seq.* dicens, quòd
ex sola voluntate, vel consensu patris, qui
oritur ex patientia sua, quòd dos soluatur
4 filio, habeatur pro iussu, cùm pater possit
dicere, se eam velle recipere, nè illam filius
dissiparet, prout etiam sic decisum refert
Hieronym. de Leo in decis.54. quem etiam
sequitur, & allegat *Fontanell. loco* citato,
subdens, quòd hæc decisio sit omninò vi-
denda, cùm omnes abstergat nebulas, quæ
rem hãc offuscare possunt, & pro hac opi-
nione videntur facere notata per me in
decis.62. vbi etiam noster *Author*, scilicèt
5 quòd pater cogi possit ad se obligandum
pro restitutione dotis filij, prout etiam vo-
luerunt *Cacheran. in decis.167. num.9. &
decis.44. num.17. & Borrell. in summa de-
cis. tom.3. tit. de priuileg. dot. nu.340.* & sin-
gulariter *Paul. de Castr. cons.176.* vbi ait,
se habuisse quæstionẽ de facto, quòd qui-
dam filius mentecapti receperat dotem,
pro qua pater non potuit se obligare, & cũ
ipse filius decoctus esset, eius vxor volebat
agere contra possessores bonorum patris,

& licèt

& licèt dicerent aliqui, quòd non poterat, cùm pater nó se obligauerat, nihilominus se respondisse, quod imò poterat, quia si fuisset sanus mente, potuisset cogi, prout etiam dixit ipsemet in *consf*.219.*vol*.1. vbi
6 quòd non solum bona patris censeantur obligata pro dote filij ipso viuente, sed etiam si filius post mortem patris ducat vxorem, censeatur obligatio illa causata viuente patre, quam quoquè opinionem sequitur *Peguer. in decis*. 118. *nu*.2. *& Intrigl. in decis. Sicil*. 4. *num*.40.

Quamuis *D. Reg. Capyc. Latro in dec*.36. nouissimè impressa, vbi etiam meminit de hac nostra decisione, discusso hoc articulo dicat, de iure communi hunc casum habere maximam difficultatem, licèt æquiorem existimet opinionem, quæ pro dotis conseruatione existit. Quicquid sit de iure
7 consuetudinario huius Ciuitatis, vt in *tit. de patr. recip. dot. simul cum vxor*. vigore cuius pater non tenetur, nisi pro portione spectante ad filium post eius mortem, vbi filius eo consentiente duxerit vxorem,
8 nec vxor poterit erga socerum agere mortuo eius viro, nisi post mortem soceri, vt fuit iudicatum per S. C. sub die 8. Decembris 1632. dum fuit liberatus socer à petitione restitutionis dotis, saluis iuribus post eius mortem. Imò dum vxor vigore dictæ reseruationis egerat, ex nunc pro tunc dictam reseruationem declarari, fuit per idē S.C. decisum, non esse locum petitis, vt testatur idem *D. Reg. Capyc. Latro in dic*.64. & si in hoc casu magna sit difficultas, num-
9 quid vxor agere possit iure assistendi, vel personali, prout talis visa fuit S.C. vt refert idem *D. Reg. Capyc. Latro in dict. decis*.36. *num*.13.

Sed circa hoc vnum tantum non omit-
10 tam notare, scilicèt an in hoc casu pater intelligatur fideiussor, an verò principalis. Circa quam quæstionem duæ sunt opiniones. Vnà *Corn. in consf*.256. *vol*.1. *& Caebran. in decis*. 44. scilicèt patrem solùm teneri. Altera *Cuman. in consf*. 40. *& in §. transgrediamur*, vbi *Roman. & Angel*. dicentes, patrem teneri accessoriè, pro quorum concordantia distinguendū est, quòd aut agitur de quærendo patri, quia ipse dotem recepit, & tunc ipse obligatur tantum, aut agitur de quærendo filio, quia ipse solus recepit dotem, & tunc pater accessoriè tenetur, & successiuè filius priùs est excutiendus, prout latissimè *Manent. in decis. Mantuan*. 52. subdens, quòd si vera esset *Cornei*, *& Caebran*. opinio, frustratoriè starent tot *DD*. conclusiones, quando considerant, an pater solus domum gubernaret, vel filius, vel ipse esset mercator, pater non, volentes ex istis præsumptionibus, modò ad patrem, modò ad filium totam dotem peruenisse, ad hoc vt vnus ex ipsis tantùm dicatur obligatus, cum semper in omnibus istis casibus pater consenserit, & consequenter secundùm eos pater solus teneretur, & non filius, quod subsistere non potest. Et proindè *Cavall. in consf*. 61. *nu*.7. *&* 8. dicit, quòd quando dos soluta fuit filio patre consentiente, tunc non poterit filius ipse antè partē ex bonis hæ-
11 reditatis patris illā percipere, nisi doceat, in communem patris, & filiorum vtilitatem versam fuisse, cuius opinionem sequitur idem *Manent*. in citata *decis. num*. 20. *in fine*.

Sed *Bald. Nouell. de dot. part*.7. *priu*.37. vult, quòd speciali fauore dotis vterque sit obligatus, prout etiam voluit *Menoch. in lib*.3. *præsumpt*.14. & post eum *Costa de port. rat. quæst*.21. dicens, vnusquisque pro rata, licèt *Thesaur. in lib*. 2. *quæst. fo-*
12 *rens. quæst*.46. teneat, quòd quādo fuit patri, & filio simul promissa, quòd tunc pater teneatur in solidum ad restitutionem, etiā pro parte peruenta ad filium.

Secus autem videretur dicendū, quan-
13 do pater recepit dotem præsente filio, ad cuius restitutionē filij bona non sunt obligata, vt cōcludit *Author* noster in hac *decisione*, pro cuius pleniori intelligentia recurrendum est ad *Manent. in decis. Mantuan*.51. *&* 52. & ad *Thesaur. in lib*.2. *qq. forens. quæst*.46. sed omninò ad *Georg in alleg* 41. qui examinat *d. §. trāsgrediamur*, ad quos me remitto.

SVMMARIVM.

1 *Agnatus immediatè pupillo successurus, si ei tutorem non petierit, existente tamen matre an priuetur eius successione, & quid in auo, & auia, & patre, & an hoc etiam procedat in non petendo curatorem furioso, remissiuè.*
2 *Mater non petendo tutorem infra annum pupillo, eius successione priuatur.*
Limita, si adesset alius legitimus tutor, qui bona pupilli patiente matre gubernaret, num. 3.
Item limita, vbi aliqua iusta causa considerari possit, num.4.
Item limita, vbi esset minor 25. *annis. nu*.5.
Amplia,

Amplia, etiam si transacto anno efficiatur maior, & tutorem non peteret, num.6.
Item limita in matre in montaneis existente, num.8.
7 *Minor ætas in matre num cōsideretur iuxta iuris ciuilis, vel municipalis dispositionem.*
9 *Mater tenetur tutorem pupillo petere post mortem patris, tàm ciuilem, quàm naturalem.*
10 *Mater ad hoc vt filij successione priuetur ob non petitum tutorem, necesse est, vt de morte patris plenam habeat notitiam, cum omnibus eius circumstantijs, nec sufficit quæuis scientia.*
11 *Mater ex qualibet iusta causa ob non petitum tutorem excusatur.*
12 *In dubio pro matre ob non petitum tutorē iudicandum est.*
13 *Mater contutorem habens filij successione non priuatur, si tutorem non petat.*
Intellige, num.14.
Contrarium, num.15.
16 *Clausula illa tutorum* coniunctim, & non diuisim, *à testatore posita quid operetur.*
17 *Exequutoribus relictis cum clausula* coniunctim, & non diuisim, *potest alter sine altero administrare, & quando.*
18 *Mater ad secunda vota transeundo an possit quem velit in filij tutorem nominare, qui praua inquisitione confirmari debet.*
Contrarium, ubi Iudicis arbitrio relinquatur, num.19.
Prima opinio verior, num.20.
Amplia, quamuis alius magis idoneus adesset, num.21.
Intellige, num.22.
23 *Mater potest fratrem, immo & priuignum gnum in tutorem nominare.*
24 *Iudicis arbitrium in hoc debet esse iuri consonum, aliàs datur appellatio.*

DECIS. XLVIII.

1 AD hanc decisionem adde *Vinc. de Franch. in decis.167. per tot.* vbi latissimè ad totam hanc decisionem, licèt ibi casus remanserit indecisus, vbi etiā in auo, auia, & patre, & ibi, an procedat in non petendo curatorem furioso latè etiam *Viu. in decis. 432.* ad quos me remitto, sic quoquè pro hac opinione nostri *Authoris*, quòd annus sequens elapso anno, quo tenebatur quis tutorem petere, non currat in præiudiciū sequētis in gradu, nec ipso elapso talis excluderetur, satis doctè probat *Cancer. in lib.1. variar. resol. cap.7. tit. de tutor. nu.35.* subdens, hanc esse veram, & communem opinionem, nisi prior in gradu esset mortuus, cùm tunc inciperet currere annus in damnum sequentis.

Verùm circa hanc quæstionem, de qua etiam noster *Author hic*, an mater non petendo tutorem infrà annum successione
2 filij priuetur; adde quòd quamuis pro affirmatiua vera sit conclusio, ad *text. in l. sciant, C. de legitim. hæred.* tamen hæc cōclusio multas fallētias habet, quarum prima est, quando pupillo substitutus datus fuisset, cùm ipse, & non mater tutorem petere teneatur, vt notat *Bald. in consil.140. vers. nunc arguo lib.1. Ruin. cons.8. nu.17.*
3 *lib.3.* item vbi esset alius tutor legitimus, qui patiente matre bona pupilli gubernaret, ad *glos.* singularem in *l. matres, versic. matres, circa medium, C. ad Tertullian.* & quamuis *DD.* ibi hoc intelligant secundū iura antiqua, quæ excludebant matrem à tutela, secus verò de iure nouissimo, in quo mater præfertur alijs, vt ex *Auth. matri, vel auiæ, C. quando mul. offic. tutor.* tamen idem est, si mater patiatur, tutorem legitimum administrare, quia tunc censetur tacitè renunciasse, nec priuatur successione, vt in specie tradit *Socin. iun. cons.16. num.22. & seq. lib.2.* & si de hoc dubitarē, cùm per talem simplicem administrationem non esset satis consultum pupillo, ex quo non poterit actiones, & alia similia exercere, sicuti posset quando præuio Iudicis decreto quis administraret.

Item quando ex aliqua iusta causa possit considerari, matrem non petijsse tuto-
4 rem, veluti si multi essent creditores, qui vellent pupillum conuenire, cùm hoc resultaret ad vtilitatem ipsius pupilli, scilicet nè molestetur, quo casu non est matri imputandum, si tutorem non petierit, *l.2. §. tractari, vers. ergo etiam, ff. ad Tertull. Roman. singul.105.* & sequitur *Marsil. singul.302.*
5 Item si mater esset minor 25. annis, *l.2. C. si aduers. delict.* vbi etiā *glos.* cùm nequè eo casu ob nō petitum tutorem successione filij priuaretur, vt etiā pro absoluto tradit *Vinc. de Franch. in decis.632. num.2. & decis.167. in fine*, cùm delinqueret in omittendo, & non in committendo.

Et ità etiam firmarunt *Grat. consil.87. num.1. lib.2. Mandos. de ætat. minor. cap.5. nu 96. Gutier. de tutel. par.1. cap.16. nu.90. Port. concl.4. lib.5. in 6. limit.* vbi ampliat,
6 etiam si transacto anno efficiatur maior, & post-

& postquam maior facta fuerit, non petat tutorem per annum, quem etiam cum alijs cõprobat *Gratian. tom.4.discept.cap.668. num.4.* etiam si facta maiore perstiterit in negligentia, consuluit *Roman.cons.279.* licèt in hoc cadat quæstio, num minor ætas considerati debeat iuxtà iuris dispositionē, scilicet 25.annorū, an verò iuxtà *Con-*
7 *stitut.Regni, Minorum iura*, scilicet 18.annorū, circa quā *Bald.in cons.105.vol.4.* tenet, iuris dispositionem seruandam esse; & sequitur *Alex.ad Bart.in l.frater, in verbo perfectè, C.de legitim.tutor.* sic etiam *Cagn. in l.si quis maior, num.40 C.de transact.* & videtur firmare *Vincent. de Franch. in dec. 167.num 15. in fine*, sed contrarium idem *Vinc.de Franch.* videtur tenere in *dec.632. nu.2. & 3.* scilicet ætatem à *Constitutione* declaratā, hoc est 18.annorum, in hoc casu requiri debere per verba in dicta *Constitutione* posita, *& in omnibus*, per quę videtur tolli omnis dubitatio, vt dicit *Rouit. ad pragm.1.de minor.nu.4.* subdens idem *de Franch.* ità fuisse conclusum contra Illustrem Marchionem Siculi, per doctrinā *Marant.* qui in specie id firmat in *repetit. l.is potest, in 4.limit. num.258. ff. de acquir. hered.* verùm pro opinione *Cagnoli* diffusè *Alexand. Trintacinq.in cons.45.vol.2.* vbi post multas rationes in materia tutelæ filiorum, ætatem matris tutricis iuxtà iuris dispositionem, & non iuxtà dispositionem Regni esse deberi, concludit.

8 Item vbi mater existeret in montaneis, ità vt non haberet facultatem peritiores consulendi, quo casu etiam non confecto inuētario, dummodò rectè administrauerit, filij successione ob non petitum tutorē non priuatur, ità in puncto *Paul.de Castr. in l.Clodius 96. num.6.& seq. ff. de acquir. hered.* subdens, ità se consuluisse Bononiæ, ex eo quia mulier solùm peccaret in iure positiuo, & non in iure naturali, postquam benè administrauerit, quam opinionē vti verissimam, & æquissimam post *Aretin. Lancell. Bertr. Socin.* & alios testatur *Gratian.tom.4.d.cap.668.nu.8.& 9.*

Verùm ad hoc vt mater repellatur à successione filij ob non petitum tutorem infra annum post mortem patris, tàm ciuilem, quàm naturalem (cùm in vtroque ca-
9 su ipsa tutorē petere debeat, *l.3.C.qui pet. tut.* vbi *DD.*) necesse erit, vt de eius morte plena notitia habeatur, quæ probari debet cum omnibus suis qualitatibus, & circum-
10 stantijs, aliàs non sufficeret quæuis scientia, per *glos.in cap.cum concertationibus, in verbo sciuerit, de appellat.in 6.* prout tenet *Rota in decis.2.de dol. & contum. in antiq. Mobed.decis.160. Verall. decis.35. num.7. part.1.* & in his terminis conclusum fuisse refert *Seraph. in decis. 991.* cùm dispositio illa, qua quis priuatur successione propter non petitum tutorem, sit rigorosa, & pœnalis, & sic strictè intelligenda, vt ex traditis per *Vinc. de Franch. in* citata *decis.167.* licèt *Gratian. in lib.3. discept. for. cap.462.* dicat, hoc procedere in ijs, qui habentur omninò pro mortuis, veluti in perpetuum relegatis, in bannitis pro crimine læsæ Maiestatis, rebellibus, & transfugis, qui ad hostes se conuertunt, & patriam potestatem perdunt, non autē in bannitis pro alio crimine capitali, etiam quòd impunè possint offendi, & quòd ità procedat *d. l. 3. C. qui pet. tut.*

Hinc dixit *Bursat. in consil.8. num.40. lib.1.* quòd agens ad exclusionem matris non solùm debet probare filium impuberem mortuum, & tutorem non petitum, & quòd pupillus superuixerit patri post annum, vti voluerunt *Alex.in cons.185. n.10. lib.6. Bald.cons.289.vol.1. Corn.cons.84. & cons.113.vol.4. Caeber.decis.58.num.8.* sed
11 etiam quòd mater sua culpa non petierit tutorem filio, à qua tamen excusatur ex qualibet iusta causa, & *Cephal. cons. 210. num.38. lib.2.* ait, quòd in dubio iudican-
12 dum sit semper ad fauorem matris, nè illa successione priuetur, quod etiam pro absoluto cum eis pertransit *Gratian. d. cap. 668. num.1.& 2.*

Circa verò aliam quæstionem, quæ tangitur ab *Authore hic*, quòd mater ob transitum ad secundas nuptias ob non petitū tutorem priuetur filij successione, adde quòd ipsa etiam habet suas fallentias, quarum vnam tantum volui notare, scilicet
13 quòd non procedat, quando esset tutrix simul cum alijs, & sic si contutorem haberet, cùm in hoc casu licèt ad secunda vota conuolasset, & tutorem non petijsset, filij successione non priuaretur, prout decisum refert *Afflict. in decis.75.* & sequitur *Boer. decis.166. in fine*, & ità in facti contingentia decreuisse Senatum sub die 30. Iunij 1606. inquit *Fontanell. de pact. nuptial. lib. claus.5.glos.8.part.11.num.11.* sic quoque voluit *Cancer. in lib.1. variar. resol. tit.de tutor.cap.7.num.40. & Gutierr. eodem tit. part.1.cap 8. numer.88.* quod Ego credo
14 procedere, quando disiunctim, & non coniunctim mater cum alio contutore administrabat.

Et

Et cùm casus iste accidisset in S.C. in causa Isabellæ Pronti cum Francisco Antonio Moschetta penès Actuarium Figliolam, fuit articulus iste valde difficultatus, num mater priuetur successione filij ob transitum ad secunda vota, non petito tutore, vbi cum matre aderat alter tutor testamentarius, & non erant relicti insolidū, & tamen sub die 18. Iunij 1640. ad relationem D. Hectoris Capycij Latro, nunc meritissimi Regiam Cancellariam Regentis, fuit dictum, quòd partes super hoc informent,
15 & deinde re bene discussa fuit ad fauorem matris iudicatum, nec obstar, quòd coniunctim, & non diuisim testator administrare iusserit, quia non per hoc sequitur, quòd alter altero deficiēte non posset ad-
16 ministrare, quoniam ex clausula illa *coniunctim, & non diuisim*, non colligitur expressa testatoris prohibitio, quòd alter nō possit administrare, quando alter esset impeditus, sed solùm clausula illa operatur, vt tutores non possint inter se diuidere administrationem ad libitum voluntatis, nisi dato alterius impedimento, ad *text. in l. si plures, §. fin. ff. de administrat. tutor. text. in cap. fin. 2. respons.* & ibi *glos. verb. expresserit, de testam. in 6.* & hanc esse verā conclusionem dicit *Gratian. tom. 3. disceptat. forens. cap. 522. nu. 2. & 6.* & latius *tom. 5. cap. 812. nu. 16. & seq.* & iudicatum refert *Castill. in decis. 116.* asserentes, vltra clausulam prædictā requiri, quòd exprēssè testator dicat, ita vt alter sine altero gerere non possit, quo casu tutela non pertineret ad alios superstites nominatos, sed ad matrem, aliamq; legitimam personā, quæ ab intestato veniret, cùm propter clausulam, *quod alter sine altero gerere nō possit*, videatur testatorem respectu tutelæ ab intestato decedere, vt pro absoluto firmat *Gratian. tom. 5. discept. for. cap. 812. num. 29* per *glos. in d. cap. fin. §. sanè, de testament. in 6.*
17 & ita etiam procedit circa exequutores testamentorum, vt est casus decisionis *Castill.* sic etiā *Franc. Prouenzal. in l. 1. C. de testam. tutel.*

Verùm in casu, quo mater ad secundas
18 conuolaret nuptias, potest nominare in tutorem filijs quem vellet, dummodò sit idoneus, qui à Iudice confirmandus sit, ità *in l. si quis sub conditione, in fin. de testam. tutel.* & in *l. omnem, C. ad Tertullian. §. fin autem tutela, authent. de nupt. l. matris, C. qui pet. tutor. Gabr. consil. 27. num. 4. lib. 1.*
19 *Fab. de Anna cons. 50. num. 4. & seq.* & licèt hoc Iudicis arbitrio relinquendū esse docuerint idem *Bald. in l. pretibus, nu. 21. C. de impub. & alijs substit. & in Authent. Sacramentum, in fine, Corn. conf. 284. lib. 1. Curt. sen. cons. 47 col. 2. Curt. iun. cons. 94. num. 8. in fine, Gozad. cons. 54. num. 10.*

Ea ratione, quia euenire facilè posset, vt mulier impia, quæ minus verecundè ausa est filiū relinquere, & alios amplexus appetere, submitteret tertium ad fraudandū rationes pupilli, & ad eius bona dilapidāda, iuxtà *text. in l. diuus, §. siquidem ff. qui pet. tut.*
20 Tamen non erit recedendum à prima opinione, quòd nominatus à matre, omnino à Iudice confirmari debeat, dummodò sit idoneus, vt tradūt citati *DD.* quorū opinio verior est, secundùm *Gratian. to. 4. discept. for. cap. 668. num. 15. & Pascal. de virib. patr. potest. part. 3. cap. 10. num. 24.*
21 quamuis alius magis idoneus adesset, cū & illi præferendus erit, vt tradit *Gabr. consil. 27. num. 5. in fin. lib. 1.* etiam si adessent alij, *glos. in fin. in d. l. sub conditione*, sic etiā idem *Bald. in d. l. omnem, col. 2. vers. quaro an datiuus, C. ad Tertull.* per *text. in §. fin autem tutelam, authent. de nupt.* quod ve-
22 rum, si ex inquisitione, & non perfunctoriè datus sit, secundùm *Dec. in consil. 674. num. 6.* vbi etiam tenet, matrem non posse fratrem in tutorem nominare, & etiam sequitur ibi *Incertus Author in addit.* sed
23 contrarium verum esse existimat *Menoc. de arbitr. centur. 2. casu 151. num. 4.* ea ratione, nam cùm mater possit etiam vitricū nominare in tutorem, qui præuia inquisitione confirmari debet, si reperiatur idoneus, *l. fin.* & ibi *Bald. C. de contr. Iud. tut.* prout etiam notat *Boer. in decis. 266. nu. 3. Gutierr. de tutel. part. 1. cap. 8. nu. 67.* idem *Menoch. cons. 151. vol. 2.* multò magis erit confirmanda tutela fratris à matre petita, vt etiam firmat *Pascal. d. cap. 10. num. 25. Gratian. d. cap. 668. num. 17. & 18.* qui in
24 *num. 19.* subdit, quòd hoc Iudicis arbitriū debet esse iuri consonum, quoniā si secus arbitretur, quòd dari possit appellatio, per tradita per eundem *Gabriel. d. cons. 27. num. 6. lib. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Habitatio, & promiscua possessio societatem non inducunt.*

2 *Pupillus societatem absque tutoris authoritate contrahere non potest.*

3 *Amplia, quamuis societas cum patre pupilli esset contracta, & ipse in eius morti man-*

te mandasset, talem societatem durare.
4 *Pupillus rem prohibitam alienari etiam cum authoritate tutoris obligare non potest sine Iudicis decreto.*
5 *Societas legalis ex quibus inducta dicatur.*
6 *Societas cum patre cōtracta an continuata dicatur, vel renouata cum pupillo infante, vbi tutor patruus esset, & solita negotia gereret.*

DECIS. XLIX.

Concluditur hic, societatem non esse contractam per pupillum cum patruo, ex eo quòd ipse in eadem domo habitaret, & bona omnia communia possideret, & proindè non teneri ad solutionem debiti contracti per eundem
1 patruum, & ratio est, quia non habitatio, & promiscua possessio societatem inducunt, sed necesse est, vt interueniant lucrorum, ac damnorum, & onerum communicatio, & rationis redditio inter eos de superlucratis, vt ex traditis per *Bart. in l. si patruus, num. 14. C. commun. vtriusque iudic.* infinitos colligit *Mantic. de tacit. & ambig. lib 6. tit. 10. Rota diuers. in decis. 169. part. 2.* plenè *Gratian. tom. 5. discept. forens. cap. 993.* eo magis, quia pupillus societa-
2 tem contrahere nō potest, cùm talis contractus sit vltrò, citròq; obligatorius, *l. societates contrahuntur, §. final. ff. pro socio,* sic etiam *Menoch. in cons. 12. num. 11. lib. 1.* quamuis ageretur de vtilitate pupilli, noster *Author in cons. 9. num. 51. Grat. tom. 2. discept. forens. cap. 360. num. 1. & per totum,* non interueniente tamen tutoris authoritate, ad *text. in l. vt in conductionis 33. ff. pro socio,* prout etiam post multos voluit idem *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 6. tit. 13. num. 6.* & ratio est, quia pupillus consensum non habet, vt ex *glos. d. l. vt in condu-*
3 *ctionis, in verf. & ideò,* quod procedit, & si societas esset cum patre pupilli contracta, qui & in eius morte mandasset, talem societatem durare, cùm licèt tale mandatum pariat actionem aduersus hæredem, & pupillum, nihilominus sine tutoris authoritate, vel eius patientia talis societas non intelligitur renouata, prout in terminis notauit *Bald. in l mandatum, col. 2. C. mandati,* quem sequitur *Lup. in repetit. cap per vestrat, in rubr. 78. num. 24. de donat. inter vir. & uxor.* ac melius in eadē *rubr. §. 62. num. 28.* & apud eos plenè *Cacheran. in decis. 150.* & sic interueniente tutoris authoritate pupillus obligatur, cuius animi iudicium per tutorem suppletur, *Siluest. Instit de authør. tutor. in princ num. 5. in 3. not.* dummodo tractetur de obligatione rei, cuius alienatio non sit interdicta,
4 alioquin nec naturaliter, nec ciuiliter sine decreto obligaretur, ad *tex. in l. si ad resoluendam, C. de præd. minor.*

Verùm quæstionē istam in facto habui in Sacr. Conf. in causa V.I.D. Io. Alphonsi de Matthæis Baronis Terræ Tini cum Cornelia de Matthæis eius nepte, vbi ex multis probaui, societatem contractam inter Io. Franciscum, Marcum Aurelium, & Io. Alphonsum de Matthæis fratres vtrinque coniunctos (ex quo in communi viuebant in vna domo, & mensa, ac luxa adinuicē
5 communicabant, nullaq; inter eos reddita ratione, ad tradita per *Bart. in l. Titium, & Meuium, §. altero, ff. de administr. tutor.* & in *l. si patruus,* & ibi etiam *Bald. C. commun. vtriusque iudic. Menoch. lib. 3. præsumpt. 56. nu. 25. & 37. Gratian. tom. 5. discept. for. cap. 993. nu. 1. & 2. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 6. tit. 10 nu. 1. & 2.*) nō esse continuatam, nec renouatam, & contractam cum dicta Cornelia ob mortem Marci Aurelij eius patris, tunc existente sub tutela, dicti Io. Alphonsi eius patrui indiuisam adhuc substantiam possidentis, & solita negotia gerentis, ex eo quia dicta Cornelia tempore mortis patris erat
6 infans, & minor septennio, de qua causa, & articulo latè tractabo in *lib.. controuers* & ibi respondebo *Bald. in l. si patruus num. 9. C. commun. vtriusque iudic. & l. nam & seruus, §. si viuo, ff. de negot gest* ac *Petr. de Vbald. de duobus fratribus,* licèt in Sacr. Consil. articulus iste in causa prædicta fuerit contra aduersariū valde difficultatus, quamuis non aliter decisus, cum ex alia causa prædicta fuit determinata ad beneficium dicti Baronis mei Clientuli, penès Auitabilem, nunc Mugnottam Act. Magistr.

DECIS. L.

Hanc distinctionem, de qua noster *Author hic* in his etiam terminis sequitur post *Alexan. Trentacinq. in lib. 3. variar. resol. tit. de pignor. & hypoth. resolut. 10. Molignat. in tract. de retent. quæst. 107.*

SVMMARIVM.

1 *Conductio non resoluitur ob emptionem illius rei, si emptio esset nulla.*

DECIS. LI.

AD totam hanc decisionẽ adde latissimè *Giurba in decis. Sicil.* 63. qui *num.* 5. refert, iuxta hanc decisionem fuisse decisum, scilicet con-
1 ductorem adhuc esse resoluta venditione, prout etiã notat *Gratian. in tom.* 1. *discept. for. cap.* 36. *num.* 55. *Costa de fact. scient. & ignorant. centur.* 2. *dist.* 89. *num.* 10. planè *Cancerin lib.* 3. *variar. resolut. tit. de priuil. cap.* 3. *n.* 306. *cum multis seqq.* etiam si animo nouandi conductionem venditio facta esset, quando contractus est nullus, vt etiam tradit *Roderic. de ann. redit. lib.* 2. *quaest.* 16. *num.* 58. *& mult. seqq.* sic quoquè in vsufructuario proprietaris emptore voluit idem *Giurba* post infinitos *ibidem num.* 2. vbi latè etiam de alijs contentis in hac decisione.

SVMMARIVM.

1 *Haeres conductoris an teneatur perseuerare, & quid si haeres conductoris esset Ecclesia.*

DECIS. LII.

1 DE hac quaestione licèt dixerim in *decis.* 33. tamen amplia procedere etiam in haerede conductoris, qui tenetur perseuerare, prout concludit *Rota Lucens. dec.* 8; *nu.* 1. dummodò non sit Ecclesia, vel Fiscus, ex speciali eorũ fauore, qui possint, si velint perseuerare, prout plenè *Thesaur. in lib.* 3. *quaest. forens. quaest.* 93. cùm hoc in damnũ eorũ resultaret, ex quo cũm curam bonorum habere nõ possint, opus esset oeconomum, vel gastaldum depurare, & ei stipendium soluere.

SVMMARIVM.

1 *Captatoria dispositio approbatione non conualescit.*

2 *Captatoria dispositio locum babet in testamento duorum vicissim se, eorumque filios haeredes instituentium eodem loco, & tempore pro conseruatione bonorũ in familia.*

3 *Captatoria dispositio locum babet in donatione causa mortis.*

4 *Donatio causa mortis facta à filiofamilias cum cõsensu patris (stante nostra* Regia Pragmatica ad Macedonianum) *dicitur vitiosa, tanquam dependẽs ab alieno arbitrio.*

Sed contrarium, num. 5. *&* 10.

6 *Consensus requisitus à* Regia Pragmatica ad Macedonianum *in contractu filijfamilias debet interuenire in ipso actu pro forma, nec potest praecedere, vel subsequi, vbi decisio S.R.C.*

7 *Consensus patris si requiratur in ipso actu in contractu filij, erit per modum auctoritatis, si verò per aequipollẽs, erit ratione praeiudicij paterni.*

Limita, respectu Fisci, num. 8.

Sed contrarium, num. 9.

11 *Captatoria dispositio non cadit in donatione inter viuos.*

12 *Conditiones in donatione inter viuos quãdo reijciantur.*

DECIS. LIII.

1 AD hanc decisionem omninò videndus *Pusar. de substit. q.* 503. & diffusè in *consil.* 43. qui latè hanc opinionem nostri *Authoris hic* sequitur, contra *Ruin. in cons.* 20. *&*
2 *Peregrin. cons.* 31. 32. *&* 34. *lib.* 5. quod procedit etiam in testamento correspectiuo duorum vicissim se, eorumque filios haeredes instituentium, eodem loco, & tempore, pro cõseruatione bonorum in familia, vt tuetur post multos *Gratian. in tomo* 5. *discept. forens. cap.* 908.

Et ampliatur haec nostri *Authoris* conclusio etiam in donatione causa mortis,
3 cùm in ea cadat captatoria voluntas, vt decisum per Rotam Romanam refert *Seraphin. in decis.* 359. repetita in *decis.* 542. *part.* 1. *in nouiss.* & facit etiam *decis.* 543. *eiusdem Rota part.* 1. *in nouiss.* cùm ipsa quòad effectum iudicetur vti actus vltimae voluntatis, vt in dicta *decis. Seraphin.* 359. *num.* 24. & est *text in l. fin. C. de donat. caus. mort. l. fin. C. de codicill.* & quamuis talis donatio plus sumat de natura contractus, quàm vltimae voluntatis, propter requisita necessaria ad contractum, tamen hoc est quòad formam, & solemnitatẽ, & sic quando in esse producitur, secus autem postquam est in esse producta, quoniam tunc quòad efficaciam, & effectum est vltima voluntas, vt ex dicta *l. fin. C. de donat. caus.*

K mort.

mort. et l. fin. C. de codicill. ità *Iaſ. in l. 2. n. 1. 9. & 11. de leg. 1.* vbi inquit, hanc concluſionem eſſe ab Vniuerſo approbatam, vt etiam expreſsè deciditur per *text. & gloſ. in l. 2. ff. de public. in rem act. in verbo capiuntur*, & ſequitur *Lup. in rubr. de donat. inter vir. & uxor. §. 77. num 2. ad med. verſ. hac donatio, Menoch. in lib. 3. præſūpt. præſ. 24. num. 7. & 8* vbi dicit, ſicut reuocatur legatum ob pignorationem illius rei legatæ, quando eſt pignorata ob tantam ſummam excedentem, vel æquiualentem pretio ipſius rei, ſic etiam donatio cauſa mortis. Sic demum *Canc. in lib. 2. variar. reſol. cap. 1. tit. de minor. num 55. cum ſeq.* ſubdens, hanc eſſe communem.

Eò magis hoc procederet, ſi talis donatio eſſet facta à filiofamilias cum conſenſu patris, ſuppoſita noſtra *Reg. Pragmat. ad Macedon.* quoniā eo caſu non valeret,
4 ſed tanquā dependens ab alieno arbitrio, cùm cōſenſus patris requiſitus à dicta *Regia Pragmatica* non ſit ad aliud, niſi vt intereſſe, & damno patris prouideretur, & ſic non ad integrandam perſonam filij, ſed ratione præiudicij paterni, vt tradit *Carauit.* in citata *pragmat. §. 5. num. 15.* prout etiam videtur ſentire *Mantica de tacit. & ambig lib. 8. tit. 7. nu. 36. verſ. ego verò.*

5 Quamuis contrarium verius eſſe puto, vt in terminis voluit *Anchar. in conſ. 384.*

Nec obſtat opinio *Carau.* qm ſi illa vera eſſet, ſequeretur, quòd ſèpet etiā poſt, & antè actū talis cōſenſus interuenire poſſet, quod eſſet abſurdum, & contra diſpoſitio-
6 nem dictæ *Regiæ Pragmatica*, requirentis talem conſenſum in ipſo actu pro forma, vt ſatis doctè probat Dominus meus *Reg. Rouit. in d. pragmat. ad Macedonianum*, ſubdens, ſic decreuiſſe S.R.C. ptour nouiſſimè quoquè re iterum plenè diſcuſſa in dicto S.C. iunctis duabus Aulis, in fortioribus terminis fuit deciſum in cauſa Illuſt. Principis Forini cum hæredibus Mutij Viualdi, in Banca Cuſini, dum ibi controuertebatur, quòd dum quondā Octauius Caracciolus ſenior mediante publico inſtrumento emiſſet cum pacto de retrouendēdo annuos ducatos 45. pro capitali ducatorum 500. à Stephano Viualdo cum inſolidum obligatione Ioan. Hieronymi, & Mutij Viualdi, præuio expreſſo, & ſpecifico cōſenſu Pauli Viualdi eorum patris, adhibito ſex ante dies per publicū inſtrumentum iuris iurandi Religione roboratum ob impedimentum carceris, in quo idem Paulus tunc detinebatur, & cum Octauius Caracciolus iunior Princeps Forini nepos, & hæres prædicti quondam Octauij inſtitiſſet condēnari Hieronymum, & Ambroſium Viualdos hæredes prænominati Mutij. Tandem fuit per dictum Sacrum Conſilium declaratum, nullam fuiſſe hanc obligationem, & prædicti Viualdi fuerunt abſoluti, prout etiam in terminis tradunt *Iaſ. in l. ſi quis mihi bona, §. iuſſu, num. 41. cum ſeq. ff. de acquir. hæred. Natta conſ. 126. num. 6. Aym. conſ. 10. nu. 4. Socin. conſ. 87. num. 7. lib. 1. Tiraquell. de leg. connubial. gloſ. 6. num. 1. leg. 16. Gabriel conſ. 2. lib. 1. Io. Trigon. ſingul. 37. Put. deciſ. 153. num. 1. lib. 2. & deciſ. 268. lib. 3. & Gratian. tom. 4. diſcept. forenſ. cap. 647. num. 3* dicentes, aut conſenſus præſtandus ſit per modum au-
7 thoritatis, & tunc tempore contractus interuenire debeat, aut verò ratione præiudicij, & eo caſu ſufficiat, vt interueniat poſt actum, & ſic per æqnipollēs, ità vt ad illud retrotrahatur. Quicquid eſſet reſpectu Fiſci, vt nonnulli exiſtimarunt apud
8 *Rouit. in d. deciſ. 69.* licet caſus ibi remanſerit indeciſus, quod ego non admitterem per ea, quæ tradidi ante dictum *D. Rouit.*
9 *in addit. ad dec. 63.* & ſi articulus iſte nō ſit abſq; difficultate, cùm nonnulli dixerint, quod licet in actu requiratur conſenſus, & præſentia patris, non tamen ſequitur, quòd per conſequēs ſit authorizabilis, interpretando dictam Regiam Pragmaticam, quæ generaliter prohibet tàm filios minores, quàm maiores, & tamen certum eſt, non minus integri ſani iudicij, & conſilij eſſe filios maiores, quā qui ſui iuris ſunt, vnde videtur potius pro intereſſe, & commodo patris inducta, quàm ad integrandam perſonam filij, vt latè tradit eruditiſſimus D. Conſiliarius *D. Franciſc. Merlin. lib. 1. controuerſ. forenſ. cap. 39. ſub num. 36.* & tradit *Tiraquell. de leg. connub. gloſ. 6. nu. 40. cum ſeq.* dicens, mulierem ſolutam nullatènus eſſe prudentiorem maritata, & propterea ſi ſtatutum ſolummodò maritatas abſque virorum conſenſu prohibeat, nullo modo illorum fragilitatem, ſed tantummodò virorum intereſſe, & commodum conſideraſſe cenſetur, & vide DD. hinc inde pro me adductos in hoc articulo in *l. hac edictali, quæſt. 42. num. 58. C. de ſecund. nupt.*
10 vltrà quòd dicta *Regia Pragmatica* non corrigit ius commune, ſed cum eo confirmatur, de iure verò communi filius poteſt donare cauſa mortis cum conſenſu patris, *l. tam is, ff. de donat. cauſ. mort.* ergo dū lex hoc permittit, nō dicitur vitioſa diſpoſitio.

Quam-

Quamuis limitetur supradicta conclu-
11 sio in donatione inter viuos, in qua non cadit capratoria voluntas, vt latissimè tnetur *Mantic. de tacit. & ambig.* omninò videndus *in lib. 13. tit. 43. per tot.* vbi ad omnia argumenta nostri *Authoris* respondit, ea ratione, quia ideò dicitur capratoria dispositio, quasi deceptoria, cùm quem hæredem instituo, possum mutando secretò testamentum decipere, cùm ambulatoria sit voluntas vsque ad mortem, vt in donatione causa mortis, quę sicut quælibet species vltimę voluntatis ex pœnitentia reuocari potest, ex iuribus supra allegatis. & ex *tex. l. omnis, ff. si certum petatur, l. illud, ff. de donat. caus. mort. l. fideicommissum, de legat. 3.* sed in donatione inter viuos non cadit deceptio, quoniam per pœnitentiam reuocari non potest, *l. perfecta, de donat. quæ sub mod.* igitur nõ dicitur captatoria. Nec obstant conditiones, seu modi in tali
12 donatione appositi, nam illi reijciuntur, cùm nõ influant ipsam principalem dispositionem, quæ per se nihil turpè continet, vt communiter tradunt *DD. in l. cum donationibus, C. de transact.* idem *Seraphin. in d. decis. 359. num. fin. Rot. Roman. in decis. 543. post num. 2. par. 1. in nouiss. Mantic. de tacit. & ambig.* in allegato *tit. num. 18. & Author* noster in *decis. 68. num. 6 in fine, versic. non obstat,* licet contrarium verius existimo, vt tradidi in dicta *decis. 68.*

DECIS. LIV.

DE hac quæstione quando vulgaris substitutio tollat ius accrescendi, plenè post *Farinac. in decis. 463. Fusar.* videndus in *tract. de substit. quæst. 53. per tot.* vbi infinitas habes ampliationes, & limitationes, cum nonnullis declarationibus.

SVMMARIVM.

1 *Confessio dotis recepta præiudicat tertio, si præcedat eius promissio, vbi decisiones diuersorum Tribunalium.*
Limita, num. 7. & 8.
2 *Hypotheca dotis currit in præiudicium creditorum à die promissionis, non autẽ à die confessionis, & matrimonij contracti, vbi decisio.*
Amplia, etiã si ipsi essent creditores ex causa dotis, num. 3.
Limita, num. 18.
4 *Constitutio dotis ad præiudicium tertij per coniecturas probari potest etiã per vnum testem.*
5 *Stipulatio fingitur in contractu promissionis dotis, tàm pro vxore, quàm pro viro, quamuis talis contractus fuisset absque Notarij stipulatione inter partes firmatus, & ex eo oritur hypotheca.*
Sed intellige, num. 6.
9 *Confessio dotis recepta in testamento facta probat ad finem retinendi, & nõ agendi.*
Sed contrarium, num. 10.
11 *Confessio dotis recepta in testamento facta neque in vim legati, neque in vim debiti substinetur, nisi maritus expressè eam legaret.*
Amplia, etiam si præsẽte vxore fiat, nu. 12.
Sed contrarium num. 13.
14 *Cautbela prò vxore petente dotem in testamento à viro confessatam.*
15 *Reuocato testamento nũm reuocetur confessio dotis receptæ in ea facta præsente vxore.*
16 *Exceptiones donationis, & non numeratæ dotis aduersus dotem confessatam præcedentibus capitulis opponi non possunt.*
17 Vinc. de Franch. in decis. 677. *declaratur per* Authorem.
19 *Confessio dotis receptæ quamuis præcederet eius promissio, non præiudicat etiam futuris creditoribus, si fuerit facta breui tẽpore antè contracta debita.*
20 *Confessio dotis receptæ facta à marito tempore, quo creditores institerũt pro eorum creditis, dicitur facta in fraudem ipsorum.*
Limita, vbi pro parte probaretur vera, num. 21.
Amplia, quamuis solutio nõ exprimeret nomen dotis, num. 22.
Intellige, num. 23.

DECIS. LV.

INter alia quærit *Author hic,* si confessio dotis receptæ facta per virum præiudicet tertio, & quamuis magna super hac quæstione sit *DD.* controuersia, tamen postmodum communiter concordantur,
1 scilicet tunc talem confessionem sustineri, quando eius promissio præcederet, prout voluerunt *Vrall. in decis. 196. part. 1. Seraphin. decis. 795. Amat. decis. Marchiæ 98. nu. 8. & seq. Gratian. in decis. March. 103. & in tom. 2. discept. forens. cap. 362. Mantic. de tacit & ambig. lib. 11. tit. 20. nu. 12. Menoch. lib. 3. de præsumpt. præs. 13. Mascard. de probat. concl. 362. num. 20. & concl. 361.*

*nu.*51. *Baer.in decis.*330. *Affl.in decis.*402. *Manent.in decis.Mantua* 40.*nu.*20.quamuis fuisset facta cõstante matrimonio, *Afflict & Verall.in locis* citatis, *Magon.in decis. Florent.* 68. *Rota Anenion. decis.*25. plenè *Fontanell.de pact. nupt claus.*14.*p.*1. *glos.vnic. num.*31.*& seq. Rota Romana* apud *Ludouis. in decis.*62.*&* 491. *num.*7. *Merlin.de legitim.lib.*2.*tit.*1.*quæst.*17. *Pascbal.de patr potest.part.*2.*cap.*7.*nu.*54 *Faber in suo Codice, lib.*5 *tit.*10.*defin.* 3.*&* 9. *tit.de dot caut. & non numer.Thes.in lib* 4. *qq.forens.quæst.*16.*Rota diuersor.decis.*263. *part.*4 *in nouiss. Alexand.Trentacinq in cons.*53.*vol.*1. *Costa de retrotract. casu* 31. *cap.*8. *num.*1. sic quoque pluries *Rotam* iudicasse inquit *Marescot. in lib.*1.*variar. resolut.cap.*8.*num.*10.*& seq.* prout sic contra creditores sæpè iudicatum refert *Vinc. de Franch.in decis.*677.quamuis essent anteriores vxore in cõfessione, sed posterio-
2 res in promissione, cùm hypotheca in eorum præiudicium currat à die promissionis, & non à die confessionis, neque matrimonij contracti, quæ opinio canonizata est, prout sic de stilo Sacri Consilij semper iudicatur, vt tradit idem *Vincent. de Franch* in citata *decis.* quam etiam opinionem vti veriorem, & magis communẽ sequuti sunt *Molfes.ad Consuetud.Neapol. part.*6. *quæst.*2.*num.*16. *tit.de iure dotium,* plenè *Grivell.in decis.Dolan.*133. subdens, sic per Senatum fuisse iudicatum reiecta contraria decisione Senatus, quam ipse notauit in *decis.*67. hanc quoquè sequitur *Thesaur.in lib.*2. *qq.forens. quæst.*34. *circa finem, Alex. Trentacinq. in cons.*53. *lib.*1.
3 vbi etiam si quis esset creditor pro causa dotis, vt ibi, quod notabile est, vt illa dos habeat prælationẽ, quæ priùs fuit promissa, quãuis illa secũda sit promissa antequã matrimonium fuisset contractum, vt sic in puncto decisũ refert *Gamma in decis.*355. quãuis ipse contrariũ teneat, quidquid in contrarium dixerint *Amat.variar. resolut. lib.*1.*resol.*20.& alij ab eo relati.

Et ratio est, quia hæc cõfessio est verisimilis, ex qua tollitur oĩs suspitio simulationis, ad *tex.* singularẽ in *l. in cõtractibus, §.sed quoniam securitatibus,vers.illis etiam securitatibus, C. de non numer. pecun.* sic etiam *Amat.in decis.Ferrar.*8.*num.*37.*& seq.& per tot.Seraph.in decis.*12. *Mascard.* in citata *conclus.*362.*num.*12. *Mohed.decis.*202. idem *Alexand. Trentacinq.* in citato
4 *consil, nu.*6. cùm constitutio dotis ad præiudicium tertij possit probari per coniecturas, vt aiunt citati *DD.& Bald. in l.cira, C.de iure dotiũ, Ias.in §.fuerat, Inst.de action.* multos colligit *Gratian.in dec.*103. *num.*7.*in addit.*qui in *d.decis.nu.*20.*& seq.* dicit, quòd confessio dotis, & constitutio probata per vnum testẽ sufficiunt, vt competant huic doti vera priuilegia veris dotibus concessa, eo magis, ex quo communiter in matrimonijs solẽt promitti, & solui dotes, vt ex notatis per *Barbos. in l.*1. *part.*6.*num.*39.*ff.solut.matrim.* quod procedit, quamuis capitula matrimonialia non essent in forma probante, veluti si non essent facta præuia stipulatione Notarij, & sic per publicum contractum, sed solùm
5 inter partes essent firmata, cùm etiam in hoc casu hypotheca vxoris currat à die dictæ promissionis, prout ex *tex. in l.vnic. in princ.C.de rei vxor.act.* & ibi *Bald.in §.vt plenius,* quem communiter sequũtur *DD.*quos etiam sequitur *Grammat. in decis.*102.*num.*7.14.*&* 15. subdens, talia capitula habere exequutionẽ paratam tàm fauore viri, quàm vxoris, cùm fauore ipsius dotis fingatur stipulatio, dummodò soluto matrimonio vxor ageret ad repetitionem ipsius dotis viro solutæ, iuxtà *text. in d.l.vnic.§.videamus,& §.accedit, C.de rei vxor. actio.* secus verò si dos non fuerit
6 soluta viro, sed solùm promissa, quoniam eo casu non procederet *d.l.vnic.* sed *l.pater marito, C. de dot. promiss.* & sic mulier non poterit agere absque cessione hæredũ viri pro ipsa recuperanda, *l.si socer, §.Lucius,ff.solut.matr.* vt decisum refert *Vinc. de Franch. decis.* 33. & sequitur *Rot. Rom.* apud *Farinac.in recoll.decis.*769.*& Surd. decis.*229.*num.*16.& quamuis contrarium teneat *Guid.Pap.in decis.*375. dicens, vxorem posse agere absq; cessione, quod etiã affirmat *Io.Vinc. de Anna in singul.*601. & in *allegat.*129. *Gratian.tom.*1.*disceptat. cap.*49.*num.*29. vbi subdit, sic pro opinione *Guid.Pap.* decisũ fuisse in Rota Romana, vt iudicatum quoque refert *Papon.in lib.*15.*tit.*4 *arrest.*3 *& Faber in suo Codice lib.*5.*tit.*3.*solut.matr.defnit* 6.ac *Laderch. cons.*131.tamen illud de rigore hoc autem de æquitate procedit.

7 Verùm supradicta nõ procedunt, quando de promissione non constaret, nisi de sola assertione Notarij, dicentis se illam scripturam promissionis vidisse, & legisse, nam quamuis hæc cõfessio cum tali assertione probaret, non tamen illa præiudicaret creditoribus, sed solùm ipsi viro, eiusq; hæredibus, prout pulchra est *decis. Grat.*

103.

103. vbi ait, hanc esse communem; quam quoque opinionem sequitur *Fontanell. de pact. nupt. clausf. 14. glos. vnic. part. 1. nu. 37.* nisi concurrerent etiam alia adminicula pro probatione numerationis, quia tunc ex narratione promissionis dotis facta in instrumẽto confessionis cum dictis adminiculis probaretur solutio etiam contra tertium, *Mobrd. in decis. 2. de confess.* prout sic pluries decisum fuisse refert *Statil. Pacis.* post *tract. de Siluan. interd. in decis. 12.*

8 Idemque dicendum est, quando de dote non constaret aliter, quàm per recognitionem factam per maritum in suo testamento, nam illa quantitas non haberetur vt dos, nec retineret dotis priuilegia, vt sẽtit *glos.* notabilis in *l. assiduis, C. qui pot. in pignor. hab.* quam communiter sequuti sũt *DD. & Couarr in lib. 1. variar. resol. cap. 7. num. 4.* sed tantùm in vim fideicommissi, & legati sustineretur, vt sic fuisse decisũ in Regia Audientia refert *Peguer. in dec. 147.* quod plenè cum multis comprobat *Manent. in decis. Mantuan. 40. per tot.* ac *Seraphin. in decis. 487.* & hanc opinionem post multa iura latè prosequitur *Cancer. in lib. 1. variar. resolut. cap. 9. tit. de dote, & donat propter nupt. num. 27.* qui in *num. 28.* ampliat, hoc procedere etiam si huic confessioni pręcessisset instrumentum promissionis, nam licèt confessio præcedẽte promissione probet veram numerationem, tamen hoc esset vbi confessio fieret per viam contractus, & nõ vltimæ voluntatis, per *glos. in l. 1. C. de fals. caus. adi. ct.* vt etiã in specie notat *Bartholom. Socin. cons. 61. nu. 3. lib. 1.* vndè *Sanchez de matrim. lib. 6. de donat. inter vir. & vxor. disput. 9 nu. 6.* dicit, quòd in omnibus casibus, in quibus donatio inter virum, & vxorem esset inualida, inualida etiam esset huiusmodi confessio, nisi de veritate numerationis aliter constaret, prout sic iudicatum refert *Fontanell de pact. nupt. clausf. 7. glos. 1. part. 2. num. 70. & seq.* subdens, si talis confessio haberet priuilegia dotis, sequeretur quòd deberetur etiam vigore talis confessionis sponsalitium, seu antefatum, quod falsum est, nisi de numeratione aliter constaret, licèt *Paul de Castr. in l. cùm bares rogatus, num. 2. & l. Marcellus, colum 2. ad Trebell.*

9 dicat, quòd etsi cõfessio facta in testamento non probet, hoc est ad effectum agendi, secus ad effectum retinendi, & quamuis *Alex.* ibi hoc impugnet, tamen *Rot. Rom.*

10 relata vtraque opinione in *decis. 685. n. 10.* inquit, ideò si opus esset de hoc particulariter esset dubitandum, vt *part. 1. in nouiss. fol 424.*

11 Et si in hoc nonnulli dixerint, cõfessionem in testamento factam nequè in vim legati sustineri, nisi maritus exprèsè illã legasset, vt concludit *Angel in l. generaliter num. 9. vers. an tamen illa confessio teneat, C. de non numer. pecun.* & tanquam veriorem latè sequitur *Phanuc. de inuent. quæst. 244. num. 119. & seq. in tract. diuers.* dicẽs, quòd si testator simpliciter declarans, & confitens, dotem vxoris esse in scutis mille, non per hoc censetur dotem legasse, neque illa probabitur ex hac confessione, nisi aliundè probetur constitutio, subdens, sic ipsum cõsuluisse, & quòd hoc sibi videtur animaduertisse *Bald. in cons. 14. Antonius, col. 2. lib. 2.* & sequitur *Bero. consil. 60. num. 35. lib. 2. Capr. cons. 10. col. 3. vers. sed his non obstantibus,* quod etiam placuit *Lancellott. Gall. ad Consuet. Alex. verbo legare, quæst. 7. num. 40. & in verbo viginti, num. 20. quæst. 8.* vbi memoriæ tenendum esse commendat, subdens, hanc esse veriorem, & crebriorem, quam ampliat siuè absente, siuè præsente vxore, sibiq; stipulante

12 fiat confessio, ex generalitate *text. l. qui testamentum ff. de probat. & l. cùm quis decedens, §. Titia ff. de leg. 3.* cùm subsit illa ratio fraudis, quæ annullat, licèt hoc vltimum non firmo, vt inferius dicemus.

Tamen verior est cõtraria opinio, quòd

13 immò sustineatur confessio facta in testamento, etiam in vim legati, & fideicommissi, quamuis non constet de vero debito, & testator vltrà confessionem aliquid vlterius nõ disposuerit, cùm eo ipso, quod confitetur se debitorem, videtur mandare hęredi, vt soluat, vt in terminis firmat *Cyn. in d. l. generaliter, quæst. 8. num. 11. in fine, C. de non numer pecun.* quam veriorem dicit *Emmanuel Costa* ex *Gomesio in l. si ex cautione, num. 6. fol. 12. C eodem,* in quam opinionem inclinauit Senatus apud *Surd. in decis. 285. nu 4. cum seq.* & firmauit *idem in cons. 169. num 5. ad medium, vers. est verum, lib. 2.* & vti veriorẽ sequutus est *Gratian tom. 1. discept. forens cap. 116. num. 45. cum seq.* hanc eandem opinionem post *Crau.* & *alios* sequitur *D. Cæsar Manent. in decis. Mant. 40. num. 15.* vbi etiam dat cauthelam vxori petendi dotem, scilicet

14 vt illam petat vti legatam, non vti debitã, quia aliàs succũbere debeat, ex *Ruin. cons. 49. num. 9. & cons. 53. num. 1. lib. 2. Vrsill. ad Afflict. in decis. 359. nu 4. & 5. Phanuc. de inuent. sub d. num. 119. Rot. in decis. 685.*

nu.11. part.1. in nouiss. & antè omnes *Felin.in cap.si cautio, num 75. vers.sed est aduertendum in modo petendi, de fide instrum.* cum alijs per eum allegatis, verùm reuoca-
15 to testamento, reuocata quoque censetur ista confessio, vt ex pluribus docet idem *Grattan.d.cap.116.num 53.cum seq.* & firmat idem *Manent.in d.decis.nu.*11. quamuis vxore præsente, & acceptante facta esset donatio, immò dicit, etiam si maritus iurasset pro veritate dotis, cùm adhuc esset legatum, & vti tale reuocari poterit, quod pro nunc non firmo, cùm tunc confessio transeat in contractum, & reuocato testamento, non reuocatur contractus in eo contentus, ad notata per *Bald. in l fin. ff. de rebus eorum*, & notat *Gamma decis. 339. sub num.4 Surd.cons.169.nu 9.lib.2. Seraphin.de priuileg.iuram.priuil 93.nu.5. Grattan.d cap.116.num.55.cum seq.*

Sed supposita supradicta conclusione,
16 quòd tunc confessio præiudicat creditoribus, quando præcessit promissio, sequitur, quòd aduersus eam ipsi tueri non possunt, nam vt dicit *Vinc.de Franch. in d.decis 677.* quòd per creditores in hoc casu non possunt opponi exceptiones non numeratæ dotis, & donationis.

Tamen respondetur, quòd etsi verissima
17 sit opinio *Vinc. de Franch.in d.decis*, non per hoc sequitur, quòd penitùs creditor dicatur exclusus, quia si non posset opponere exceptiones prędictas, non propterea esset exclusus ab oppositione aliæ exceptionis, scilicet fraudis commissæ in præiudicium creditorum, cùm aduersus mariti confessionem tres exceptiones opponi possint, nempè donationis, non numeratæ dotis, & fraudis commissæ in præiudicium creditorum, ex quibus licèt illæ duæ, scilicet donationis, & non numeratæ dotis per præcedentem promissionem tollantur, ità vt illis aduersus talem confessionem creditor vti non possit, non tamen tollitur illa tertia, quæ est fraudis commissæ in præiudicium creditorum, & dicitur, quando tempore cõfessionis maritus grauatus erat magno ære alieno, in quo casu non proce-
18 dit dicta *decis. Vinc. de Franch.* quia hypotheca dotis non currit à die promissionis, & sic à die capitulorum matrimonialium, sed à die confessionis, prout voluerunt *Phanuc.de lucro dotis, glos.10.num.3. Bald. Nouell de dote, part. 10. limit. 7. colum 10. versic. aut quatinus, Alexand. cons 85. num.1. lib.7.* sed melius omnium decidit *Menoch.de præsumpt.lib.3.præs.13. num.24.* quem communiter sequuti sunt *Grattan.lib.3.discept.forens.cap.489.nu.22. & lib.2.cap.362.num.21. & in decis. Marchiæ 103.num.3. Mantic.de tacit.& ambig. lib.11.tit.20.num.36. Boer.dec.330.* sic decisum refert *Castill.* sequutus *Menoch. loco* citato *in decis.67.circa finem, & Cancer. lib.1.variar.resol. cap.9. tit.de dote, & donat. propter nupt. num. 30.* sic etiam eum sequitur *Fontanell. de pact. nupt. claus.14. glos. vnic. part.1. num.48.* sic quoquè per Rotam decisum fuisse refert *Merlin.* etiã sequutus *Menoch.* prout in eius *tract.de legitim. lib.2. tit.1. quæst.17.* & ità in facti contingentia obtinui per Magn.Cur.Vic. & deindè confirmatum per Sacrum Consilium in causa Isabellæ Iordanę cum Beatrice Seribella, Actuario Lanzetta.

Et hoc ampliatur, etiam si maritus tempore confessionis non fuisset grauatus magno ære alieno, sed deindè post factã confessionem bona ipsius mariti non suffice-
19 rent pro futuris creditoribus, nam tunc etiam respectu ipsorum, licèt posteriorum talis confessio non præiudicat, vt singulariter *Alexand. cons.86.nu.1.lib.7. & Bald. in tit. de reuocand. his, quæ in fraud.credit.* vbi aduertit, quòd quando cõfessio fit breui tempore antè facta debita, præsumitur fraudulenta, neque nocet futuris creditoribus, quod etiam post *Roland. consil. 74. num.13. lib. 4.* sequitur *Merlin.* in citata *quæst.17.num.15.*

Procedit quoquè supradicta conclusio,
20 quando talis confessio esset facta à marito tempore, quo creditores institissent pro eorum creditis, nam etiam in hoc casu dicitur facta in fraudem ipsorum, cùm non possit maritus oriri facere aliam hypothecam in præiudicium ipsorum, prout est *text.* singularis in *l.2.* vbi *glos. in vers. proponat ff.de h.s. quæ in fraud.cred.* per quem *text* sic voluit *Vrsill.ad Afflict.in dec.402. num.6. in fine.*
21 Sed hoc limitatur, quotiescunque hæc confessio pro parte probetur vera, cùm etiam in totum præsumatur vera, vt consuluit *Aym.Crauett.cons.158.nu.6 & consil.198.nu.6. Paul.de Castr.cons.301.lib 1. Mascard.* in citata *conclus.num.17. & seq. Alexand.Trentacinq.cons.53.num.8 lib.1. Grat. in d.decis. num.23. & in d. discept. num.18 Rota Romana decis.263.part 4 in nouiss & decis.62. Merlin.* in citata *quæst.*
22 *num.17.* etiam si partitæ illæ, seu solutiones non exprimant nomen dotis, *l si eum dotem, §.si pater ff.solut. matrim. Brun.de stat.*

ſtat. excelud. fœmin. artic. 6. num. 243. Aym. Crauett. d. conſ. 158. num. 13.

Sed hoc intellige, modò hæc pars, quæ
13 demonſtratur vere numerata, minor non
ſit dimidia totius dotis, cùm appellatione
partis intelligatur de dimidia, prout in
puncto ſic intelligit, & declarat hanc conclusionem *Lancellott. Gall. loco* citato, *in verbo viginti, quæſt. 8. num. 72.*

S V M M A R I V M.

1 *Venditor quando in re propria præferatur quibuſcunque anterioribus creditoribus venditoris.*

2 *Iuramẽtum habet vim ſpecialis hypothecæ.*

3 *Venditor habens fidem de pretio non præfertur creditoribus emptoris in re vendita.*

4 *Cautela, ad hoc vt venditor pro pretio præferatur creditoribus emptoris in re vendita.*

5 *Venditor licèt præferatur creditoribus emptoris in re vendita, non tamen præfertur illis in meliorationibus ſuper illa re factis, vbi deciſio S.C.*

DECIS. LVI.

AD hanc deciſionem adde, quòd de
iure cõmuni nõ ſimpliciter procedit quod ait *Author hic in principio*, ſcilicet creditorem in re pro-
1 pria præferri quibuſcunque anterioribus
creditoribus, etiã hypothecarijs, per *text. in l. licèt, C. qui potior. in pign. hab.* vbi ad hoc vt quis in re propria præferatur, requiritur ſpecialis illius hypotheca, quod regulare eſſe dicit *Vinc. de Franch. in deciſ. 506. num. 4. et Senat. Dolan.* apud *Griuell deciſ. 56. num. 3. & 4.* & proindè ſi quis ſpecialiter non conuenerit de ſpeciali hypotheca, non haberet prælationem, quamuis venditor haberet bona emptoris obligata cum iuramento, & generali hypotheca, prout deciſum fuiſſe refert per Senatũ *Thesaur. lib. 2. quæſt. 74.* & ſi de hoc dubitarem, quia
2 iuramentum habet vim ſpecialis hypothecæ, vt latè probaui poſt *Authorem* noſtrũ
in deciſ. 225. ſed procedere poſſet ſupradi-
3 cta opinio, quando venditor habuiſſet fidẽ
de pretio, prout declarat idem *Vincent. de Franch.* in citata *deciſ.* & etiam dixi in *deciſ. 220.* ſic etiam idem *Thesaur. in fine dicta quæſt. Gayll. lib. 2. obſeruat. 15.* ſecus autem ſi non animo habẽdi fidem de pretio, ſed vt pretium ſtatim haberet, vt ſingularis eſt *glo. in l. in ciuile, C. de rei vendic. l. quod vendidi ff. de contrahend. empt.* vbi ſi vendidi rem, quia credidi ſtatim pretium habere, & non habui, non ſoluto pretio, nõ transtuli dominium, per *l. ſi quaſi ff. de pignor.* & facit *text. in l. ſi filius ff. ſi cert. pet. l. 2. ff. de pignorib.* ſic quoque in mercibus venditis voluit *Gizzarell. deciſ. 59. & 39. & Dom. de Angel. ibi in addit.* & plenè quoquè *Griuell. deciſ. Senat. Dolan. 56. per tot.* ſubdẽs, ſic fuiſſe deciſum, quamuis ad tertium perueniſſent, vt ibi, verùm ad aufu-
4 giendas diſcuſſiones, ac difficultates, cautela eſt, vt venditor reſeruet ſibi dominiũ pendente ſolutione pretii, quia tunc cùm dominium non transferatur in ipſum emptorem, non poſſunt creditores emptoris cõqueri, ſi res vẽdita nõ ſit eis hypothecata, prout ſic pro abſoluto tenent poſt *Bal. in rubr. C. de contrab. empt. quæſt. 13. Dec. conſ. 440. in princ. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 2. num. 36. & 39. Capoll. in cautel. 126. Vinc. de Franch.* in citata *deciſ.* 506. nec per hoc venditio redderetur conditionalis, quia ipſa pura eſt, quamuis dominium non fuerit tranſlatum, vt latè voluit *Couarr. lib. 3. variar. reſolut. cap. 11. num. 6.* ſic etiam *Gratian. deciſ. March. 13. num. 1. 2. 3. & ſeq* ea ratione, quia illa cõditio naturalis eſt contractui, *§. vendita, Inſtit. de rer. diuiſ.* licèt contrarium ſit verius, ſcilicet hanc reſeruationem dominij non operari, niſi ſpecialem illius rei venditæ hypothecam, vt probaui in *deciſ. 157.* ad hoc vt præferatur creditoribus emptoris, non autem vt cum effectu dominium remaneat apud ſe, pendẽte dicta pretij ſolutione, vt ibi. Vndè ex his clarè patet, quòd ſtante ſupradicta reſeruatione venditor in concurſu creditorum emptoris in ipſa re vẽdita tanquam propria præfertur,
5 quod intellige in ipſa re vendita tantùm,
non autem in meliorationibus ſuper illa re ab emptore factis, prout poſt longam hinc indè diſcuſſionem ſic per S.C. deciſum fuiſſe refert *Vincent. de Franch.* in citata *deciſ. 506.*

S V M M A R I V M.

1 *Fideiuſſio à ſtatuto requiſita in aliquo actu, aliter actus non valeat, intelligitur etiam parte non petente.*

Amplia, vt illa debeat præcedere, num. 2.

3 *Fideiuſſio requiſita in præuentione ſeruata forma* Regiæ Pragmaticæ *debet præſtari etiam parte non petente.*

4 *Fide-*

4 *Fideiussio præstanda pro exequutione sententia Sacr. Cons. facta reclamatione, debet præstari parte non petente.*

DECIS. LVII.

FIdeiussionem requisitam ab appellante, præstandam esse, etiam parte non opponente, concludit *Auctor*, à cuius opinione recedendû non est, prout etiam voluerunt *Aretin. in eius tract. de fideiussor. part. 2. sect. 4. cap. 8. Carauit. in rit. Magn. Cur. 189. num. 4. & seq. Bero quæst. famil. 82. & quæst. 79. Herring* plenè in *tract. de fideiuss cap. 6. nu. 30.* vbi meminit de hac nostra decisione, ac melius in *cap. 10. num. 456. & multis seq.* qui imò ait, quòd talis fideiussio non solû
2 debeat præstari parte non petente, sed illa debet præcedere, nec sufficit si sequatur, nam statutum hoc inducit conditionem, cum loquutio ipsius fiat per ablatiuû absolutum, vt notatur in *principio huius decis.* (de refundendis expensis cauere debeat) cuius natura est, vt non solùm importet conditionem, sed etiam formam, quæ cōditio sui natura requirit, vt impleatur in forma specifica, & sic antè omnia oportet in forma implere conditionem
3 statuti, vel legis, prout dicimus in præuentione seruata forma nostræ *Regia Pragmatica* incip. *Malitijs*, cùm quis non possit creditorem præuenire, nisi priùs præstita fideiussione, etiam parte non opponente, vt ex traditis per *Afflict. in decis. 137.* ad quê addo singulare *consilium Robert. Marant. 31.* omninò videndum, sic etiam in fideiussione præstanda pro exequutione sententiæ S. R. C. facta reclamatione,
4 quæ debet præstari antè exequutionem sententiæ, etiam si à parte non fuerit petita, vt latè tuetur *Alixand. Trentacinq. in lib. 1. variar. resolut. tit. de appellat. resol. 1. num. 8 & seq* prout obseruatur quotidiè in nostris Tribunalibus.

SVMMARIVM.

1 *Positio partim falsa, & partim vera an in totum negari possit.*

2 *Respondens per verbū* credo, & non credo, *an incurrat in pœnam mendacij, & quid in materia* Regiæ Pragmaticæ.

DECIS. LVIII.

1 DVO quæruntur ab *Authore hic*, primū nempè, si positionē partim falsam, & partim verā possit quis in totum negare, secundū, si
2 respondens per verbum *non credit vt ponitur*, incurrat in pœna mendacij, & quia de his omnibus per extensum scripserunt *Gratian. tom. 1. discept. for. cap. 109. per tot.* vbi 13. limitationes, & fallentiæ, quo casu pœna mendacij locum habebet, *Borrell. in summa decis. tit. de posit. & artic. Dom. Reg. Rouit. in pragm. 8. de ordin. iudicior.* & ibi *Troys.* & ibi quid in materia *Regia Pragmatica*, ideò satis est ad eos me remittere.

SVMMARIVM.

1 *Testes recipi non possunt publicatis attestationibus.*

Limita, quando testes fuissent in termino citati, num. 3. vel quando produceretur instrumentum, quod indigeat probatione testium ad concomitandum, num. 4. vel si essemus in miserabilibus personis, nu. 6. vel vbi testes tenderent ad confirmationē testium examinatorum tàm in prima, quàm in secunda instantia, num. 11. vel si testes fuissent nulliter recepti, quo casu possunt de nouo recipi, etiam si alij miscerentur, num. 12. vel si essemus in iudicio consultationis, num. 13.

2 *Monitoria Ecclesiastica impediri possunt, si super eademmet materia coràm Iudice sæculari sit publicatus processus.*

5 *Articulus præsentatus post publicationem (cùm clausula Iudicis* saluo iure impertinentium) *concernens contrarium quod fuerat ab altera parte productum, non admittitur, quamuis esset ad cōcomitantiam scriptura.*

7 *Restitutio in integrum ad probandum, publicatis attestationibus an competat minori, Ecclesia, mulieri, rustico, & alijs similibus, & quid in nostro Regno, nu. 10.*

8 Afflict. decis. 216. *reprobatur.*

9 *Ignorantia, quæ prouenit ex capite simplicitatis, sexus fragilitatis, vel rusticana, an dicatur probabilis.*

DECIS. LIX.

1 ET si vera sit conclusio *text. in cap. fraternitatis, de testib.* quòd testes publicatis attestationibus recipi nō possint, prout quoquè dispo-

nitur

nitur per noſtram *Reg. Pragmat. 2 de teſti.*
2 *r. fren.* hinc eſt, quòd ſi pendente lite mo-
nitoria ab Eccleſiaſtico publicari contin-
gat tempore, quo coram ſæculari Iudice
ſuper eadem et materia iam ſit publicatus
proceſſus, & didicita ſint teſtificata, moni-
torij curſum ſubornationis timore impe-
diri poſſe ait *Sola ad decret. Sabaud. tit. vt
nemo inuit gl. ſ. 1 nu 9. Coſta de fact. ſcient.
& ignor. cent. 2. diſt. 55. num. 7.*
Tamen hæc concluſio limitatur pluri-
3 bus modis, & primò, quando teſtes fuerũt
in termino citati, ſed culpa, vel malitia
Examinatoris, vel Iudicis fuit omiſſum
illos recipi, quia tunc non obſtante publi-
catione iidem teſtes in termino citati reci-
pi poſſunt, vt ſic deciſum per S. C. refert
Vinc. de Franch. in deciſ. 371.
4 Secundò limitatur, quando producitur
inſtrumentum, quod indigeat probatione
teſtium ad concomitandum, vt ex tradi-
tis per *Afflict. deciſ. 2 6 in fine*, quidquid
ſecus eſſet, vbi teſtes producerentur ad
concomitandum ſcripturam priuatã poſt
concluſum in cauſa, quia tunc non admit-
tuntur nec poſt publicationem, vt refert
fuiſſe deciſum in S.C. *Piſanell. in addit. ad
Afflict. in deciſ. 272.* quod procedit etiam
5 in articulo præſentato poſt publicationẽ,
cum clauſula Iudicis, *ſaluo iure impertinẽ-
tium*, concernente contrarium quod fue-
rat ab altera parte productum, quamuis
eſſet ad concomitantiam ſcripturæ, vt no-
tat idem *Afflict. deciſ. 33.* ſubdens, ſic fuiſſe
deciſum, ſic etiam *Grammat. dec. 93. nu. 5.
Scaccia de iudic. cauſ. ciuil & crim. cap* 100.
num 13. *Carocc deciſ* 49. *num.* 10.
6 Tertiò limitatur fauore miſerabilium
perſonarũ, vt teſtatur *Nouar. in ſua praxi
variat for. q. fin. ſect. 4. num. 4. in antiq.* ſed
vide *Grat. to. 1. diſcept for. c.* 158 & ibi quid
in minore, Eccleſia, Republica, Caſtro, mu-
7 liere, & ruſtico, an ſaltim per viã reſtitutio-
nis in integrũ poſſit eis ſuccurri, & tamen
dicit, quòd non, cùm non ſuccuratur mu-
lieri, vel ruſtico in his, quæ inducta ſunt ad
rigorem iuris conſeruandi, niſi vbi ſubeſt
iuſta, vel probabilis ignorãtia, quæ in præ-
ſenti ſpecie non cadit, vt contrà *Afflict. in
8 deciſ.* 216. quæ communiter eſt reprobata,
aiũt *Cacher. in dec. 87. et Amat. in dec. Mar-
chia* 78. nec dicitur probabilis, & iuſta
ignorãtia illa, quæ prouenit ex capite ſim-
plicitatis, ſexus fragilitatis, vel ruſticanæ,
vt poſt infinitos de cõmuni teſtatur *Sfort.
Odd. de in integ. reſtit par. 1. quæſt. 10. art. 6.
num.* 32. ac de communi etiam fidem facit
Seraphin. de priuileg. iuram. priuil 4. *nu* 21.
ſecus autem ſi per clauſulam generalem,
ſi qua mihi iuſta, vt inquit *Troyſ. in d. prag-
mat. 2. de refren. teſt. num.* 3. vltra quod in
noſtro Regno per *Regiam Pragmaticam*
10 prouiſũ eſt mulieribus, minoribus, & om-
nibus locis pijs, quòd poſt publicatum in
cauſa poſſint petere primum, & ſecundum
beneficium infra menſes duos à die publi-
cationis.
Quartò limitatur, quando teſtes tende-
rent ad confirmandã fidem teſtium exa-
minatorum, qui primo loco depoſuerunt,
ſi eorũ fides per alios teſtes partis aduer-
ſæ ſit diminuta, & hoc tàm in primo, quàm
11 in ſecundo iudicio, vt poſt longam diſcuſ-
ſionem ſic fuiſſe in Conciſtorio deciſum
inquit *Giurba in deciſ. Sicul.* 73.
Quintò limitatur, quando teſtes fuerũt
12 nulliter recepti, nam poſſunt poſteà de
nouo recipi, etiam poſt didicita teſtifica-
ta, quamuis etiam alij teſtes de nouo mi-
ſceantur, vt ſic cenſuiſſe Senatum refert
Theſaur. in deciſ. 28. ſubdens eſſe notandũ,
quia eſt magna cauthela ad euadendam
deciſionem *d. cap. fraternitatis*, licèt ipſe
erat in contrario voto, & pro hac opinio-
ne multos concordantes allegat, quicquid
in contrarium remiſſiuè notauerit *D. Reg.
Rouit. in d. pragm. 2. num. 4.* ſequutus con-
trariam illam opinionem deciſionis di-
cti Senatus, quã etiã ſequutus eſt *Fontanel.
de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 18. par. 4. nu.* 115.
13 Sextò limitatur, vbi eſſemus in iudicio
conſultationis, & fuerit in cauſa concluſũ
cum clauſula, *probandi etiam per teſtes*, fa-
cta hinc indè diſcuſſione deciſum refert
Giurb. in deciſ. Sicul. 47.

SVMMARIVM.

1 *Tertius comparens in cauſa proſequitur li-
tem in ſtatu, quo reperitur, remiſſiuè.*
2 *Secundum decretum, quo debitoris bona in
creditoris ſui ſatisfactionem nõ præſenti
pecunia, ſed habito pretij fide diſtrahun-
tur à Iudice, vel eius exequutore, an ſit
nullum, ad declarationem* text. l. à diuo
Pio. §. ſed ſi emptor ff. de re iud.
*Limita, quando omnes intereſſati conſenti-
rent, num. 4.*
3 *Amplia etiam in creditore, qui bona ſui de-
bitoris præuia ſubhaſtatione ſibi adiudi-
caret, cùm illud plus, quod eſt vltrà ſuum
creditum nõ teneatur debitor ſoluere, ſed
deponere penès depoſitarium, & interim
non efficitur Dominus.*

DECIS. LX.

INter alia dicit *Author*, quòd comparens in causa prosequitur litem in
1 statu, quo reperitur, & quia per extensum scripserunt circa hanc quæstionem *Vinc. de Franch. in decis.* 161. *& DD.* in eius *addit.* collecti, ac *Gizzarell. in decis.* 41. *in antiq. & Ego* etiam plenè in *decis.* 156. ideò ad ea me remitto. De qua quidem quæstione latè per doctissimum Dominum meum *Regentem Galeotam* in suis eruditissimis, laboriosisq; *cōtrouersijs, lib.* 1. *cap.* 43. *&* 45. & eruditissimum Dominum Cons. *D. Francisc. Merlin. in controuers.* 30. *lib.* 1. ac *D. Regent. Rouit. in decis.* 1.

Circa verò illud aliud, quòd venditio fieri debeat pecunia præsente, adde quòd quando bona distrahuntur in satisfactionē creditorum in tertium licitatorem vigore
2 secundi decreti, illud dicitur nullum, si habita fuit fides de pretio, vt post longam discussionem sic decisum refert *Giurb. in decis.* 53. *per tot.* sic quoquè iudicatum in Senatu, & ità semper obseruari dicit *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 7. *glos.* 3. *part.* 6. *num.* 18. alioquin esset contra *text. in l. à diuo Pio, §. sed si emptor ff. de re iudic.* sic etiam *Castill. in decis.* 109. *num.* 51. *& seq. Add. ad singul. Intrigl.* 173. *num.* 64. *versic. declaratur secundò*, ità quòd neque Iudex potest consentire, & facere, quòd emptor habeat fidem de pretio, nam aliter teneretur actione de dolo, vt pulchrè *Zasius in d. §. sed si emptor, vers. quid autem si Iudex, num.* 9. sic etiam *Castill. in decis.* 7. *num.* 9. & melius in *d. dec.* 109. vbi latè circa declarationem *d. §. sed si emptor.*

Quod ampliatur etiam in creditore, qui debitoris sui bona sibi ex secundo de-
3 creto adiudicat, præuia subhastatione, in qua si aliquid plusquam suum creditum sit, obtulerit, illud plus non tenetur soluere suo debitori, sed renetur deponere penès depositarium, aliàs secundum decretū nullum erit, vt inquit idem *Giurb.* in citata *decis. num.* 4. subdens, sic etiam fuisse decisum, pro quo facit singularis *decisio Hieron. de Leo. Valent.* 6. qui ait, hoc procedere, etiam si deponatur pretium, & in eo deficiat in modico, vel in vno nummo, cū in tali casu emptor non efficiatur Dominus, subdens sic fuisse decisum, quod notandum esse dicit *Fontanell.* in citata *claus.* 7.

4 Sed hoc limitatur, quando omnes interessati consentirent, vt decisum refert in Rota *Farinac. in decis.* 464. *in vlt. volum. &* 247. *nu.* 6. *Castill. in dec.* 7. *& d. dec.* 109. *Giurba* in citara *decis. num.* 7. *Fontanell. in d. claus.* 7. *num.* 20. sic quoquè post multos pluries decisū fuisse in Rota, testatur *Grattian. in tom.* 2. *discept. forens. cap.* 316. *nu.* 5. cùm dispositio dicti *text.* sit introducta ad fauorem creditorum, vel quādo oblatum pretium cum alio suo credito compensaretur, vt ex citatis DD.

SVMMARIVM.

1 *Dos ducatorum mille congrua dicitur, ad finem vt vxor excludatur à quarta sibi debita, ex dispositione* Auth. præterea, C. vnde vir, & vxor, *si tempore, quo illa fuit constituta iuxtà qualitatem vtriusq; congrua fuit, ex veriori opinione.*

2 Authent. præterea, C. vnde vir, & vxor *est fundata solùm in puro affectu nuptiali.*

3 *Quarta, de qua* Auth. præterea, *non debetur vxori, si cum sua parua dote iunctis suis operibus esset apta ad se sustentandū sine mendicitate.*

4 Auth. præterea *procedit tàm in vxore, quā in viro.*

Limita, si vir ex vxore præmortua filios haberet, qui matri succederent, & ipse vsumfructum haberet, num. 5.

Limita, etiam si aliquod officium haberet, ex quo victum sibi quærere posset, nu. 6.

7 *Quarta, de qua* Auth. præterea *non debetur concubinæ in articulo mortis desponsatæ, etiam si ex illa filij essent procreati.*

8 *Vxor inops potest alienata per virum titulo lucratiuo reuocare pro rata quartæ, quā habitura fuisset, si maritus non donasset.*

DECIS. LXI.

QVæritur in hac decisione, si dos ducatorum mille sit congrua, ad finē vt vxor excludatur à quarta sibi debita vigore *Auth. præterea, C. vnde vir, & vxor*, & quia quęstio ista est perdifficilis ob varias *DD.* opiniones, cùm multi congruam esse dixerint, si ex eius redditibus vxor sufficientia alimēta consequi posset, eo modo sicut maritus tempore eius vitæ ei subministrabat. Alij autem voluerunt, quartā non deberi, si ex illa vxor vti vidua talis viri sustentari se posset. Nonnulli quoque amplexi sūt opinionem nostri *Authoris hic*, scilicet tunc

quar-

quartam deberi, quãdo ex illa dote neces-
sitati vxoris,ne fame pereat non succurra-
tur. Alij deniquè inspexerunt,an dos prę-
dicta tempore, quo fuit constituta, fuerit
congrua.

Tamen quicquid sit ex omnibus istis
1 opinionibus, hanc vltimam mihi videtur
esse veriorē, & magis substentabilē, si dos
prædicta tēpore, quo fuit viro constituta,
erat congrua, iuxtà qualitatem vtriusque,
scilicet viri, & vxoris, prout sic post longã
discussionem tuetur *Barz.* omninò viden-
dus in *decis.Bonon.*128.vbi subdit,sic fuisse
conclusum contra ea, quæ voluit *Bald. in
d.auth.* in quam quoq; opinionem accessit
*Honded. cons.*93.*vol.*1. & eam vti indubi-
tabilem sequitur *Fontanell. de pact. nupt.
claus.*5.*glos.*8. *part.*10.*num.*32. *& seq.* vbi
magnũ festum de ea facit,subdens, eo ma-
gis procedere, si cum eadem dote renube-
re posset, vt etiam voluit *Alex.Raudens.in
cons.*40 *nu.*2.*vol.*2.& hanc esse veriorem
contra *Roland. cons.*15. *lib.*3.*& Ludouic.
conclus.*33. *ampliat.*3. testatur *Author* no-
ster in *cons.*216.*num.*4.*lib.*2.*& Gabr.cons.*
142.*nu.*9.*&* 20.*& per tot.lib.*1.vbi respon-
det alijs contrarium sentiẽtibus, sic quoq;
*Rota Romana in decis.*202. *num.*10.*&* 11.
vbi inquit, quòd in hanc partem inclina-
bant Domini de Rota,& *num.*19. *vers.&
planè in terminis,an dos sit congrua, par.*2.
in nouiss.Gratian. post multos in *tom.*1.*di-
scept.forens. cap.*120 *num.*64.*vers.decimo-
nonò*, sic quoquè decisum fuisse per S.R.C.
testatur *Vinc. de Franch. in decis.*410. vbi
quòd dos ducatorũ 800. constituta V.I.D.
Carolo Græco,qui contraxerat matrimo-
nium cum Portia Spinella de familia Ma-
rini Spinelli A. M. D. habita fuit pro con-
grua,& fuit exclusa à petitione dictę quar-
tæ, & latè sequitur *Author* noster in *tract.
de aliment. tit.*9 *quæst.*37.*num.*7.*vers.con-
tra verò,vsque ad num.*23.vbi quòd ita re-
soluit Senatus Mantuanus tanquam sit ve-
rior opinio,declarãdo, non posse pet mu-
lieres agi ad hanc quartam stante dote
scutorum mille,quamuis maritus esset no-
bilis, & ditissimus, cùm ex eis haberet re-
ditum scutorum octuaginta, licèt ex be-
nignitate ampliati fuerint dicti reditus ad
scutos centum,ità vt ex bonis mariti dum
vixerit haberet scutos 20. vltrà 80. suæ
dotis.

Et ratio huius conclusionis sumitur ex
verbis dictæ *Auth.præterea*,vbi *Imperator*
non alijs voluit prouidere, nisi mulieribus
indotatis,& puto affectu ductis, aut ità te-
nuè, ac incõgruè dotatis,vt nec dotatæ vi-
deri possint,dum inquit: *præterea si matri-
monij sit absq; dote,coniux autē præmortui
locuples sit, superstes verò laboret inopia*,
vndè ex istis verbis clarè colligitur,quòd si
fuerit congruenter dotata, non diceretur
sine dote, nec maritum eam puro affectu
2 duxisse,in quo est fundata dispositio dictę
Auth.præterea, vt tradit idem *Imperator in
auth.matri,vel auia, §.quia verò, il secon-
do, in princ.* vnde sumpta est hæc *Authent.
præterea*, ibi, *si quis vxorem aliquando sine
dotalibus acceperit, cum affectu solùm nu-
ptiali*, & successiuè cessaret quoquè causa
inopiæ, cùm ipsa dependeat ab ipsa dote
non constituta,& proindè opinio *Bald.* &
sequacium dicentium, tunc quartam de-
beri,quãdo mulier paruam dotem habue-
rit, non intelligitur, si parua esset pro sub-
stentatione eius personę,iuxtà qualitatem
mariti tempore ipsius mortis, sed si tem-
pore ipsius constitutionis dotis parua fuit,
vt tradunt omnes supra citati *DD.*

Et ampliatur hæc conclusio, vt proce-
cedat etiam si paruam habuisset dotem,&
3 tamen cum ea iunctis suis operibus esset
apta ad se substentandam sine mendicita-
te,veluti incannando sericum, & alia simi-
lia opera,quæ solebat viuẽte marito exer-
cere,vt latè *Barz.in decis.*129.*per tot.* cùm
dispositio *d. Auth.* requirat extremam ne-
cessitatem,vt ipsemet tradit in *d.decis.*129.
*num.*8.10.*&* 22. ex communi *DD.* inter-
pretatione,maximè si patrem, vel fratrem
diuitem haberet,vt ex *decis.*eiusdem *Barz.*
130.

4 Et quod diximus de vxore,habet locum
etiã in marito, cùm illi quoque debeatur
quarta,vt communiter *DD.in d.auth. præ-
terea*, si tamen vxor diuitijs multis abun-
daret,ipse verò sũma paupertate,& inopia
laboraret.

Quod tamen limitatur, si ex vxore prę-
mortua filios haberet, qui matri succede-
5 rent,& ipse vsumfructum haberet, quoniã
eo casu dispositio *d.Auth.* cessaret,tanquã
cessante inopia, vt tradit *Fontanell. de
pact.nupt. claus.*5.*glos.*8.*part.*12. *num.*38.
& 39.

Item limitatur, si maritus aliquod of-
ficium exerceret, ex quo sibi victum quæ-
6 rere posset, nam eo casu cessaret extrema
inopia requisita pro obtinẽda dicta quar-
ta, cùm mendicus non dicatur is, qui pos-
sit sibi victum quærere, vt tradit *Mart. in
voto* 21.*num.*20.quicquid in contrarium
consuluit *Alexand.Trentacinq.in cons.*60.
*vol.*1.

vol. 1. vbi inquit, & si quis sit Doctor, & victum sibi quæreret, & tamen alia bona nō haberet, quòd nō excludatur à dicta quarta, cùm ibi loquatur contra expressa verba *text. Auth. de exhib. reis, § quoniam verò,* vbi extrema necessitas requiritur, vt tradunt communiter *DD.* per illa verba *text. in nouissima viuentes inopia*.

Verùm circa hanc quæstionem nota, quòd & si mulier absque dote quartam
7 in bonis mariti petere possit, tamen hoc fallit in concubina in articulo mortis desponsata, etiam si ex illa concubina filij essent procreati, cùm non præsumatur ex solo affectu matrimoniali illā fuisse desponsatam, sed affectu filiorum legitimandorū, vt satis doctè consuluit *Cæsar Manent. in cons.* 11, *lib.* 2. impresso post suas decisiones.

Secundò etiam nota, quòd pro consequutione dictæ quartæ vxori cōpetit que-
8 rela inofficiosæ donationis, quando à marito inter viuos esset facta donatio liberis, & agnatis, prout acutissimè consuluit *Ladereh. in cons.* 167. & sequitur *Casta de port. rata, quæst.* 84 *nu.* 17. vbi vxor potest alienata à viro titulo lucratiuo pro illa rata reuocare, quam habitura esset, si maritus non donasset, exemplo filij pro consequutione legitimæ, vt determinatum fuisse inquit *ipsemet in tract. de fact. scient. & ignor. distinct.* 77. *num.* 6. *centur.* 1. quam opinionem per extensum probat *Mangil. in tract. de imput. quæst.* 183. vbi tamen nihil superesset, quod sufficeret ad quartam, si vir non donasset, quicquid in contrariū teneat *Durant. de arte testand. tit.* 6. *caut.* 20. quòd talis querela vxori non competat.

Et de hac quęstione *Auth. prætereà* latè scripsi in *tract. l. hac edictali, C. de secund. nupt. quæst. vltim.* edita post opus impressum.

SVMMARIVM.

1 *Dos de fideicommisso detrahi potest, non obstante expressa testatoris prohibitione, & num.* 15.
2 *Pater tenetur filiam, & neptem dotare, & se obligare pro restitutione dotis filij.*
3 *Bona fideicommisso subiectā possunt alienari tàm pro constitutione, quàm restitutione dotis.*
4 *Onus dotandi filiam, vel neptem inhæret in bonis, & transit ad quemcunque vadunt, & num.* 36.
5 *Dos detrahi potest à toto fideicommisso, etiā à portione aliorum cohæredum, vbi portio patris grauati non sufficeret, quamuis diuisio esset inter fratres facta.*
Amplia, etiam respectu restitutionis, nu. 6.
7 *Pro dotis constitutione totum euerti potest fideicommissum, contrarium, & malè, num.* 29.
Item pro restitutione, num. 8. *&* 81.
Amplia, quamuis restitutio esset facienda cohæredibus, num. 9. *&* 83.
10 Auth. res, quæ C. commun. de leg. *in qua fundatur, plures recensentur opiniones, & num.* 11. 12. 34. *&* 41.
Opinio Authoris, num. 13.
14 *Ascendens non potest ab onere dotandi se eximere.*
Contrarium, num. 45.
16 *Bona fideicommisso subiecta alienari possunt tàm pro dote, quàm pro antefato, eiusque interesse, testatoris prohibitione non obstante.*
Contrarium, num. 17.
18 *Dispositio* Auth. res, quæ *non procedit in fideicommisso transuersalium.*
Contrarium, num. 19.
Prima opinio verior, num. 20. *&* 21.
Limita quoàd restitutionem, num. 105.
22 *Dispositio* Auth. res, quæ *procedit tàm in constitutione dotis, quàm in restitutione.*
Amplia, quāuis essent dati fideiussores pro dote restituenda, num. 23.
Intellige, volente muliere, num. 24.
Declara, num. 25. *&* 27.
26 Castrens. cons. 219. *declaratur.*
28 *Priuilegium* Auth. res, quæ *transit in ipsū fideiussorem, cui mulier ipsa iura cessit.*
30 *Bona fideicommisso subiecta in Vrbe Venetiarum ex particulari statuto alienari non possunt.*
31 *Dispositio* Auth. res, quæ *habet locum, siue fideicōmissum præcedat, siue subsequatur.*
Sed contrarium, num. 38.
Prima opinio verior, num. 73.
Item, siue vxor de fideicommisso notitiam habuerit, siue non, num. 32.
Item procedit etiā in neptibus, & nepotibus post obitum fideicommittentis natis, numer. 33.
Contrarium, num. 40.
35 *Bona fideicommisso subiecta dicūtur quasi tacitè obligata tàm pro constitutione, quàm pro restitutione dotis.*
Amplia pro tota dotis constitutione, vel restitutione, num. 37.
39 *Onus paternum se obligandi pro restitutione dotis per filium recepta, cessat eo mortuo.*

40 *Dispositio* Auth. res, quæ *procedit in filijs, et filiabus grauantis tantum, & num.* 47.
Amplia, etiam respectu restitutionis, nu. 51.
Contrarium, num. 69. & 75.

42 Text. in l. final. C. de dot. promiss. *declaratur.*

43 *Filia, vel filius non possunt extraneum heredem institutum molestare ad cōgruam dotis exhibitionem, seu ad assecurationē dotis nurus per filium recepta, si eorum legitima à patre relicta non sufficiat.*
Contrarium, num. 53.

44 *Testamentum patris filijs legitima relicta, ac extraneo instituto valet.*

46 Text. l. dotem dedit, ff. de collat. bonor. *explicatur.*

48 *Bona fideicommisso supposita non possunt pro dote alienari, consumpta legitima, & trebellianica per filium.*
Contrarium, num. 77.

49 *Pater nō cogitur obligare portionem sibi ex fideicommisso obuentam, & alteri restituendam pro constitutione dotis filiæ, vel obligare pro dote nurus.*

50 Text. in §. quamobrem, Auth. de restit. & ea, quæ ponunt. *declaratur, & nu.* 95.

52 Irner. *in concipiendo mentem* Iustiniani in d. Auth. res, quæ *improbatur.*

54 *Onus paternum non verificatur in sola legitima, vbi pro dote non sufficeret.*

55 *Dos constitui debet pro modo facultatum, & iuxtà conditionem vxoris, & viri dignitatem.*

56 *Filia fœmina agere potest ad dotis supplementum, quamuis non agat ad legitimæ supplementum.*

57 *Onus ascendentis respectu filij, vel filiæ nō verificatur in sola obligatione pro quantitate legitimæ, sed ad totalem dotis constitutionem, vel dotis accepta restitutionem.*

58 *Pater, vel auus cogi potest ad se obligandū pro restitutione dotis per filium recepta ad beneficium nurus, & quando.*
Item respectu tutelæ per filiū administrandæ, num. 59.

60 Text. in l. si cùm dotem, §. transgrediamur ff. solut. matrim. *declaratur.*

61 Peregrin. de fideicommiss. art. 42. num. 15. *confutatur.*

62 *Bona patris ipso iure dicūtur obligata pro restitutione dotis nurus, & ea filius patre recusante potest obligare.*

63 *Auus tenetur ad restitutionem dotis per nepotem receptam.*
Intellige, num. 68.

64 *Bona materna alienari possunt pro restitutione dotis recepta per filium post matris obitum.*

65 *Dotis augmentum filiæ debetur, nō obstante certa summa à patre ei legata, si tempore nuptiarum tempora essent mutata.*
Amplia, etiam in bonis fideicommisso subiectis, num. 66.

67 *Dos data ab auo nepti an in filij legitimam imputetur, & quando, num.* 71.

70 *Onus paternum, vel auernum dotandi filiam, vel neptem, nō est respectu legitimæ, cùm etiā in filio exhæredato quòad auum erga neptem non extinguatur.*

72 *Auus tenetur filio legitimam relinquere, ac etiam eius liberos alere.*

73 Faber de error. pragm. decad. 20. error. 2. lib. 1. *confutatur.*

74 Peregrin. de fideicommiss. artic. 42. *impugnatur, & num.* 76.

78 *Culpa grauati filijs nocere non debet.*

79 *In restitutione dotis attenditur tempus ipsius restitutionis, & non matrimonij.*

80 *Absurda sunt euitanda.*

81 *Dispositio* Auth. res, quæ *procedit respectu liberorum, & omnium descendentium, tàm circa constitutionem, quàm circa restitutionem dotis.*

82 Angel. in d. Auth. res, quæ *reprobatur.*

84 *Fideicommittens sub ea conditione,* si fine liberis decesserit, *videtur cōsentire matrimonio, ac receptioni dotis recipiendæ per grauatum.*
Amplia, etiam in transuersali fideicommittente, num. 85.
Amplia, etiam respectu antefati, nu. 86.
Contrarium, num. 87.

88 *Fideicommissum euerti ob dotium descendentium constituendarum, vel restituendarum, absurdum non est.*

89 *Onus ascendentiū dotandi descendentes hypothecam non inducit, sed actionē merè personalem.*

90 *Actio personalis transit in hæredem.*

91 *Succedens per fideicommissum, testatori, & non hæredi succedere dicitur.*

92 *Onus auernum dotandi neptem, eius morte extinguitur.*
Contrarium, num. 93.
Amplia, vt eo viuente possit cogi, nu. 94.

96 Text. in l. profectitia, §. si filiusfamilias dotem, ff. de iur. dot. *declaratur.*

97 *Dos de fideicōmisso detrahi debet à portione patris grauati, & non aliorum cohæredum, quia obligatio fuerat facta à communi omnium patre, qui eius filijs hæreditatē restituere debebat, vbi decisio S.C.*
Contrarium, nu. 98. 99. & 100.

101 *Dispositio* Auth. res, quæ *non militat vbi dos esset excessiua.*
*Et quomodo hoc intelligatur, nu.*102.
*Limita in restitutione, num.*103.
*Et de ratione, num.*104.
*Declara, num.*107.
102 Glos. in §. quamobrem, vers. merita *declaratur.*
105 *Dispositio* Auth. res, quæ *quoad restitutionem, procedit etiã in fideicommisso transuersalis, nõ autem quoad constitutionem.*
106 *Ascendẽtes desiderant filios, & descendentes cũ honorificis, & magnis dotibus nubere, propter familiæ splendorem.*
108 *Dispositio* Auth. res, quæ *procedit tàm in fideicommisso vniuersali, quàm conditionali.*
*Item, quamuis iterum pater, vel frater dotaret filiam, vel sororem, quando dos fuerit consumpta, num.*109.
*Item tàm pro dote, quàm antefato, & eorũ interesse, num.*110.
*Declara, num.*111.
*Item pro festiuitatibus fieri solitis, nu.*112.
*Item pro apparatibus mulieris, num.*113.
114 *Dispositio* Auth. res, quæ *procedit etiam in filia legitimata, & naturali.*
*Limita in fideicommisso facto à descendente, num.*115.

DECIS. LXII.

1 COncluditur in hac decisione, expressa testatoris prohibitione non obstãte etiam ex causa dotis posse bona fideicõmisso supposita pro ea restituenda, vel constituenda alienari, ea principali ratione (omissis
2 alijs) quia cùm pater, aliusuè ascendẽs teneatur filiam, vel neptẽ dotare, & ad eam cogi, sic etiam filio vxorem dare, & pro ea facere donationẽ propter nuptias, & bona propria pro dotis restitutione obligare, ad tradita per DD. *in l. si cùm dotẽ, §. trãsgrediamur ff. solut. matrim.* & ob id non posse fideicommittendo alienationem ex causa dotis prohibere, quia non potest per eius dispositionem se eximere ab ea obligatione.
3 Ex hac, inquam, ratione infertur, bona fideicommisso subiecta posse alienari tàm pro constitutione dotis, quàm pro restitutione illius receptæ per hæredem grauatum, nedum pro portione spectante ad eum, verùm etiam pro portione aliorum cohæredum, vbi portio viri grauati pro ea non sufficeret, quoniam si hoc onus erat fideicommittentis, absq; dubio transit penès quemcunque possessorem, vt in puncto dicit *Dec. cons.*376. *in fine*, asserens, in
4 facti contingentia causa sibi commissa ità iudicasse, scilicet hoc onus inhærere in bonis eius, & cum eis transire ad quemcunq; bona vadant, & successiuè bona omnia pro obligatis haberi, cùm de necessitate pater teneatur se obligare, vt etiam antè cum *Paul. de Castr. in cons.*80. *quia per suprascriptum, lib.*1. *num.*1. *in nouis*, prout in terminis decreuit *Rota Romana in decis.*457. *nu.*2. repetita in *dec.*889. *n.*7. *par.*4.
5 *in nouis*, vbi determinatum fuit, dotes proneptuum fideicommittentis detrahi posse à toto fideicommisso, etiam à portione aliorum cohæredũ, ex eo quia portio eorum patris pro eis non sufficiebat, non obstante diuisione inter fratres facta, ex dicto *cons. Dec.* quam etiam decisionem eam sequutus refert *Marescott. lib.*2. *variar. resolut. cap.*69. *num.*6. in quam opinionem absque difficultate inclinat *Fontanell. de pact. nupt. claus.*5. *glos.*1. *part.*2. *num.*78. & sentit *Fusar. in cons.*38. *nu.*10. dicens, contrariam opinionem *Peregrini* ipsum non affirmare, & *Petr. de fideicommiss. quæst.*8. *nu.*409. ac *Menoch. cons.*68. *primo dubio*, & ità decreuisse S.C. in causa illorum de Rinaldo testatur *Rouit. in cons.*54. *nu.*20.
6 ergo à fortiori in restitutione, quę non dependet à voluntate, sicut constitutio, sed ex necessitate, vt latiùs in fine dicemus,
7 prout etiam in constitutione totum posse euerti fideicommissum, determinatum in Senatu Patauino dicit *Peregr. in dec.*62. & pro absoluto *de fideicommiss. artic.*41. *num.*7. & latiùs *num.*16. *Surd.* Author noster hic, *Menoch. cons.*688. *dub.*1. *Petr. de fideic. d. quæst.*8. *num.*409.
8 Et in restitutione pro absoluto firmauit idem *Peregrin. in dict. decis.*62. *sub num.*3. vbi falsam reputat opinionem *Paris. & Angel.* contra sentientium, allegans infinitos DD. sic etiam *Eugen. cons.*54. *num.*25. *lib.*1. *Menoch. cons.*33. *num.*15. *lib.*1. *Grat. tom.*2. *discept. forens. cap.*331. *nu.*8. *Padill. in d. auth. res, qua, num.*111. vbi ait, posse
9 totum euerti fideicommissum, quamuis restitutio esset facienda cohæredibus, *Simon de Prat. de interpret. vltim. volunt. fol.*438. *nu.*28. *Petr. de fideicommiss. d. q.*8. *num.*465.
10 Hoc autem desumi videtur ex dispositione dictæ *Auth. res, quæ, C. commun. de leg.* quę in alio non est fundata, nisi in illa legali obligatione, quam ascendens fidei-

com-

committens tenetur erga suos descendentes, eamque præcisam vocant *Crauett. in respons. pro genero, coroll. num. 4. Osasc. decis. 167. num. 4. Menoch. de arbitr. casu 182. nu. 66. & de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 189. num. 5. vers. & hac, & num. 24. & 103.* vbi dicit, hanc esse veram, & proptiam rationem, *Peregrin. de fideicommiss. art. 42. nu. 2. & 4. Fusar. de substit. quæst. 531. num. 148.* vbi hanc rationem veram, & fundamentalem, atque communem esse inquit, *Fontanell. de pact. nupt. clauf. 5. glos. 1. par. 2. nu. 2. in fine.*

11 Et quamuis multi varias dicto *text.* dederunt interpretationes, cùm nonnulli dixerint, dispositionem illius procedere in verisimili mente testatoris, seù fideicommittentis, qui si viuus fuisset, vtiquè idem fecisset, prout firmarunt per *text. l. mulier, §. cùm proponeretur ff. ad trebell.* vbi *Paul. de Castr. num. 2. Crot. in l. filius familias, §. diui, num. 54.* & ibi *Ferdin. Loaz. ff. de leg. 1. Curt. iun. in d. auth. res, quæ num. 11.* & post *Paul. de Castr. Iaf. Socin. & Decian. Petr. de fideicommiss. quæst. 8. nu. 338. Rota Romana decis. 889. num. 3. part. 4. in nouiss.* cum alijs per *Fusar. de substit. quæst. 531. num. 6.*

12 Alij verò asserunt, illius dispositionem fauore dotis principaliter fuisse inductam.

13 Ego verò dico, dispositionem *d. text.* nō esse fundatam nec in verisimili mente testatoris, nec fauore dotis absolutè, sed fauore illius, mediante illa legali obligatione, quam habet, & adstringitur ascendens ad se obligandū pro restitutione dotis habitæ per filium, nepotem, & ad dotandam

14 filiam, neptem, aliasque descendentes, à qua cùm non posset se eximere, si fuisset viuus, pariter post mortem, vt pro absoluto dicit *Paul. de Castr. cons. 80. quia per suprascriptum, lib. 1. in nouis*, vnde veram nō puto primam opinionem, siquidèm data expressa testatoris prohibitione etiam in causa dotis, sequeretur dispositionē dictæ *Auth.* locum non habere, quia cùm constaret de expressa testatoris voluntate, cessaret coniecturalis, & tacita, & tamen in contrarium communior viget opinio, sci-

15 licet talem prohibitionem substineri non posse, & bona fideicommisso supposita ea non obstante tàm pro cōstitutione, quàm restitutione alienati posse non ambigitur, vt communiter firmarunt *DD. in d. auth.* & præcipuè *Padill.* qui de communi testatur *num. 117.* de communi quoque *Marzar. in epit. de fideicommiss. quæst. 48. vers. contrarium tamen*, de magis communi *Bursat. cons. 178. num. 10. vers. & quando, lib. 2.* de magis communi etiam *Petra de fideicommiss. quæst. 8. num. 436.* & in iudicando, & consulendo veriorem esse inquit *Cauall. commun. cōtra commun. quæst. 743.* & ità iudicatum testatur *Guid. Pap. in decis. 96. Boer. decis. 129. num. 5. Viu. decis. 18. num. 26. Surd. in hac decisione, & decis. 18. num. 26.* vbi de magis communi, *Ludouic. decis. Lucens. 28. num. 78. cum seq. Peregrin. decis. Patau. 96. Milan. decis. 7. nu. 41. lib. 1.* & ab ea non putat recedendū in iudicando, & consulendo *Fusar. de substit. q. 531. num. 71. Bacz. de non meliorand. dot. cap. 8. num. 6.* vbi sic iudicatum refert, licèt ipse aliter sentiat, *Marescott. lib. 2. var. cap. 69. nu. 16. cum seq. Peguer. decis. 118. nu. 1. Statil. Pacif. de Salutan. interd. cap. 2. inspect. 3. num. 52. Fontanell. de pact. nuptial. clauf. 5. glos. 1. part. 2. num. 69. & seq.* sic etiam *Pachin. lib. 4. controu. cap. 48.* & secundū hanc opinionem iudicatū ferè in omnibus Tribunalibus asserit *Marta de success. legal. part. 4. quæst. 21. artic. 17. num. 86.* & præter hos, alios refert *D. Reg. Rouit. in consil. 54. num. 11. vol. 1. & cons. 55.* in fine cuius ità per S.C. obtinuisse habetur, referens *nu. 12.* hanc opinionem indistinctè sequutū fuisse

16 S.C. tàm pro dote, quàm pro antephato, eiusque interesse, tali prohibitione non obstante in pluribus causis per ipsum enumeratis, cùm hoc sit proprium priuilegiū doti tributum, subdens rationem de verisimili mente nō posse applicari de iure nouissimo *Auth.* sed de iure *Digestor.* ad *text. l. cùm mulier, § cùm proponeretur*, ibi, *mulieris pudicitia, & patris voto congruebat, ff. ad trebell.*

17 Quicquid inter alios sentiat *Faber de error. pragm. lib. 1. decad. 20. error. 2. nu. 6.*

Minus veram puto secundam opinionem, quoniam si id fauore dotis absolutè esset inductum, non mediante legali obligatione ascendentium, sequeretur, dispositionem *d. Auth.* locum habere nedum in

18 fideicommisso ascendentis, verùm etiam transuersalis, & tamen communis opinio aliud determinat, scilicet respectu trāsuersalis illam cessare, ità post multos *Couarr. lib. 2. variar. cap. 6. num. 10. vers. primum, Pasqual. Saul. de alien. reb. fideic. sub. par. 2. num. 262. Villal. commun. opin. vers. alienata, num. 89. Petra d. quæst. 8. nu. 412. Peregrin. de fideicommiss. artic. 42. nu. 49. Viu. commun. opin. opin. 666. Crass. §. fideicommissum, quæst. 57. nu. 5. Maynard. decis. 18.*

& 21. lib.3. Thes. iun. ad decis. eius patris
192.nu.15. Faber in suo Codice, lib.6.tit.21.
commun. de leg. definit.10. Fusar. de substit.
quæst.531.num.95. Vincent de Franch de-
cis.241. Fontanell. de pact nuptial. clausf.5.
glos.1. part.2.num.6. Mart de successf. legal.
part.4.quæst.21. artic. 10.num.12. & si hoc
limitet in fratre, quando vigore statuti ex-
clusum fœminarũ à successione fratris te-
neretur sororem dotare, sic etiam iudicatũ
refert Franc. Clapper. caus.2. quæst.4. in
19 princ. quicquid aliter sentiat ipse sequutus
glos. in d.§. quamobrem, auth de restitut. &
ea, quæ par. in vndecimens. dum voluit, di-
spositionem d. Auth. habere locum tàm
in fideicommisso ascendentiũ, quàm trans-
uersalium, ex eo quia rationes, quibus mo-
tus fuit ibi Imperator, generales sint, vtrã-
que comprehendentes ex verbis illis, quia
ea, quæ cõmuniter omnibus prosunt, hisque
quibusdam vtilia sunt, proponenda sunt,
volens id expressè nuptialibus donationi-
bus, & eorum exactionibus priuilegium
tribui, quæ videntur non posse admittere
illam restrictionem, quam faciunt DD. de
fideicommisso ascendentium, cùm contra
eum extat text. l. mulier, §. cùm proponere-
tur ff. ad trebell. quæ concordat cum dicta
Auth. ibi patris voto congruebat, quæ ver-
ba non possunt ad alios referri, quàm ad
20 ascendentes respectu suorum descenden-
tium, vt optimè contra eum considerauit
Fontanell. d.part.2.num.7 quicquid etiam
aliter intelligendo d.text. dixit Faber in
suo Codice, d.tit.21. definit.4.
21 Et hoc euidẽtissimè desumitur ex dicto
text. Auth. quæ in tantum permittit alie-
nationem, in quantum legitima grauati
non sufficeret, ergo loquitur in fideicom-
misso ascendentium, ex quo debetur de-
scendentibus legitima, & non in fideicom-
misso transuersalis, in quo nulla grauato
debetur legitima.
Hinc inductæ sunt infrascriptæ conclu-
22 siones, quarum prima est, quòd bona fi-
deicommisso supposita obligari, & aliena-
ri possint tàm pro constitutione dotium
descendentium, quàm pro earum restitu-
tione, dummodò bona libera nõ adessent,
vt per Bart. in d. auth res, quæ num.4. & ibi
Curt. iun. num.15. Padill. num.59. & seq.
quam vti communem sequuti sunt Cor-
dub. in l. si quis à liberis, §. si mater, nu.14.
ff. de liber agnosc. Menoch. lib.4. præs.189.
num.28, cum seq. vbi ita ferè omnes DD.
tenere, inquit Peregrin. de fideicommiss. ar-
tic.42.num.45. dicens, quòd communis In-
terpretum schola est cum Bart. sic etiam
Costa de remed. subsid. cap.6.num.3. Vinc.
de Franch. decis.613.nu.1. Molfes. cons.29.
num.5. Intrigl. decis.4. Merlin. decis. Lu-
cens.97. Seraphin. decis.666. Gratian. decis.
Marchiæ 19. ac tom.2. discept. forens. cap.
331. & vti communẽ, & veriorem sequu-
tus est Mastrill. decis.256, num.11. Petr. de
fideicommiss. d. quæst 8. nu. 394. vbi com-
munem quoque asserit, & hanc magis sibi
probari, eamque semper in praxi obser-
uatam post Angel. Paul. de Castr. Socin.
Rub. Alexand. Intrigl. aliosque DD. dicit
Fusar. de substitut. quæst.531.nu.7. Marta
de success. legal. par.4. quæst.21. art.10.nu.4.
cũ seq. apud quos innumeros habes, quos
breuitatis causa omitto.
23 Et hoc quamuis essent dati fideiussores
pro dote restituenda, cùm mulier non te-
neatur agere contra fideiussorem, scribunt
Ias. in d. auth. num.32. vers. decimoquintò
extende, & ibi Curt. num.38. Padill. nu.49.
cum seq Roland. à Valle cons.20.nu.3. lib.4.
& alij per Fusar. de substitut. quæst.532.
24 num.4 & si in arbitrio vxoris sit, an agere
velit contra bona fideicõmissi, vel contra
tertios possessores, vt ex pluribus scribit
idem Fusar. d quæst.532.nu.10. quod antè
eum voluit Paul. de Castr. in consil. 219.
num.2. & 3. vol.1. cùm posset esse durior
aduersarius tertius possessor, & ob id in
restitutione dotis non attenditur tempus
matrimonij, sed ipsius restitutionis, vt ex
Paul. de Castr. d. consil. 219. num.2. dicunt
Petr. de fideicomm. d quæst.8. nu.457. vers.
secundo casu, Intrigl. de substit. centur.3.
quæst.73. num.379 Simon de Præt. de in-
terpr. vltim. volunt. fol.437. Caualc. dec.81.
num.107. part.3. Bursat. cons.174. num.13.
lib.2. Fusar. de subst. quæst.532.nu.7. & 9.
Mart. de successf. legal. part.4. quæst.21. ar-
tic.10, num.66. apud quos quamplurimos
habes, & si huic opinioni simpliciter non
inhæreat Menoch. lib.4. præsumpt.190.
25 num.45, sed cum distinctione, scilicet an
bona tempore restitutionis nullo modo
reperiantur, quamuis existentia tempore
dotis datæ, quia consumpta, & tunc mili-
tat opinio Castr. in d. consil 219. aut verò
26 bona existentia penès virum tempore do-
tis datæ fuerunt alienata, & in alium trans-
lata, quæ tunc extare etiam appareant, &
tunc firmat, non esse locum dictæ opinio-
ni Castr. sed prius debere mulierem agere
contra tertios possessores, & demum im-
ponere manùs super bonis fideicommisso
subiectis, cùm dispositio d. Auth. locum

habeat

habeat in subsidium, vbi bona libera non adessent, in quam opinionem videtur inclinasse S.C. apud *Vinc. de Franch. in decis.* 519. hanc eandem distinctionem respectu fideiussorum latè prosequitur *Marta de successs. legal. part 4 quæst. 21. artic. 10. nu. 42.* dùmodò fideiussores sint soluendo,
27 aliàs secus, cessis tamen iuribus per mulierem ad beneficium fideicommissarij, cũ remedium *d. Auth. nt.* sit subsidiarium, sūdens, quòd contrarium afferentes confundunt terminos, dum de subsidiario faciunt ordinarium, cùm eorum dicta procedant in ordinarijs, quorum si plura mulier habeat, erit in eius electione, quod velit intentare, secus in subsidiario, & ità ipse iudicaret, & si respectu fideiussoris contrariũ sentiat *Menoc. lib. 4. d. præsumpt.* 190. *n.* 29. *cum seq. & num.* 34. *vers. nec huic sententiæ*, latè *Paul. de Castr. consil.* 15. *lib* 1. *num.* 3.
28 vbi etiam probat, validam esse cessionem ad beneficium fideiussoris.

Quamuis nonnulli contrarium sentie-
29 rint, dicentes, dispositionem dictæ *Auth.* non habere locum in constitutione, & id, quod dicitur à *DD.* est potiùs quædam extensio, quàm dispositio dictæ *Auth.* tamen hoc mihi visum fuit ridiculum, cùm *text. d. §. quamobrem, Auth. de restit. & ea, quæ par. in vndec. mense*, satis apertè in vtroque casu loquatur, nec eius verba indigeant aliqua interpretatione, ibi, *deindè ex reliquâ substãtia parte, si non sufficerit legitima, pars ad dotis, aut antenuptialis donationis oblationem bon. fit, & secundùm personarum qualitatem, & merita*, vbi *glos. d. verbo merita*, notat dotem constituendam, & donationem propter nuptias pro honestitate personarum, & merita, id est patrimonij facultatem, ergo principaliter loquitur etiam in casu cõstitutionis, quic-
30 quid sit in Vrbe Venetiarum ex particulari statuto, ex quo bona fideicõmisso supposita etiam pro dote alienari nõ possunt.

Secunda conclusio est, vt id locum habeat nõ obstante quauis expressa testatoris prohibitione, vt supra diximus.

31 Tertia, vt procedat siue fideicommissũ præcedat, siue subsequatur matrimonium, ità de communi *Riminald. iun. consil.* 562. *num.* 55. *Becc. cons.* 45. *Caualcan. decis.* 81. *nu.* 103. *part.* 3. *Seraphin decis.* 679. *Molfes. cons.* 29. *num.* 2. *Mastrill. decis.* 256. *num.* 4. *Peregrin. de fideicommiss. artic.* 42. *num.* 17. *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *casu* 128. *num.* 70. & communem testatur *Rota in decis.* 37. *num.* 4. *part.* 1. *in nouiss.* post *Natt. Roland. Crot. Alex.* & alios *Fusar. de substit. quæst.* 532 *num.* 5. *Marta de successs. legal. part.* 4. *quæst.* 21. *art.* 10 *num.* 4.

32 Quarta conclusio, vt id procedat etiam si vxor de fideicommisso notitiam habuisset, ità iudicatum refert *Thesaur. decis.* 151. quod pluribus comprobat idem *Fusar. d. quæst.* 532. *num.* 15. vbi hanc opinionem post innumeros per ipsum congestos veriorem, & communem appellat, eamque latè exornat, *Surd. hic num.* 35. *cum seq.*

33 Quinta conclusio, vt dispositio *d. Auth.* militet etiam in nepotibus post obitum fideicommittentis natis, *Rota* post multos *in d. decis.* 37 *sub num.* 5 *part.* 1. *in nouis.* vbi de communi, & *decis.* 889. *num.* 4. *par.* 4. *in nouis. Sfort. Odd. de fideicommiss. quæst.* 110. *Marz. ar cons.* 1. & antè eos *Paul. de Castr. in d. cùm proponeretur*, ac in *dict. Auth. res, quæ num.* 13. *vers. retenta tamen*, & ibi *Padill. num.* 56. *Menoch cons.* 33. *num.* 38. & *lib.* 4. *præsumpt.* 189 *nu* 15. *Eugen. cons.* 54. & ita per Collegium Florentinum consultum, atque posteà iudicatũ testatur *Mazzol. cons.* 119. *nu.* 37. *Petr. de fideicommiss. d. quæst.* 8. *nu* 400. *cum seq. Simon de Prat. de interpret vltim. volunt fol* 438. *num.* 29. *cum seq. Bero. quæst.* 110. *Caualc. d. decis.* 81. *num.* 104. *Thesaur. decis* 191. *num.* 11. *Ioseph. Ludouic. dec. Lucens.* 28. *num.* 96. cum quibus etiam perrãsit *Fusar. d. quæst.* 532. *num.* 9. vbi ait, nunquam vidisse in praxi contrarium iudicari, sed benè hãc opinionem seruari, latè etiam *Peregrin. de fideicommiss. d. artic.* 42. *num.* 37. afferens, hanc opinionẽ semper fuisse seruatam, sic quoquè *Fontanell. de pact. nuptialib. claus.* 5. *glos.* 1. *par.* 2. *num.* 77. quibus etiam accedit *Mart. de successs. legal. part.* 4. *q.* 21. *art.* 10. *num* 4. *cum seq.*

34 Quæ tamen conclusiones militant tum fauore dotis, tum etiam ob illam legalem necessitatem dotis constituendæ, quam habent ascendentes, à cuius obligatione se eximere nõ possunt, vt vnanimiter concludunt citati *DD.* & præcipuè *Surd. hic*, ac *Dec.* antè omnes *cons.* 376.

Vndè attenta ratione prædicta, parum
35 infert, si in bonis subiectis fideicommisso plures, & diuersæ personæ succedant, quia dum fideicommittens ad id adstringitur, ob quod eius bona quasi tacitè obligata, vt dicit *Bald. Nouell. de priuil. dot. part.* 6.
36 *priuileg.* 20. *num.* 8. in fideicommissarios transeunt cum hoc onere, vt optimè ponderauit *Surd. in hac decis.* & latiùs *Dec.* in citato *consil.* 376. *in fine*, qui in hoc mul-

L 3 tum

tùm exclamat, & latè supra fundauimus.

37 Quod eo magis procederet in restitutione, quæ si totalis non fieret, dispositio dicti *text. §. quamobrem* esset elusoria, & ad nihilum deseruiret, dum *Imperator* ad instantiam mulierum illam condidit, ibi, *adierunt nos viri,& mulieres ex his læsi*, ex quo per fideicommissum remanebant deceptæ, & læsæ, & sic dotem amittebant, & honoris periculum subsistinebāt, ibi, *sed ingemiscebat iustè mulier quasi per deceptionem*, & propterea subdit, *hæc nos meritò commouerunt.* Vnde si totalis restitutio nō fieret, cessaret fauor publicus, quia deceptæ, & absque dote, & secundò nubere nequiuerent, immò pudicitię periculum substinerent.

Sed contrarium dicendum videtur, scilicet dispositionem dicti *text.* fuisse malè à

38 *DD.* interpretatum, quod causam dedit *Irner.* qui in concipiendis verbis *§. quamobrem, vndè sumitur* non intellexit *Iustiniani* mentem, quæ alia nō fuit, nisi vt granatus, vel grauata antè iniunctum fideicōmissum, dotem, vel donationem propter nuptias constituerunt, vel acceperunt, non noceat ea res mulieri, vel viro, quominus dos restitui, quam aut maritus ille, aut pater eius acceperat, vel si mulier ipsa, quæ viro dotem dedit rogata sit à patre hæreditatem restituere, non solùm non censeatur rogata reddere dotem, sed etiam si expressim rogata sit, fideicommissum quòad hoc attinet non valeat, vt declarat *Faber de error. pragmat. lib. 1. decad. 10. err. 2.* & sic dispositio dicti *text.* secundùm eum nō procedit in dote, & donatione propter nuptias constituta, & accepta post iniunctum fideicommissum, quæ opinio originaliter fuit *Angel. in d. auth. de restit. & ea, quæ par. in vndec. mens. in princ. col. penult. vers. item nota*, cuius dictum sequitur, & refert etiam *Ias. in d. auth. res, quæ, versic. quintò limita*, & pleniùs in dicta *auth in glos. verbo obligationem, col. 8.* ea ratione,

39 quia pater quando viuit, tenetur obligare eius bona pro restitutione dotis receptæ à filio, quæ ratio cessat eo mortuo, quia bona patris nō possunt dici obligata pro dote post mortem patris à filio recepta, & si *Peregrin. de fideicommiss. artic. 42. nu. 3. 9. & 10.* aliter dixerit, scilicèt dispositionem

40 dicti *text. §. quamobrem* procedere solùm in filijs, & filiabus grauantis tantum, nulla adhibita distinctione, an antè, vel post iniunctū fideicommissum dos sit constituta, vel accepta, & non in alijs descendētibus.

41 Nec veræ esse videntur rationes, quibus contrarium sentientes moti sunt asserere, dispositionem *d. Auth.* esse fundatam in illa legali obligatione, quam ascendentes substinent ad beneficium descendentium, immò etiam esse fundatam fauore dotis, quoniam quòad primum dicunt, nulla lege cautum reperiri, ascendentes teneri dotare, & constituere donationem propter nuptias, & se obligare tàm pro illorum constitutione, quàm pro restitutione, præ-

42 ter patrem, *l. fin. C. de dot. promiss.* qui etsi ad id videatur obligatus, tamen hæc obligatio erit personalis, & non realis, quæ morte eius extinguitur, quod irrefragabili argumento probatur, siquidem relicto fi-

43 lio, aut filiæ legitima, alio instituto hærede, si legitima non sufficeret ad congruam dotis exhibitionem, seù ad assecurationē dotis nurus per filium accipiendæ, non tenetur hæres supplere, quia nulla lege hoc repetitur prouisum, immò contrarium de-

44 terminatum, nam relicta legitima filijs, testamentum manet ratum, nec vllus recursus tribuitur eis aduersus patris testamentum, ex *l. omnimodo, & l. scimus, C. de inoffic. testam.* ergo conclusio sectantium partem affirmatiuam circa legalem neces-

45 sitatem, quam asserunt habere descendentes, falsa reputatur, prout ex *Paul. de Castr. in cons. 43. col. vlt. lib. 2.* firmat *Peregrin. de fideicommiss. artic. 42. num. 30. cum seq.* & antè eum *Curt. iun. in d. authent. res, quæ num. 53. Hondod. cons. 76. lib. 1.* quando tamen nepti, vel pronepti non erat debita legitima.

Et si dicatur, per *l. dotem dedit* cum alijs

46 corcordantibus *ff. de collat. bonor.* esse prouisum, auum paternum tenere dotare neptem, ibi, *dotem nepti dare debet*, ob quod *Bart.* ibi dicit, quòd ad id cogi potest, & sic dici possit, ascendentes iuris dispositione ad id adstringi, attamen respondetur, id verum esse vbi pater officium filij exercet, quia neptis in eius locum successerit, veluti vbi auus filio legitimam non dederit, tunc, inquam, obligatur erga neptem, & ideò post eius mortem dos reddi debet ad filium, non ad auum, quia, vt dicit ibi *text.* ideò *auus propter filium*, scilicet quòd debet dare propter filium, & propterea dos illa in legitimam eius filij imputatur, secundùm communem *DD.* opinionem, vt per *Dec. in cons. 81. num. 5.*

Minus vera videtur secunda ratio à sectantibus affirmatiuam partem ponderata, scilicet id esse fauore dotis, & ex dispositione

ſpoſitione *d. Auth. res, qua, & in corpore unde ſumitur*, quoniā *text. d. Auth. res. qua, & in corpore unde ſumitur* procedit in fi-
47 lio, & filia fideicommittentis tantùm, &
non in alijs, vt dicit *Pereg. de fideicommiſſ.*
infra allegandus, nam ſi *Iuſtinianus* vo-
luiſſet fauere dotibus principaliter, vnico
verbo expreſſiſſet ſimpliciter dotium dan-
darum, & reſtituendarum, prout fecit in
Auth. contra rogatus, & in corpore undè ſumitur, C. ad trebell. non autem tantam
partem, quæ vnà cum legitima, & trebel-
lianica ſufficiat, ob quod *DD.* vnanimiter
48 concludunt, conſumpta per filium legiti-
ma, & trebellianica non poſſe pro conſti-
tuenda dote eius filiæ bona paterna fidei-
commiſſo ſuppoſita alienare, ità *Paul. de Caſtr. in d. auth. res, qua, n. 11. Pariſ. conſ. 63. num. 45. lib. 2. Honded. conſil. 76. num. 15. lib. 1. Menoch. conſ. 33. num. 31. Peregrin. de fideicommiſſ. d. art. 42. nu. 72.* & hanc com-
munem eſſe dicit *Odd. de fideicommiſſ. q. 46. artic. 5. nu. 39. Mart. de ſucceſſ. legal. par. 4. quaſt. 21. artic. 10. num. 62. Fuſar. de ſubſt. quaſt. 531. num. 156. & ſeq.* quod optimè
ponderauit idem *Peregr. d. artic. 42. nu. 3. 9. 10. & 15. cum ſeq.* qui diſputando ad par-
tes hanc quæſtionem cum diſtinctione
dicit, aliud eſſe in materia obligationis re-
ſpectu patris, & aui in perſonam filij, & fi-
liæ, & in hoc contrarium firmat ex traditis
vt ſupra, impugnando *Bart. in d. auth. res,*
49 *qua*, cùm licèt pater grauatus teneatur do-
tare filiam ſuam, non ergo ſequitur, vt de-
beatur de fideicommiſſo paterno, & ſic de
rebus ad alterum ſpectantibus, aliud eſſe
50 dicit in materia *Auth. res, qua, & §. quamobrem, & in corpore undè ſumitur*, & in ea
veriſſimam exiſtimat opinionem in pro-
poſita quæſtione deſumpta, ex eo quia ex
parte patris fideicommittentis, & prohi-
bentis deficiat poteſtas, cùm enim grauat
filium, vel filiam in rebus ſibi relictis, non
ſolùm teneatur relinquere legitimam, ſed
etiam ei adijcere portionē illam, quæ ſuffi-
ciat ad dotis, & antè nuptialis donationis
obligationem, quod videtur caueri ex *d. §. quamobrem*, ibi, *deindè ex aliqua ſubſtantiæ parte*, vndè nullam, inquit, apud eum
eſſe differentiā, an teſtator prohibeat, vel
nè ex cauſa dotis alienationem, ſed in hoc
conſiſtit, an vltrà legitimā reliquerit filiæ,
vel filio grauato alia bona ſufficientia ad
eius congruā dotem; vel propter nuptias
donationem, vt etiam pōderauit *Faber de error. pragm. lib. 1. decad. 20. error. 2. nu. 9. & 11.* vndè attenta hac *Peregrini* opinio-
ne diſpoſitio *Authent. res, qua* non videtur
poſſe militare vltrà perſonas filiorum fi-
deicōmittentis, non fauore dotis, nec ali-
cuius aſcendentis obligatione, ſed ex par-
ticulari dictæ *Authent.* diſpoſitione, & hoc
51 tàm reſpectu conſtitutionis, quàm reſti-
tutionis, vt idem *Peregrin.* affirmat *d. art. num. 55.* ex *Angel. in d. authent. res, qua, in princ.* ſubdens, id eſſe de mente omnium,
à qua non recedunt *Viu. deciſ. 18. num. 10. Fuſar. de ſubſtitut. quaſt. 532. num. 42. & conſ. 166. num. 4.* aliàs ſi ex fideicommiſſo
deduci poſſint dotes, & donationes pro-
pter nuptias deſcendentium omnium, fa-
cilè contingeret, & multiplicatis deſcenden-
tium perſonis totum fideicommiſſum tan-
dem abſorberetur, vt concludit *Faber de error. pragmat. d. error. 2. in fine*, vbi ob id
52 improbat *Irner.* nō benè *Iuſtiniani* men-
tem percepiſſe, dum aſſerit, concipiendo
context. d. auth. res, qua, cauſam dotis, &
donationis propter nuptias potiorē eſſe,
quàm fideicommiſſi cauſam.

Sed his non obſtantibus nō videtur eſſe
recedendū à ſupradicta prima opinione.

Nec obſtant in contrarium ponderata,
quia negando aſſumptum, quòd relicta le-
53 gitima filijs extraneis inſtitutis, non poſ-
ſint filij ad congruam dotis exhibitionem
aduerſus hæredē agere, dico onus pater-
54 num non verificari in ſola legitima, vbi
ipſa pro dote, vel donatione propter nu-
ptias non ſufficeret, quia per *tex. in l. quaro ff. de iure dotium, & l. cùm poſt, §. gener, il primo, ff. eodem*, ſatis clarè habetur, dotē
conſtituendam eſſe pro modo facultatū,
55 & iuxtà conditionem vxoris, & dignitatē
viri, ac morem Regionis, quod etiam in
ſpecie notat *gloſ. in d. §. quamobrem, verbo merita*, vbi ſola legitima ad dotis, & dona-
tionis propter nuptias conſtitutionem nō
ſufficeret, certum eſt, poſſe filios cōtra pa-
tris hæredes agere ad congruam dotem,
quod nō negauit *Socin. ſen. in conſ. 57. n. 8. lib. 4.* vbi inquit, quòd licèt fœmina non
56 agat ad ſupplementum legitimę, agere ta-
men poteſt ad congruę dotis ſupplemen-
tum, iuxtà morem Regionis, ſi incompe-
tenter dotata fuerit, quod eſſe de mente
omnium dicit *Merlin. de legitima, lib. 3. tit. 1. quaſt. 13. num. 19.* onus enim aſcen-
dentium tàm reſpectu filiæ, quàm filij, non
57 verificatur in ſola obligatione pro quan-
titate legitimæ, ſed ad totalem dotis con-
ſtitutionem, vel dotis acceptæ reſtitutio-
nem, cùm quotieſcunque filius non poſſit
matrimonium contrahere abſque patris,

vel

vel aut obligatione pro dotis restitutione,
quia filius nil forsan haberet de bonis ad-
uentitijs, tunc indubitati iuris est, quòd si
58 filius ingratus patri non sit, & alio modo
cautam vxorem reddere non posset, atque
honestam; & suæ conditioni condignam
vxorem accipiat, posse cogi patrem, vel
auum respectiuè ad se, eorumque bona
obligandum pro restitutione dotis ad be-
neficium nurus, non pro modo, & quanti-
tate legitimæ, sed indistinctè ad totalem
restitutionem, vt in puncto *Dyn. in l. si cũ*
dotem, §. transgrediamur, ff. solut. matrim.
59 qui ait, quòd si hoc inductum est in fauo-
rem tutelæ per filium administrande, mul-
tò magis in fauorem matrimonij contra-
hendi, cùm hoc publicam vtilitatem con-
tineat, vt matrimonia contrahantur, &
Ciuitates liberis repleantur, sic etiã hanc
opinionem in specie admittunt *Bart. Bal.*
& Angel. in d. §. transgrediamur, & ibi *Cu-*
man. nu. 4 & 5. vbi respondet *l. fin. §. Im-*
perator ff. de suspect. tutor. plenè etiã pro-
sequitur *Barbos. in d. §. num. 31. cum seq.*
vbi communem appellat, & respõdet *text.*
60 *d. §. transgrediamur*, scilicet quòd ille pro-
cedat quoad effectum, vt pater possit con-
ueniri per actionem de dote, secus quan-
do pater cõuenitur ex propria obligatio-
ne, quam pro filio facere tenetur secundũ
communem, vt in *num. 32. vers. neque re-*
pugnat tex. sic etiam in specie declarat *Pe-*
regrin. de fideicommiss. d. artic. 42. num. 15.
61 vbi negando, quòd pater non cogitur to-
tum suum patrimonium pro dote nurus
obligare, subdit his verbis: *sed satis est, vel*
quòd illam assecuret super quibusdam, aut
donationem antenuptialem faciat æqualem
ad mensuram dotis, vt notatur in *d. §. trans-*
grediamur, prout etiam declarat *Fusar. de*
substit. quæst. 532. num. 8. in fine, sed melius
omnibus ex professo *Bald. Nouell. de dote,*
part. 6. priuileg. 20. hanc opinionem pro
absoluto firmat, subdens *num. 8.* in hac no-
stri facti specie, scilicet quòd ob id pro ta-
li restitutione bona fideicõmisso subiecta
quasi tacitè obligata alienari possint non
dispositione *Auth. res, quæ*; quia obligatio
censetur ipso iure facta ad beneficium nu-
62 rus, adeò vt recusãte patre, ipse filius pos-
sit bona patris recusãtis obligare, nè suum
impediatur matrimonium, quod firmauit
antè eum *Paul. de Castr. in d. §. transgre-*
diamur, qui in fortioribus hoc procedere
voluit etiam in patre furioso, vel mente
capto, & ità se respondisse apparet in *con-*
sil. 166. & 219. lib. 1. hãc quoquè sequutus
Bald. Nouell. firmauit *Cacheran. in decis.*
167. num. 9. & decis. 44. num. 11. & in auo,
63 quod teneatur ad restitutionem dotis ha-
bitæ per nepotem, firmarũt infiniti collecti
per *Intriglio l. in decis. 4 num. 18.* & hanc
esse receptam Interpretum sententiam
dicit *Menoch. lib. 4. præsumpt. 190. num. 12.*
& de arbitr. lib. 2. casu 182. num. 69. & in
matre idẽ esse respectu dotis receptæ per
64 filium post eius obitum, vbi filius nil ha-
beret, ex professo probat *Anchar. lib. 2.*
qq. famil. quæst. 64.

Aliàs si contrarium diceretur, destrue-
retur dispositio *l. fin. C. de dot. promiss.* vi-
gore cuius ad vtrumque pater cogi potest.

Hinc dixit *Marc. Ant. de Amat. in decis.*
65 *Marchia 82.* quòd licèt pater certam do-
tem filiæ in testamẽto constituerit, tamen
si tempore nuptiarum appareret, fore ali-
quid doti legatæ superaddendũ, quia mu-
tata essent tẽpora, id sine dubio fieri posse
ex bonis fideicommisso subiectis, subdens
ità declaratum fuisse, quãuis dos tempore
66 relicti fuisset congrua, dicit *Caualcan de-*
cis. 81. nu. 105. par. 3. sic etiam tenuit *Rota*
Romana in decis. 889 par. 4. Ioseph. Ludou.
decis. Lucens. 28. nu. 45 & ita fuisse Vicen-
tiæ iudicatum dicit *Marzar. de fideicom.*
quæst. 48. vers. an vero si post prouisionem,
quod etiam cum multis exornat *Fusar. de*
substit. quæst. 531. num. 117. & 164. quod
approbauit *Fab. in suo Codice, lib. 6. tit. 21.*
commun. de leg. definit. 5. ac *Fontanell. de*
pact. nuptial. claus. 5. glos. 1. part. 2. num. 84.
& conferunt dicta per me in *l. hac edictali,*
quæst. 5 nu. 32. C. de secund. nupt.

Cessat secundum argumentum desum-
ptum ex *l. dotem dedit ff. de collat. bonor.* si-
67 quidem aliud est, nùm dos data ab auo
nepti in filij legitimam imputetur, & aliud
quidem, nùm auus teneatur dotem nepti
68 dare, & hic est casus, de quo agimus, in
quo omnes vno ore fatentur, onus dotan-
di tunc in auum transferri, adeò vt cogi
possit, dicit *Bart. in d. l. dotẽ dedit*, vbi filius
pauper esset, & si propter filium, non pro-
pter se, vt optimè declarat *Ripa in l. 1. nu.*
71. ff. solut. matrim. sic etiam in terminis
Authoris, quæ firmarunt *Bald. in d. auth.*
num. 12. & ibi *Ias. nu. 2. limit. 2. Curt. iun.*
num. 16. Intriglio l. de substit. centur. 3. q. 73.
num. 194. cum seq. Mangil. de imput. q. 19.
num. 19. & quæst. 20. num. 4. Bald. Nouell.
de dot. priuileg 6. part. 6. & priuil. 20. Fon-
tanell. de pact. nuptial. claus. 5. glos. 3. nu. 1.
& 2. & glos. 1. part. 2. num. 61. Menoch.
lib. 4. præsumpt. 189. num. 11. 103. & 116.

hanc

hanc eſſe communem dicit in hac mate-
ria Auth res,quæ Baez in tract.de non mel.
dot.rat filia,cap 7.num. 16. cum ſeq. Lopez
de donat inter vir.et vxor.in 3.notab.§.27.
num.1. & hanc communem appellat Fu-
ſar.de ſubſtit,quæſt.531.num.12. Rota ro-
mana deciſ.526.num.5.part.1 in nouis. Se-
raphin.deciſ.437.num.5. Intrigliol.deciſ.4.
num.15.Farinac.deciſ 233.vol.4.
69 At quia diſpoſitio Auth. res, quæ non
militat niſi in ſubſidium, vbi grauatus fi-
lius bona libera non haberet, ergo poteſt
filius in paupertate exiſtens pro dotanda
filia ſua bona paterna fideicommiſſo ſup-
poſita alienare, ergo Auth. res, quæ habet
locum etiam vltrà filios grauatos,& ſic nõ
eſt vera opinio Peregrini.
Nec verum eſt, hoc onus eſſe reſpectu
legitimæ filio debitæ, quia etiam in filio
70 exhæredato onus aui reſpectu neptis non
extinguitur,vt clariùs habetur in d.text. in
d.l.dotem dedit,ibi,exiſtimo non abſurdè idẽ
defendi poſſe exhæredato filio, per quæ ver-
ba I.C. ibi vult, quòd per mortem neptis
in filium dos ſit reuerſura,& tamen verum
eſt, filio exhæredato nepti aliquam non
deberi legitimam, vltrà quod vbi auus
tenetur dotare neptẽ propter filij pauper-
tatem, illa dos non imputatur in legitimã
71 filij, ità poſt multos contra Alciat. & Ce-
phal. ſententiam firmat Peregrin. de fideic.
artic.37.nu.8.& 9. cùm auus ad duo prin-
72 cipaliter teneatur, primò relinquere filio
legitimam, & etiam alere, ſecundò alere
liberos filij,& eius filias dotare,quæ onera
diuerſa ſunt,dicit Peregrin.ibi, hanc quoq;
opinionem ſequitur Mangil. de imputat.
quæſt.20.ſub num 8.
Minus veræ videntur opiniones relatæ
circa intellectum Auth.res,quæ,nam quod
attinet ad Fabr.de error. pragm. decad.20.
error.2.lib.1.ipſe ea ratione d.§.quamobrẽ
73 conuincitur,ibi, ea enim, quæ communiter
omnibus proſunt, hiſquè ſpecialiter quibuſ-
dam vtilia ſunt,præponimus,& paulò priùs
dixerat: maximè in nuptijs,quibus nihil eſt
hominum vita vtilius, vt quæ ſola homines
procreare, & producere poſſint, quæ ratio,
vt benè ponderat Menoch. lib.4.præſ.190.
num.8.& 9.obtinet tàm in dote data antè
fideicommiſſum, quàm poſt, & ſupra iam
probatum fuit, hanc opinionẽ eſſe verio-
rem, & communem tàm in conſulendo,
quàm in iudicando.
Præterea cõtra dictam opinionem latè
extat conſil. Dec. 376. vbi ex verbis dict. §.
quamobrem contrarium fundat, reſpóden-
do rationi conſideratæ per Angelum, &
Iaſonem omninò videndum.
Quod verò reſpicit Peregrini opinionẽ,
74 ſimiliter illa vera non videtur,quia cauſa,
ob quam Iuſtinianus illam condidit, eſſet
inanis, nam mulieres remanerent dece-
ptę, & pudicitiæ periculum ſubſtinerent,
& ſic præualeret cauſæ publicæ priuata,
quod eſſet abſurdum,& contra text. in l.1.
ff.ſolut.matrim.§.rurſus, auth.de reſtit. &
ea,quæ par. & cõſideratio facta à Peregri-
no nihil concludit, immò contra ſe rem
manifeſtam declarat, quoniam etſi Iuſti-
75 nianus explicauerit partem legitimæ, &
trebellianicæ, non per hoc ſequitur,diſpo-
ſitionem d.Auth. non militare vltrà perſo-
nas filiorum fideicommittentis, dixit autẽ
Iuſtinianus ibi,vltrà legitimam, & trebel-
lianicam, quia auus aſcendẽs non tenetur
dotare neptem,niſi in ſubſidium, vbi filius
bona libera aliundè non haberet, cumque
trebellianica, & legitima apud filium ſint
libera, illis nõ ſufficientibus tenetur fidei-
committens, ac ſi ipſe grauatus nihil ha-
beret, cùm paria ſint habere, & non ſuffi-
ciens, ac nihil habere,caret enim nomine
quicquid caret effectu, ad tex.l.2.§.appel-
lata ff.ſi cert.petat.l.nullo, C.de ſer.
76 Præterea Peregrin. fundatur in conſ. Al-
ciat.96. & 164. lib.9. cuius opinio fuit re-
iecta in Rota Romana in vna Romana do-
tis de Buccapadulis coràm R. D. Decano,
quatènus conſiderat abſurdum,vt habetur
in deciſ.457. num.2. verſ.non obſtat conſil.
Alciat. lib.4. in nouis. & latè etiam illi re-
ſpondet Curt.iun.conſ.50.
Nec verum eſt, filiũ conſumpta legiti-
ma, & trebellianica, non poſſe ſuper fidei-
commiſſi paterni bonis filiæ ſuæ dotem
77 conſtituere, cùm contrarium firmant So-
cin.ſen. poſt Imol.in l.cum auus, num.76.
ff. de condit. & demonſtrat. Paul. de Caſtr.
conſil.80.lib.1. in nouis, Burſat.conſil.174.
num.21. Cephal. conſ.105. num.18. Simon
de Prat. de interpr. vltim. volunt. fol.437.
nu.16.Menoc.lib.4.præſumpt.180 nu.118.
Intrigl.de ſubſt.lib.2.cent.3.q.73.nu.276.cũ
ſeq. Rota Romana deciſ.889.num.4.part.4.
in nouiſſ.repetita in deciſ.457.nu.2.& hanc
opinionem vti veriorem ſemper tenuiſſe,
dicit Fuſar.de ſubſtit quæſt.531.num.158.
ſubdens, ſic pro ea ſemper conſuluiſſe,
eamque in praxi vidiſſe obſeruari, quia
78 culpa grauati filijs nocere non debet, &
præcipuè vbi agitur de reſtitutione,vt pro
abſoluto firmat cõtra ſentientes,& ſignan-
ter Marta de ſucceſſ. leg. part.4. quæſt.21.
art.10.

*art.*10.*num.*62. scilicet id esse in constitu-
79 tione,& non in restitutione,quod pro nūc
non firmo, quia in ea attenditur tempus
restitutionis, & non matrimonij, vt firmat
*Paul.de Castr. in cons.*229.*num.*2. *vers.in
contrarium, volum.*1. cum alijs supra tra-
ditis.

Præterea si veræ essent supradictæ opi-
80 niones, destruerentur tot, & infinitæ con-
clusiones,vt supra relatæ,& signanter con-
clusio illa, quòd dispositio *d. Auth. res,
quæ* locum obtineat etiam in neptibus, &
proneptibus conceptis etiam post mortē
aui,imò quòd locum habeat siuè vxor sci-
uerit,siuè ignorauerit fideicommissum, cū
alijs, vt supra narratis, pro quibus extant
tot decisiones, adeò vt Mundus litibus in-
uolueretur, quod cùm benè perpendisset
idem *Peregrin.* in iudicando ab ea vti fal-
sa recessit, vt habetur in *decis.Patauin.*62.
vbi pro absoluto firmauit,dispositionem
81 *d. Auth. res, quæ* tàm circa constitutionē,
quàm restitutionem dotium generaliter
cum sua decisione procedere,etiam respe-
ctu liberorum,& omnium descendentium
natorum, & conceptorum lōgè post mor-
tem testatoris, subdens contrariam mini-
mè verā esse, reprobādo *Paris.in cons.*52.
contrarium substinentem,paritérq; falsam
82 esse subdit assertionem *Angel. in d. auth.
de restit. & ea,quæ par.in vndec.mense*, vbi
firmat in terminis dictæ *Auth.* filium mor-
tuo patre fideicommittente nō posse con-
stituere donationem propter nuptias ad
præiudicium fideicommissi paterni,cùm
decisio dictæ *Auth.* procedat etiam quòd
oporteret pro constituenda congrua dote
83 totum fideicommissum alienare in præiu-
dicium aliorum fideicommissariorum, ex
*Fulgos.Petr. Anchar.Roland.à Vall. Alex.
Padill.* cœterisque *DD.* in hoc per eum
congestis, sic quoque interpretans verba
dicti *§.quamobrem*,dicit *Menoc.lib.*4.*præ-
sumpt.*189.*num.*1.*&* 2. hanc deniquè par-
tem, quòd bona subiecta fideicommisso
alienari possint tàm pro constituenda
quàm restituenda dote nedum filiabus,
sed omnibus descendentibus, post *Bald.
Curt. Paul. de Castr. Socin. Rub. Menoch.
Petr. Molin.Intrigliol.* & alios innumeros
tradit *Fusar. de substit. quæst.*531. *num.*7.
subdens, hanc esse communem, eamque
opinionem sibi magis probari, quam sem-
per in praxi vidisse seruatam subdit.

Rursus,vbi fideicommissum esset relictū
84 sub ea conditione, si grauatus sine liberis
decesserit, videtur quòd qui hæredem gra-
uat sine liberis,considerauit, quòd descen-
dentes essent contracturi matrimonium,
sine quo legitima soboles haberi non po-
test, & consequenter consentire receptio-
ni,& restitutioni dotium, sine quibus ma-
trimonia regulariter non solent contrahi,
vt dicit *Author hic num.*13. quæ conside-
ratio adeò efficax videtur, vt in casu pro-
85 posito etiam ex fideicommisso transuer-
sali dotem deducendā esse, concludit *Fa-
ber in suo Codice, lib.*6.*tit.*21.*commun.de
leg.definit.*10. subdens,quòd cùm in quadā
causa contrarium fuisset iudicatū, id sem-
per ei purū visum fuit, ex eo quia qui hæ-
redem grauat, si sine liberis decesserit, il-
lud vtiquè velle intelligitur, vt possit bona
sua obligare, cùm alioquin nequè vxorē,
nequè dotem facilè inuenturus sit,subdēs,
idemque plerisque ex Dominis videbatur,
cùm qui vult consequens, velit etiam suū
necessarium antecedens, vulgatis iuribus,
sic etiam hanc rationem latè ponderauit
Regens Rouitus pro alienatione fideicom-
missi bonorum pro restituēda dote nuptus
in *cons.*54 *num.*80.*& cons.*55.*in fin.vol.*1.
86 vbi id extendit etiam ad antefatum *nu.* 2.
vers.secundum, vbi ita per Sacrum Consi-
lium obtinuisse testatur,quamuis hanc ra-
87 tionem parum concludentem esse videa-
tur apud *Maynard. in decis.*21.*nu.*3. *lib.*3.
& apud *Fontanell. de pact. nupt. d.claus.*5.
*glos.*1.*part.*2.*sub nu.*6.*post.med.* vbi etiam
allegat *Charond. respons. lib.*8. *cap.* 30. ac
*Farin.in recollect.decis.*433.*num.*3.

Deniquè non mouet consideratio *Fa-
bri* asserentis,quòd si ex fideicommisso de-
88 duci possint dotes, & donationes propter
nuptias descendentiū omnium,facilè con-
tinget totum euerti fideicommissum, &
sic voluntas testatoris remaneret elusoria,
& ad nihilum deferuiret,quoniam cùm te-
stator hos fecerit hæredes,eosdemque in
aliorū portionibus fideicommissarios,ma-
gnam dilectionem erga eos testatus est,
contra defuncti mentem agi videtur, si in
eorum fraudē fideicommissum euertatur.

Siquidem optimè dicto motiuo respō-
det *Sfort. Odd. de fideicommiss. quæst.* 40.
num. 5. qui ponderando rationem dicti
text. inquit, non esse absurdum euerti fi-
deicommissum, quia maius esset absurdū,
si testatoris descendentes nubere non pos-
sent,vel cogi impudicè viuere, quod opti-
mè etiam considerauit *Ripa in l. filius fa-
milias, §.diui, num.*77. & melius *Thesaur.
in decis.* 151. *in fine.* ibi, *aliàs vxorem du-
cere non potuisset*, & ibi etiam eius *filius in
add.f.*

addit. & præsumptæ dilectioni testatoris melius omnibus latè respondit *Iacob. de Beluis. in corpor. d. text. quæst. 6.* quem latè prosequitur *Padill. in d. Auth. num. 111.* dicens, *Iacobi* sententiã veram esse, & præsumptio hæc magnæ dilectionis peruincirur à rationibus, quibus *text.* mouetur.

Er quamuis aduersus prædicta dici possit, quod daro quòd in ascendenribus adsit
89 illa legalis obligatio ad beneficium descendentium, attamen obligatio prædicta nullam parit hypothecam, nec tacitam, nec expressam, sed tantum meram, & personalem, quæ rem nõ prosequitur, ad *text. l. fin. ff. de contrab. empt.* & ob id bona fideicommisso subiecta alienari non posse, & sic *Auth. res, quæ* vltrà personam filiorum grauatorum ex particulari illius prouidẽtia non militare, iuxtà opinionem *Peregr.* vt supra relatam.

Tandem respondetur, verum esse ex illa obligatione legali aliud non oriri nisi me-
90 rani personalem, sed verissimum quoquè est, illam in hæredem transire, ad *text. d. l. fin.* cùmquè pro personali actione in hæredem translata sit exequutio in bonis hæreditarijs, iuxtà iuris formam traditam in *l. à diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic.* & bona fideicommisso subiecta existentia penès grauatos nõ dicuntur extare penès tertios possessores, sed penès hæredem fideicommittentis, cùm qui succedit per fi-
91 deicommissũ, testatori, & non hæredi succedere videarur, ad *text. l. cohæredi, §. cùm filia ff. de vulg. & pupill.* meritò ambigi nõ debet, quin dispositio *d. Auth. res, quæ* fundata in illa legali obligatione habeat locũ etiam vltrà personas filiorum grauarorũ, & successiuè bona fideicommisso subiecta alienari posse non ranquam obligata, cùm in eis nulla cadat obligatio, sed vti bona fideicommittentis in executionem personalis actionis.

92 Et si velis dicere, onus dotandi respectu aui per eius morrem extingui, per *text. l. profectitia, §. si filiusfamilias dotẽ ff. de iure dotium*, prout firmarunt *Specul. de iudic. §. sequitur, vers. quid si vnus ex fratribus cohæredibus, Peregr. de fideic. art. 37. num. 18.* cum alijs per eos congestis.

Tamen respondetur, id verum videri,
93 quia per mortem aui filio legitima debetur, ex qua dotem filiæ suæ cõstituere potest, licèt supradicti *DD.* rationem non assignent, vnde videtur cessare causa, ob quam auus hoc onus substinere debeat, quod non negatur, sed si legitima pro ea constituenda non sufficeret, quæro qua de causa, & ratione onus aui extingui possit? (certè si res benè perpendatur) quod nulla, quia licèt auus siue officio pietatis, secundùm vnam opinionem *glos. in d. l. dotẽ dedit, vers. officium*, siuè ex necessitate, secundùm aliam opinionem *Azonis* per ipsam *glos.* relatam, (ob quod officio Iudicis
94 cogi posse, scribit ibi *Bart.*) neptem dotare reneatur filio existente paupere, attamen officium prædictum etiam eo mortuo durare nõ ambigitur, vbi legitima filij pro dote constituenda sufficiẽs non esset, quia adhuc subest causa vel pietatis, vel necessitatis, nec video rationem, quæ aliter mihi persuadere possit, & *DD.* qui in contrarium allegantur, benè dixerunt, post mortem aui onus transire in filium, quia filio debetur legitima, ob quod videtur cessare causa inopiæ ipsius filij, dum habet vndè dotem filiæ cõstituere, at vbi pro dore non sufficeret, non video, quomodo dici possit, cessare onus auernum, & hoc est quod optimè cõsiderauit *Iustinianus Im-*
95 *perator in d. §. quamobrem, auth. de restit. & ea, quæ par. in vndec. mens.* dum voluit, quòd si legitima, & trebellianica non sufficerent, quòd possit imponi manus super bonis subiectis fideicommisso, quasi in tantum cessat officium ascendentium, in quantum in personam descendẽtis adsunt facultates sufficientes ad dotẽ constituen-
96 dam, & ità intelligi debet *text. d. l. profectitia, § si filiusfamilias dotem*, & opinio *DD.* asserentium, post mortem aui esse extinctũ onus dotandi neptem, quod tene menti, quia alibi hoc non inuenies.

Verùm in facti contingentia in causa Io. Vincẽtij Sabati cum Ioanne Ferdinando de Notarijs Ciuitatis Alramuræ in S.C.
97 succubui, quæ decisio mihi visa fuit multum dura, tantò magis quia non fuerunt consideratæ rationes supra ponderatæ, & ex abrupto absquè vlla pro meo Cliente informatione causa prædicta fuit expedita, vndè ab ea nullum exemplum erit ac-
98 cipiendum, & in facti contingentia tàm in iudicando, quàm consulendo pondera prædicta, & postmodum facias quod tibi Deus inspirat, tantò fortius cùm in similibus casibus semper pro dotibus fuerit iudicatum indistinctè, & non pro portione grauati tantum, vt in casu relato per *Rouit. in cons. 54. & 55. lib. 1.* & in casibus in decisionibus relatis per eundem in *d. consil. 54. num. 20. & cons. 55. num. 11.* item in casu relato per *Peregrin. in decis. 62.* & per

Surd.

Surd. in hac decis. ac per *Farinac. in decis.* 889.*num.*7. *in recollect.* quæ est in 4 *part. decis.Rotæ Romanæ nouiss.* casus decisionis dictorum de Notarijs talis erat, quidam
99 Laurentius de Notarijs quatuor habens filios, scilicet Nicolaum, Troianum, Ioannem Vincentium, & Iulium Cæsarem, illisque hæredibus institutis tàm ipsos, quā eorum filios, & descendentes in perpetuum fideicommisso grauauit, de quo fideicommisso nō controuertebatur. Cùmque Nicolaus vnus ex dictis hæredibus quatuor alios filios procreasset, scilicet Io. Franciscum, Ioannem Ferdinandum, Vincentium, & D.Scipionem, quorum vnum nuptui tradidit, scilicet Ioannem Franciscum primogenitum cum Donara Sabata cum dote ducat.4000. ad cuius restitutionem vnà cum antephato se obligauit tàm prædictus Nicolaus socer, quàm dictus Io. Franciscus eius vir insolidum, soluto matrimonio per mortem dicti Io. Francisci egit dicta Donata iure assistēdi super bonis dicti Nicolai pro ducat.1425. in partē dotis receptæ, vnà cum eius antefato, qui quidem Nicolaus aliud non habebat, nisi portionem fideicommisso subiectam per dictum quondam Laurentium eius patrē eius filijs post eius mortem restituendam, & obtenta sententia assistentię, mortuo dicto Nicolao, insurrexit Ioannes Ferdinandus de Notarijs vnus ex filijs dicti Nicolai, & opponendo velle bona prædicta retinere vigore fideicommissi facti per dictū quondam Laurentium eius auum, institit non molestari, reiecta oppositione prædicta per M.C.V. interpositaq; appellatione ad Sacrum Consilium ad instantiam dicti Ferdinandi tantum, per idem Sacrū Consilium referente doctissimo viro, & meritissimo Regio Consiliario Domino Andræa Marchesio, fuit ordinatū procedi ad venditionem omnium bonorum, oppositis non obstantibus, à quo idem Io. Ferdinandus reclamauit, & facta relatione per D.Consiliarium Scipionem Theodorum ob transitum dicti Domini Consiliarij Andreæ Marchesij in aliam Aulam, fuit sub die 4.Maij 1638. decretum prædictum reformarū, mandando illud exequi pro portione Ioannis Francisci viri tantum, & interposita reclamatione pro parte dictæ Donatæ Sabatæ, decretum prædictum ad relationem eiusdem D. Consiliarij Theodori fuit confirmatum sub die 17. Iunij 1641. in qua causa interuenit casualiter Dominus Spectabilis Præses Sacri Consilij, penès Figliolam Actor. Magistr.

100 Quod decretum attenta vtraque opinione, vt supra relata, vllo modo subsistere posse satis apertè demonstratur.

Primò, quia si admittitur opinio *Angeli, Alciati, Fabri, & Peregrini* asserentium, *Auth. res, quæ* non procedere nisi respectu filiorum grauantis tantum, certum est, decretum prædictum esse nullum, etiam respectu portionis Io.Francisci viri, dum ille erat nepos fideicommittentis, & eius portio voluntate illius ad alios erat restituenda.

Si verò admittitur opinio contraria, quā Nos supra defendimus, scilicet dispositionem *d. Auth.* procedere etiam vltrà filios grauantis, ob illam legalem obligationem aui, alteriusuè ascendentis, & hoc casu decretum prædictum similiter erit nullum, cùm obligatio illa ascendentium non resoluatur respectu partis, seù portionis vnius grauati tantum, qnando illa non sufficit ad dotis restitutionem, vt supra ostendimus, sed illa totalis fieri debeat, nè mulier absque eius culpa remaneat decepta, & indotata, vt considerauit *Iustinianus in d.§.quamobrem, authent.de restit.& ea, quæ par.in vndecim.mens.* cùm ad totam doris restitutionem ascendens obligetur, ex traditis per *Doctores in d.§.transgrediamur*, vt supra.

Et si in causa prædicta aliud quoquè dicebatur pro parte Io. Ferdinandi, scilicet
101 dispositionē *Auth. res, quæ* non habere locum in casu prædicto, quia dos illa recepta per Io.Franciscum erat excessiua, iuxtà opinionem *glos. d.§.quamobrem, versic. merita*, & sic non erat conueniens, vt grauatus posset excessiuam dotem recipere, euertendi causa fideicommissum, & propterea dicebatur, non posse tractari de alienatione bonorum fideicōmissi, quod quando hoc militasset, adhuc decretum prædictum nullum esset, quia debebat fieri pro quantitate liquidāda, & facta liquidatione procedi ad venditionem bonorū ascendentium ad quantitatem prædictam.
102 Sed Ego vlterius dicebam, hoc motiuū nullum fundamentum habere, quia *glos. in d.§.quamobrem, vers. merita* loquitur in
103 constitutione dotis, & donatione propter nuptias, non autem in restitutione, & cum ratione, quia inter vnum, & alterum casum diuersa militat ratio.
104 In constitutione, inquam, quia dependet à voluntate constituentis, cùm possit plus, vel minus dare, at in restitutione

non

non est ità, quia dependet ex necessitate.

In constitutione, quia semper infertur præiudicium per certam alienationē, quæ certitudo non est ità determinata in restitutione, cùm semper dotes non dissipentur.

Et de hac quæstione latè habetur inter *consil. diuers. Sicul. 40. à num. 40.* vbi *Auth. res, quæ* quoad restitutionem habet locum
105 etiam in fideicommisso transuersalis, secus in constitutione, cùm tunc attendatur differētia inter fideicommissum ascendentis, & transuersalis.

In constitutione denique consideratur mens fideicommittentis, in restitutione verò cōsideratur persona mulieris, nè sine culpa sua dotem amittat, & successiuè nè decipiatur, eò magis quia in eis fauor publicus consideratur, vt optimè supradicta motiua considerant *Mastrill. in decis. 256.* ac *Grathan. discept. forens. cap. 331. tom. 2. num. 9.*

106 Præterea patres non minus desiderare filios, vel nepotes honorificis cum dotibus nubere, quàm filias, vel nepotes propter splendorem familiæ, & descendentium commodiorem fortunam, quibus parentes libentèr thesaurizant, plerunque prouident hac de causa fœminas diuites, & quod portent in domum, & familiam descendentium integra patrimonia, vt ait *Sfort. Odd. de fideicom. quæst. 44. sub nu. 41.* qui propterea in *nu. 46.* subdit, quod quan-
107 do filius, vel nepos testatoris grauati malitiosè dotem excessiuam reciperet ex consensu, & dolo soceri, aliorumq; dotantium vxorem suam in hac immensa dote ad finem euertendi fideicommissum, quòd tunc dolus probari debet à fideicommissario, tùm quia esset fundamentum intentionis suæ, tùm etiā quia præsumptio erit pro grauato, quia creditur potiùs ob commoditatem pinguiorum fructuū dotis immensæ, quàm ob euersionē fideicommissi dotem suscepisse, licèt hæc disputatio non intrabat in casu nostro, quia dos non fuerat excessiua, tùm ex qualitate personæ dicti quondam Io. Francisci de Notarijs de nobili familia Ciuitatis Altamuræ, & Ducis nouæ militiæ cum quatuorcentum militibus, tùm etiam quia secundū consuetudinem, & morem Regionis prædictæ, ac temporum qualitatem non poterat prædictus Io. Franciscus minorem dotem recipere, immò maiorem merebatur, vltrà quòd nō agebat de totali restitutione dotis, sed solùm ad ducat. 1415. pro complemento totius dotis, cùm reliquæ quantitates iam remanserunt, & de hac causa latè scripsi *lib. 1. controuers.*

Verùm circa hanc materiam *Auth. res, quæ,* nota, quòd illa procedit etiam vbi fi-
108 deicommissum esset particulare, ità ex multis probat *Fusar. de substit. quæst. 591.*
109 *num. 58.* item quamuis pater, vel frater teneretur iterum filiam, vel sororem dotare, quando dos fuerit consumpta, sed cum declarationibus, de quibus latè *Peregrin. de fideic. artic. 42. num. 11. cum seq. & Grattan. tom. 1. discept. for. cap. 65.* nedum in
110 dote, quarta, & antefato, sed etiam in interesse ipsorum, iuxta nonnullas declarationes positas per *Vincent. de Franch. in decis. 613. per tot. Seraphin. decis. 481. nu. 5. Menoch. lib. 4. præsumpt. 190.* licèt quoad interesse dotis hoc intelligat *Fusar. in*
111 *d. quæst. 531. num. 43.* vbi mariti negligentiæ non posset imputari, & eum hac declaratione id firmat *Mart. de success. legal. part. 4 quæst. 21. artic. 10. nu. 56. & seq.* vt etiā tenuit *Barz. decis. Bonon. 108. n. 15.*
112 Item procedit pro festiuitatibus, & nuptijs fieri solitis, *Peregrin. de fideic. art. 42. num. 80. cum seq.* ac idem *Fusar. d. quæst. num. 40.* dummodo, subdit, sint moderatæ, & necessariæ, secundùm consuetudinem
113 patriæ, qui item esse, subdit, etiam pro apparatibus mulieris *num. 42.* & ante eum tenuit *Rota Romana decis. 556. part. 1. in nouiss. & Marta de success. leg part. 4 q. 21.*
114 *art. 10. num. 46.* immò nedum in filijs legitimis, & naturalibus, sed etiam in legitimatis, vt iudicatū in S.C. refert *Reg. Rouit. in cons 63. vol. 1.* in fine cuius, id procedere dicit etiam in filia naturali, cui loco alimentorum dos succedit, quod etiam firmat *Marta de success. legal. par. 4. quæst. 21. artic. 10. num. 28.* & si limitetur respectu ascendētis grauati, cùm & ipsa non possit bona fideicommisso à descendēte suppo-
115 sita pro eius dote alienari, veluti in matre, & auia, vt notat *Padill. in d. auth. n. 67.* quod cum pluribus comprobat *Fusar. de substit. d. quæst. num. 162.*

SVMMARIVM.

1 *Institutus potest instituentem instituere.* *Contrarium, num. 2.*
3 Text. in l. ille autem, ff. de hæred. instit. *explicatur.*
4 *Donatio subsequuta testamēto an, & quando dicatur captatoria.*

M DE

DECIS. LXIII.

AD hanc decisionem adde, quòd per extensum quæstionem istam, de qua noster *Author hic* examinauit *Fusar. de subst. in quæst.* 503. *per tot.* ac in *consil.* nouiter impress. 43.

1 Verũ pro opinione nostri *Authoris hic* latè *Galganett. de cond. & demonstr. par.* 1. *cap.* 27.

2 Sed contrarium, quòd hæc secunda institutio non valeat, firmat *Barry de success. lib. 2. tit. de capt. disposit. num. 8. in fin.* & in specie decisum fuisse per Tholosanum Senatum refert *Maynard. lib. 8. cap.* 61. in quam opinionem disputato articulo ante omnes deuenit *Cuman. in l. ille autẽ, nu. 2. in fin. ff. de hered. instit.* dicens, sequentem institutionem esse inualidam ex eo, quia præcessit ex causa finali erronea, quia putauit se ad instituendum teneri, argumẽto *l. si pater, & l. nec apud. C. de testament.* cui opinioni obstare non potest *text. l. ille au-*
3 *tem, ff. de heredib. instit.* vbi institutio collata in secretum alienæ voluntatis de præterito non sit captatoria, & sic sequens institutio valet, vt etiam habetur in *l. hoc articulo ff. eodem, glos. in l. 1. C. de his, qui pro non script.* siquidem procedunt iura prædicta, quando prima illa institutio esset libera, & non captatoria, itá vt per eam quis inuitaretur ad illum instituendũ, ad quod faciunt tradita per *Rotam Romanam in decis.* 542. *part. 1. in nouiss.* vbi frater purè testatus fuerat in personã alterius fratris, qui eodem die, loco, & testibus in recompensationem donauerat medietatem bonorum suorum mobilium, & stabilium, cum pacto, quòd reuocata dispositione per eius fratrem, etiam per superuenientiã
4 filiorum, quòd pari modo censeatur reuocata donatio prædicta, & versa vice si reuocaretur donatio prædicta per donantem, similiter ex nunc, prout ex tunc prædictum testamentum reuocatũ, & annullatum censeretur, ad effectũ seruandi æqualitatem, & tamen defuncto donante, per Rotam talis donatio nulla declarata fuit, dicit eademmet *Rot. in d. decis.* 542. & si in hac materia mutuæ dispositionis *Peregr. in consil. 34. num. 7. lib.* 5. distinguat inter purum, & conditionalem dispositionem, sed vide *Gratian. tom. 5. disceptat. forens. cap* 908.

SVMMARIVM.

1 *Venditio quamuis facta sit ad corpus, si tamen mensura minus reperiatur, quàm fuerit expressa, an pretium debeat minui, & quid e cõtra, si reperiatur plus, quàm fuerit enunciatũ, an debeat suppleri pretium, vbi decisio S.C.*

2 *Contractus emptionis, & venditionis an sit perfectus, donec res sit mensurata an possit pendente mensuratione liquidari pro pretio.*

Et quando, num. 4.

Et an pendẽte mensuratione possit alter ex contrahentibus à contractu discedere, num. 7.

5 *Remedium reintegranda an competat contra emptorem ingredientem possessionem rei vendita antè mensurationem.*

Limita, num. 6.

8 *Tempus æstimationis, vel contractus attendi debet in æstimatione facienda.*

9 *Mensuratio intrà quod tempus fieri debeat, remissiuè.*

10 *Mensura si defectiua reperiatur quid agẽdum, remissiuè.*

DECIS. LXIV.

1 IN hac decisione post longam discussionem concluditur, quod venditio licèt sit facta ad corpus, tamen si mẽsura minus reperiatur, quàm fuerit expressa in ipsa venditione, pretium debet minui, quamuis fuerit constitutum vnicũ pretium, quam partem per extensum defendit *Mantic. de tac. & ambig. lib. 4. tit. 17. à num. 18. vsque ad finem*, vbi sex ponit rationes, respondendo contrarijs argumẽtis, prout etiam *Costa de port. rat. quæst.* 35.

Quod secus est, quando reperitur plus quàm fuerit enunciatũ, vt tenet *Author hic num.* 15. quod latè comprobant idẽ *Mantic. & Costa in locis* citatis, dummodò vnicum sit constitutũ pretium, vt ibi, & ratio diuersitatis est, q̃a in primo casu ex modo expresso emptor ad emendũ fuit inductus pro pretio conuento, qui modus quando est positus in venditione, & non præstatur, ex eo oritur actio ex empto quanti minoris, vt *l. 2. in princ.* vbi *glos. in verbo ex empto ff. de act. empt.* quamuis sit facta priùs corporis mentio, vt ex *d. l. 2.* cùm imputandum sit ipsi venditori, cur falsum modum dixerit, ex quo non debet emptor hoc detrimentum sentire, maximè quia in rebus alienis probabilis est ignorantia. *l. vlt. pro suo,*

suo, & l. verius ff. de probat. quod non procedit in secundo casu; cùm in rebus suis non sit probabilis ignorantia, *d. l. vlt.* quã tationem diuersitatis in specie tradiderũt post *Socin. iun. in cons. 42. num. 21. vers. & potest hac ratione testificari, lib. 2. & Gabr. cons. 64. num. 7. lib. 2. Mantic. & Costa* in citatis *locis*, licèt contrarium videatur affirmare *Alexand. Trentacinq. lib. 3. variar. resolut. tit. de empt. & vendit. resolut. 5. & Gratian. tom. 3. discept. forens. cap. 566. n. 4. & multis seqq.* dicentes, numerum illum iugerum fuisse positum causa demonstrationis, pro cuius plena declaratione quando numerus ille iugerum expressus sit positus causa demonstrationis, vel limitationis, ità vt venditio potiùs cẽseatur ad corpus, quàm ad mensuram, recurrendum est ad coniecturas, de quibus latissime *Mantica* in citato *tit. num. 27. vsque ad finem*, *Costa* in citata *quæst. 35. Ladereb. in cons. 130. Bertazz. de claus. claus. 20. glos. 20. & 21. Turrett. cons. 7. vol. 1.* noster *Author in decis. 257.* ad quos me remitto.

Et cùm casus iste accidisset in S.C. in causa Sabatini Molli cum Ioanne Troiano Crispo de anno 1632. sub die 3. Iulij fuit ad relationem doctissimi viri D. Bernardi Zufiæ Regij Consiliarij, nunc verò meritissimi Regiam Cancellariam Regentis, iuxtà notata per me in hac decisione indicatũ, casus, inquam, talis erat, Ioannes Troianus Crispus asserẽs se habere, & possidere quodam nemus modiorum centum triginta in circa, situm in pertinẽtijs huius Ciuitatis, in loco *detto à Nazaretto*, illud in emphyteusim cõcesserat Sabatino Mollo sub annuo canone ducatorum 400. expressè dicendo, concessionẽ facere ad corpus, & non ad mensuram, cùmque repertũ fuerit nemus prædictum modiorum nonagintaquatuor, institit Sabatinus censum esse diminuendum, quia ex illa assertione fuerat deceptus, tamen facta hinc indè discussione fuit condemnatus Ioannes Troianus ad diminuendum censum pro quantitate, & tempore liquidando, penès Cioffum Actor. Magistr.

Verùm illud, quod etiam tetigit *Author hic* nolui pertransire, dicens, quòd donec res sit mensurata, contractus est imperfe-
2 ctus, ad quem adde, quòd contractus dicitur imperfectus quòad periculum antequàm fiat mensuratio, & traditio, cùm illud spectet ad venditorem, vt ex *l. 2. C. de peric. & commod. rei vendit.* non autem quòad indissolubilitatem contractus, cùm ille non possit resolui per pœnitentiam vnius tantũ ex contrahentibus, prout punctualiter declarat *glos. in d. l. 2. & Paul. de Castr. in l. 2. C. quãdo liceat ab empt. disced. circa finem*, sic etiam *Alexand. Trentacinq. in lib. 3. variar. resolut. tit. de empt. & vend. resolut. 5. num. 2.* prout etiam *Afflict. in decis. 280.* vbi refert, sic fuisse in Sacr. Cons. decisum, quod adeò verum est, vt pro pre-
3 tio conuento pro re vendita, licèt mensuratio adhuc non sit facta, instrumentum prædictum liquidari possit, nec emptor liquidationẽ impedire potest sub prætextu mensurationis faciendæ, prout in his terminis decisum in Sacr. Cons. testatur *Vinc. de Franch. in decis. 292.* quod expressè confirmat *Dom. Reg. Rouit. in rubr. ad pragm. de instrum. liquidat. num. 24. & Thor. in eius compend. fol. 273. vol. 1.* quod etiam notauerat *Lanell. de attent. part. 2. cap. 4. limit. 28. nu. 1.* & de magis vera, & communi opinione, quidquid alij in contrarium dixerint, testatur *Escobar de ratioc. cap. 35. num. 28.* ac latè etiam *Seraphin. decis. 264.* quæ habetur impress. *in diuers. 132. part. 1.* prout quoquè affirmat *Manent. dec. Mantuan. 66. num. 4.* vbi ait, quòd si quis vendiderit decem iugerà terræ pretio centum pro quolibet iugero in tali loco, & confinibus, & si plus, vel minus, prout facta mẽsuratione constabit, non per hoc talis venditio dicetur conditionalis, sed imò pura, & instrumentum exequi poterit pro dictis decem iugeribus antè factam mensurationem.

Sed hæc non mirum, quia benè proce-
4 dunt, quando in venditione adest certum pretiũ, & venditor adimpleuerit pro parte sua in tradendo rem venditã, licèt adhuc penderet mensuratio, vt ex citatis *DD.* secus antẽ vbi incertum erat pretiũ, veluti si quis vendiderit aliquam terram ad rationem decem pro singulo iugero, nam tunc venditio esset conditionalis, & non pura, vt singulare est *consil. Alexand. 33. lib. 6.*
5 adeò vt si ante mensurationem emptor ingrederetur possessionem dictæ rei venditæ, contra eum competeret remedium reintegrandæ, prout sic etiam concludit *Neuiz. cons. 38. num. 25. Put. decis. 349. lib. 2. Lanar. cons. 73. nu. 11. Manent. in* allegata *decis. num. 6.* etiam ad fructus perceptos, vt per dictos *DD.* imò *Natta in cons. 263. in princ.* subdit, nihil operari constitutum, dum venditio est conditionalis, quam partem post multos etiam tuentur *Gratian. in decis. Mareb. 191. & Seraphin. in decis.*

264. num. 3. dummodò venditor passus
6 non sit, ipsum emptorē sic ingressum pos-
sidere, nec aliquo modo conquæstus fue-
rit, prout declarat *Menoch. de recuper. poss.
remed.* 17. *num.* 19. *in fin.* sic etiam *Mila-
nens. decis.* 4. *nu.* 93. *& seq. lib.* 2. per doctri-
nam *Bart. in tract. ad Tiberiad. lib.* 13. *de
insul. col. penult.* & si in hoc casu non licet
7 alteri ex contrahētibus inuito à contractu
discedere, re tamen integra, & si res vendi-
ta tradita fuerit, periculum ad emptorem
spectare dicit *Alexand. Trentacinq. lib.* 3.
variar. resolut. resol. 5. *nu.* 8. quamuis ma-
gna sit controuersia, nùm in æstimatione
8 facienda attendi debeat tēpus ipsius æsti-
mationis, vel contractus, de qua latè idem
Alexand. Trentacinq. d. res. num. 9. qui, tem-
pus contractus attendi debere concludit
ex *Paul. de Castr. in l sicut, C. de act. empt.
Franc. Marc. quæst.* 28. *sub num.* 14. *part.* 2.
Cauale. de tutor. & curator. num. 265. cum
alijs per eum allegatis.
9 Intrà autem quod tempus fieri debeat
hæc mensuratio, latissimè hanc quæstionē
explicat *Thesaur. decis.* 185. *per tot.* ad quē
me remitto. Quid autē agendū sit, quando
10 mēsura reperta fuisset defectiua, latè *Pet.
de Benint. decis. Bonon.* 30. *per tot.*

SVMMARIVM.

1 *Exequutio, vel captura facta pro maiori quantitate, quàm sit debita, an in totum irritetur, vel in parte cum condemnatione expensarum.*

Et num in hoc casu locum habeat statutum puniens eum, qui plus debito, vel solutum petat, num. 2.

Limita, vbi pro indebito aliqua res essent exequuta, quæ aliàs non erant exequenda, num. 3.

Et quid si in petitione adesset clausula, omni modo meliori, *num.* 4.

5 *Debitor num creditore plus debito petente possit absque pœna periurij totum debitū negare, & num.* 9. *&* 13. *cum seq.*

Et quid si petitio pluris non erit in quantitate, sed in qualitate, num. 16.

6 *Sententia condemnando reum in quantitate vera debita, quāuis actor plus petierit, dicitur conformis libello.*

7 *Negans, nihil debere dicitur periurus, & quomodo.*

8 *Mora contrahitur ratione partis debitæ, quamuis actor totum petierit, & nu.* 12.

10 *Fideiussor negās se fideiussisse creditore plus debito petente aliqua pœna non punitur.*

11 *Positio plura habens capita partim vera, & partim falsa, potest negari.*

13 Bart. in l. 1. §. si stipulanti ff. de verb. oblig. *limitatur, vbi creditor sū iuramento plus petierit.*

Item limitatur respectu expensarū, nu. 14.

15 *Clausula in petitione posita*, super quibus omnibus, & singulis peto ius, & iustitiā ministrari, *quid operetur.*

17 *Liquidatio instrumenti facta plus debito an sit nulla, & cōtractus in suo robore manere debeat, latè discutitur, vbi plures casus distinguuntur, num.* 18. 19. *&* 20.

21 *Iuramentum datur creditori volenti liquidari contra debitorem.*

22 *Debitor liberatur creditore in actu liquidationis iurante, se plus debito liquidare.*

23 *Vtile per inutile vitiatur.*

24 *Fideiussio pro maiori quantitate à principali debita nō substinetur, etiā pro quantitate vera debita.*

25 *Pœna liquidationis facta à creditore plus debito petente, ad eum, & non ad debitorē spectat.*

Limita, vbi liquidatio fieret in contumacia, num. 26.

27 *Liquidatio erit nulla, si fuerit facta ex causa tertiarum non adhuc debitarum.*

28 *Mora in liquidatione instrumenti purgari potest vsque ad quantitatē debitā, pro qua verè, & realiter liquidatio fieri poterat, quamuis maior quantitas debeatur.*

DECIS. LXV.

AD hanc decisionem adde, quòd
exequutio, vel captura facta
pro maiori quantitate, quàm
sit debita, non irritatur in totū,
1 sed ipsa substinetur pro rata veri crediti,
2 nec in hoc casu locum habet statutum pu-
niens eum, qui plus debito, vel solutū pe-
tit, nam illud procedit interueniēte dolo,
cæterùm vbi non est dolus, excessus ille
compensabitur cum expensis, adeò quòd
exequutio non retractetur, nisi in eo, quod
excedit, & ità decisum refert *Barz. in decis.
Bonon.* 76. quod etiam cum multis com-
probat *Costa de port. rata, quæst.* 137. vbi
etiam multa exempla.
Et hanc denique opinionem post *Bart.
in l fin. §. fin. ff. quod met. caus. Bursat. con-
sil.* 184. *num.* 35. *&* 41. *volum.* 2. *Carpan. ad
statut. Mediol. cap.* 155. *num.* 28. sequutus
est *Cancer. lib.* 3. *variar. resolut. cap.* 17. *tit.
de sentent. & ear. exequut. nu.* 350. subdēs,
ità se consuluisse, licèt id limitet, vbi pro
inde-

indebito aliquæ res eſſent exequutæ, quæ
3 aliàs non erant exequendæ, quoniam eo
caſu in totum nulla eſſet exequutio, ex tra-
ditis per *Hieron. de Laur. in deciſ.* 27. quie-
quid aliter indiſtinctè ſentiat *Roderic. de*
ann. redit. lib. 1. *quæſt.* 14. *num.* 61. ſcilicet
quòd exequutio in totum irritetur, & fru-
ctus interim percepti in ſortē computen-
tur, allegans eiuſdem ſententiæ *Caeber. in*
deciſ. 160. *& Franc. Bellacomb. inter com-*
mun. opin. 1. *part. lib.* 5. *tit. de præd. minor.*
num. 19. quod intelligit *Cancer. loc* cit. vbi
in exceſſu interueniret dolus, & *Peregr. de*
fideic. artic. 40. *num.* 26.

4 Nec ſtatutum prædictū procedit, quan-
do quis petierit plus, quàm ſibi debeatur,
& in petitione ſit clauſula illa, *omni modo*
meliori, quia tūc petitio ſubſtinetur in eo,
quod verè debetur, prout latè tradit *Grat.*
in conſ. 63. *num.* 6. *lib.* 2. *& Ioſeph. Ludouic.*
in deciſ. 117. *nu.* 3. quod cum multis exem-
plis comprobat *Fontanell. de pact. nuptial.*
clauſ. 4. *gloſ.* 21. *part.* 1. *num.* 45. *& ſeq.*

Sed ex his non minus pulchra inſurgit
quæſtio, quæ prætermitti non debet, nun-
5 quid creditore plus debito petente poſſit
debitor abſque pœna periurij in totum
negare, quæ ſanè quęſtio adeò ardua, & in-
tricata eſt, vt vix, quænam verior ſit, di-
ſcerni poteſt, vt ait *Gabr. lib.* 2. *commun.*
concluſ. tit. de expenſ. concluſ. 2. *num.* 1. cùm
pro negatiua firmat *Bart. in l.* 1. *§. ſi ſtipu-*
lanti ff. de verb. obligat. vbi ratione periurij
incurrendi dicit, quòd debitor non debet
in totum negare, ſed verum debitum of-
ferre, quam opinionem communem ap-
pellat *Cagnol. in l. non poteſt videri, num.* 7.
ff. de regul. iur. & de magis communi poſt
innumeros teſtatur idem *Gabr. d. concl.* 2.
num. 1. *in fin. & Alex. in d. §. ſi ſtipulanti,*
vbi talē profitetur, & ſequitur *Ioſeph. Lu-*
douic. in deciſ. Peruſ. 51. *num.* 1. *&* 9. eamq;
latè exornat, de magis quoquè communi
atteſtans *Roland. conſ.* 62. *num.* 5. *lib.* 4. &
ſecundùm eam determinaſſe Senatum, in-
quit *Theſaur. in deciſ.* 231. *num.* 1. illiquè
acceſſit *Rebuff. ad Conſtit. Regias, gloſ.* 5.
num. 5. dicens, quòd ſi debitor nihil offe-
rat, eſt in mala fide, in quo caſu non habet
locum regula illa, quòd poſſum totum ne-
gare, quia plus petitur, ſic etiam iudicatū
refert *Papon. lib.* 8. *tit.* 1. *arreſt.* 2. quod ad-
mittit *Caſſan. in Conſuet. Burgund. rub.* 1.
tit. 1. *§.* 6. *nu.* 13. dum ait, quòd actor licèt
6 plus petierit, tamen ſententia condemnan-
do reum in quātitate debita, dicitur con-
formis libello, quia petendo centum, dici-
tur ſatis petere quinquaginta, vt quoque
concludit *Guid. Papa in deciſ.* 72. *num.* 2.
quod non negauit *Arnon. dial.* 3. *nu.* 14. li-
cèt *Hieron. Buttigel. in d. § ſi ſtipulanti*, di-
7 cat, quòd vbi reus negat nihil debere, q
tunc erit in mora, & dicitur periurus, vt ſi
ſimpliciter dicat non debere, tunc nulla
mora conſideratur, cuius diſtinctio ſatis
placuit *Vrſill. ad Afflict. in deciſ.* 296. *nu.* 2.
ex eo quia prima negatio omnia excludit,
& ſic etiam veram partē debitam, quam-
uis ipſe hoc intelligat, vbi pars debita eſ-
ſet illiquida, non autem liquida, vt tradit
in *addit. ad deciſ.* 205. *num.* 4. vbi allegat
Alexand. Anchar. Curt. Tiraquell. & alios
aſſerentes, per talem petitionem debitorē
in mora conſtitui, debet enim ille verum
debitum offerre, ob quod etiam in expen-
ſis condemnatur, quod etiam admittit *Af-*
flict. in deciſ. 296. vbi ex quo debitor in to-
tum negauerat, cùm in parte debebat, fuit
condemnatus ad partem, & tamen exclu-
ſus à beneficio ceſſionis bonorū, ſed quia
in cauſa appellationis partem veri debiti
acceptauit, fuit ad illud admiſſus, pro hac
denique opinione contra debitorem deci-
ſum refert *Faber in ſuo Codice lib.* 3. *tit.* 9.
de plus petiti. definit. 1. eo quia debitor in
mora dicitur, *non enim* (ait) *minorem ſum-*
mam, quam ſe debere non ignorabat, offerre
debuerit, ob quod condemnandum eſſe in
omnes litis expenſas, quoniam vbi pars de-
biti liquida erit, nihil refert, quòd plus fue-
rit petita, cùm minor ſumma maiori reuera
ineſt, & propterea excuſandum non eſſe.

8 Et hoc indiſtinctè procederet, vbi debi-
tum interpellationem non requireret, quia
per lapsū diei induceretur mora, quo caſu
ratione partis debitæ mora committere-
tur, etiam vbi actor totum petierit, *Loffr.*
conſ. 23. *col. fin. Aym. conſ.* 89. *col.* 2. *et Gabr.*
d. concluſ. 2. *num.* 9.

9 At contrarium firmauit *Dec. in l. nō po-*
teſt videri, num. 1. *de regul. iur.* dicens, quòd
quando plus petitur in quantitate, quòd
tunc licèt totum debitum negare, ſubdens,
hanc opinionem eſſe veriorē contrà *Bart.*
& magis communē, eam ſequutus appel-
lat *Mandoſ. in tract. de monitor. quæſt.* 29.
vbi eam in iudicijs, & in practica receptā,
& æquiorem, ac rationi conſonam teſta-
tur, per ea, quæ tradit *Marſil. de fideiuſſ. in*
rub. num. 339 *verſ. quartò limita*, vbi ſi cre-
10 ditor plus debito petierit à fideiuſſore,
qui negauit ſe fideiuſſiſſe, inquit, quòd li-
cèt de mendacio conuincatur, tamen non
punitur aliqua pœna, quia tali caſu licita

est ei negarė, allegans pro sua opinione glos. in cap. 1. de confess. in 6. & glos. in cap. præsentium, in verbo singulatim, de testib. in 6. dicentem, quòd si positio habet plura
11 membra in vno falsa, in alio vera, esse potest, quòd copulatiuè posset negari, per text. in l. si quis ducenta, §. vtrum, ff. de reb. dub. licèt hanc glos. vsquequaquam verā non esse testatur ex mente Alexand. Affl. in decis. 296. & hanc denique opinionem secundum aliquos videtur probari ex text. in l. tutor, §. Lucius ff. de vsur. vbi si petitur
12 totum, reus non tenetur offerre partem, quia non est verisimile, quòd actor vellet eam recipere, dummodò actor non protestetur, se paratum partem liquidam recipere, nam tunc si reus illam non soluat, dicitur in mora, & tenetur ad interesse, secundùm Cancer. lib. 2. variar. resol. cap. 6. tit. de solut. num. 28. per tradita per DD. in l. qui solidum ff. de leg. 2. & Mich. Ferrer. 3. part. obseruat. cap. 449. ex mente Senatus, & Papon. d. arresti. 2. in princ.

13 Tamen quicquid sit de hac quæstione, & si communior sit Bart. opinio, limitatur illa, quotiescunque creditor plus petendo primò peierauit, vt quia cum iuramento asseruit, se talem summam consequi debere, eo enim casu de periurio debitoris excipere nō posset, vt in specie considerauit Thesaur. in d. decis. 231. num. 1. in fin.

14 Item limitatur respectu expensarum, in quibus nisi actor offerat partem debitam recipere, reus habet iustam causā litigandi super toto, ob quod ab expensis absolui debet, ita idem Bart. in d. l. qui solidum, §. etiam ff. de leg. 2. Couar. lib. 1. variar. resolut. cap. 2. vers. ad text. l. qui solidum, & communē dixit Coras. in l. 1. d. §. si stipulanti, in fin. ac Menoch. lib. 2. de arb. casu 177. vers. nona causa, & videtur etiam firmare Thesaur. d. decis. num. 3. sed hæc opinio nō transit absque difficultate, quoniam id ve-
15 rum esse videtur, vbi actor in petitione non opposuerit clausulā, super quibus omnibus, & singulis peto ius, & iustitiam ministrari simul, et diuisim, &c. in eo, inquam, casu procedit supradicta limitatio, aliàs secus, quia apposita clausula prędicta reus etiam in expensis cōdemnatur pro parte, in qua succumberet, vt latissimè fundat Boer. in decis. 74. per tot. vel vbi esset apposita clausula, saluo iure superflui, &c. Ludouic. in decis. Perus. 51. num. 13.

16 Item etiam limitatur, vbi illa pluris petitio non erit in quantitate, sed in qualitate, tunc enim licet reo absque periurij pœna in totum negare, secundùm eundem Bart. in d. §. si stipulanti, tradit Thesaur. in d. decis. num. 4. licèt subdat, quòd etiam in hoc casu contrariū determinauit Senatus.

Sed ex prædictis videtur posse determinari id, quod in nostris Tribunalibus indies controuertitur respectu citationum super tenore instrumenti ad instantiam
17 creditorum contra eorum debitores, quæ aliquando solent maiorem quantitatem re vera debita continere, ob quod plura in dubium reuocantur. Primum, an liquidatio fieri possit, an saltim pro quantitate vera debita, Secundum, an ea facta sit, vel nè nulla, ità vt ea non obstante contractus remaneat in suo robore, & ratio dubitandi oritur ex eo, quòd causa liquidationis est criminalis ratione periurij debitoris in tempore nō soluentis, ob quod primò imponebatur pœna truncationis manus, quæ deindè fuit commutata in pœnam pecuniariam ad rationem caroleni vnius pro quolibet ducato, vnde attenta opinione Bartoli, si debitor totum negaret debitū, erit periurius, & successiuè creditor erit audiendus, & sic liquidatio fieri posset, debet enim veram partem debiti offerre debitor.

Sin autem attēdatur opinio Decij, secus erit dicendum, scilicet dum creditor plus petit, poterit debitor in totum negare, & successiuè liquidatio fieri non poterit, vel si fuisset facta, erit nulla.

Tamen pro plena huius quæstionis resolutione plures casus distinguendi sunt,
18 Primus igitur erit, quando agitur de liquidatione facienda, & tunc videtur nō posse intrare quæstionē prędictā, nam ex quo instrumenti liquidatio habet exequutionem paratam, ità vt aduersus eam nulla exceptio præter solutionem, & satisfactionem opponi possit, vt ex Pragmatica nouiter emanata, non poterit debitor etiam verā partem debiti offerendo liquidationem euitare, excepto tamen vbi pro residuo, seù complemento eius, quod à creditore petitur, satisfactio, vel alia quæuis scriptura adduceretur prompta, ex qua liquidè constaret, creditorem plus petijsse, vel produceret testes Curia pro Tribunali sedente, ex quibus constaret, creditorē plus petijsse, ex eo enim casu suspenditur liquidatio, & debitor rectiùs citetur, prout fuit pluries in Magn. Cur. & S. C. practicatum, & inter alia in causa Illrstr. Marchionissæ Campi, datis nonnullis adiunctis ob paritatem votorum.

Secun-

Secundus casus est, vbi creditor videns
19 oppositionē debitoris diceret, velle liquidare pro quantitate verè debita, non erit audiendus absque alia noua citatione, & in hoc casu videtur dicendū, quòd si quantitas vera debita talis esset, quæ debitorem in mora constitueret, liquidatio fieri posset pro ea quantitate, nec in hoc citatio plus continens aliquid faceret, quoniam creditor si plus petierit quod probauerit, sententia non erit nulla, quia satis dicitur conformis libello, ex eo quia minor summa maiori inest, vt supra diximus.

20 Tertius casus est, vbi ageretur de liquidatione iam facta, & in hoc posset intrare quæstio prædicta, nunquid ex eo quòd debitor antè ipsius liquidationē verè pecuniam debitam nō obtulit, neque deposuit, possit ex post audiri, & liquidationem vti plus debito continentem, & successiuè rescissionem contractus tanquam absque causa factam, nullam, & inualidam declarari facere, & creditor cōdemnari ad omnes litis impensas, etiam ad pœnam Regij Fisci, & in hoc casu videtur dicendū, quod quamuis quantitas verè debita talis esset, per quā in mora debitor constitutus erat, attamen quia creditor de periurio debitoris excipere non posset, cùm ille plus petendo peierauit in actu interrogationis,
21 cùm vbi præsentatur instrumentum, datur creditori iuramentum, pro quanta summa illud contra debitorem liquidat, vt habetur ex *rit.* 168. & notat *Carauit. in rit.* 175. *num.* 3. *circa finem, & Franc. Ant. de Iudic. Robert. de præsent. instrum. consid.* 4. *nu.* 47. *& seq.* (licèt hæc solemnitas hodiè recesse-
22 rit ab Aula) ob quod periurium in pœnā nedum debitor liberatur, verùm ipse puniendus est, vt ex *rit.* 175. & tradit *Vinc. de Franch. in decis.* 162. *num.* 7. liquidatio erit in totum nulla, nam ratione iuramenti à creditore præstiti, liquidatio est indi-
23 uisibilis, ob quod vtile per inutile vitiatur, vulgatis iuribus, & tradit *Costa de port. rat. quæst.* 137. *num.* 11. & hanc opinionē post innumeros latè probat *Barz. dec. Bon.* 76. *num.* 6. & facit *text. in l. grege, §. illud*, vbi *glos. & Bart. ff. de fideiussor.* vbi fideiussio
24 pro maiori quātitate, ad quam tenebatur principalis, non substinetur etiam pro rata veri debiti, & hoc ob virium formæ, cuius ratione actus sit indiuiduus, vt per *Gall. cons.* 45. *nu.* 13. *& Costa d. quæst.* 137. *nu.* 7. & in his terminis liquidationis obtinui per Sacrum Consilium de mense Martij 1640. ad relationem eruditissimi Regentis Hectoris Capycij Latro pro V.I.D. Ferdinando de Aquino Ciuitatis Tro-
25 peiæ contra Franciscum de Fransa, ex quo condemnatus extitit dictus Fräciscus ad soluendum dicto de Aquino ducatos biscentum per eum solutos pro pœna liquidationis instrumenti factę vltrà debitā quantitatem, absq; tamen interesse, verùm hoc fuit, quia etsi in contumaciā fuisset facta liquidatio tàm in actu interrogationis cum iuramento idem Franciscus dixerat, totam illam summam pro qua liquidabat sibi deberi, vt ex sñtia penès Figliolā Actor. Magistr. ex traditis per *Vincent. de Franch. in decis.* 162. *num.* 7. quicquid fuisset, si non iurasset, quoniam etsi pro maiori quātitate sibi debita liquidasset, & liqui-
26 datio fieret in contumaciam, creditor nō teneretur ad aliquam pœnam, quia ratione contumaciæ debitor esset in culpa, poterat enim creditor dicere, quòd si verè comparuisset, & opus fuisset liquidare præstito iuramento seruata forma Ritus non liquidasset nisi pro vera summa, vt optimè aduertit *Carau. ritu* 166. *sub nu.* 24. *vers. ex hoc etiam*, subdēs ita practicari, & menti tenendum esse, quia quotidianum est.

Sed hoc erit, quando liquidatio contineret vltrà summam verè debitam, & summa illa verè debita erat talis, quòd per eā
27 fieri poterat liquidatio, & sic rescissio contractus, prout fuit in casu vt supra relato Ferdinandi de Aquino, tunc enim ratione iuramenti per creditorem in actu interrogationis præstiti condemnetur creditor ad pœnam Regij Fisci, & hoc in pœnam, secus verò vbi illa summa vera debita non esset talis, ob quam liquidatio, & rescissio contractus fieri posset, tunc, inquam, nedū creditor tenetur ad pœnam, immò liquidatio, & rescissio erit nulla, & sic debitor non cogitur soluere capitale, & si fuerit solutum, erit restituendum, prout fuit iudicatum per Sacrum Consilium ad relationem eiusdem Domini Regentis Hectoris Capycij Latro præceptoris mei, sub die 8. Nouembris 1640. cum interuentu doctissimi, & integerrimi viri, ac Domini mei D. Petri Iordani Vrsini meritissimi Præsidis S. C. in causa Fabritij Verd'Oliua contra Ioannem Baptistām Perrottam, dum fuit declaratū in liquidatione instrumenti ad formam Bullæ ducatorū biscèntum vigintiquatuor capitalis, illud esse restituendū eidem Fabritio, necnon fuit cōdemnatus idem Io. Baptista Perrotta creditor ad pœnam, vt ex sententia penès de Scac-

Scacciauento Actor. Mag. ibi enim agebatur, quòd dictus Ioannes Baptipta Perrotta citauerat super tenore instrumenti prædictum Fabritium eius debitorem tàm pro duabus annatis finitis, quàm pro capitali ducatorum biscentum vigintiquatuor, verùm duæ annatæ licèt erant finitæ, tamen non erat elapsus mensis vltrà annũ vltimæ annatæ, ad finem liquidandi, iuxtà legem in contractu à contrahentibus positam, scilicet quòd deficiente debitore à solutione vnius annatæ per annũ, & mensem, instrumentũ possit liquidari tàm pro tertijs, quàm pro eius sorte, vt est solitum in hoc Regno, similem legem apponi in contractibus, & sic non erant in casu prædicto elapsi duo anni, & vnus mensis, & tamen per M. C. fuerat processum ad liquidationem, & rescissionem dicti cõtractus, ob quod debitor nedum soluit pœnam Regio Fisco, verùm deposuit tàm sortem principalem, quàm duas annatas, asserendo, nullam esse liquidationẽ tanquam plus debito factam, instando depositum sibi restitui, & dato termino per M.C. fuit per eandem latum decretum, per quod fuit liberatum depositum prædicto creditori, & interposita appellatione ad Sacr. Consil. fuit decretum prædictum reuocatum, & liquidatio declarata nulla, vt supra, dicebat debitor post citationem deposuisse vnam annatam præcedente mandato facto ad instantiam creditoris dicti Ioan. Baptistæ, & depositum prædictum fuisse ei notificatum, vnde videbatur, instrumentum nõ potuisse liquidari pro duabus annatis, nec pro vna, quia si verum erat depositum pro prima annata, pro secunda non poterat liquidari, quia licèt maturata quòad solutionem, non tamen quòad liquidationem, quia nõ erat elapsus mensis, iuxtà legem contractus, & quamuis pro parte creditoris fuerat producta fides nonnullorum Magistrorum Actorum de stilo dictæ M. C. circa liquidationem, scilicet posse creditorem liquidare pro duabus, tribus, & similibus annatis, quamuis re vera in vltima annata non esset completum tempus anni, & vnius mensis, secundùm legem contractus, immò etiam pro mensibus, & diebus vsque ad diem citationis, cùm sufficiat debitorem fuisse in mora pro annatis præteritis, tamen aduersus prædictam fidem nonnulli ex Dominis in Aula tempore relationis causæ prędictæ multum insistebant, asserẽtes stilum esse nullum, quia liquidatio fieri non poterat, nisi elapsus esset mensis vltimæ annatæ, tamen vt retulit mihi Dom. meus Hector Capycius Latro, qui fuit Commissatius, ꝙ exindè S.C. motum fuit, quia erat deposita prima annata, & pro secunda nõ poterat fieri liquidatio, ex quo non erat elapsus mensis, item ꝙ fuit habita pro vera fides Actorũ Magistrorũ de dicto stilo, adeò vt si pro prima annata non aderat depositum, vtique decretum M.C. fuisset confirmatum, & sic ex

28 ista decisione colligitur inter alia, posse debitorem citatũ super tenore instrumenti pro pluribus annatis purgare morã solum pro illis annatis, pro quibus ex lege contractus posset fieri liquidatio, & non pro tota summa, pro qua fuit citatus, licèt debeatur tota summa in citatione contenta, hoc nota, quia casus iste in dies contingit dubitari.

SVMMARIVM.

1 *Conditio, si sine filijs decesserit, non cõprehendit fœminam, quando substitutus esset de descendentibus testatoris.*
Contrarium, num. 2.
Declara, num. 3.
Amplia, quamuis extaret statutum exclusiuum fœminarum, num. 4. & 6.
5 *Proximitas grauati, & non grauantis attenditur.*

DECIS. LXVI.

Conditionem, *si sine filijs*, non defecisse per existentiã filiæ fœminæ grauati, quando substitutus

1 esset de descendentibus testatoris, concludit *Author hic*, cuius opinionem latè post multos sequitur *Franc. Merlin. in decis. Lucens.* 97. qui loquitur in fratre, cùm sufficiat, vt substitutus sit de agnatione, sic etiam *Farinat. decis.* 130. & *Mantic. decis.* 305. & 351. ac *Alexand. Trentacinq. cons.* 54. *in* 1. *dub. vol.* 2.

2 Sed contrarium verius esse satis doctè probat *Giurb. in decis. Siciliæ* 32. qui post multos refert, sic in fauorem filiæ fœminæ grauati non obstante illa negatiua conditione, *si sine filijs*, decisum fuisse, respondendo multis contrarijs, sic etiam iudicatum refert *Thesaur.* (quamuis ipse dissentiat) in *decis.* 188. qui *num.* 13. ampliat, hoc procedere etiam si quis vsus fuerit verbis vulgari sermone videlicèt, *morẽdo uno de' miei figliuoli senza figliuoli*, subdens fuisse decisum, talia verba etiam filias fœminas com-

complecti, vt decisum etiam testatur *Seraphin. in decis. 1216. num. 5. & seq.* & hanc vti magis receptam amplexos esse Dominos, inquit *Barz.* omninò videndus *dec. 11.* sic demum *Marescott. lib. 3. variar. resolut. cap. 13. D. Reg. Rouit.* plenè *cons. 57. vol. 1.* & post multos de communi testantes, hāc opinionē latè prosequitur *Marta de success. legal. part. 1. quæst. 2. artic. 2. num. 20. Molfes. ad consuet. Neap. part. 4. quæst. 32. num. 16. 18. & seq. & Fusar. tract. de subst.* post infinitos alios *quæst. 402. nu.* . . de multis decisionibus S.C. testatur *Vinc. de Franch. decis 586. & Thesaur. lib. 2. quæst. forens. quæst. 74.* inquit, quòd etiam si testator in testamento dixisset, *si sine liberis masculis*, & deindè in codicillis dixisset, *senza prole legitima, e naturale*, quòd non per hoc qualitas masculinitatis esset repetita in codicillo, & successiuè esset exclusa filia grauati per substitutum.

Nec obstant qui contrarium tenuerunt,
3 quoniam illi loquuntur, quando testator agnationis conseruationem inspexisset, vt si benè aduertatur, hoc dicunt, prout relata vtraq; opinione sic concludit post multos *Fusar. de substit.* citata *quæst. 402. n. 27.* sic etiam *Mart. Giurb. D. Reg. Rouit. Mantic. Farinac. & alij*, & demum sic determinauit *Rota*, teste *Gratian. in tom. 1. discept. forens. c. 41. nu. 11. 12. & per tot.* nec ex eo, quòd substitutus sit de descendentibus, vel agnatione testatoris, ratio agnationis cōseruandæ considerata videretur, quoniam vltrà quòd multæ aliæ requiruntur coniecturæ, illud procederet, quando substitutus excluderet filiam à successione patris, vt in terminis tradiderunt reprobata *Castrens.* opinione in *cons. 409. Barz.* in citata *decis. 11. nu. 12. Marescott. d. cap. 13. nu. 17. Seraphin. d. decis. 1216. num. 12.*

Et propterea hæc cōclusio procederet, etiam si statutum exclusiuum fœminarum extaret, quoniā si substitutus filiam à successione patris grauati nō excluderet, ne-
4 què ob talem negatiuā conditionem eam excluderet, quamuis esset de descendentibus testatoris, vt satis doctè probat Dominus meus *Reg. Rouit.* citato *cons. 57. nu. 14.* vbi subdit, hanc esse veriorem post infinitos *DD* & ità in Regno fuisse iudicatum in causa Laurentij Sabini cum Cornelia Lamanna, in qua interuenit *D. Vinc. de Franch.* tunc Præses S.C. de qua mentionē fecit in *d. decis. 586.* vbi de alijs decisionibus eiusdem S.C. attestatur, sic quoquè iudicatum refert *Bertazzol. in cons. ciuil. 96. num. 13. & 14.* sic demum in Rota Romana, vt testatur eademmet *Rota decis. 4. 72. & 790. par. 1. in nouiss. Seraph. d. dec. 1216. num. 8. & Marescott. d. cap. 13. num. 18.* in Regno Lusitaniæ *Gamma decis. 354. nu. 9. & 10.* & in Rota Bonon. *Barz. decis. 11. num.* . . in Rota Lucens. *Magon. decis. 7.* in Regia Audièntia Regni *Viuius decis. 414. num. 10. vers. cæterùm Regia Audientia* in Perusina *Ambros. decis. 10. Rot. Auenion. decis. 15.* & sic quasi per totum Orbem terrarum, hanc partem apparet esse in iudicijs receptam, vltrà Scribentes, & Consulentes pro hac opinione vti magis communi, & veriori, quos colligunt citati *DD.* ac *Marta de success. legal.* citato *art. 2. n. 35. & cons. 70. in princ. & vot. 71. num. 12. & seq.* ac *Fusar.* citata *quæst. 402. num. 66. & seq. & Paschal. de patr. potest. part. 4. cap. 9. num. 35. & seq.* ea ratione, quia proximi-
5 tas grauati, & nō grauantis attendi debet, vt latè etiam *Peregrin. de fideicom. art. 20.* quicquid in contrariū teneat *Author hic*, contra quem satis exclamat *Marta de success. in d. artic. 2. in fine*, ex eo quòd *Alex. in cons. 15. vol. 4.* sibi contradicat, quod verū non est, quoniam *Alex. in d. cons. 15.* loquitur, quando statutum excludit fœminas à successione patris, quo casu vult, quòd si instituat filios in re certa, appellatione filiorum non veniant fœminæ; secus verò quando non agitur de exclusione à successione patris, sed à successione dotātis, nam eo casu proximitas grauati, & nō grauantis attendi debet, vt satis apertè contra *Authorem hic* probat *Mart.* in citato *loco, in fine*, subdens, pluries contra ipsum fuisse decisum, quod indubitanter admitto, attentis nostris *Constitutione In aliquibus, & Consuetudinibus Si moriatur, & Si quis, vel si qua*, quæ non indistinctè præferunt fœminis masculos, sed solùm quando masculus, & fœmina sunt in eodē gradu eiusdem lineæ, quo casu fœmina à successione dotantis tantùm excluderetur, & proindè
6 filia defuncti excludit patruum etiam in fideicommisso, vt latè tradit *Minad. in repetit. dicta Constitut. In aliquibus, in 3. not. num. 21.* vbi inquit, quòd neptis fideicommissum deficere facit, quando sub conditione, *si sine filijs decesserit*, factum fuerit, & quòd excludat patruum, etiam si in alijs partibus testamenti testator proposuisset, & vocasset masculos, subdens, sic per Regiam Cameram Summariæ facta relatione in Regio Collaterali Consilio decisum fuisse in causa Montani Sales, ipso tūc existente.

stente patrono, per ea, quæ dixerunt *Bald. & Salyc. in l. cùm acutissimi, C. de fideicom.* quod etiam affirmant idem *D. Reg. Rouit.* in citato *cons. num. 15. & Paschal. de patr. potest. d. cap. 9. part. 4. in fin.*

SVMMARIVM.

1 *Vsufructuarius cauere debet pro rebus, quæ vsu consumuntur.*
Sed intellige cum distinctione, num. 2. vbi decisio Sacr. Cons.

DECIS. LXVII.

1 IN hac decisione quomodò vsufructuarius cauere habeat pro rebus, quæ vsu consumuntur, cócludit *Author*, quòd antequam dicta bona perueniant ad vsufructuarium, debeant æstimari, & secundum æstimationem debent reddi, nulla habita ratione deteriorationis, ad quem addo *decis. Thesaur. 80.* quem etiam sequutus est *Viuius in decis. 420. num. 4. lib. 3.* tamen *Vincent. de Franch. in decis. 641.* veniendo ad indiuiduum quæstionis concludit cum distinctione *Caccialup. in cons. 9.* inter *cons. Socin. 4. vol.* scilicet quòd aut sũt res modico
2 tempore duraturæ, & tunc procedit supradicta opinio, vt præstetur cautio de restituendo tantundem in eodem genere, vel pretium, aut verò longo tempore sunt duraturæ, & tunc secus, cùm debeat præstari cautio, prout in rebus soli.

SVMMARIVM.

1 *In dispositione captatoria conditio, vel ipsa dispositio reijcitur, vbi nonnulla reassentur opiniones, & num. 7. 8. 10. 11. & 12.*
2 *Testamenta debent esse libera.*
3 *Onus reijcitur firma remanẽte dispositione, vbi quis instituitur, & rogetur, vt aliquẽ hæredem faciat.*
4 *Donatio, vel institutio puellæ facta, vt nubat cum consensu alterius, valet reiecta conditione, & num. 35.*
Amplia, quamuis cum turpi persona matrimonium contrahat, num. 5.
Item amplia, quamuis patris, matrisuè, siuè alterius consensus requiratur, num. 6.
7 *Conditio turpis tunc à dispositione reijcitur, vbi à sciente, nõ ab ignorante apponitur.*
Contrarium, num. 36.
8 *Conditio modalis à conditionali differt, & num. 37.*
9 *Institutus in possessione construari debet.*
13 *Conditio in vltima volũtate in continenti post institutionem, vel aliquam dispositionem apposita, inest ipsi dispositioni, & substitutioni.*
14 *Conditio formam inducit.*
15 *Forma non adimpleta actus corruit.*
16 *Causa finalis quæ dicatur.*
17 *In correspectiuis alterum alteri inest.*
18 Text. l. ille autem, ff. de hæredib. instit. *declaratur.*
19 Text. l. cum donationis, C. de transaction. *procedit in contractu, & non in vltima voluntate.*
Sed contrarium, num. 22. & 25.
20 *In contractibus pacta contrahentium attenduntur.*
21 *Captatio improbata in vltima voluntate, non extenditur in contractu.*
23 *Conditio post donationẽ apposita, inest ipsi donationi.*
24 *Contractus conditionalis est nullus conditione non obseruata.*
25 Text. l. cum donationis, C. de transact. *explicatur, & num. 29.*
26 *In pari causa potior est conditio possidẽtis.*
27 Text. l. ille autem, ff. de hæred. instit. *limitatur in dispositione modali.*
28 *Modus à conditione non differt in vltima voluntate, & num. 37.*
30 Glos. in d. l. cum donationis *refellitur.*
31 *Modus turpis, vel impossibilis non vitiat obligationem, sicut conditio.*
32 *Conditio re tradita non operatur effectum suspensiuum.*
Limita in promissione, num. 33.
34 *Donatio cum cõditione, quòd si donatarius, qui donantem instituit, testamentum reuocauerit, reuocata dicatur, captatoria dicitur.*
35 *Conditio turpis, vel impossibilis vitiatur, & non vitiat.*
38 Faber de error. pragm. decad. 51. error. 6. *impugnatur.*

DECIS. LXVIII.

QVæstionem istam per extensum examinat *Fusar. de subst. quæst. 503. & in cons. 43.* & vide quæ scripsi in *decis. 53. & 63.*
1 Sed maxima fuit inter DD. cõtrouersia, num in dispositione captatoria ipsa verò dispositio, vel potiùs conditio reijciatur, cùm multi dixerint, vitiari quidem conditionem, & non dispositionem, & huius opinionis inter alios fuit *Bald. in l. 1.*

l.1.num.45.vers.octauò quæro, C.de his,qui
2 pæn.nom.ea ratione,quia testamēta debēt
esse libera,per text.in l.ille autem,ff de hæred. instit. & probatur ex l.filiusfamilias,
§.vt quis hæredem, ff.de leg.1. & l.ex facto,
in princ.ff.ad trebell. vbi si quis instituatur,
3 & rogetur, vt aliquem hæredē faciat,quòd
firma remaneat dispositio,reiecto onere,
quod etiam probat Fusar.de substit.quæst.
503.num.30. addo Pinell.select. cap.1. &
hanc esse efficacem rationem dicit Ruin.
cons.20. lib.1. num. 3. quia turpis est conditio, quæ cōclusio in puncto videtur probari in l.cùm donationis, C.de transact. vbi
conditio reijcitur firma remanente transactione.

Hinc dixit Dec. in cons. 231. quòd insti-
4 tutio,vel donatio puellæ facta,vt nubat cū
consensu alicuius substinetur, reiecta conditione,quia tanquam à iure improbata
non debet admitti,actus enim nubendi ab
aliena voluntate, & arbitrio dependere
non debet, l.cùm tale, § si arbitratur, ff.de
condit. & demonstr. l.turpia, §.filia, ff.eod.
& hanc opinionem sequuti sunt Fulgos.
cons.96.Corn.cons.105.lib.2.Molin.de primogen.lib.2.cap.13.num.35.Spin.de testam.
glos.14. num.49. Suarez l.Titia, tit. de los
casamientos, Mantic. de coniect. vltim. volunt.lib.11. tit.18. Crass. §.legatum, q. 50.
Cened.collect.ad cap.1.de cland spons.nu.6.
& seq. Barz.decis.Bonon.24.num.10. Addit ad Gamm.decis.316. Mastrill.decis.233.
Vrsiuus decis.480.lib.3. Faber in suo Codice
lib.6 tit.23.de condit.insert. defin.18. & ità
decisum in Rota refert Marescott. lib.1.
variar.resolut.cap.73.Cancer.lib.3.variar.
cap.7.tit.de pact.nu.280. & seq. & 298. &
seq. vbi pro hac opinione plures Senatus
decisiones refert, & alias etiam colligit
Fontanell.de pact.nupt. claus.6.glos.3. p.5.
5 etiam si cum turpi persona matrimonium
cōtrahat, licèt cum distinctione inter maiorem, & minorem, latè Cancer. d. cap.7.
6 num.287. siuè patris,siuè matris, siuè alterius consensus requiratur, Fontanell. ità iudicatum refert ibidem,num.15.in fin.& tamen verum est,quòd libertas matrimonij,
& libertas testandi æquiparantur.
7 Alij verò cum distinctione firmarunt,
an à sciente, vel ab ignorante apposita sit
conditio, cùm in primo casu reiecta conditione substineatur dispositio,in secundo
verò non, nam tota corruit ex defectu voluntatis,ità in puncto tenet Cuman. in l.si
quis quos 32. ff. de leg. 2. & faciunt notata
per Bart.in l.ab omnibus, §. in testamento,
ff.de leg.1. & Sarmient. select.interpr.lib.2.
cap.1.num.15.
8 Multi in diuersam deuenerunt distinctionem,quærentes, nunquid modalis,vel
conditionalis sit dispositio, cùm si conditionalis sit,tota corruet dispositio,per text.
d.l.captatorias,si verò modalis esset,substineretur dispositio,ex eo quia purè à testatore facta censetur, quamuis deindè modus adijciatur, scilicet dummodo similem
institutionem faciat, per quem modum
dispositio non suspenditur, d.l. cùm tale,
§.1. per quem ita probat Bald in l cùm
mota, num.3.C.de transact.& in l.si pluris,
num.25. vers. est enim modus, C. de condit.
insert.& tradit Sarmient.select.interp.lib.2.
cap.1.num.13.cum seq.& fundatur ex glos.
in l.cù donationis,C.de transact.& ibi DD.
vbi etsi non valet liberatio creditoris sub
conditione, si eum hæredem instituat, tamen valet sub modo, vt eum instituat,
cuius opinionem sequutus est ibi Anton.
Padill.nu.8. & innumeri allegati per Molin. lib.3.de primogen. cap.12.num.42. vbi
id communiter ab omnibus receptū esse
testatur,& probat text.d l.filiusfamilias, &
l.ex facto,ea diuersitatis ratione,quia conditio suspendit, modus verò resoluit, glos.
d.l. cù donationis,& hanc distinctionem in
puncto firmauit Peregrin. cons.34.num.7.
& seq. lib.5. & de fideic. artic.33. num.64.
9 licèt ibi dicat, quòd hoc non iuuaret, nisi
per viam exceptionis, quia institutus esset
in possessione,in qua conseruari debet.
10 Nonnulli denique indistinctè tenent,
nullam esse dispositionem, vt latè Couarr.
cap.cùm tibi,num.13.de testam. Peregrin.de
fideicommiss.artic.33 num.6. Barry de success lib.2.tit.5.de captat.disposit sub num.7.
dicens,contrariam opinionem reiectam
fuisse,sic quoque Reusner.part.1.cap.9 nu.
61.de testament. iuxtà glos in rubr.ff. si quis
testari prohib. vbi Fisco hæreditatem deferri dicit Simon de Prat.de interpr. vltim.volunt. fol.475. num.7. Marta de success. leg.
part.4.quæst.11.artic.2.num.15.& seq. vbi
latè hanc partem acerrimè tuetur, & pro
absoluto firmat idem Peregr. de fideicom.
artic.33.num.73. dicens, quòd sicut datio
erit nulla, sic ademptio non valeret.
11 Faber verò de error. pragmat. decad.51.
error. 6. tenet, obseruandā esse formulam
dispositionis, quoniā Senatusc. improbauit institutionem captatoriam expressam
in l.1. in fin. ff.de his,qui pro non script. habent. & in l.ille autem, in princ. & in l. clemens, §.1. ff.de hæredib. instit. vbi I.C. affert

fert exemplum, in qua ex parte mei Titius
hæredem scripserit, ex ea parte mihi hęres
esto, at si testator diceret, si Titius me hę-
hæredem instituet, hæres mihi esto, quia
formula hæc non fuit expressa à Senatusc.
improbante, hæc non rueret vti improba-
ta, sed conditio reijceretur tanquam im-
possibilis, ad *text. in l. 3. ff. de condit. & de-
monstrat.* est enim impossibilis conditio,
quæ à Senatusconf. vel Principe improba-
ta est, *l. filius, ff. de condit. instit.* reddens
rationē, quia institutiones à Senatusconf.
improbatæ non modò conditionem ca-
ptatoriam habent ita implicitam, vt ab
ipsa institutione separari nullo modo pos-
sit, vt in exemplo prædicto, quanta ex par-
te Titius me hæredē instituet, hæres esto,
quia conditio est separata à dispositione,
& sublata ex illa institutione, eo quòd
captatorium est id, quod superest facere
nequit.

Sed in secundo casu sublata illa condi-
tione, si me hæredē instituat, remanet pri-
ma dispositio, & sic existimat *Faber*, ca-
ptatoriam dispositionem totius hæredita-
tis in exemplo supra posito non esse speci-
ficè improbatam à Senatusconf. & proin-
dè remanere sub alia regula impossibilis
conditionis, vt conditio reijciatur tanquā
improbata, & institutio firma remaneat,
subdens, hoc neminem obseruasse, quod
etiam ex professo obseruauit in suo *Codi-
ce, lib. 6. tit. 6. definit. 11. per tot.*

12 Verùm quicquid sit de hac controuer-
sia, non puto recedendum à penultima
opinione, scilicet quòd dispositio prędicta
indistinctè sit captatoria, ea ratione, quia
vt dicit *Cuman. in l. captatorias, ff. de hę-
red. instit.* conditio hæc non est turpis, ne-
que impossibilis, sed dispositio ità qualifi-
cata est turpis tanquam pessimi exempli,
cùm per eam alliciatur, & captatur mens
alterius ad sic disponendum, quod est con-
tra bonos mores, & sic ipsa dispositio, &
13 non conditio vitiatur, & probatur, quia
in vltima voluntate conditio incontinenti
post institutionē, vel aliquam dispositio-
nem apposita, inest ipsi dispositioni, & in-
stitutioni, *l. lecta, ff. si certum petatur, Bart.
in l. cum, qui ita, §. qui ita, ff. de verb. oblig.
Felic. de Perus.* inter *cons. Castr. 259.* incip.
*omnis facultas, lib. 1. col. 2. vers. esto quòd
testator, Alex. Raud. in tract. de analog. lib. 1.
cap. 37. nu. 10.* sine qua aliter nō esset facta
14 dispositio, at vbi quid cōditionaliter po-
nitur, exindè forma inducta censetur, *Bal.
in auth. matri, vel auia, col. 3. C. quando*
mul. Affl. decis. 355. nu. 5. idcircò forma
non seruata, quia institutus adimplere, &
sic aliam institutionem facere nō tenetur,
15 ipsa corruit dispositio, ex traditis per *Fe-
lin. in cap. cum dilecta, num. 6. de rescript.
Gratian. tom. 5. discept. cap. 995. num. 14.* &
in puncto *Mart. de success. legal. par. 4. q. 18.
artic. 2. num. 37. & seq.* quia causa finalis
dictæ dispositionis est secunda dispositio,
16 & dicitur causa finalis, quia sinè illa non
disposuisset, ad tradita per *Bald. in consil.
340. col. 2. vol. 2. Crauett. cons. 142. num. 9.
Roland. cons. 44. num. 15. vol. 4.* & sic dicta
dispositio dicitur correspectiua ad secun-
17 dam, quia ipsius contemplatione facta di-
citur, quo casu alteri insit, *Dec. in cap. pe-
tens, in 2. not. de pact. Corn. cons. 117. nu. 14.
lib. 2. Socin. cons. 273. num. 4. lib. 2. Felin. in
cap. 3. num. 5. post princ. vers. & quæ sit ra-
tio quare, de iureiur. glos. & DD. in l. bonæ
fidei, & in l. petens, C. de pact. Tiraquell de
retract. conuent. glos. 1. §. 5. num. 11. & seq.*
& in correspectiuis si vnum extinguitur,
tota corruit dispositio, *Rota decis. 677.* &
latiùs in *decis. 542. num. 6. part. 1. & decis.
272. num. 6 part. 4. in nouis. Farinac. decis.
428. num. 2. & seq. part. 1. Aymon Crauett.
cons. 298. nu. 13. Menoch. cons. 156. nu. 16.
& de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 12. num. 3.
& 31. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 2. tit. 3.
num. 20. & lib. 3. tit. 15. num. 47. & 50. Ti-
raquell. in l. si vnquam, verb. donatione lar-
gitus, nu. 103. & seq. C. de reuocand. donat.
Surd. cons. 93. num. 11. & cons. 217. nu. 18.
& seq. Gratian. tom. 5. discept. for. cap. 897.
num. 2.* & propterea ipsam dispositionem
conditionalem vitiari, & non conditionē.

Nec obstant in contrariū adducta, nam
18 *Bald.* vt benè aduertit *hic Author*, allegat
text. in d. l. illa autem, per quem contrariū
probatur, vbi I.C. clarè loquitur, illam in-
stitutionem esse à Senatusconf. improbatā,
quorum conditiones in secretum alienæ
voluntatis conferuntur, qui *text.* intelligi
debet cum *l. præcedenti*, & sic non condi-
tio reijcitur, sed ipsa dispositio.

Nec mouet *tex. d. l. cùm donationis*, quia
id mihi non probatur.

Et quamuis nonnulli graues *DD.* dicāt,
19 *text. d. l. cùm donationis* procedere in con-
tractu, non autē in vltima voluntate, quod
adducunt pro limitatione *d. l. captatorias,
& l. illa autem*, quia in cōtractibus lex at-
20 tendit pacta contrahentium tantum,
l. 1. ff. de pact. nisi pacta à lege sint impro-
bata, *l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de
verbor. obligat.* & idcirco captatio impro-

bata

bata à Senatuscons ult. in vltimis voluntatibus fauore speciali vltimarum voluntatū non est extendenda ad cōtractus, *l. tus singulare, ff. de leg.* vt in puncto tradunt *Paul. de Castr. in l. captatorias, C. de milit. testam.* & alij per *Rotam* allegati in *dec.* 542. *nu.* 5. *& 13. part. 1. in nouiss.*

22 Tamen (salua eorum pace) nec absolutè vera est limitatio, nec *text.* id probat.

Quòd non sit vera limitatio, apparet, quia eodē morbo donatio laborarer, quo dispositio in vltima voluntate facta, quoniam dum, vt supra dictum est, dispositio in vltima voluntate facta sub conditione, vt ab instituto disponens instituatur hæres, nulla est, & sic captatoria, quia in ea ipsa conditio, non quia conditio ipsa sit turpis, vel impossibilis, vt multi allucinati sunt, sed quia dispositio cum hac conditione tanquam res pessimi exempli à Senatuscons. improbatur, non video, cur in donatione conditio hæc apposita, illam non inducat conditionalem, cùm in iure

23 certissimum sit, conditionem post donationem appositam perindè haberi, ac si in ipsa donatione conditio apposita sit, vt de conditione reuocationis in donatione apposita tradit *Socin. sen. cons.* 67. *nu.* 36. *volum.* 1. quem sequitur *Argel. de acquir. possess. quæst.* 2. *artic.* 1. *num.* 12. conditio enim reddit actum indiuiduum, ità *Grat. tom.* 2. *discept. forens. cap.* 207. *num.* 22. &

24 propterea cōditione non obseruata, contractus est nullus, *l. hac venditio, ff. de contrah. empt. Parlad. quotid. differ.* 147. *nu.* 9. *& Menoch. de adipisc. poss. remed.* 4. *nu.* 306. vbi contractus conditionalis non dicitur contractus.

25 Nec *text.* id probat, quia ibi *Imperator* non decidit hunc articulum, nam cùm fratet donasset fratri obligationem tutelæ administratæ, quia frater donatarius promiserat suam hæreditatem fratri donanti, agnoscens deindè, promissionem propriæ hæreditatis esse nullam à lege improbatā, egit actione de dolo contra fratrem donatarium, huic actioni de dolo intentatæ respondit *Imperator* his verbis, *frustrà de dolo quærimini, cùm dolus volenti non inferatur,* respectu autem hæreditatis promissæ dicit, non adstringi promittentem, nec ex ea irritatur donatio obligationis administratæ tutelæ, quia erat effectus cōsummatus donationis puræ, licèt ex turpi causa hæreditatis promissæ, quæ ratio vrget, etiam si hæreditatis pactum conceptū esset in forma modi, quia modus non suspendit actum, quia venit implendus post consummatum actum, & ideò si pactum hæreditatis esset conceptum in forma cōditionis suspensiuæ, num irritetur, vtrumq; *Imperator* non decidit, quod benè aduertit *gloss. ibi,* vbi cū distinctione dixit, quòd aut qui remisit, nihil de hæreditate dixit, sed in corde retinuit, & tunc valet pactum, siuè ille, cui transigebatur, eam pollicebatur, aut dixit, sed in forma conditionis, & tunc quod nulla erit remissio, aut deniquè dixit in forma modi, & tunc licèt vterque consentiat, valet remissio, quia in pari cau-

26 sa potior est conditio possidentis, *l.* 2. *ff. de condit. ob turp. caus.* sed *Bald. in d. l. cùm donationis, in princ.* dicit, transactionem *l. cùm donationis* fuisse per modū, & *nu.* 2. disputato articulo tenet cum *Placent. & Petr.* quòd transactio in modum conditionis, si me hæredem instituis, sit nulla, prout etiam tenet ibi *Ias. num.* 16. *& Cuman. in d. l. captatorias, num.* 2. *ff. de hæred. instit.*

Et sic ex hoc videtur dici, limitationem

27 *DD. in d. l. illa autem* esse veram, vbi non in forma conditionis, sed modi facta esset donatio, vel liberatio, ex eo, quia in contractibus modus non suspendit, sicut conditio, quicquid sit in vltima voluntate, cū dispositio sinè sit per viam modi, siuè con-

28 ditionis, semper dicitur conditionalis, ità in puncto latè tradit *Faber in suo Codice lib.* 6. *tit.* 22. *de his, quæ sub modo, definit.* 2. *& tit.* 23. *de cond. insert. definit.* 5.

Quamuis idem *Bald. in d. l. cùm dona-*

29 *tionis, num.* 3. huic opinioni absolutè non abhæreat, sed distinguit inter transactionem, & donationem, in transactione dicit, quod aut illa fundatur super modo, quia non conuenit de alio dando, vel præstando, veluti transigo, vt me hæredem facias, & tunc nulla erit trāsactio, ex eo quia in ea deficit substantiale, sicut in emptione deficit res, vel pretium, aut verò transactio nō fundatur in isto modo, sed in alio, veluti transigo pro decem, vt me instituas hæredem, & tunc quare reperiuntur ambo extrema habilia, quia transactio fundari potest in illis decem, valida erit trāsactio, secus verò in donatione, quia illa non requirit aliud extremum, sed simplicem liberalitatem, quod est notandum, & sic attenta hac opinione *Bald.* in ijs, quæ liberalitas exercetur, si in forma modi dantur, valet donatio, secus in forma conditionis.

Verùm *Petr. de Bellapert. in d. l. cùm do-*

30 *nationis* ad nostrum propositum explicat *text.* prædictum, & primò negādo *gloss.* dif-

N feren-

ferentiam inter modum, & conditionem, vbi turpitudo versatur, ait, veram differentiam, & intellectum text. esse inter promissionem, & dationem, quoniam si datio, vel traditio fit sub modo, vel sub conditione impossibili, & turpi, videtur simpliciter tradi, vel donari, nec est locus repetitioni. Vndè cùm libero te per pactum, statim es liberatus, nec in pactis liberatorijs est differentia inter modum, vel conditionem impossibilem, *l. dicam, C. de condit. ob caus.* vel quia remittere fit dare. At vbi quæri-
31 tur de pactis obligatorijs, tunc differunt modus, & conditio, quia modus impossibilis, vel turpis non vitiat obligationem, sed conditio impedit obligationem, quia vbi promittitur sub conditione, non contrahitur obligatio antè conditionis euentum, *l. oblationem ferè, §. adeò, ff. de act. & oblig.* secus in modo, quia tunc est contracta obligatio.

Et propterea attenta hac *Petri de Bel-*
32 *lapert.* opinione, vbi agitur de donatione facta, licèt sub conditione, non intrat articulus supra propositus, quòd conditio reijcitur, & firma remanet donatio, quia conditio re tradita non operatur effectum suspensiuum, ad tradita in *l. 2. ff. de in diem adiect. Galganett. de condit. & demonstrat. part. 1, cap. 102. nu. 3. & part. 2. cap. 1. q. 90. Barry de success. lib. 17. cap. 9. de condit. suspens. & resolut.*

33 Secus verò in promissione, nam tunc cùm promissio suum non operetur effectum, nisi adimpleta conditione, non potest dici valida, reiecta conditione tanquam indiuisibili.

34 Quamuis *Rota Romana in decis. 542. par. 1. in nouiss.* disputato articulo indistinctè tenuit, donationem Eminentissimi Cardinalis Vitelli factam ad beneficium Ill. D. Alphonsi fratris medietatis omnium bonorum mobilium, & immobilium, cum conditione, quòd in euentum, in quem Ill. D. Alphonsus eius testamentum, in quo dictum Eminentissimum Cardinalem institerat, reuocaret, & annullaret, siue per superuenientiam filiorum de iure reuocaretur, pari modo censeatur reuocata donatio, fuisse captatoriam, licèt *num. 13.* videatur hoc fuisse, quia erat donatio causa mortis.

Cessat quoquè argumentum desumptū
35 à conditione puellæ apposita, vt non nubat absque alterius consensu, illud enim non erit in hoc articulo allegandum, nam ideò conditio reijcitur, firma manente dispositione, vel donatione, quia turpis est conditio, & in hoc intrat *DD.* conclusio, quòd vbi conditio est turpis, tunc vitiatur, & non vitiat, *§. si impossibilis, Instit. de hæred. instit.* cum concordantibus allegatis per *glos.*

Minus obstat distinctio tradita per *Ca-*
36 *man.* inter scientiam, & ignorantiam, quia ad eam benè respondit *Author hic*, nam vbi dispositio est nulla, quia in eo ius resistit, non habet locum scientia, vel ignorantia, vt per *tex. in l. eum & minores, C. si aduersus rem iudic.* tenet *Gratian. tom. 1. discept. for. cap. 18. num. 60. & 61.*

Neque refragatur distinctio inter modum, & conditionem, quia, vt supra dixi-
37 mus, hæc non adaptatur in vltimis voluntatibus, sed in contractibus, quia in eis sēper pro conditione habetur, & latè *Faber in suo Codice, lib. 6. tit. 22. de his, quæ sub modo, defin. 2. & tit. 23. de condit. insert. definit. 5.* dicens, in vltimis voluntatibus non attenditur hæc differētia, quia siuè sit modus, siuè conditio, in vtroque casu causa finalis dispositionis fit, subdens sic Senatum determinasse.

Et deniquè nec sustineri potest opinio
38 *Anton. Fabr. de error. pragmat.* asserentis, tunc dispositionem, & non conditionem vitiari, vbi testator hac formula vsus fuerit videlicet, *ex quanta parte me hæredem Titius instituerit, ex tanta hæres esto*, secus si dixerit, *si me hæredem feceris, hæres isto*, quoniā (salua sua pace) aliter videtur dicendum, nam Senatusconsultum dedit regulam in captatoria improbanda, scilicet eius conditio in secretum alienæ voluntatis confertur in *l. captatorias, ff. de hæred. instit.* vndè dum aliàs *I.C. in d. l. 1. ff. de his, qui pro non script.* affert exemplū in quota hæreditatis, hoc exemplum non restringit regulam, nam multò fortius regula vigebit in captione totius hæreditatis, si viget in parte, ad *text. l. qua de tota, ff. de rei. vend.* vltrà quòd in vtroque casu disponit *text. d. l. illa autem, §. 1.* vbi vtrunq; exemplum referens Senatusconsult. improbatū esse voluit, quod idē *Faber* non potuit negare, verùm pro sustinēda eius opinione dicit, exemplum *d. §. 1.* non esse *Pauli*, sed *Triboniani* imperiti Interpretis, non satis benè hanc materiam intelligentis, & quòd exempli illius verba sonant in præteritum, & non in futurum, imò quòd totus §. est ei suspectus, hoc autem non erit admittendum, quia hoc modo de facili leges corrui possent, quod est absurdum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe an peti poſſit poſt ſententiam.*
Diſtinctio Authoris, *num.* 2. 3. & 6.
Intelligi, num. 7.

4 *Fructus in quibus caſibus licèt non petiti, veniant in condemnatione.*

5 *Appellatus poteſt etiam extrà tẽpus appellationis petere coràm Iudice ad quem, vt ſuppleatur ſententia Iudicis à quo, qui non condemnauit appellantem in acceſſorijs petitis, vbi deciſio Senatus.*

8 *Sententia ad libellum eſt referenda.*

9 *Iudex quando poteſt reum ad fructus non petitos condemnare.*

10 *Expenſæ an poſſint peti poſt ſententiam, vel tranſactionem, remiſſiuè.*

DECIS. LXIX.

Qværitur hic, an intereſſe peti poſ-
1 ſit poſt ſententiã, pro cuius intelligentia diſtinguendum eſt, quod aut fructus, ſeù intereſſe debentur officio Iudicis, aut iure actionis.

2 Si debentur officio Iudicis, & tunc ſi illi petiti ſint, & in ſententia Iudex eos omiſerit, reum abſoluiſſe videtur, argumento *l. 4. C. de poſit. & l. terminato, C. de fruct. & lit. expenſ.* prout in terminis conſuluit *Camill. de Medic. in conſ.* 152. *num.* 94. ità vt ad eos reum amplius Iudex condemnare non poſſit, cùm Iudicis officium lata ſententia expiret, vt late *Bald. in l. cùm proprias, num. 6. C. ſi quis alt. Maſull. ad Capye. in deciſ. 202. nu. 4. de Ponte in conſ. 28. nu.* 13. latè *Peregr. de fideicommiſſ. art. 49. num. 147. & deciſ. 119. nu. 4. Boer. deciſ. 18. Cornaz. deciſ. 110. nu. 9. Peguer. deciſ. 178. num. 1. Author* noſter *conſ. 340. nu. 1. Fab. de Anna conſil. 24. num. 4. Rota deciſ.* 807. *par. 1. Cencius de cenſib. par. 3. cap. 2. nu* 18. *& ſeq.* cùm debeat actor grauatus in hoc capite appellare, vt fuiſſe deciſum refert *Theſaur. in deciſ.* 135. vbi nec noua actione peti poſſunt.

3 Aut petiti non ſint, eo caſu nec ad illos Iudex condemnare poteſt, *l. Paulus 42. ff. de re iudic. l. eos, C. de vſur.* cùm ad eos Iudicis officinm non extendatur, *l. ædiles, §. item ſciendum, ff. de ædilit. edict.* latè *Innoc. in cap. grauis, num. 1. verſ. & nota, de reſtit. ſpoliat.* quem ſequitur ibi *Butr. col. penult. verſ. venio ad quintum,* Capell. *Tholoſan. deciſ. 295. num. 1. Rebuff. ad Reg.* Conſtit. *tit. de fruct. & illor. reſtit. artic. 1, num.* 32.
4 ſecus autem quando ſunt fructus, qui ex natura illarum actionum veniunt, velut in actione, quod metus cauſa in vi cõpulſiua, & expulſiua, vt eſt in interdicto vnde vi, quia tunc licèt non ſint petiti, ex natura illarum actionum veniunt, vtputà quando Iudex condemnat ſpoliatorem, quòd rem reſtituat ſpoliato, & eum integret, tunc ex vi illorum verborum fructus veniunt in conſequentiam, vt poſt *Iaſ. in l. 1. num.* 4. C. *de iudic.* ex multis probat *Peguer. in d. deciſ. 178. & Author* noſter in *conſil. 293. num.* 8. quod etiam pro abſoluto tenet *Caſtill. in deciſ. Sicul. 99. num. 4. lib. 1. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. à nu. 573. vſque ad* 628.

Secus etiam ſi à condemnatione principalis condẽnatus appellauit, & altera pars non, ſed extrà tempus appellationis corã Iudice appellationis petijt ſuppleri ſentẽ-
5 tiam, quæ non condemnauit in acceſſorijs petitis, quia tunc poteſt Iudex ſupplere, vt deciſum fuiſſe refert *Theſaur. in addit. ad ſuum genitorem in dec.* 135. per doctrinam *Iaſ. in d. l. 1. num. 5. & 6.* C. *de iudic.* & ratio eſt, quia appellatio ſuſpendit iudicatum, *Didac.* Couarr. *pract. quæſt. cap. 4 ſub nu. 9. Iaſ. conſ. 60. artic. 2. vol. 1.* Caſar Contard. *in l. vnic. limit. 9. num. 52.* C. *ſi de moment. poſſeſſ. Franc. Burſat. in conſ. 225. nu. 199. & 200. vol. 2.*

6 Aut verò ſunt fructus, ſeù intereſſe, qui debentur iure actiouis, & tunc lata ſentẽtia pro fructibus, & alijs acceſſorijs agi poſſet, quia illi ſunt ſtipulati de per ſe, & non veniunt acceſſoriè, & petuntur iudicio ſeparato, adeò vt iſti peti poſſint etiã ab eo, qui ſine proteſtatione recepit ſortẽ, vt poſt *Bart. in l. fin. num. 3. ff. de eo, quod certo loco,* & alios ſic affirmat *Grat. tom. 1. diſcept. forenſ. cap. 33. num.* 13. vbi ſubdit, ſic per Rotam fuiſſe deciſum, & ratio eſt, quia quoad ſoluentem dicuntur ſors, prout indiſtinctè tenet C*amill. de Medic. in conſ. 32. num. 12. & ſeq.* ſed hoc intellige, quando dicti fructus in dicto iudicio pe-
7 titi non fuiſſent, alioquin ſi petiti fuiſſent, eſſet ſecus, nam Iudex condemnando reũ ad rem, intelligitur abſoluiſſe ab intereſſe, ſeù fructibus, prout ſingulariter tradit *Alexand. in l. properandum, § ſin autem, il ſecondo, nu. 6.* C. *de iudic.* dicens, qnòd ſi Iudex abſolueret victum ab expenſis factis in lite, quòd intelligatur de expenſis Iudicis officio, non autem de conuentionalibus, dummodò dictæ expenſæ non ſint petitæ in libello tanquam promiſſæ, cùm eo

casu etiam à conuentionalibus reum absoluisse censeatur, quia sententia ad libel-
8 lum est referenda, *l. vt fundus 16. commun. diuid. l. si ex testamento 20. in fin. ff. de except. rei iudic.* (quicquid in contrariũ consuluit *Fab. de Anna cons.* 117. ex eo, quòd in sententia non valet argumentum à contrario sensu) sic etiam quando Iudex condemnat reum ad rem iuxtà petita, & petiti essent fructus, nam etiam ad fructus in libello petitos condẽnasse censetur, vt pulchrè *Marilian. in decis.* 32. vel quando sententia referat se ad instrumentũ, nam tunc censetur quis condemnatus ad omnia accessoria dicti instrumenti, vt fuisse decisũ, inquit *Thesaur. in d. decis. num. 1. in fin.*

9 Iudex autem quando possit reum ad fructus non petitos comdemnare, latissimè *Anna in singul.* 275. & ibi *filius in addit.* vbi habes *DD.* & ibi etiam quando super non petitis ferri possit sententia, &
10 quando expensæ possint peti post sententiam, vel transactionem, latè *Alex. Trentacinq. in lib. 2. variar. resolut. tit. de expens. resolut.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Ratificatio minoris quãdo conualidat contractum nullum ex tunc.*
Affertur distinctio, & num. 3.
2 *Sententia nulla, & postea confirmata censetur vna tantùm sententia, quæ est, quæ confirmat, & talis confirmatio valet vt ex nunc, non vt ex tunc.*
4 *Ratificatio non retrotrahitur ad præiudiciũ tertij.*
Intellige, nisi negotium tale esset, quòd is, ad quem spectat, illud habere ratum necessariò cogitur, num. 5.
6 *Minor, vel Ecclesia quando possit cogere aduersarium ad obseruantiã contractus, affertur distinctio, & num.* 8.
Cautela pro emptore, num. 9.
Contrarium, num. 11.
7 *Dominus quando possit gesta à falso procuratore approbare.*
10 *Nullitas contractus vtilis minori ab altero ex contrahentibus opponi non potest.*
12 *Sola vtilitas an sufficiat, vt cõtractus minoris sit validus.*
13 *Cedens, vel donans hæreditatem sibi delatã, videtur adire.*
Sed contrarium, num. 14.
Reconciliantur opiniones, num. 15.
16 *Læsio non consideratur in renunciatione futuræ hæreditatis.*

DECIS. LXX.

IN hac decisione tria quæruntur: Primum scilicet, an ratificatio minoris conualidet contractum nullum.

Secundò, an minor possit alienationem à se factam approbare.

Tertiò, an qui cedit, vel donat hæreditatem sibi delatam, videatur eam adire.

Quoad primum distinguendũ est, quòd aut contractus peccat in essentialibus, ac substantialibus, & tunc non potest confir-
1 mari ratihabitione, quia non adest principium conseruatiuum, & legitimũ, vbi possit ratihabitio substineri, sed benè verum substinetur ratificatio illa vt ex nunc, non vt ex tunc, attendendo solũ tempus ratificationis, & sic dicitur nouus contractus, iuxtà doctrinam *Bart. in l. obseruare, in 1. opposit. num. 4. ff. de offic. Proconf.* idem *Bart. in l. ab emptione 59. num. 14. de pact. Bald. in l. fin. in princ. C. ad Macedon. Natt. cons.* 262. *num.* 10. *Osasc. decis.* 119. *num.* 26. idem *Author* noster *decis.* 245. *nu.* 5. *& seq. Thesaur. decis.* 7. *num.* 2. *Costa de retrotract. casu* 4. *cap.* 8. *nu.* 16. *Alexand. Trentacinq. lib. 2. variar. resolut. tit. de minor. resolut.* 10 *num.* 2. & ratio est, quia habilitas extremorum nõ concurrit scilicet à quo, & ad quẽ, licèt enim concurrat illa ad quem, deficit tamen illa à quo, & successiuè non potest dari fictio, ad tradita per *Bart. in l. nec vtilem, ff. quib. ex caus. maior.* & in *l. si is, qui pro emptore, vers. idem si æstimare extremũ à quo, ff. de vsucap. Peguer. decis.* 48. *nu.* 12. *post princip.* prout dicimus, quando sentẽtia est nulla, & cõfirmatur in meritis, cen-
2 setur vna tantùm sententia, quæ est illa, quæ confirmat merita, & prima sententia in totum corruit, & illa confirmatio valet vt ex nunc, non vt ex tunc, argumento *text. in l. furti, ff. de his, qui not. infam.* vt latè *Thesaur. decis.* 228. *nu.* 1. *Rota Roman. in nouiss. decis.* 863. *lib.* 1. *Lancellot. Gall. cons.* 82. *nu.* 7. benè *Cauale. decis.* 25. *nu.* 21. *part.* 1. *Cancer. lib.* 3. *var. resol. cap.* 18. *num.* 368. *Castill.* post alios *decis. Steul.* 109. *nu.* 13. *& seq.*

Aut verò contractus non erat ab initio
3 ipso iure nullus, quia potuit aliquo iure valere, & tunc ratihabitio retrotrahitur, quasi inueniat principium conseruatiuũ, & non potest dici nouus contractus, sed depẽdens à primo, & ex superuenienti ratificatione roboratur vt ex tũc, ac si à principio esset factus, prout ista est communis opinio, ac vera distinctio, quam ponunt

omnes

omnes DD. in *l. obseruare.* vbi *Butr. & Bart. ff. de offic. Proconf.* idem *Bart. in l. 1. num. 4. vers. ratio quia, C. vbi de crim. agi oport. Felin. in cap. nonnulli 28. col. 3. post ampliat. versic. sed aduerte, de praescript.* & hanc quoque in specie notauit *Natta in d. cons. 262. num. 10. vol. 1. Osasc. in d. decis. 119. num. 26. D. Cons. Merlin. lib. 1. controuers. cap. 21. à num. 1. vsque ad num.* 8. pront sic in terminis contractus à minore gesti *Annaus Robert. lib. 3. rerum iudicatarū cap. 17.*

Sed hoc intellige quoàd damnum ratificantis tantùm, non autem quoàd praeiudicium tertij, cui fuit ius quaesitū antè ratificationem, quo casu non retrotrahitur, cùm res non sit amplius integra, vt ex traditis per *Bart. in l. si vxor, §. si quis planè vxorem, ff. de adult. Osasc. in d. decis. nu. 23. Costa de retrotract. d. casu 4. Author.* noster *decis. 245. nu. 8. Rot. Roman. decis. 318. nu. 4. part. 1. in nouiss. Tiraquell. de retract. lign. §. 1. glos. 10. num. 69. & seq. Gratian. tom. 1. discept. cap. 134. num. 22. & tom. 5. cap. 957. num. 18. & eod tom. cap. 963. num. 7. Amat. variar resolut. quaest. 26. num. 6.* nisi negotium tale esset, quòd is, ad quem spectat,

4 (margin) —

5 illud habere ratum necessariò cogatur, tūc enim ratificatio negotij gesti retrotrahitur, etiam in praeiudicium tertij, vt notat idem *Costa* in citato *loco*, qui allegat elegantissimum *cons. Socin. sen. 126. volum. 4.* vide ad hoc *Ann. Robert. rer. iud.* in citato *cap. 17.*

Circa secundum etiam distinguendum est, scilicet quòd aut non constat euidenter, à principio alienationem factam fuisse in euidentem vtilitatem Ecclesiae, vel mi-

6 noris, & tunc si res non est integra, scilicet si à parte aduersa fuit oppositum de nullitate, non potest minor, vel Ecclesia cogere aduersarium ad obseruantiam contractus, ex notatis per *Iason. in l. non eo minus, sub nu. 1. vers limita istam legem, C. de procur. Thesaur. decis. 7* vbi etiam inquit, hoc pro-

7 cedere in gestis à falso Procuratore, quae Dominus potest ratificare, ante tamen oppositionem legitimi interuentus, prout decisum fuisse refert in Senatu, sic etiam in minore voluit *Costa de re integr. distin. 27. num. 3.*

Aut verò res esset integra, vel à princi-

8 pio constaret de euidenti vtilitate minoris, vel Ecclesiae, & tunc minor, vel Ecclesia, si velint, possunt cogere aduersarium ad obseruantiā contractus, prout post longam disputationem hanc distinctionem sequitur *Alexan. Trentacinq. lib. 2. variar. resolut. tit. de minorib. resolut.* 8. subdens, sic tenendum esse in consulendo, & iudicando, vt etiam voluit *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 7. num. 53.* & ratio est, quia respectu ipsius alterius partis contrahentis valet contractus, sed tantum respectu ipsius minoris, vel Ecclesiae dicitur claudicare, *l. Iulianus, §. si quis à pupillo, ff. de act. empt.* sic etiam *Anna singul. 578.* prout etiā notaui in *decis. 108.* & faciunt ibi notata per *Authorem*, & per *Gratian. tom. 1. discept. for. cap. 27.* qui *num. 42.* notat cautelam, *Bart. in d. l. Iulianus, §. si quis,* vbi

9 scilicet, quòd emptor agat contra minorē, vt contractus approbetur, vel reprobetur, ad hoc vt possit quis certificari de iure sibi competente, nam si minor approbauerit, praeiudicabit sibi, nec poterit petere restitutionem in integrum, sicuti per sententiā fuisset denegata, quem modum tanquam mirabilem notandum esse inquit *Castrens. in d. §. si quis, nu. 2. & Pinell. in l. 1. par. 3. num. 34. C. de bon. matern.* sic demum de mente aliorum docet *Cancer. lib. 1. variar. resolut. cap. 13. tit. de empt. & vendit. nu. 49.* subdens, hanc declarationem voluntatis approbationis, vel reprobationis contractus debere fieri adhibita ea solemnitate, quae in initio contractus interuenire debuisset, aliàs talis declaratio non sustineretur, argumento *l. doli, vers. idemque, ff. de nouat.* cum similibus per eum adductis.

10 Quamuis vbi contractus esset vtilis minori, nullitas ab altero ex contrahentibus opponi non possit, vt iudicauit S. C. sub die 3. Maij 1636. in causa Lelij Salaia cum Catharina de Petruccio tutrice filiorū quondam Ioannis Valignani, dum praedicti minores fuerunt absoluti ab impetitis per dictum Laelium praetendentē, nullum declarari contractum emptionis per ipsum factum cuiusdam feudi, non interuenientibus requisitis necessarijs in alienatione rerum minorum, ex quo vtilis fuerat dictis minoribus venditio praedicta, & ipsi de ea non conquerebantur, de qua causa compilauit decisionem *D. Regens Capycius Latro 19.* vbi latè de hac materia, de qua etiam

11 plenè *D. Consiliar. Merlin lib. 1. contr. for. cap. 21. num. 9. cum seq.* quicquid contra dictam distinctionem teneat *ibi nu. 1.* vsq;

12 ad *num. 8.* respondendo *Ias. in l. si eo minus, C. de procur.* de cuius veritate alibi dicemus, etsi haec opinio, quòd sola vtilitas sufficiat, non careat difficultate, vt dixi in *decis. 278.*

N 3 Quoàd

Quòad Tertium,& Vltimum concludit
13 noster *Author*, quòd cedendo, vel donando hæreditatem sibi delatam, videatur eam adire, prout hanc quoque sequitur *Vincent. de Franch. in decis. 89. nu. 6. & decis. 32. num. 11.* per *l. si auia, C. de iur. delib.* dicens, quòd si quis cedit, vel donat alteri hęreditatem, non solùm videtur eam adire quòad finem validandi cessionem, sed etiã vt ex ea consequatur, & teneatur ad omnia, quæ hæres simpliciter adeundo teneretur, quia necessarium antecedens ad cessionem est aditio, prout sic subdit fuisse in S.R.C. decisum contrà *Paul. de Castr. in conf. 252. vol. 1.* dicentem, quod illa aditio procedebat ad finem validandi donationem, vel cessionem tantùm.

Ex his igitur infertur, quòd hæc cessio censetur etiam facta in fraudem creditorum, tanquam alienatio iuris quæsiti, per *text. l. qui autem, ff. quæ in fraud. creditor.*
14 contrarium tamen probat *Fontanell. de pact. nuptial. claus. 4. glos. 9. part. 5. nu. 125. & seq.* dicens, quòd quãuis ex ea præsupponatur illius hęreditatis aditio, nihilominus non dicitur ipsa cessio, vel renunciatio facta in fraudem creditorum, tanquã alienatio iuris quæsiti, cùm illa cessio non sit ordinata principaliter ad adeundum, & acquirendum, sed ad renunciandum, cùm illa momentanea acquisitio nõ sit in consideratione habenda, argumento *l. qui sic, de solut.* prout inquit *Grat. in decis. 17. num. 27.* qui inter alios allegat *Phanuc. de lucr. dot. glos. 8. num. 18. vers. qua conclusio,* qui inquit, ità fuisse per Rotam resolutũ, solemnitatem requisitam per Constitutionem Paulinam in alienatione rei Ecclesiæ non esse necessariam in renunciatione, & cessione facta de iuribus hæreditatis, quãuis per eam videatur pręsupponi illius aditio, & acquisitio, sic etiam respondit *Rota in decis. 67. part. 3. lib. 1. in nouiss. Put. decis. 507 part. 2. in nouiss.* vbi fuit canonizatum *cons. Socin. 53. vol. 4.* hoc dicens, sic demũ *Mart. in cons. 11. nu. 51. post medium,* prout quoque decisum refert *Peguer. in dec. 143.* vbi Monasterium Diui Hieronymi de la Mutra, ad quod spectabat quoddam fideicommissum conditionale, iam purificata conditione, transegit cum possessore, & cessit ei omne ius sibi competens in prædicto fideicommisso, in qua transactione nullæ fuerunt adhibitæ solemnitates, scilicet authoritas Generalis, & Romani Pôtificis, vndè cùm post multos annos prædictum Monasterium opposuisset de nullitate dictæ transactionis, saltim per viam restitutionis in integrum, tamen his non obstantibus declaratum fuisse, inquit, non esse rescindendam prædictam transactionem factam per dictũ Monasterium absq; solemnitatibus de iure requisitis, ea ratione, quia dicta trãsactio facta fuit super iure adhuc non quæsito, sed acquirendo, in quo Prælatus solus potest Ecclesiæ præiudicare.

Sed pro concordantia dictæ *decis. Vinc. de Franch.* & aliorũ pro prima opinione cum *Fontanella*, & alijs pro secunda opi-
15 nione distinguendum est, quòd aut sumus in hæreditate deuoluenda, vel in delata, si in primo casu, & tunc quia ius non est delatum, cedendo nõ potest præsupponi aditio, & deindè trãslatio, sed tantùm abstentio, & repudiatio, ac facere locũ alijs, quos lex vocat. Aut verò in secundo casu, & sic in hæreditate delata, & tunc benè cedendo videtur adire, *d. l. si auia, C. de iur. deliber.* cùm in iure delato etiã animo fieri possit aditio, *l. gerit. ff. de acquir. hered.* quia cedendo præsupponitur donatio pro necessaria consequentia, nàm aliàs nihil ageret, *Paul. in l. 1. § inde Neratius, ff. ad Trebell.* prout sic post hanc distinctionem concludit *Georg. in alleg. 29. à nu. 18. vsque ad 24.*
16 Sed hęc distinctio non tollit difficultatem cum contrarij DD. loquantur in iure delato, & tamen per dictum *consil. Socin.* dicunt, posse Prælatum solum Ecclesiæ præiudicare, illud alteri renunciãdo, & ex hoc concludunt DD. quod in renunciatione futuræ hęreditatis nondum delatæ tempore ipsius renunciationis, læsio considerari non possit, cùm renuncians nihil amittat, sed tantùm non acquirat, & hoc maximè si sit iurata, vt voluerũt secundum veriorem sententiam *Archid. Io. And. Imol. Franch. Natt. Rom. Castr. Curt. sen. Socin. & sen. Gozad. Rip. Crau. Schurph. Vuesemb. Caph. Aldobrand. Decian. & Vasq.* quos omnes citat, & sequitur *Pistor. qq. iur. lib. 4. q. 6. nu. 71. vers. multi quidem,* & signanter *Paris. cons. 26. num. 77. & 81 lib. 3. Capoll. Veronens. cons. 17. sub nu. 7. vers. secundo modo, Burg. de Paz cons. 5. nu. 7.* optimè *Put. cons. vnic. sub num. 54* post *cons. Sfort. Odd.* vbi multis rationibus id probat, & signanter ob incertitudinem euẽtus, quia potest præmori, & sic nihil consequi, latè etiam *Capyc. dec. 159. nu. 13. cũ seq.* ac *Rub. alex. cons. 12.* qui inter alias rationes ponit illã minoris, qui validè renunciat ius quęrendũ sine solẽnitate, ex *tex. l. fin. C. de repud. her.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Contractus intelligitur factus iuxtà praecedentem tractatū, quamuis ex interuallo, vbi decisio Senat. & M.C.V.*

2 *Testes deponentes de diuersitatate loci, & tēporis non sunt singulares.*

3 *Intellige, quando locus, vel tempus specificè non esset probandum in facto.*

4 *Testes vbi agitur de probādo verba formalia testatoris dicuntur singulares, si in cortice verborum discordent, quamuis in eodem rei fine concordent.*

DECIS. LXXI.

1 Concluditur hic, quòd contractus intelligatur factus iuxtà praecedentem tractatum, etiā si ex interuallo sit factus, prout latè hoc tuetur *Thesaur. lib. 1. quaest. forens. quaest. 1.* subdens, sic fuisse iudicatum, etiam ex interuallo, sic quoquè idem *Author* noster *decis. 288. nu. 30. & seq. Bellon. in tract. eorum, quae in continent. vel ex interuall. fiūt, lib. 1. cap. 114.* vide *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 4. per tot.* ac etiā in *tit. 3. & 5. eod. lib.* sed melius in *d. tit. 4.* prout sic in facti contingētia obtentum fuit per Mag. Cur. Vic. patrocinante I. C. Francisco Antonio Hodierna meo fratre in causa Antonię de Crescenzo contra Franciscum de Medici, Vulturale Actuario. Nec in hoc casu testes debent esse contestes nō solùm de tractatu, sed etiam de loco, & tempore
2 tractatus, quia licèt sint singulares de loco, & tempore, & tamen contestes in eo, quod conueniunt in facto principali, scilicèt in tractatu, benè probant, prout est singularis *glos. fin. in l. ob carmen, §. vlt. ff. de testib.* quā opinionem vti magis communē amplexi fuerunt multi DD. & secundùm eam pluries fuisse iudicatū testatur latissimè *Aym. Crauett. de antiq. temp. par. 4. num. 8. 16. 17. & 20. cum seq. fol.* mihi *433. cum seq. Farinac. de testib. quaest. 64. num. 8. Reg. de Ponte cons. 2. num. 94. cum seq. vol. 1.*

3 Dummodò locus, vel tempus specificè non esset probandum in facto, quia ista singularitas dicitur adminiculatiua, quo casu istae depositiones coniungūtur ad faciendam plenam probationem, vt ex traditis per suprascriptos *DD.* & per *Mascar. de probat. concl. 379 num. 11. & concl. 480. num. 5. & 6. vol. 1.* & sic quando ex eorum depositionibus non resultaret inter eos simul repugnantia, ac diuersitas facti, vt ex *decis. Gratian. 139. Marchia*, prout etiam in supradicta causa fuit per M.C.V. indicatum, dum sex testes licèt singulares de loco, & tempore, contestes tamen in facto plenè probauerūt, vt ibi in processu. Quicquid esset vbi ageretur de probādo verba
4 formalia testatoris, tunc enim testes producti dicuntur singulares, si in cortice verborum discordent, licèt in eodem rei fine concordent, ità singulariter post multos docet *Reg. de Ponte in cons. 63. nu. 1. & seq. lib. 1.*

SVMMARIVM.

1 L. scripturas, C. qui potior. in pign. hab. *requirit subscriptionem trium testium.*

2 *Debitum, & hypotheca dicitur probata etiā in praeiudicium tertij in materia* l. scripturas, *si vnus ex tribus testibus sit mortuus, et alij duo superstites ipsam scripturam recognoscant.*

Sed intellige, num. 4.

Et quid si testes omnes essent mortui, remissiuè, num. 5.

3 *Intellectus* l. scripturas, C. qui potior. in pign. habeant.

6 *Scriptura priuata quādo cum comparatione literarum probet in materia* l. scripturas, *remissiuè.*

DECIS. LXXII.

1 Ad hanc decisionem adde, quòd licèt *text. in l. scripturas, C. qui pot. in pign. habean.* requirat triū testium subscriptionem, ad hoc vt ex illa scriptura priuata praeiudicetur alijs habentibus instrumentum, vt ex multis ibi *DD. & Mascard. de probat. conclus. 110. & 285.* infinitos refert *Gabr. commun. conclus. eodem tit. de probation. conclus. 10. num. 1. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 24.*

Tamen si vnus ex dictis tribus testibus sit mortuus, & illi duo superstites ipsam
2 scripturam recognoscāt, hoc sufficit, vt sit probatum debitum, & hypotheca in praeiudicium tertij in materia *d. l. scripturas*, vt expressè cōtra *Authorem hic*, & eius sequaces hoc tenet *Gratian. in decis. Marchia 94.* videndus, quam etiam post infinitos *DD.* cum multis rationibus vti veriorem opinionem tuetur *Genua in tract. de scriptur. priuat. in 3. conclus.* desumpta ex *d. l. scripturas, num. 62. & multis seqq.* hanc quoque post multos alios sequitur *Alex.*

Tren.

Trentacinq. lib.2.variar.resolut. tit.de fide
instrument. resolut.12.num.11.vers.secun-
da est opinio, & ratio est, quià licèt *d. l.* re-
quirat (secundùm DD.) recognitionem
3 trium testium, tamen id intelligitur in ca-
su, quo omnes possunt interuenire ad fa-
ciendam recognitionē, secus autem si non
possunt, argumento *text.in l.cùm non faci-*
le, ff.si cui plusquam, per leg.falcid. à qua
opinione nō esse recedendum in iudican-
do ait idem *Alexand.Trentacinq. vbi sup.*
*in fin. d. num.*11. sic etiam idem *Genua in*
citato *loco, num.*80. *vsque ad num.*85. ve-
rùm necesse est, vt illi duo testes supersti-
4 tes in eorum recognitionibus asserant, se
quoque recognoscere subscriptionem il-
lius tertij defuncti, qui fuit præsens tali
scripturæ, idē *Alexand.Trentacinq.Gen.&*
Grat.in locis supra allegatis, quod etiam
notauit *Bartholom.Niger in addit.ad Ma-*
*scard.in d.conclus.*285. nec non deponere
debeant de veritate contentorum quòad
substantiā. & tenorem ipsius scripturæ pri-
uatæ, secundùm eundem *Genuam nu.*100.
*& Grat.in d.decis.num.*3.*&* 4.quòd impu-
gnat *Alex.Trentacinq.in* citata *resolut.*12.
*num.*23 dicens, sufficere si testes dicant, ip-
sos fuisse præsentes, quando debitor, aut
alius de eius voluntate scripsit illā, & quòd
viderunt eam scribere, in qua se subscripse-
runt, ac etiam vt recognoscant subscriptio-
nes sociorum, dicendo, se fuisse præsentes
ipsis subscriptionibus, nam non sufficit di-
cere, habere notas manus eorū, vt ex mul-
tis etiam probat *Amat.cons.*45.*num.*14.
Quid autem, quādo omnes testes essent
5 mortui, vide distinctiones per eosdem *Ge-*
nuam, & Alexand. Trentacinq. vbi plenè
quæstio examinatur, & ibi etiam quando
6 cum comparatione literarū ipsa scriptura
probat, & quid si principales, qui eam sub-
scripserunt essent mortui.

SVMMARIVM.

1 *Nepos appellatione filiorum continetur per*
comprehensiuam, & non per extensiuam,
*& num.*4.
2 *Mater an possit non existentibus filijs in*
praeiudicium nepotū bona sua extraneo
donare, stante statuto, quòd teneatur filijs
suis bona relinquere, vbi decisio.
3 *Nepos dicitur suus auo, & ei debetur legiti-*
ma, sicuti filio titulo honorabili.
5 *Auus si instituat nepotes, praeterito filio, te-*
stamentum dicitur nullum.
6 *Nepotes possunt de inofficioso testamēto aui*
dicere, in quo eorū pater fuit praeteritus,
quamuis ipsi instituti fuissent.
7 *Nepos in materia Constitutionis huius Re-*
gni subingreditur in locum patris ad ex-
cludendam amitam.
8 *Neptis in materia Cōstitutionis Regni sub-*
ingreditur in locum, & in sextum patris
ad excludendam amitam, vbi decisio.
Amplia, etiā in feudalibus, vbi decisio S. C.
num. 9.
Amplia, etiam attentis nostris Consuetudi-
nibus, num. 10. *vbi decisio Reg. Collat.*
Cons.
Et quid appellatione filiae dotatae, & collo-
*catae, num.*11.
12 *Statuta non sunt ad literam intelligenda*
in fauorabilibus.
13 *Appellatione filiorum quando veniant ne-*
potes, remissiuè.
14 *Et quid in materia fideicommissi.*

DECIS. LXXIII.

AD hanc decisionem adde, quòd
in fauorabilibus nepotes appel-
1 latione filiorum continentur,
non per extensiuā, sed per com-
prehensiuam, prout in pulchro casu loqui-
tur *Thesaur.in lib.*1.*quaest.forens.quaest.*92.
vbi ait, quòd licèt statutū disponat, quòd
mater teneatur filijs suis bona relinquere,
2 tamen non potest ipsa non existentibus fi-
lijs bona sua donare extraneo in præiudi-
cium nepotum, vt sic post longam discus-
sionem decisum refert. prout in simili cō-
firmat *Gratian tom.*2.*discept.forens. c.*265.
*num.*3. concludens, dispositionem fauora-
bilem filijs, nè teneantur fructus in legiti-
mam, & trebellianicam imputare, proce-
dere etiam in nepotibus, & ratio est, quia
præmortuo patre filius, & sic nepos per fi-
ctionem obtinet primum gradum, & sub-
3 ingreditur in locū sui patris, & dicitur suus
ipsi auo, & ei debetur legitima, sicut filio
titulo honorabili, scilicèt titulo institutio-
nis, & dicitur de filijs primi gradus, prout
cum multis rationibus concludit *Menoc.*
in cons. 681. *à num.*18. *vsque ad num.* 31.
*lib.*7.*& cons.*982.*in fin. num.*24.*vers.cete-*
*rùm, lib.*10.*& de arbitr.casu* 256.*num.*32.
& multis seqq. plenè etiā *Merlin.in tract.*
*de legitima, lib.*5.*tit.*2.*quaest.*18. sic quoque
*Costa de fact.scient. & ignor. cent.*2.*dist.*2.
*num.*11.
4 Quod secus esset, si mater, supposito di-
cto statuto, vellet donare nepotibus in
præiudicium filiorum, cùm dicti filij prin-
cipa-

cipaliter ſint vocati, nam tunc reciperet
extenſiuam ſignificationem, & impropriã,
contra mentem Scribentium in *l. Gallus,
§. instituens, ff. de liber. & posthum.* cùm
nõ ſit recurrendum ad fictionem, quando
aliter fieri poſſit, vt tradit *Rimin. ſen. in
conſ. 127. num. 3. & ſeq lib. 3.* prout quoque
poſt diſputationẽ hinc inde factam tenet
Theſaur. lib. 1. quæſt foren. quæſt. 91. vt etiã
concludit *Merlin. in d. quæſt. 18. num. 4.* di-
5 cens, quòd ſi viuẽte patre auus nepotes in-
ſtituerit, teſtamentum erit nullum, ſicuti ſi
extranei eſſent inſtituti, *Vaſq. in rep. l. quo-
niam in prioribus, num. 280. & ſeq.* & hoc
adeò verum eſſe ait ipſe *Merlin.* ꝙ quam-
6 uis ex poſt deceſſerit patet, nihilominus
nepotes ex iure in eos tranſmiſſo poſſunt
inofficioſum dicere ipſum teſtamentum,
quia cùm nullitas ipſo iure inducatur, non
eſt neceſſaria aliqua declaratio, vt hanc
opinionem latiſſimè defendit *Mareſcott.
lib. 2. variar. reſol. cap. 105. in eius reſponſ.
num. 40. & omnib ſeqq.*

Et ſic redeundo ad cœptam quæſtionẽ,
adeò verum eſt, quòd nepos præmortuo
patre per ſubingreſſionem dicatur de libe-
ris primi gradus, vt etiam attenta noſtra
Constitutione huius Regni *In aliquibus*, in
qua diſponitur, quòd ſtantibus maſculis
fœminæ nõ ſuccedant, quæ licèt loquatur
inter filios eiuſdem gradus exiſtentes, vt
notat *Minad. in d. Conſtit. in 3. not. nu. 21.
& Dom. Reg. Rouit. in conſ. 57. num. 14.* ta-
7 men nepos per ſubingreſſionem obtinet
primum gradum ad excludendam amitã,
prout declarat idem *Minad. in d. Conſtit.
in verbo filiorum, num. 35. & ſeq. fol. 23.* &
quod fortius non ſolùm ſubingreditur in
locum & gradum patris, ſed imò in ſexum,
itá vt etſi Conſtitutio noſtra excludat fœ-
minam per exiſtentiam maſculorũ, tamen
8 ſi eſſet neptis ex filio, etiã excluderet ami-
tam vigore dictæ Conſtitutionis, cùm ipſa
ſubingrediatur etiam in ſexum patris, pro-
ut iudicatum fuiſſe teſtatur *Io. Franc. de
Ponte de poteſt. Proreg. tit. 9. num. 48.* quod
etiam cum multis defendit idem *Minad.
in d. Conſtit. 3. notab per tot.* reſpondendo
multis contrarijs, de quo latè ſcripſi in
deciſ. 138.

9 Quod procedit etiam in feudalibus, ꝙ
neptis excludat patruum, vt pro abſoluto
tenet idem *de Ponte* in allegato *tit. 9. n. 44.
& Georg. alleg. 9. num. 28.* vbi habes deci-
ſionem S. C. prout etiam deciſum refert
*D. Reg. Rouit. in conſ. 74. & Thorus in ſuo
10 compend. in verbo neptis, tom. 1.* quicquid
ſit appellatione filiæ collocatæ, & dotatæ,
11 quòd neptis indotata nõ contineatur, di-
cit doctiſſimus Dominus *D. Petrus Iorda-
nus Vrſinus* meritiſſimus Regiã Cancel-
lariam Regens, & in Sacro Conſilio Præ-
ſes in ſuo doctiſſimo *tract. de ſucceſſ. feud.
part. 3. quæſt. 1. artic. 12. nu. 16. cum ſeq.* &
hoc tum quia materia ſucceſſionis feudo-
rum eſt odioſa, tum etiã quia verba *Con-
ſtit. Vt de ſucceſſionibus* in nepte indotata
nõ conueniunt, vt ibi optimè animaduer-
tit, ſic etiã de iure Conſuetudinario huius
Ciuitatis Neapol. latè *Napod. in Conſuet.
Sed ſi morientis, num. 271.* & ibi *Addentes*, vt
ſic deciſũ fuiſſe in Regio Collaterali Con-
ſilio teſtantur *Camill. Salern. & Piſanell.
in addit. ad d. Conſuet. Si moriatur, fol.* mihi
108. *in nouiſſ.*

Nec obſtat quod multi dicũt, ſtatutum
debere ad literam intelligi, vt tenet *Bald.
in l. maximum vitium, num. 16. & ſeq. verſ.
quare dico, C. de liber. prætir.* & poſt eum,
& alios notat *Menoch. in conſ. 215. nu. 15.*
12 Cùm hoc non procedat in fauorabili-
bus, vt optimè declarat *Theſaur. in deciſ.
279. num. 4. & eius filius in d. quæſt. 92.* vl-
tra quòd illud procedit, quando fieret in-
pretatio per viam extenſiuam, non autem
per comprehenſiuam, vt dixi.
13 De hac quæſtione quando appellatio-
ne filiorum nepotes veniant, videndus eſt
Manent. in deciſ. Mantuan. nouiſſimè im-
preſſa *3. per tot.* ac de materia ſubingreſ-
ſionis ſatis loquitur *Molfeſ. ad Conſuetud.
Neapol. part. 4. quæſt. 31. & quæſt. ſeq. &
Marta conſ. 125.* Et quid in materia fidei-
14 commiſſi, an, & quando filij appellatione
veniat nepos, latè *Fuſar. de ſubſtit. q. 320.
& q. 321. per tot.*

SVMMARIVM.

1 *Datio inſolutum à Iudice facta vltrà maio-
rem quantitatem an ſuſtineri poſſit pro
parte debita, remiſſiuè.*
2 *Datio inſolutũ an extinguat primæua iura.*
3 *Sententia lata contra non citatũ an ſit nul-
la, etiam reſpectu citati, vel contra mor-
tuum reſpectu viui, remiſſiuè.*
4 *Condictio indebiti an detur aduerſus ſolutũ
vigore ſententiæ.*
5 *Soluens vigore inſtrumenti guarentigiati
non cenſetur contractum approbaſſe.*
6 *Sententiam num approbare quis dicatur, ſi
vigore illius ſoluerit, & quando.*

DE.

DECIS. LXXIV.

De materia delegationis satis scripsi in *decis.*187. ac etiam de
1 datione insolutum à Iudice facta maioris quantitatis debitę, prout latè in *decis.*45. & quando datio insolu-
2 tum extinguat primæua iura, plenè etiam scripsi in *decis.*266.
3 Et an sententia lata contra non citatū sit nulla, etiam respectu citati, vel lata contra mortuum sit nulla respectu viui, latè dixi in *decis.*33.*in fine*.
4 Et circa id, quod quærit *Author hic nu.* 11. quòd conditio indebiti non detur ad repetendum id, quod fuit solutum vigore sententiæ, adde quòd contrarium videtur firmare *Cancer. lib.*2.*variar. resolut. cap.*6. *tit. de solut. num.*93. vbi latè probat, quòd
5 ex solutione facta vigore instrumenti guarentigiati non censeatur quis approbasse contractum, sed soluisse, nè exequtionis molestiam subiret, adeò vt solutum condictione indebiti repetere possit, vel vbi promissio esset facta per metum, & esset iurata, quòd soluens non censetur approbasse contractum, sed soluisse, nè sit perinrus, vt ex *Boer. decis.*100.*num.*15. *cum seq.* cum alijs per eum adductis, quibus addo *Roman. cons.*369. *num.*10. *& seq.* qui ait, quòd si quis esset in forma Cameræ obligatus, & solueret, quòd solutio censeatur facta ob timorem excommunicationis, & sic ex his videtur dicendum, quòd si quis
6 soluerit vigore sententiæ, & ipsa erit nulla, quòd non censeatur eam approbasse, sed ad euitandum illius exequutionem, si paratam exequutionem habebat, & propterea condictione indebiti solutum repetere non prohibetur.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienationis facta ad tēpus, post tempus non censetur permissa, si concurrat tacita legis prohibitio, contrà* Surd. *in hac* decis. & cons. 294.

2 *Argumentum à contrario sensu restringitur ad limites verborum, quæ sunt in directo sensu.*

3 *Testator non præsumitur se incontinenti corrigere.*



DECIS. LXXV.

Ad principium huius decisionis concludit *Author*, prohibitionem factam à testatore de non alienando ad tempus limitatā, post tempus censeri permissam in pręiudicium fideicōmissarij, subdens sic sæpè fuisse decisum, quod satis ipse probauit in *cons.*294. vbi ait, quòd licèt duæ prohibitiones concurrant, scilicèt expressa testatoris, & tacita legis, quæ oritur ex fideicōmisso præcedenti, tamen ipsa tacita legis non debet obstare, quādo testator permisit alienationem, prout permisisse censetur propter præcisam naturam temporis limitati, quod post illud includit permissionem, ita vt tali casu perindè sit, ac si solùm fuisset factum fideicommissum, si non sequatur alienatio, & sic grauatus poterit liberè alienare ex voluntate testatoris, qui potest tollere istam tacitam legis prohibitionem.

1 Sed in contrarium tanquā magis commune, quòd tacita prohibitio obstet, latissimè *Dec. in cons.*386. *Castr. cons.*263. *Caeber. decis.*85.*num.*14. prout sic dictis *cons. & decis. Surd.* respondet, *Gratian. in tom.*1. *discept. forens. cap.*69.*num.*5. dicens, sic pro hac opinione sæpè per Rotam fuisse decisum, & ità seruari, prout etiā de communi testatur *Thob. Non. in cons.*90.*nu.*9. *Perég. de fideicommiss. artic.*40.*num.*65. sic etiam Senatum censuisse inquit *Thesaur. lib.*3. *quæst. forens. quæst.*117. *num.*25. *versic. & quòd post tempus*, ità quoque *Seraphin. decis.*829. *num.*11. subdens, sic per Rotam fuisse determinatū, ac etiam in *decis.*1244. *num.*4. *Manfred. de attent. lib.*1.*par.*6.*nu.*1. *Magon. decis. Florent.*149. vbi inquit, hanc esse veriorem, & magis communem, & secundùm eam sæpè fuisse iudicatum post *Cephal. Corn. Pars. Gabriel. Goz. ad. Alciat. Socin.* & alios, quos ipse refert.

Et ratio est, quia tacita, & expressa tendunt ad diuersos effectus, nam expressa est pura, & tendit, ad hoc vt durante tempore si fiat alienatio, sit ipso iure nulla, & est facta fauore minoris, cuius imbecillitati testator prouidere voluit, vt notāt *Thesaur. in d. quæst.*117. *num.*24. *& Gratian.* allegaro *cap.*69. *nu.*5. *Magon.* & alij *vt supra* citati.

Tacita autem est conditionalis, & nihil operatur, nisi in casu mortis, vel in casu, quo grauatus decederet sine liberis, & sic concernit fauorem, nō minorum tantum,

sed

sed omnium vocatorum ad fideicommis-
sum, ad tradita per *Castr.* in allegato *cons.*
col. fin. & per *Dec. num.* 6. citati *consilij*,
imò prohibitio illa vsq; ad 25. annos nul-
lam ob aliam causam facta esse cense-
tur, nisi mero fauore prohibitorum, & ad
roborandum fideicommissum, etenim te-
stator prohibēdo expressè alienationem,
quousque minor peruenerit ad ætatem 25.
annorum, non censetur tollere prohibitio-
nem tacitam per id tempus, sed illam ma-
gis corroborare, & efficaciorem reddere,
itá vt si alienatio fieret, statim esset nulla,
sed si non fieret, & conditio mortis per id
tempus existeret, fideicommissum locum
haberet, & hoc secundùm naturā expressæ
prohibitionis, quæ per illud tempus cum
tacita concurrit, ad tradita per *Decium in*
cons. 636. *num.* 11. & in terminis *cons.* 386.
num. 3. cùm ergo duæ prohibitiones diuer-
sæ sint, & tendant ad diuersos effectus, al-
tera per alteram non tollitur, argumento
l. Papinianus exuli, ff. de minor. l. fin. ff. de
calumn. l. de bonis, ff. ad Tertull. idem *Dec.*
in d. cons. nu. 4. *vers. cùm ergo*, & in puncto
idem *Castr.* in allegato *cons.* 263. prout itá
fuisse iudicatum probat *Honded. cons.* 69.
nu. 84. *vol.* 1. sic quoq; pluries pro hac opi-
nione post longam discussionem iudicatū
fuisse testatur *Magon. decis. Florent.* 149. &
demum sæpè Rotam hanc opinionē fuisse
amplexam refert *Marescott. in lib.* 1. *var.*
resol. cap. 4. & nouissimè *Marta* noster in
cons. 200.

Nec potest dici, quòd post ætatē 25. an-
norum testator videatur concedere alie-
2 nationem à cōtrario sensu, cùm argumen-
tum à cōtrario sensu restringatur ad limi-
tes verborum, quæ sunt in directo sensu,
vndè cùm antè tempus prohibeatur, post
tēpus non prohibetur, vt ex allegato *Dec.*
cons. 386. *num.* 4. *circa med.* dicentis, istam
consequentiā valere, sed non posse inferri,
quòd concedatur alienatio post tempus,
quia verba in directo sensu non conue-
niunt, quod etiam cum multis comprobat
idem *Cacheran.* in citata *decis.* 85. *num.* 14.
& seq. cùm adhuc duret illa tacita legis
prohibitio ex fideicommisso resultans, sic
quoque *Gratian. in d. cap.* 69. *num.* 5. *&* 6.
Thesaur. d. quæst. num. 24. & singulariter
Ruin. cons. 117. *nu.* 26. *& seq. vol.* 1. vbi re-
spondet ad *l. Imperator*, eo magis cùm nō
3 præsumatur testatorē se incontinenti cor-
rigere. *l. nam & ea, ff. de cond. & demonstr.*
prout in similibus terminis notat idē *Dec.*
cons. 38. *col.* 3. *vers. stante tali fideicommisso.*

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca competit fideicommissario.*
Amplia, etiā aduersus tertios possessores gra-
uati non solū pro rebus immobilibus, sed
pro mobilibus, & pecunia consūptis, n. 2.
Intellige, illa tacita in subsidium, quam ha-
bet pupillus aduersus tutores ratione ad-
ministrationis, num. 3.
Sed contrarium decreuit S.R.C. num. 8.
4 *Hypotheca an retrotrahatur à die cœpta ad-*
ministrationis per hæredem grauatum.
5 *Bona tutoris sūt obligata pupillo à die su-*
sceptæ tutelæ, non autem à die malæ ad-
ministrationis,
Amplia, etiam in patre malè administrante
bona filij, num. 6.
Intellige, de proprietate, non autem de vsu-
fructu, qui patri quæritur, num. 7.

DECIS. LXXVI.

1 Fideicommissario hypothecā com-
petere in bonis fideicommittentis
concludit *hic Author*, ad quem
adde *Peregrin. de fideicommiss. art.*
45. *num.* 49. qui latè hanc opinionem vti
receptiorem sequitur, & tuetur, vt etiam
tradit *Viu. in decis.* 606. *num.* 11. *&* 31. sic
decisum per Rotam refert *Scaptuccin. de*
Saluian. interd. quæst. 8. *lib.* 1. licèt verbalis
sit facta restitutio, & latè tradit *Argel. de*
acquirend. possess. quæst. 8. *artic.* 1. *num.* 48.
& seq.

Et hoc non solùm in rebus testatoris,
2 imò in bonis proprijs ipsius hæredis, penès
tertios possessores existentibus, pro mo-
bilibus, & pecunia cōsumptis, ipso tamen
hærede nō existente soluendo, vt latè *The-*
saur. lib. 2. *qq. forens. quæst.* 84. omninò vi-
dendus, quamuis subdat, fuisse per Senatū
3 decisum, competere solùm illam tacitam
hypothecam in subsidium, quā habet pu-
pillus aduersus tutores ratione admini-
4 strationis, quæ hypotheca retrotrahitur à
die cœptæ administrationis per hæredem
grauatum, etiam in præiudicium suorum
creditorum post dictam cœptam admini-
strationem, & non à die purificati fideicō-
missi, *text.* est in *l. qui balneum, vers. sed si*
hæres, ff. qui potior. in pignor. habeant. pro-
5 ut dicimus de tutore, cuius bona sūt obli-
gata à die susceptæ tutelæ, nō autem à die,
quo cœpit malè administrare, & hanc esse
magis communem ait *Socin. cons.* 16. *vers.*
circa secundam quæstionem, col. 1. *lib.* 1. sic
demum *Negus. de pignor. membr.* 4. *nu.* 12.
part. 2.

part.2. quos, & alios sequitur *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 16. num. 19. in fin. Gratian. tom. 1. discept. forens. cap. 53. nu. 1. & 6.* idem noster *Author* in eius *tract. de aliment. privileg. 49. num. 17. & seq. Castill. decis. Steul. 221. num. 13. lib. 3.* qui per *tot.*
6 concludit, etiam procedere in patre malè administrante bona filij, adeò quòd si pater antè malam administrationem filij aliqua debita cõtraheret, quòd filius erit potior, quia inspicitur tempus, ac principium administrationis, subdens sic fuisse decisũ, quod tamen intelligendum est de proprietate bonorum filij, nõ autem de vsufructu,
7 qui patri quæritur, vt ibi.

Quamuis contrarium decreuerit S.R.C.
8 non obstante dicta *quæstione Thesaur.* in causa Andreæ Campanilis cum creditoribus quondam Io. Campanilis, ad relationem D. Ferdinandi Branciæ olim Regij Consiliarij, nunc verò à Catholica Maiestare meritissimi Regentis electi, penès Sarrum actor. Mag. ex quo determinatum fuit, hypothecariam non competere fideicommissario pro bonis consumptis super bonis proprijs hæredis.

SVMMARIVM.

1 *Solemnitates requiruntur in venditione bonorum minorum pro debito hæreditario, quãuis ageretur de exequutione cõtractus cum patre minoris celebrati, vbi decisio.*
2 *Bona minorum quando possint vendi sine solemnitatibus, remissiuè.*

DECIS. LXXVII.

AD hanc decisionem adde *Grat. in decis. Marchia 131.* vbi refert, sic quoque fuisse iudicatum, scilicet solemnitates requiri in venditione rerum minoris pro debito hæ-
1 reditario, etiam vbi ageretur de exequutione contractus cum patre minoris celebrati, ea ratione, qua vtitur *Author* noster *hic*, quem ipse sequitur.

Verùm hoc ampliatur, & limitatur pluribus modis, de quibus latissimè *Alexand. Trentacinq. lib. 2. var. resol. tit. de minor. resolut. 9. per tot.* vbi 16. ponit ampliationes, & tot alias limitationes, quando res
2 minoris, & quæ possint absque decreto alienari, sed vide etiam notata per *me in decis. 278.*

DECIS. LXXVIII.

QVamuis multa proposuetam circa hanc quæstionem, de qua noster *Author hic*, scribere, tamen reperi *Amic. in eius tract. de ... tur. emphyt. quæst. 47.* qui per extensum eam examinat, ad quem me remitto, & vide quæ scripsi in *decis. 160. numer. 6. & 7.*

SVMMARIVM.

1 *Pax an dicatur rupta ob falsum testimonium.*
Distingue inter causam ciuilem, vel criminalem, & si spontè, vel coactè, num. 2. & 11.
3 *Pax dicitur rupta ex depositione facta in ciuilibus, ex qua quis damnificaretur in bonis, si etiam in bonis fuerit promissum non offendere.*
Intellige, num. 4.
5 *Pax an dicatur rupta ob adulterium commissum cum vxore Aduersarij.*
6 *Aduocatus patrocinando in causa an dicatur pacem violare.*
7 *Pax est strictis iuris sicut transactio.*
8 *Pax non dicitur rupta ex leui offensione. Amplia, quamuis fuerit promissum non offendere, molestare, aut inquietare quomodocunque, & qualitercunque, num. 9.*
Intellige, quando ex ea sequi non possit maior offensio, num. 10.
12 *Pax dicitur rupta ex eo, quòd quis accesserit ad Notarium, vt deponeret.*
13 Farinac. de var. & diuers. crim. quæst. 107. num. 253. *declaratur.*
14 *Pacem an dicatur violasse qui accusauit, si accusatus fuerit absolutus, ex eo quia non fuerit probata accusatio.*
15 *Actor si iustam causam litigandi habuerit, quamuis in actione per ipsum intentata succubuerit, excusatur à calumnia, nec in expensis condemnatur.*
16 *Causa ciuilis, & criminalis æquiparantur circa excusationem calumniæ.*

DECIS. LXXIX.

1 DVO concludit *Author hic*, scilicet quòd pax dicatur rupta ob falsum testimonium, secundò, quòd pacem dicatur violasse qui accusauit, si accusatus fuerit absolutus, ex eo quia non fuerit probata accusatio.

Quòad

Quòad primum pro plenioti intellige-
2 tia distinguendum est, quòd aut sumus in causa ciuili, aut in criminali.

Si in primo casu, & tùc si fuerit promissum non offendere etiam in bonis, & ex tali depositione quis damnificaretur in
3 bonis, pax diceretur rupta, prout ex traditis per *Bart. in l. locatio, §. quod illicito, n. 3. ff. de public. & vectigal. & Cancer. lib. 2. variar. resolut. cap. 11. num. 39.* vbi etiam de generali cõsuetudine Cathaloniæ propter damna illata personis, aut rebus, pacem
4 ruptam esse testatur, & si hoc procederet vbi principaliter deponeret, vt ipsũ offenderet in bonis, secus verò si aliũ sibi amicum defenderet, quoniam eo casu pax nõ diceretur rupta, ad tradita per *Decian. in tract. crimin. lib. 3. cap. 25. num. 64* pro quo faciunt notata per *Bart.* per illum *text. in l. verum est ff. de fur.* vbi si quis filiam aduersarij sui, cũ quo pacem fecerat rapuerit, vel cum eius vxore adulterium commi-
5 serit, non tamen dicitur pacem fregisse, cùm hoc non fecerit principaliter animo offendendi, vel iniuriandi, sed libidinem explendi, quamuis in consequentiam grauis offensio patris, vel mariti fuerit subsequuta, maximè si mulier fuit pulchra, secus si esset deformis, vt satis doctè sic de mẽte *Bart. Rom. Castr. Ias. Alexand. Nell. Corn. Bero. Gozad.* & aliorum probat *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 27. tit. 6. cum seq.* prout
6 in Aduocato in præstando patrocinium suum in iudicio, cùm non dicatur pacem violasse, si tamen necessitate officij, (vt in dubio præsumendum sit,) & nõ malo animo patrocinatus fuerit, vt inquit post *Luc. de Penna Ferret. de re milit. tit. de ferijs, nu. 189. cum seq.*

Et quamuis *Farinac. in tract. de var. & diuers. crimin. quæst. 107. part. 1. num. 221.* veniendo ad indiuiduum dicat, pacem tùc esse ruptam ex depositione in ciuili facta, quando deponens veritatem non dixerit, cùm tunc interueniat dolus, & malus animus, cum quo pœna ruptæ pacis committitur, ad tradita per *Mascard. de probation. concl. 1162. num. 78. cum seq.*

Tamen ipse supponit, pacem simpliciter fuisse factam, quo casu si non offendatur persona, sed bona, pax non dicitur ru-
7 pta, cùm pax sit stricti iuris sicut trãsactio, *l. quidquid astringenda, in princ. de verb. oblig. l. conuentionum, ff. de pact.* vltrà quòd in hoc casu licèt veritatem non dixerit, ta-
8 men pax rupta esse non videretur, quia ex leui offensione pax rupta intelligi non debet, nisi quando quis promiserit nõ offendere, inquietare, aut molestare quomodocunque, & qualitercunque, vt concludit post multos *DD.* idem *Mantic. citat. tit. 6. num. 11. & 12.* quamuis *Mascard. in concl. 1136. num. 17. 18. & seq.* post multos con-
9 trarium teneat, dicens, dicta verba generalia nõ alterare naturam promissionis, quæ restringi debet ad offensam grauem, subdens, hanc esse communem ex *Paris. cons. 165. & Bertazzol. cons. 147.* dummodò ex
10 ea sequi non possit maior offensio, inquit *Peguer. in decis. 21. num. 6. Tusc. concl. 180. nu. 15.* & sequitur *Guazz. de pac. & treugu. quæst. 47.* quamuis arbitrio Iudicis relinquendum esse subdant.

Aut verò essemus in causa criminali, & tunc si coactè deposuerit, quamuis falsum dixerit, pax rupta non diceretur, maximè
11 si rusticus, vel alius similis esset, qui de facili decipi potuerit, si tamen spontè, & eo casu licèt veritatem dixerit, censetur liuore vindictæ ad se examinandum accessisse, vndè pax rupta esse videtur, vt satis doctè hanc distinctionem prosequitur *Farinac.* in citata *quæst. 107. num. 250. & Guazzin. in tract. de pace, quæst. 58. num. 16. part. 1.* & ante eos sic de mente *Hostiens. Io. And. Butr. Abb. Felin.* & aliorum in *cap. meminimus, de accusat.* ostendit *Blanc. de indit. & tortur. num. 152. in tract. diuers.* subdens, hoc modo intelligi debere *Bart. in l. post legatum, §. his verò, ff. de his, quib. vt indign.* sic demum *Decian. in tract. crimin. lib. 3. part. 1. cap. 25. num. 63.* vbi ampliat,
12 hoc procedere etiam si non deposuisset, sed ad Notarium, vt deponeret accessisset, cùm per eum non steterit, ex traditis per *Card. in d. cap. meminimus,* dummodò hoc nõ fecisset ad defendendum, & exculpandum aliquem amicum, vt diximus.

Et licèt *Farinac.* in citata *quæst. 107. numer. 253.* recedat à supradicta distinctione, dicendo veritatem esse, quòd propter publicam vtilitatem, nè delicta remaneant impunita, si testis verum diceret, siuè sit causa ciuilis, siuè criminalis, siuè spontè, siuè coactè, pax non dicitur rupta.

Tamen *Guazzin.* in citata *q. 58. nu. 16.* sequutus distinctionem prædictam inquit,
13 hoc vltimum dictum *Farinac.* procedere, vbi ex alijs veritas haberi nõ posset, & probatio delicti cõsisteret in depositione huius testis, cùm tunc potiùs diceretur quis spontè deponere zelo institiæ, & non liuore vindictæ, quod secus vbi per alios talis veritas haberetur.

O Circa

Circa verò secundum adde, quòd hæc
14 conclusio nostri *Authoris hic* procedit, si
accusator iustam causam accusandi non
habuerit, nam si iustam causam habuisset,
quãuis in accusatione succubuisset, excu-
saretur à calumnia, & proindè pax rupta
non diceretur, ad *text. in l.1. §. sed non*
vtique, ff. ad Senat. Consf. Turpill. l.3. C. de
calumn. Ghirland. de relaxat. carcer. tit. de
calumn. cap. fin. incip. *quæro, an in eo ipso,*
quòd non probauit, num. 2. prout sic ad no-
strum *Authorem hic* respondit *Farinac.* in
citata *quæst. 107. part. 2. art. 18. num. 225.*
cum seq. & in proposito *Honded. consf. 112.*
num. 15. 38. & seq. vt dicimus in ciuilibus,
15 in quibus si actor iustam causam litigan-
di habuit, à calumnia excusatur, & propte-
rea in expensis non condemnaretur, etiam
quòd in actione per ipsum intentata suc-
cubuerit, *l. qui solidum, §. etiam, ff. de leg. 2.*
§. oportet, & ibi *glos. Auth. de iudic. l. 3. C. de*
calumn. DD. in l. properandum, §. fin an-
16 *tem alterutra, C. de iudic.* & tandem ve-
rum est, quòd in hoc æquiparantur causa
ciuilis, & criminalis, vt affirmat *Conrad. in*
praxi crimin. tit. de sentent. diffinit. & crim.
num. 6. vers. limitatur primò, & Aym. consf.
178. num. 10. & de communi *Benint. in*
decis. Bonon. 46.

DECIS. LXXX.

VSuræ absque vlla interpellatione
deberi Hæredis Banchetijs con-
cludit *Author hic*, etiam si illæ
æquarunt sortem, ac quoque
vsuras vsurarum, prout latè idem *Author*
in consf. 302. sed contra dictum *consilium*
tenet expressè *Manent. in consf. 148.* impres-
so post suas decisiones, respondendo om-
nibus eis argumentis, qui omninò viden-
dus, ac etiam in *decis. Mantuan. 61.* vbi la-
tè, etiam quando interpellatio requiratur,
ad hoc vt Christianus dicatur in mora, &
quomodò.

SVMMARIVM.

1 *Valor frumenti indistinctè non crescit vl-*
trà triennium, siue debeatur in genere,
siue in specie.
Amplia, quamuis adhibita industria credi-
toris potuisset vltrà triennium durare,
num. 2.
Amplia, quamuis debitor sit in bona, vel in
mala fide, num. 4.
3 *Onus probandi, frumentum vltrà trien-*
nium durare potuisse, spectat ad cre-
ditorem.

DECIS. LXXXI.

IN hac decisione concludit *Author*,
quòd valor frumenti non crescit vl-
trà trienniũ, licèt per Senatum, sub-
dat, fuisse decisum præuia distinctio-
ne, quòd aut frumentum debitum erat in
genere, aut in specie, nam si debebatur in
genere, & tunc vltrà triennium crescere,
cùm genus semper sit idem, & nunquam
perit, *l. intendum, C. si certum petatur,* aut
verò in specie, & tunc valorem illius non
crescere, quam distinctioné etiam sequu-
tus est *Fontanell. de pact. nuptial. clausf. 4.*
glos. 18. part. 1. num. 183. & seq.
1 Sed pro opinione *Authoris*, scilicèt quòd
nulla data distinctione valor vltrà trien-
nium non crescat, plenè tuetur *Gratian.*
tom. 2. discept. for. cap. 243. num. 66. & seq.
latè etiã *Escobar. de ratiocin. cap. 17. nu. 14.*
hanc quoque relatis infinitis *DD.* sequitur
Giurb. decis. 115. nu. 4. & seq. sequutus *Au-*
thorem hic, subdens cauendum esse à *Fon-*
tanell. in loco citato, cùm creditor in vtro-
que casu nihil pluris consequutus fuisset,
quàm illum valorem intra trienniũ, si res
sibi esset tradita, cùm etiam eodem modo
fuisset apud eum peritura, prout in facti
contingentia se iudicasse inquit *Cauale. de*
tutor. & curat. nu. 240. de anno 1563. etiã
stante mora debitoris, & hanc etiam cum
multis sequitur *Alexand. Trentacinq. lib. 1.*
variar. resol. tit. de aliment. resol. 11. nu. 41.
2 & quamuis adhibita creditoris industria
posset illud vltrà trienniũ durare, per *text.*
in l. sequitur, §. fructus, de vsucap. tamen
3 hæc probatio est facienda per creditorem
habentem contra se legis præsumptionem
consumptionis, vt tradit idẽ *Gratian.* om-
nino videndus, qui totam hanc decisioné
recollegit, cum multis eam comprobando
in *d. cap. 243. & cap. 24. tom. 1.* vbi etiam
de alijs per *Authorem hic* quæsitis, scilicèt
in materia renouationis, in qua non debe-
tur interesse quantiplurimi, sed lucri ces-
santis, probatis tamen requisitis, de quibus
Castr. in l. 3. ff. de eo, quod certo loco.
Et supradicta procedunt, etiam si obli-
4 gatus restituere sit in bona, vel in mala
fide, nam dum consumptio procedit à le-
ge, non consideratur bona, vel mala fides,
vt post *Cauale. d. nu. 240.* & alios sic notat
idem *Giurb.* in allegata *decis. nu. 2. in fin.*

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Venditio dicitur nulla, ſi pars pretij declarandi eſſet commiſſa in voluntatē ementis, ſecus ſi pretium erit æſtimandum per duos, num.2.*

3 *Venditio ſi fuerit facta pro pretio æſtimando per Arbitros, an facta æſtimatione ſubſtineatur vt ex nunc, an verò vt ex tunc.*

4 *Pretium æſtimandum per duos Arbitros nō dicitur incertum.*

5 *Arbitri electi ad æſtimandum pretium, ſi inter eos diſſentirent, poterint cogi ad eligendum tertium, vbi deciſio Rotæ Romanæ.*

6 *Citatio non requiritur in declaratione per Arbitros facienda de æſtimatione pretij rei venditæ.*

7 *Citatio requiritur in electione Arbitri, & poteſt fieri etiam in die feriata.*

8 *Declaratio pretij rei vēditæ ab Arbitris fieri poteſt etiam poſt mortem contrahentium, ſed intellige, vt num.9*

DECIS. LXXXII.

1 VEnditionem nullam eſſe, quando pars pretij declarandi fuit commiſſa in voluntatem ementis, concluditur hic, quam concluſionem cū multis rationibus comprobat *Mantic. de tacit. & ambig. lib.1. tit.12. per tot.* prout hanc eſſe receptiorem poſt longam diſcuſſionem aſſeruit *Pinell. in rubr. C. de reſcind. vendit. part.2. num.20.* ſic etiam *Gratian. tom.5. diſcept. for. c.500. per tot.*

2 Secus autem ſi venditio fuerit facta pro pretio æſtimādo per duos, nam tūc venditio perfecta dicitur, *tex.* eſt in *l. ſi merces, in princ. ff. locat. & l. final. C. de contrab. empt.* prout ſic declaratū fuiſſe in Senatu refert *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.5. gloſ.8. p.13. num. 55.* & ſi hæc venditio dicatur condi-

3 tionalis, tamen conditione purificata cenſetur contracta venditio vt ex tunc, non vt ex nunc, *l. neceſſariò, §. quòd ſi pendente, ff. de peric. & commod. rei vend.* eo magis quando à principio fuerit res tradita, vt ex multis *Camill. de Medic. in conſ.32. per tot.* ità vt adimpleto cōtractu per declarationem factam ab Arbitris, poteſt compelli venditor, ſi rem non tradiderit ad tradendam, & cogi poteſt etiam manu militari, *text.* eſt in *l. fin. C. de contrab. empt.* prout ſic tenuiſſe Rotam inquit *Mareſcott. lib.2. variar. reſolut. cap.70. num.10. & ſeq.* & ratio eſt, quia in hoc contractu omnia tria requiſita conueniūt, nempè conſenſus, res, & pretium, & licèt pretiū videatur incer-

4 tum, habito reſpectu ad æſtimationem faciendam, tamen ipſum non dicitur incertum, ſed certum, ex quo cenſetur commiſſum arbitrio boni viri, quod certum, & purum eſt, & nō conditionale, *Anan. conſ.19. Dec. conſil.648. in princ.* & quòd cenſetur commiſſum arbitrio boni viri, probatur, nàm ſi iſte, vel iſti, quorum arbitrium eſt electum, in declaratione modum exceſſerint, declaratio illa reducitur ad arbitrium boni viri, argumēto *l. Libertus ſi ita iurauerit, ff. de oper. libert.* communem dicit *Couar. lib.2. variar. reſolut. cap.13. num.1.* ad quod benè facit *gloſ. in l. penult. in verbo imperarem, in fin ff. de arbitris,* & quamuis

5 illi duo electi inter eos diſſentirent, & ſucceſſiuè ex diſpoſitione *l. fin. C. de contrab. empt.* venditio redderetur nulla, nihilominus illi duo electi poterint cōpelli ad eligendum tertium, vt tenuit Rota corām Cardin. Mantic. tempore, quo ipſe erat Sacri Palatij Auditor in Romana domus die 9. Iunij 1593. vt refert *ipſemet in tract. de tacit. & ambig. lib.4 tit.19. num.41. in fine,* prout etiam iudicatum refert idem *Mantic. in deciſ. Rotæ Rom.235.*

6 Benè verum in declaratione facienda non eſt neceſſaria partis citatio, vt poſt *Mareſcott in d. cap.70. num.3.* qui ait, ſic fuiſſe per Rotam deciſum, tenet *Fontanel. de pact. nupt. clauſ.5 gloſ.8. part.9. num.10. & ſeq.* dicens, etiam ſic in facti contingentia fuiſſe in Senatu iudicatum, quod ſecus eſſet in electione ipſorum, vt tradit *Bart. in l. Theopompus, num.11.* & ibi in *addit. in verbo reſpondeo, ff. de dot. praleg.* quæ ne-

7 ceſſe non eſt, vt fiat in forma iudicij, cùm poſſit fieri etiam in die feriata, ad notata per *Alexand. in l.1. §. vlt. num.7. ff. de fer.* cum alijs per *Mareſcott. ibi.*

8 Quæ declaratio poteſt fieri etiam poſt mortem contrahentium, quia tanquam pactum tranſit ad hæredes, etiam ſi dictum non fuerit, vt poſt *Io. de Anan. in d. conſ.19. nu.1.* qui ità ex facto reſpōdit, dicit *Mantic.* in *cit. lib.4. tit.43.* dummodò Arbitrato-

9 res, ſeu Electi eligantur vnus per venditorem, & alter per emptorem, aliter ſecus ſi in arbitrio vnius ex contrahentibus, vt notat *Vrſill. ad Afflict. in deciſ.83. num.6. & Mantic. d. lib.4. num.33.*

O 2 DE-

DECIS. LXXXIII.

Ad hanc decisionem vide quæ scripsi in *decision*.145.ac etiam *Mascard. de probationib. conclus*.786.787.788.*&* 789.

DECIS. LXXXIV.

Haec quæstio per extensum examinatur per *Peregrin. de fideic. artic*.17. *à num*.16.*vsque ad finem*,*&* *Fusar. de substit. q*.311. *&* *quæst*.379. vide etiam Dominum meũ *Regent. Rouit. in consil*.16. *&* 17. vbi latè, quando masculinum comprehẽdat fœmininum, *lib*.1.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum factum sub conditione, si decesserit sine filijs, extinguitur decedentibus institutis cum filijs, etiam si plures substitutiones factæ essent, & vltimo loco essent vocati agnati.*

2 *Conditione purificata in personam instituti, vel substituti, omnes cæteræ substitutiones euanescunt, vbi decisio Sacr. Cons. & aliorum Tribunalium etiam in contractu, num*.3.

Amplia, etiam prohibitione alienationis immediatè facta, num.3. *vbi decisio.*

4 *Prohibitio alienationis antè* 25. *annis facta à testatore non restringit fideicommissum præcedens.*

5 *Prohibitio rerum particularis non restringit fideicommissum vniuersale praecedens ad illa bona particularia, nec inducit aliud fideicommissum particulare, sed ad firmamentum vniuersalis censetur facta.*

6 *Fideicommissum vniuersale censetur inductum ex prohibitione Trebellianicæ, & Falcidiæ.*

7 *Prohibitio alienationis cum causa facta, vt bona conseruentur inter heredes, & successores in infinitum, inducit simplex, & absolutum fideicommissum.*

8 *Prohibitio alienationis facta per viã principalis dispositionis in principio testamẽti, inducit fideicommissum simplex, & absolutum.*

9 *Verba*, perpetuò, & in infinitum, *de per se inducunt absolutum fideicommissum.*

10 *Verba*, per l'effetto infrascritto, *posita post vniuersale fideicommissum, non restringunt fideicommissum, sed debẽt accipi in sensu augmentatiuo, adeò vt non repugnent menti testatoris, quamuis eorum significatio ei repugnaret.*

11 *Clausula apposita à Notario in testamento, si aduersantur verisimili menti testatoris, sunt paruifaciendæ, etiam quòd testatore volente fuissent appositæ.*

12 *Fideicommissum vniuersale in dubio censetur inductum.*

13 *Fideicommissarius vniuersalis potest onere legatorum grauari.*

14 *Grauare non possum quem non honoro.*

15 *Agnatio non potest conseruari, nisi de vno transeat ad alium.*

16 *Fideicommissum ex mente, non autem ex verbis inducitur.*

17 *Appellatione heredum, & successorum in fideicommissis, pro herede, & successore sanguinis intelligitur, non autem bonorum.*

18 *Fideicommissarius succedit testatori, & nõ heredi.*

19 *Qualitas hereditaria non consideratur in fideicommissis fauore familiæ, nam succedens cum tali qualitate non poterit alienata reuocare.*

Amplia, vt nec inuentarium tali casu operetur, num.20.

DECIS. LXXXV.

Ad hanc decisionem videntur facere notata per *Mart. in consil*. 69. vbi si post fideicommissum factum sub conditione (si sine filijs decesserit) idem testator vocauerit agnationem cum exclusione fœminarum, non per hoc censetur inductum fideicom-
1 missum ad fauorem agnationis, cùm vocatio agnationis, & exclusio fœminarum restringantur ad casum præcedentis fideicommissi, in quo casu testator voluit onus fideicõmissi iniungere, scilicet in quo eueniret conditio, si illi instituti, & substituti decessissent sine filijs, & proindè si instituti, vel substituti filios habuissent, ità quòd conditio adimpleta fuisset, tale fideicommissum expirat, nam quando conditio (si sine filijs decesserit) verificata esset in per-
2 sonam instituti, vel substituti, omnes cæteræ substitutiones euanescunt, *l. cùm in testamento, ff. de hered. instit. l. si mater, ff. de vulg. & pupill, Surd.* noster *Author in consil* 370.*num*.6.*vol*.3. *& cons* 403.*num*.75. *& decis*.144.*nu*.16.*Bardell. cons*.95.*nu*.29. *Marta de clausul. part*.3. *claus*.80 *num*.7. *& seq. in vlt. impress.* & in *decis. Pisan*.222. *num*.1.

num.1. Sfort. Odd. in conf.64. num.14. & seq. Rota nouiss. in decis.568. num.3. lib.1. Honded. conf.60. num.40. & seq. prout sic determinauit S.R.C. in causa illorum de Mazzapinta. Et iterum in causa Ill. Principis Sarriani sub die 19. Febr. 1625. ad relationẽ Reg. Conf. D. Francisci Salgadi cũ interuentu doctissimi Viri Dñi mei Valenzuela, tunc Præsidis S.R.C. deindè meritissimi Regentis in supremo Italię Senatu, ac Castellæ, posteà Regiæ Audientiæ Collegij Iuridici Granatensis Præsidis, & nuper Illustrissimi Præsulis Salmanticensis, nam cũ conditio in prima substitutione adiecta defecisset, fuit decisum, omnes substitutiones defecisse, & bona liberè penès supradictum Ill. Principem remansisse, quam etiã decisionem refert *D. Regens Galeota lib.2. controu. illustr. cap.26.* & pro hac opinione sępiùs decisum restatur *Cassan. conf.2. nu. 45.* & latè *Balthass. Gsurm.* vbi innumeros colligit in *addit. ad Molin. de primog. lib.1. cap.16. & seq.* idemque *Reg. Valenz. conf. 185. num.47. vol.2.* sic quoque pluries fuisse iudicatum in Rota Romana, vt in *decis. 230. par.2. in nouiss. Gamm. decis. Lusit.* 314. & ratio est, quia subsequentes substitutiones semper censentur factæ, quatènus primæ verificentur, vt tradit *Menoch. consil. 1137. nu.76. lib.12. Lanar. conf.60. nu 96.* idem *Marta* in citata *claus.*80. imò ob defectum conditionis appositæ in prima dispositione non solùm corruũt cæteræ sub-
3 sequentes dispositiones, sed ipsa prohibitio alienationis immediatè facta, tanquã accessoria ad illas præcedentes dispositiones, quamuis ratio generalis addita fuerit, quia volo bona mea in familia conseruari, prout ità consuluit *Oldrad. conf.21.* quẽ sequuti sunt *Petra de fideicommiss. quæst.6. nu.1. Gabr. conf.111. nu.21. vol.1. & conf. 174 num.12. & conf.138. num.26. & seq. vol.2.* vbi refert, hanc sententiam in facti contingẽtia fuisse à Rota Romana approbatam, & secundùm eam fuisse iudicatũ, *Caualcan. decis.5. num.67. 85. & 90. & decis.15. nu.3. part.3 Honded. conf.78 nu.35. volum.1. Riminald. iun. conf.531 .num.44. vol. 5.* qui attestatur, ita fuisse iudicatum, *Verall. decis.13. par.2 Rota decis.640. nu.2. part.1. in nouiss. Seraphin decis.482.* & hanc vti veriorem, & ab omnibus communiter amplexam post multos alios tuetur idem *Marta conf.43.* omninò videndus, & procedit etiam si essemus in contractu, vt affirmat *Peregr. de fideic. art.51. num.19.* per *text. in l. inter socerum, ff. de pact. dot.*

Et ad supradictorum corroborationem faciunt etiam notata per eundem *Mart. in decis. Pisan.175.* ac in *conf.18. num.26. & seq.* & per *Peregr. in conf.40. vol.2. & de fideicommiss. artic.40. num.64.* vbi si testa-
4 tor post factas plures substitutiones iussisset eius hæredibus, quòd ipsi antè tempus 25. annorum non possint alienare, non per hoc eneruantur iura prędictarum substitutionum, & sic per talem prohibitionem videatur recessisse à fideicõmisso præcedenti, vt latè etiam scripsi in *decis.75.* sic etiam *Gratian. tom.3. discept. forens. cap.404.* vbi si testator post factum vniuersale fideicõmissum prohibuisset, res particulares alie-
5 nari, nõ per hoc tale fideicommissum vniuersale cenſeretur restrictum ad illa bona particularia, nam tanquam accessoria regulantur secundùm naturam præcedentis fideicommissi vniuersalis, & sic non ad finem inducendi aliud fideicommissum, sed ad firmitatem vniuersalis censetur facta talis prohibitio, prout sæpè fuisse per Rotam resolutum, inquit *Gabr. in consil.138. num. 26. & seq. lib.2.* maximè quando testator declarauerit, prohibitionem facere ad finem, vt bona irent ad substitutos, vt per dictum *Gratian.* in citato *cap.*404. prout pulcher casus similis mihi occurrit, quẽ vnà cum meis allegationibus, ac eius decisione non omittam notare. Cùm quidã Matthæus de Perruccio instituisset tres suos nepotes hæredes vniuersales in omnibus eius bonis, eis antè omnia prohibuit detractionem trebellianicæ, & falcidiæ, & alienationem dictorum suorum bonorum in quocunque casu pio, priuilegiato, fauorabili, & à lege, cõsuetudine, vel obseruantia permisso, & in quocunque alio, etiam incogitato, ex quo volebat, vt bona prædicta perpetuò conseruarentur per dictos eius hæredes, ac eorum hæredes, & successores in infinitum, subdens, *per l'effetto infrascritto*, & deindè voluit, quòd reditus dictorum bonorum respectiuè spectare habeant quolibet anno ad dictos eius hæredes, ac eorum hæredes, & successores, cũ conditione, ac onere soluendi per dictos hæredes, & eorum hæredes, & successores pro quolibet maritagio cuiuslibet filię descendentis ex dictis hęredibus ducat. quingentum, & pro quolibet doctoratu cuiuslibet filij masculi similiter descendentis, alios ducatos quingentum, & sic pro quolibet matrimonio contrahendo per dictos descendentes, alios ducatos quingentum, & sic obseruari in infinitum. Et in casu

quo hæc omnia in vno anno contigissent, tunc & eo casu prædictus testator voluit, quòd in primo anno fiat maritagium, in secundo Doctoratus, & in tertio matrimonium.

Tandem suppositis his verbis testamenti, dubitatum fuit, quòd dum Leonardus de Petruccio, vnus ex tribus hæredibus dicti quondam Matthæi vitam cum morte commutauerat, superstite Antonio de Petruccio eius filio, qui illius hæreditatem cùm repudiasset, præsupponebat, ex dicto testamento fuisse inductum perpetuum, & absolutum fideicommissum fauore familiæ, & consequenter tanquam vocatus à testatore deberet admitti ad administrationem dictorum bonorum pro portione, ad quam successit eius pater.

E contra pro parte aliorum cohæredũ dicebatur, quòd etsi fideicommissum inductũ esset fauore familiæ, hoc erat quando descendentes ex hæredibus nuptui tradebantur, vel doctorabantur, & dùm dictus Antonius adhuc se nuptui non tradiderat, neque doctoratus gradum assumpserat, non poterat aliquid in dictis bonis prætendere.

Secundò dicebatur, quòd neque obstare poterat prædicta prohibitio alienationis, quia illa fuit restricta ad causã, vt soluerentur prædicti ducati 500. pro maritagio; vel doctoratu, iuxtà dispositionem testatoris, & hoc dicebant apparere ex clausula illa posita post prohibitionem alienationis, *per l'effetto infrascritto*.

Tertiò, & vltimò dicebatur, quòd quatènus ex illa prohibitione fuisset inductum fideicommissum, tamen testator voluit, vt eius bona conseruarentur perpetuò per dictos eius hæredes, & eorũ hæredes, & successores, & successiuè videtur voluisse, quòd omnes, qui admitti poterãt ad hanc administrationem, habuissent qualitatem hæreditariam, quæ non reperiebatur in prædicto Antonio, dum paternã hæreditatem repudiauerat, & proindè non esse admittendum ad prædictam administrationem.

Sed Ego vti Aduocatus prædicti Antonij sustinendo eius partes dicebã, responsiones partis aduersæ nullo modo potuisse sustineri, cùm non posset dubitari, quòd ex prædictis verbis testamenti non fuisset inductum vniuersale fideicommissum in omnibus bonis prædicti testatoris fauore familiæ, & cõsequenter prædictũ Antoniũ vti filiũ vnius ex hæredibus pdicti quondã Matthæi esse vocatum ad prędictum fideicommissum, & vti talem admittendum ad administrationem prædictam, & hoc ex multis coniecturis demonstrabam.

Prima quidem coniectura erat, quòd dùm prædictus testator post vniuersalem institutionem in omnibus eius bonis prohibuerat detractionem Trebellianicæ, & Falcidiæ, certè censetur ex dicta prohibitione inducere voluisse fideicommissum,
6 prout inductum esse dicunt communiter *DD. vt Paul. de Castr. in consil. 343. vol. 1. lib. 1. Marz. cons. 4. vers. sed quid plura, Bursat. cons. 227. num. 22. lib. 3.* vbi testatur de communi, *Cephal. consil 419. num. 18. lib. 3. & cons. 472. num. 6. lib. 4. Decian. cons. 103. num. 27. lib. 2. Sfort. Odd. de compend. substit. part. 5. artic. 1. in fin. Peregr. de fideicommiss. artic. 3. num. 4. & artic. 5. num. 12. Petr. de interpr. vltim. volunt. fol. 293. n. 13.* vltrà quòd prohibendo Trebellianicam, supponit fideicommissum vniuersale ordinate, ex quo Trebellianica debetur, vt est *text. in l. 1. in princ. l. mulier, §. fin. & l. cogi, ff. ad Trebell. Instit. de fideicommiss. hæred. per tot.* sic quoque idem *Peregrin. de fideic. art. 1. num. 2. 3. 4. & 5.*

Secunda coniectura erat illa expressa prohibitio alienationis omnium bonorũ in quocunque casu, etiam fauorabili, pio, & priuilegiato, ac in alio quouis incogitato, etiam à lege, consuetudine, vel obseruantia permisso, quæ deindè à causa fuit vestita, quia prædictus Matthæus testator volebat, vt perpetuò dicta eius bona conseruarentur per dictos eius hæredes, & eorum hæredes, & successores in infinitum,
7 & sic dubium non erat, quin talis prohibitio ità vestita non induceret fideicommissum simplex, & absolutum fauore familiæ, ad *text. in l. peto, §. fratre, ff. de leg. 2.* vt etiã cõmuniter *DD. in l. filiusfamilias, §. diui, ff. de leg. 1.* plenè *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 11. Peregrin. dec. Patau. 5. num. 4. Mott.* apud *Port. cons. 40. num. 28. Rip. in repetit. d. §. diui, num. 112. Marzar. de fideicommiss. quæst. 14.*

Nam si aliter diceretur, redderetur tale fideicommissum inutile, cùm hæres extraneus comprehenderetur contrà voluntatem testatoris, nam idem est alienare, ac hæredem extraneum instituere, *l. si quis prioris, §. certum,* vbi *glo. C. de secund. nupt. d. l. peto, §. fratre,* vbi *glos. & Bart. num. 2.* sic quoque magis *Paul. de Castr. singul. 20.*

Eò magis Ego dicebam, quia testator hanc prohibitionẽ fecerat per viam princi-

cipa-

cipalis diſpoſitionis in principio teſtamē-
8 ti, ex qua ſimplex, & abſolutum fideicom-
miſſum fauore familiæ inductum eſſe, om-
nes vno ore fatentur, vt optimè probant
Curt. iun. conſ. 145. num. 6. & ſeq. Dec. conſ.
23. num. 3. verſ. vnde, & nu. 5. verſ. octaua,
& verſ ſecus videtur, Sfort. Odd. de fideic.
quaſt. 11. nu. 148. cum ſeq. Gabr. conſ. 121.
num. 36. Mantic. de coniect. vltim. volunt.
lib. 7. tit. . . . num. 18. & 20. Cornaz. deciſ.
Lucenſ. 122. num. 19. 23. & 24. Ambroſ. de-
ciſ. Peruſ. 3. num. 6. & 7. vbi dicit, hanc eſſe
magis communen, & *deciſ. 7. num. 18. cum*
ſeq. Laderch conſ. 150, num. 7. verſ. nec ob-
ſtat, Raudenſ. variar. reſolut. cap. 39. num.
81. & 83.

Vltra quòd illa verba, *perpetuò, & in-*
9 *infinitum* appoſita in dicta cauſa prohibi-
tionis de per ſe inducebant fideicommiſ-
ſum abſolutum, vt latè *Socin. inter conſil.*
Curt. ſen. conſ. 40. in fine, & latius in *l. qui*
Roma, §. coharedum, nu. 18. verſ. hanc con-
cluſionem, de verb. obligat. infinitos colligit
Gabr. commun. concluſ. tit. de fideicommiſſ.
concluſ. 9. nu. 12, prout ità iudicatū fuit in
Rota Romana, vt *deciſ. 121. part. 2. in no-*
uiſſ. Put. deciſ. 448. num. 2. Intrigl. de ſubſt.
centur. 3. quaſt. 72. num. 41. Lancell. Gall.
poſt multos *conſ. 17. nu. 25.* hanc eſſe com-
munem inquit *Cornazz. in d. deciſ. 122.*
num. 7. & 8.

Nec obſtare poterat clauſula illa, *per*
l'effetto infraſcritto, in qua totum ſuū fun-
damentum faciebat D. Aduocatus aduer-
ſariorum, quia dum ex expreſſa mente te-
ſtatoris erat inductum fideicommiſſum
abſolutum fauore familiæ, non poterant
verba prædicta dictæ menti repugnare, &
quatènus eorum ſignificatio repugnaſſet,
10 de ea non erat curandum, ſed menti inhæ-
rendum, ex eo quia hæc verba accipi de-
bent impropriè, & impropriiſſimè, ac in
ſenſu augmentatiuo, prout latè *Caſſan.*
in conſ. 17. num. 10. & 18. Gabr. conſ. 90.
num. 28. Raudenſ. conſ. 21. num. 211. vol. 1.
Ambroſ. d. deciſ. Peruſ. 7. num. 18. in fine, &
num. 19. qui ait, quòd mēte teſtatoris con-
currente locum habet diſpoſitio, non ſolū
in caſu, quem verba comprehendunt, ſed
etiam vbi verba repugnant, & *Gabr. con-*
11 *ſil. 109. vol. 1.* ſubdit, quòd ſi clauſulæ ap-
poſitæ à Notario in teſtamento aduerſan-
tur veriſimili menti teſtatoris, ſunt parui-
faciendæ, etiam quòd teſtatore volente
fuiſſent appoſitæ, & ſic quotieſcunque col-
ligitur, aliter teſtatorem intellexiſſe, tunc
neceſſariū eſſe, quòd recedatur à proprie-
tate verborum, inquit *Grat. in conſil. 102.*
num. 28. vol. 2. & proindè menti inhæren-
dum, & de verbis nō curandum, dicit *Eu-*
gen. in conſ. 66. num. 22. & ſeq. ſubdēs, quia
ſæpè cōtingit, quòd Notarij verba ab ipſis
non intellecta, apponunt ex eorum incu-
ria, & ideò benè dixit *Raudenſ. variar. re-*
ſolut. cap. 40. num. 38. & conſ. 35. ridiculum
eſſe, per vnum verbum velle eludere ordi-
nationem tanto ſtudio factam, prout erat
caſus, de quo agebatur, dum teſtator præ-
dictam eius diſpoſitionem fecerat cum
tanto ſtudio, veluti in prohibendo trebel-
lianicam, falcidiam, & alienationem in
omnem caſum, etiam in caſu à lege per-
miſſo, & in quocunq; alio incogitato, etiā
ſi expreſſa mētio neceſſaria fuiſſet, ex quo
volebat, perpetuò vt eius bona conſerua-
rentur per eius hæredes, & ſucceſſores in
infinitum, & ſic in eius familia eo modo,
vt ſuprà demonſtrauimus, & quòd poſteà
per ſimilia verba voluiſſet recedere à præ-
dicta ordinatione, abſurdum eſſet, cùm
in conſideratione cadere non poſſit, nam
in dictis verbis non eſt faciendum magnū
capitale, dicit *Sfort. Odd. in conſ. 65. nu. 18.*
quia verba Notatiorum non ponuntur ad
libram, ſed ſæpè ſuperfluò inculcantur, ſic
denique hanc opinionem latè proſequi-
tur. *Barz. in deciſ. Bonon. 6. num. 9. 10. 11.*
& ſeq.

Et proindè licèt deindè prædictus teſta-
tor grauaſſet dictos hæredes, & ſucceſſores
ad ſoluendum pro quolibet maritagio cu-
iuſlibet filiæ fœminæ deſcendētis ex dictis
hæredibus ducatos quingentū, & ſic tem-
pore nuptiarū cuiuſlibet filij maſculi alios
ducatos quingentum, prout in doctoratu,
non tamen per hoc cenſetur voluiſſe re-
ſtringere fideicommiſſum ad hæc onera
particularia, prout D. Aduocatus aduerſa-
riorum præſupponebat, nam fideicommiſ-
ſum, de quo agebatur erat vniuerſale, ex
verbis enim ſupradicti teſtamenti colligi-
tur, adeſſe commodum, & grauamen quo-
dam vniuerſale, vt omnia, & ſingula bona
prædicti teſtatoris debeant permanere in-
ter eius hæredes, & ſucceſſores, & ſic in
eius familia, quod facit, vt inducatur vni-
12 uerſale fideicommiſſum, cùm etiā in du-
bio ſit ità præſumendū, *l. cogi 16. in princ.*
& l. nam quod 14. §. fin. ff. ad Trebell. Sim.
de Praet. de interpr. vlt. volunt. lib. 3. ſolut. 2.
dub. 3. interpr. 3. num. 2. ſed illud onus eis
13 fuit iniunctū cauſa legati, cùm fideicom-
miſſarius vniuerſalis potuiſſet etiam one-
re legatorum grauari, ad *text. in §. poteſt*
autem,

autem, Instit. de singul. reb. per fideicommiss. relict. §. præterea, Instit. de fideicommiss. hæred. l. Titius, §. hæres institutus, ff. ad Trebell. prout etiam voluit Marta de success. legal. part. 4. quæst. 12. artic. 8. num. 1. & seq. Peregrin. de fideicommiss. artic. 4. Manent. cons. 119. num. 13. impresso post suas decisiones, cùm ipse loco hæredis sit, ità vt in eum transeant omnes actiones actiuè, & passiuè, l. 1. l. quota, l. quadraginta, & l. ex asse, ff. ad Trebell. idem Pereg. d. art. 4. Rol. de inuent part. 2. quæst. 20.

Eo magis dum testator etiam voluit, quòd de reditibus omnium eius bonorum respectiuè vnusquisque ipsorum hæredum, & successorum pro eorum rata habere debeat suam portionem, nec mirum si talia legata soluere debeant, cùm non semper collocantur, nec doctorantur filij, interim semper fructus percipiũt dictorum bonorum, ascendentium ad summam ducatorũ nouem millium, vltrà quòd ipse testator expresè prohibuerat, non posse in vno anno omnia hæc adimpleri, sed vnum post aliud, vt ex dicto testamento, & proinde benè potuit dictos hæredes grauare, dum eos honorauerat, in l. sed, & sic, ff. de leg. 3. & l. ab eo, C. de fideicommiss. vbi, quem nõ
14 honoro grauare non possum, prout etiam voluerunt Imol. in l. quidam testamento, §. 1. ff. ad Trebell. & in l. centurio, num. 22. ff. de vulg. & pupill. Alex. cons. 64. num. 4. vers. fortifico conclusionem, vol. 5. Marta de success. legal. par. 4. q. 30. art. 11. num. . . .

Ex his dicebam, quòd dum ex qualibet supradictarum coniecturarum apparebat inductum fideicommissum, quantò magis erat dicendum, vbi ipsæ simul erant coniunctæ, prout notat Raudens. in decis. 31. num. 253. Rustic. ad lib. 5. cap. 7. num. 9. Castill. decis. 18. num. 72. & proindè non poterat negari, quin esset inductum fideicommissum fauore familiæ, & consequenter vnus post alium gradatim censeatur grauatus de restituendo proximiori, vt notat Bart. in l. si cognatis. ff. de reb. dub. nõ enim
15 res in agnatione potest conseruari, nisi de vno transeat in alium, l. peto, §. fratre, ff. de legat. 2. vbi Cuman. & Crauett. consil. 113. num. 5. Paris. cons. 30. num. 22. vol. 2.

Nec obstare poterat, quòd testator vocauerat hæredes, & successores, & sic considerauit de hæredibus bonorum, vel saltim de hæredibus ex sanguine, cum qualitate tamen hæreditaria, per ea, quæ voluit Bart. in l. ex facto, § fin ad Trebell. ea ratione, quòd licèt significatio vocis ad certos hæredes restringatur, non tamen adeò impropriari debet, vt propriam vim, & significationem suam amittat.

Nam vbi aliter ex mente testatoris colligitur, vt dixi, tunc nõ debent attendi verba, & eorum significationes, sed ipsa mens testatoris, prout voluit glos. notabilis in l. pater filium, §. penult. ff. de leg. 3. vbi non
16 ex verbis, sed ex mente inducitur fideicõmissum, quæ glos. communiter fuit approbata, vt inquit Socin. in cons. 249. lib. 2. & facit text. singularis in l. fideicommissa, §. interdum, ff. de leg. 3.

Eo magis erat dicendum, quia eramus in fideicommissis, in quibus appellatione hæredum semper pro filijs accipitur, text. apertus est in l. ex facto, §. fin. vbi etiam glos. ff. ad Trebellian. & ibi quoque DD. & Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 8. tit. 11. Manent. decis. Mant. 75. nu. 5. Vinc.
17 de Franch. decis. 153. sic quoque appellatione successorum non possunt accipi vllo modo pro successoribus, seù hæredibus bonorum, tum quia perpetuum, & successiuũ fideicommissum, quod testator voluit inducere inter dictos successores alienare prohibitos, non potest consistere inter extraneos hæredes bonorum, vt per Peregrin. de fideicommiss. artic. 32. numer. 43. in fin. nec in eis haberet effectum perpetua prohibitio alienandi, prout in l. filiusfamilias 117. §. cùm pater, ff. de leg. 1. glos. in d. l. pater filium, §. penult. Colleg. Papiens. inter consil. Socin. sen. cons. 45. num. 22. Socin. cons. 250. num. 3. vers. sed non potest dici, lib. 2. Socin. in d. cons. 249. num. 12. cum quatuor seqq. omninò videndus, ac etiam in cons. 250. nu. 3. Socin. iun. cons. 158. nu. 6. & plur. seqq. lib. 2. Mantic. de coniectur. vlt. volunt. d. lib. 8. tit. 11. Menoch. consil. 333. num. 17. Ruin. cons. 101. num. 9. lib. 3. Peregrin. cons. 71. num. 20. lib. 2. Sim. de Prat. de interpr. vltim. volunt. fol. mihi 107. nu. 18. Sfort. Odd. cons. 33. num. 1. Manent. in d. decis. 75. nu. 5. tum verò maximè, quia repugnat mens expressa testatoris, qui vt bona in eius familia conseruarentur, fideicommissum ordinauit, vndè de successoribus sanguinis necessariò intellexit, Paris. in cons. 31. nu. 47. lib. 2. Fusar. de subst. quæst. 336. post princ. Peregr. & omnes alij vt supra citati DD.

Nec poterat in casu isto (dicebam) cõsiderari hæreditaria qualitas, nam quando
18 succeditur per fideicommissum, succeditur testatori, & non hæredi, l. cohæredi, §. cùm filia, ff. de vulg. & pupill.

Immò

Immò si consideraretur, elusorium fuis-
19 set tale fideicommissum, nam filius succedens cum tali qualitate, nõ poterit alienata per hæredem reuocare, cùm teneatur habere ratum factum defuncti, ad[illegible]t. in *l. filiusfamilias, §. cùm pater, ff. de legat. 1. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. d. lib. 8. Peregrin. de fideicommiss. art. 32.* & optimè *Vincent. de Franch. decis. 153. à num. 12.*
20 *vsque ad fin.* vbi latissimè hoc tuetur, subdens, quod nec inuentariũ hoc casu operaretur, ex quo licèt hæres tenebitur quatenus est in hæreditate, non tamen poterit dicere emptori dictorum bonorum, redde mihi talia bona, & capias hæreditaria, sed benè tenetur ipse habere ratum factum defuncti respectu rei venditæ, quia vendicanti daretur exceptio doli, secundùm *glos. in l. 1. §. in computatione, C. de iure deliber.*

Tandem cùm præsens causa agitata fuisset in Magn. Cur. Vic. per ipsam Magn. Cur. referente doctissimo Viro, ac nobilitate insigni Domino meo Aloysio Piscicello Iudice in ciuilibus in dicta Magn. Cur. fuit iudicatum, prædictum Antoniũ admittendum esse ad dictam exactionem, & administrationem, & cùm à dicto decreto pro parte dictorum cohæredum dicti quondam Matthæi fuisset habitus recursus ad Sacrum Consilium, tandem per idem Sacrum Consilium sub die 12. Iunij 1630. post maximam discussionem, interuenientibus quinque Regijs Consiliarijs, ac Domino Præside dicti Sacri Consilij fuit dictum decretum confirmatũ, & cùm deindè iterum loco reclamationis fuisset causa relata, fuit idem decretũ Sacr. Cons. confirmatum, & sic fuit exequutum, vt in Banca Grilli pro Ligorio, & cùm causa ista iterum fuisset proposita in Sacro Consilio, vt fieret declaratio, si dicta administratio fieri debet per dictũm Antonium vti hæredem dicti quondam Matthæi testatoris vigore fideicommissi, Tandem per dictum Sacrum Consilium ad relationem Regij Consiliarij Marcelli Marciani fuit declaratum, spectare tertiam partem dictæ hæreditatis ad prædictum Antoniũ, attenta forma testamenti, penès Figliolam.

SVMMARIVM.

pus

pus solutionis venit inspiciendum.

23 *Restitutio anticipata est multùm suspecta.*

24 *Mulieri consentienti alienationi bonorum viri, cum renunciatione hypothecæ, succurritur aduersus bona alienata, non obstante renunciatione, quando ipsi non esset consultum super alijs bonis viri.*

25 Affl. in decis. 311. *reprobatur, sed pro opinione* Afflict. *num.* 26.

27 *Mulieribus omnibus indistinctè in nostro Regno sæpe succurritur Velleiano circà earum obligationes, & contractus, stante* Regia Pragmatica.

Intellige, si non interueniat Regia dispensatio, aliàs secùs, quàmuis esset firmata ab vno ex Dominis Regentibus, num. 28.

29 Ponte de potest. Proreg. tit. de decret. Collat. Consil. super oblig. seù alien. ter. dotal. num. 11. & seq. sub rubr. de diuers. prouis. *dicens, quòd dispensatio* Regiæ Pragmaticæ ad S.C. Velleian. *firmata ab vno ex Dominis Regentibus non valet, repellitur, cùm contrarium fuerit decisum in Sacr. Consil. etiam iunctis tribus aulis.*

30 *Exceptio Velleiani opponi potest etiam post sententiam.*

31 *Dispensatio Regia non aufert metum illatum in obligatione mulieris, sed solùm obstaculum S.C. Velleiani.*

DECIS. LXXXVI.

1 IN hac decisione concludit *Author*, Senatum re discussa concessisse vxori facultatem alienandi partem fundi dotalis pro excarcerãdo marito, quãuis ipse huic decisioni non adhęserit, vt *num.* 10. *vers. mihi verò*, prout decisum quoque refert *Thesaur. iun. in addit. ad suā genitorem decis.* 223. *in* 2. *addit.*

Pro cuius comprobatione facit *text. in l. quamuis, cum l. seq. ff. solut. matrim.* vbi

2 mulieri potest fieri restitutio dotis in casu redemptionis ab hostibus, à latronibus, vel quãdo aliquem de necessarijs suis vendicaret, vel vt liberis, aut fratribus egentibus, seù parentibus consuleret, ex eo quia iusta, & honesta causa est, sic etiam *text. in l. si pro aliquo, §. 1. ff. ad Velleian.* vbi mu-

3 lier si aliquid fecit, vt patrem à vexatione solutionis liberet, tunc non sit tuta Senatusconsulto Velleiano, & tamen nulla differentia est inter patrem, & maritum, filiã, & vxorem, argumento *l. si paternam, C. ad*

4 *Velleian.* imò maior præsumitur affectio inter maritum, & vxorem, quàm inter patrem, & filiam, cùm sint vna caro, *l. final. C. de impub.* & proindè non attenditur pietas personæ, sed pietas causæ, dicit *Salyc. in l. 3. C. ad Velleian.* hinc est, dicit *text. in l. pen. & fin. C. ad Velleian.* quod mulieri non succurritur Velleiano, si intercesserit

5 pro causa pia, prout contrà mulierem, quę pro exoneratione cõscientię viri post mortem se obligauerat ad debitum per virum contractum, iudicatum refert *Vincent. de Franch. in decis.* 237. sic etiam pro excarcerando viro, *Rom. cons.* 316. *Bald. cons.* 5. *& cons.* 478. *lib.* 5. *Natta cons.* 547. *num.* 19. *Surd. Author* noster *cons.* 367. *num.* 14. *& seq. vol.* 3. *Rimin. sen. cons* 77. *nu.* 16. *vol.* 1. *Tiraquell. de leg. connub. glos.* 8. *num.* 285. *Lambert. de contract. mulier glos.* 10. *nu.* 25. *Cassan. in consuetud. Burgund. rubr.* 4. *§.* 1. *num.* 19. qui ait, hoc esse etiam si obligatio vxoris esset facta absque mariti authoritate, casu, quo exigeretur authoritas talis contractus, quem etiam sequitur *Gizzarell. decis.* 4. *num.* 41. *Ioseph. Ludou. commun. conclus. concl.* 72 *vers. fallit vndecimò, & decis.* 279. *nu.* 6. *Thesaur decis.* 223. *nu.* 7. vbi sic iudicatum refert, sic quoquè decisũ inquit eius *filius ibi in addit. Farinac. decis.* 851. *Vestrius decis.* 133. vt in Rota Romana determinatum fuisse testatur *Cencius post tract. de cens. decis.* 32. *nu.* 5. sic etiam *Gratian. tom.* 1. *discept. for. cap.* 108. *num.* 2. vbi subdit, hanc esse veriorem, & *Fontanell.* licèt satis obscurè *de pact. nuptial. clausul* 7. *glos.* 2. *par.* 7. *nu.* 53. *Amat. decis. Marcb.* 62. *num.* 28. *vers. & si re vera putem*, & demũ hanc tuetur *Io Francisc. de Ponte de potest. Proreg. tit. de decret. Reg. Coll Cons. nu.* 28. *& seq. sub rubr. de diuers. prouis.* vbi satis impugnat *decis. Vinc. de Franch.* 578. dicẽtis,

6 matris fideiussionem pro excarcerando filio fuisse per S. C. annullatam, pro qua etiam decisione *de Franch.* scribit doctissimus, & meritissimus *D. Reg Galeota in lib.* 2. *controuers. cap.* 14. *in fin.* & ante eum *Gizzarell. in decis.* 4 *num.* 34. *&* 35. vbi fatetur se aliter tenentẽ succubuisse, tamen pro opinione *Regentis de Ponte* respectu validitatis obligationis factę ab vxore pro excarcerando viro iudicauit S. C. de mense Maij 1631. ad relationem Domini mei D. Flaminij de Constantio integerrimi, & meritissimi Regij Cõsiliarij in causa Francisci Marescħæ contra Angelam Mandinam, penès Scacciauentum, vt ex decreto fol. 110. præuia instantia fol. 105. & hoc etiam non præcedente certioratione, vt notat *Gayll. lib.* 2. *obseruat.* 77. *num.* 10. maximè

7 ximè interueniente iuramento, ob quod
præsumitur certioratio, vt tradit Seraphin.
de privileg. iuram. privil. 63. nu. 3. sic quo-
8 que, rem dotalem vendi posse pro excar-
cerando viro se iudicasse inquit Gammа
decis. 318. etiam contradicente vxore sub-
dit, quando id saluo eius honore fieri non
posset, ex Cuman. & Roland. quod etiam
tenet Surd. cons. 367. num. 14. & Gratian.
tom. 1. cap. 108 num. 26. & affirmat Vin. in
decis. 133. num. 5. quam opinionem latè à
Cepoll. contra sentiente tuetur Gizzarell.
in decis. 4. à num. 41. vsque ad fin. subdens,
eius rationem nedum fallacem, verùm fal-
sam esse, & hoc indistinctè tàm in causa
ciuili, quàm criminali tradit Bald. in l. sed
& ideò, in princ. ff. solut. matrim. Campeg.
de dot. part. 3. quæst. 12. vbi inquit, hanc esse
veriorem, Lup. de donat. inter vir. & vxor.
§. 78. num. 30. vers. faciunt ad præfata, Couar.
lib. 3. variar. resolut. cap. 16. num. 9. hanc
opinionem tanquàm communem sequi-
tur Surd. in d. cons. à num. 43. vsque ad fin.
& vti veriorem tuetur idem Gratian. in
d. cap. 108. num. 34. vers. quia verior est opi-
nio, ac Farin. in allegata decis. 851. in vlt.
recoll. quicquid dixerit Fab. in suo Codice,
lib. 4. tit. 21. definit. 16. ad Senat. Cons. Vell.
scilicet id esse permissum in causa delicti,
& non debiti, nulla etiam data distinctio-
9 ne, si culpa, vel nè viri carceratio præcessit;
vt ait Thesaur. in decis. 223. num. 7. Surd.
cons. 367. nu. 14. & seq. idem Vin. in decis.
268. num. 8. Paschal. de virib. patr. potest.
part. 3. cap. 5. num. 17. circ. med. vbi multos
alios colligit, subdens, hanc esse commu-
10 niorem, maximè in personis nobilissimis,
qui per carcerationem longi temporis ob
æs alienum aliqualem infamiæ notam in-
currerent, ad text. in l. penult. cum glos. in
verbo iniuriam, C. qui bon. ced. poss. quo ca-
su vxor honorem mariti commodo dotis
præponere debet, l. reprehendenda, C. de
instit. & substit. sub condit. cùm sit dedecus
vxoris, virum stare in carceribus ob vnita-
tem carnis, & obligationē, qua tenetur ei
subuenire, vt post Cuman. in d. l. quamuis,
per doctrinam Bald. in l. fin. col. vlt. vers.
sed ponamus, C. de neg. gest. concludit Surd.
in d. cons. 367. num. 14. vltrà quòd liberare
11 aliquem à morte, & ab infamia æquipa-
rantur, l. iusta, cum glos. ff. de manu. vind.
l. isti quidem, ff. quod metus causa, cum aliis
per eundem Gamm. in citata decis. num. 2.
12 qui inquit, hoc procedere, quamuis non
detineatur in carceribus, prout etiam latè
Herring. in tract. de fideiuss. cap. 7. nu. 417.
& seq. sic etiam plenè Gratian. tom. 1. di-
scept. for. cap. 108. Cenc. post tract. de censib.
decis. 31. nu. 7. & seq. idem Surd. in d. cons.
& Paschal. in d. cap. 5. num. 16. & hanc par-
tem tenuit Rota apud Farin. in decis. 775.
num. 4. part. 1. vbi carceratio viri sequi pos-
sit, quia esset obligatus vigore Cameralis
obligationis, vt etiam firmarunt Rimin.
jun. consil. 77. num. 16. cum seq. ac Merlin.
decis. 8. num. 19. post tract. de legitima, &
Rota in decis. 171. num. 7. impress. post. tract.
de Saluian. interd. quāuis sententiam latā
per Gammam in d. decis. 318. appareat fuis-
se exequutam respectu fructuū, quia vxor
excepit ostendendo formam capitulorū,
in quibus aderat clausula, vt nec pro re-
demptione captiui mariti dos data alienari
potuisset, qui articulus fuit reseruatus, &
sic remansit indecisus. Et hæc conclusio
procedit etiam vbi maritus præter debi-
tum, pro quo intercesserat vxor, esset ma-
gno ære alieno grauatus, quo casu nō po-
13 test vxor Velleiano se iuuari, asserendo,
eius obligationem esse erroneā, & in tan-
tum se obligasse, in quantum vir liberare-
tur à carceribus, vel vt non possit carcera-
ri, & sic ad finem habendi virum liberum
apud se, quod esse non posset ob magnum
æs alienum, nam sufficit, obligationem
vxoris pro eo debito, pro quo intercessit
veram esse, & respectu illius obtinuisse eius
finem, scilicet vt vir liber remaneat, si non
fuerit carceratus, vel si esset carceratus nō
posset pro eo emparari, & detineri, quam-
uis esset magno ære alieno grauatus, pro
quo vel posset de facili carcerari, vel de-
tineretur in carceribus, prout in primo
casu tenuit Rota Romana in decis. 227. in
princ. apud Statil. Pacif. post tract. de Sal-
uian. interd. & Farinac. in decis. 775. nu. 3.
part. 2. & firmat etiam Gratian. tom. 5. di-
scept. forens. cap. 952. cùm ex mulieris obli-
gatione subleuetur vir, & in secundo casu
ita obtinui, licèt per Magnam Curiam de
mense Octobris 1641. in causa liquidatio-
nis instrumenti illorum de Sarno cū qua-
dam muliere de familia Stratella, penès
Actuarium Gagliardum, quæ mulier se
obligauerat ad beneficium dictorum de
Sarno, ne ab eis fuisset emparatus eius vir
detentus in carceribus pro debito fiscali;
& quāuis in ea causa interuenerat Regius
assensus; tamen de eo non fuit habita ra-
tio, quia erat sub conditione, dummodo nō
sit aliàs dispensatum, cū dicta mulier præ-
uio Regio assensu alias obligationes pro
viro fecerat, & sic casus iste fuit decisus ad
bene-

beneficium creditorum ex mera iuris di-
spositione.

Nec in hoc obstat *text. Auth. si qua mu-
lier, C. ad Velleian.* quia illa procedit in
14 obligatione omninò voluntaria, quam
facit vxor pro marito, non autem in obli-
gatione facta ad subleuandum maritum
magno ære alieno grauatum, & pro eo li-
berando à carceribus, ac pro alijs indigen-
tijs domus, *Riminald. jun. conf. 77. num. 16.
vol. 1. & per tot. Surd.* allegato *conf. 367.
num. 14. Thesaur. decis. 223. Lamberteng. de
contract. mulier. glos. 10. num. 25.* prout sic
decisum per Rotam Romanã refert *Genc.
in decis. 32. nu. 5. post tract. de cens. & Fon-
tanell. d. claus. 7. part. 7. num. 40.* & sic vide-
retur facere ex quadam necessitate, & lege
permittente, cùm de iure vxor teneatur
inopiæ viri subuenire, *Authent. præterea,
C. vnde vir, & vxor, l. si cùm dotem, §. sin
autem in sæuissimo, ff. solut. matrim.* cum
alijs per dictum *Genc. in loco* citato, & per
Gratian. in cit. *cap. 108. num. 4. 5. & 6.*

Nequè etiã obstat, quòd alienatio fun-
di dotalis permittatur in redimendis ca-
15 ptis ab hostibus, quia iura loquentia de
captis ab hostibus redimendis, habent lo-
cum etiam in carceratis ex maleficio, cùm
semper sit causa pia, secundùm *glos. in cap.
sacrorum 12. quæst. 2.* quam refert *Io. Lo-
pez in rubr. de donat. inter vir. & vxor.
§. 78. num 30. vers. facit ad prædicta, Imol.
in l. quamuis, in 2. not. ff. solut. matrim.* &
hanc esse communem inquit *Rota diuers.
decis. 63. num. 4. part. 2. in nouiss. Gratian. in
d. cap. 108. num. 5.* quam *glos.* singularem
appellat *Paschal de virib. patr. potest.* dicto
cap. 5. part. 3. num. 17.

Sed omnia prædicta intelligenda sunt,
quando vxor non in totum remaneret in-
dotata, nec in maiori parte, sed in dimi-
dia, vel infrà, prout loquũtur omnes suprà
citati DD. aliàs si in totum, vel in maiori
parte indotata remaneret, esset secus, quia
16 hoc casu obligationes, seù alienationes il-
læ inualidæ essent, cùm ex illa enormissi-
ma læsione colligatur, metu reuerentiali
esse factas, vt tenent *Paul. de Castr. consil.
174. nu. 1. & 2. lib. 1. Aretin. conf. 24. nu. 7.
cum seq. Rimin. jun. conf. 39. num. 11. & 15.
Socin. jun. conf. 263. num. 4. lib. 2. Grauett.
conf. 114. num. 1.* sic fuisse in Rota Roma-
na resolutum inquit *Seraphin. in dec. 1187.
num. 2. Bero. conf. 48. num. 13. Gratian. in
d. cap. 108. num. 8. vers. prædicta tamen,* sic
quoquè resolutum fuisse inquit *Genc. in
d. decis. num. 8. vers. quæ facilius procedunt,
Rota Romana* apud *Farinac. in decis. 851.
in recollect. & decis. 775. nu. 5. part. 2. Man-
tic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 19. num. 37.
versic. verum hac sententia,* cum alijs per
Fontanell. in d. part. 7. num. 53. & latè *clau-
sul. 7. glos. 2. part. 6. num. 11. & seq.* vbi mul-
tas Senatus decisiones affert, & sic potiùs
censeatur se obligasse, & contraxisse, nè in-
currat in odium, & indignationem viri,
17 quàm ex animi deliberatione, & sponta-
nea voluntate, cùm genus mulierum aua-
rissimum sit.

Quamuis ob publicam vtilitatem, nè
remaneãt indotatæ, tales obligationes re-
scindantur, non obstante iuramento, ex
Abb. conf. 8. nu. 6. lib. 2. & alijs vt supra al-
legatis, quibus accessit *Costa de remed. sub-
18 sid. remed. 85. num. 2.* & hoc etiam si minę,
vel verbera non interuenissent, vt tradit
*Alexand. ad Bart. in l. 1. §. quæ onerandæ
ff. quar. rer. act. non dat.* nec dicta obliga-
tio substineretur pro dimidia dotis, vel
alia minori parte, pro qua rectè se mulier
19 obligari possit, sed in totum corruit ratio-
ne indiuiduitatis, vt latè post multos idem
Fontanell. in citata *part. 6. num. 21. 34 &
seq.* vbi inquit, ità semper Senatum obser-
uasse.

Quidquid in contrarium plenè dixerit
Thesaur. iun. lib. 2. quæst. forens. quæst. 65.
20 vbi probat, posse rescindi solùm in parte,
& sic subsistere pro dimidia dotis, exem-
plo remedij læsionis, cùm sit in electione
emptoris vel restituto pretio rem tradere,
vel iustum pretium refundere, vt per *DD.
in l. 2. C. de rescind. vendit.* per verba illius
text.

Verùm intellige supradicta, quando nõ
adessẽt bona mariti, quæ indẽnitati vxoris
21 pro soluenda dote sufficerẽt, vel ad pretiũ
rerum dotalium reficiendũ, aliàs si essent
bona, ex quibus possit consuli mulieri pro
sua dote, tunc valeret alienatio, ac obliga-
tio, vt post *Lup.* in citato *loco, nu. 16. vers.
procedit* indistinctè tenet *Thesaur.* in alle-
gata *decis. 233. num. 11. & Costa de port.
rat. quæst. 42. num. 8. & de remed. subsid. re-
med. 85. per tot. Boer. decis. 23 num. 7. Hon-
ded. conf. 45. nu. 13. vol. 1. Seraphin. de pri-
uileg. iuram. priuil. 76. num. 12. Gratian. in*
allegato *cap. 108. num. 15. Fontanell. in*
citata *clausul. 7. glos. 2 part. 6. num. 17.* vbi
ait, quòd ad iudicandum, si mulier rema-
neat indotata, & sic læsa, non est inquiren-
22 dum tempus obligationis, sed solutionis,
ac restitutionis, licèt tempore obligatio-
nis maritus habeat bona, de quibus po-

terat

terat fieri dotis restitutio, addo Vincent. de Franch. in decis. 477. nu. 14. & 15. Magon. in decis. Florent. 68. num. 6. Thesaur. tan. lib. 2. d. quæst. 65. num. 1. ac Castill. decis. 334. lib. 3. & ratio est, nam mulier tempore restitutionis, nõ autem obligationis, agere potest ad dotis recuperationem, & hoc procedit, etiam si constaret de pretij numeratione facta vxori pro dotis restitu-
23 tione, quia restitutio anticipata est multùm suspecta quòad præiudicium viri, illiusuè hæredum, ac etiam respectu emptoris, si non potest esse consultum mulieri, etiam non obstante eius consensu, & asseueratione iurata, vt singulariter notat Costa citata quæst. 42. num. 7. & pro hoc allegat Bou. in citata decis. 23. num. 7. aliàs si esset ei consultum, tunc illa restitutio anticipata esset suspecta solùm quòad virum, & eius hæredes, & cum hac distinctione videtur transire Afflict. in decis. 311. dicens, quòd licèt mulier consenserit alienationi bonorum viri, idest renunciãdo hypothecæ, tamen ipsi succurritur aduersus illa bona alienata, non obstante renunciatione,
24 quando ipsi non esset consultũ super alijs bonis viri, prout etiam hoc tuetur Castill. decis. 234. per tot. lib. 3.

Sed contrà Afflict. pluries in S. C. iudi-
25 catum fuisse referunt Frecc. & Camill. Salern. ad Consuetud. Neapol. Si mulier, fol. mihi 275. dicentes, mulierem non posse recursum habere pro suis dotibus, & antefato in bonis alienatis per maritum cum ipsius cõsensu, stante renunciatione hypothecæ, prout etiam decisum cõtrà dictum Afflict. refert Vinc. de Franch. in decis. 84. sic etiam consuluit Rol. cons. 70. nu. 2. vol. 2. Mart. vol. 181. latè tuetur Costa de remed. subsid. d. remed. 85.

26 Sed pro Afflict. videtur facere text. in l. 2. & l. Attilicinus, de pact. dotal. vbi vxor non potest facere pactum, in quo dos sit deterior, vt in terminis Thesaur. ad intelligentiam illius text. decis. 230. & successiuè in subsidium mulieri succurritur aduersus bona per virum alienata cum ipsius consensu, quando ei non est consultum in alijs bonis, prout sic intellexit Camill. Salern. in citata decisione, vt dixit mihi V.I.D. Flaminius Claps, qui illius decisiones ad pennam habebat, vt etiam probat Vinc. de Franch. decis. 477. num. 11. Mantic. de tac. & ambig. lib. 11. tit. 19. num. 34. Cancer. lib. 3. variar. resolut. cap. 15. tit. de renunc. nu. 100. & Faber in suo Codice, lib. 5. tit. 13. ne fideiuss. dot. dent. definit. 14. ac Molin. de ritu nupt. lib. 3. quæst. 52. num. 20. & seq. dummodò nõ haberet fideiussores, & correos, quo casu contrà eos priùs excussio facienda esset, vt tradit idem Afflict. in decis. 312. quod summoperè notandũ inquit Molin. loco citato.

Licèt in nostro Regno secus sit, cùm mulieri siuè in parte, siuè in tota, semper succurratur Velleiano, etiam circà bo-
27 na extradotalia, stante Regia Pragmatica sub tit. ad Senat. Consult. Velleian. quæ nõ solùm procedit in maritata, sed in omnibus mulieribus regulariter ex quocunq; cõtractu, vt latè D. Reg. Rouit. & Scaglion. in d. Pragmat. vbi infinitos colligunt DD. sic quoquè Vincent. de Franch. in dec. 578. ac in decis. 623. num. 8. cùm Pragmatica hæc respiciat sexus fragilitatem, prout sic semper fuit practicatum, dummodò non interuenerit Regia dispensatio super dictis obligationibus, seù alienationibus,
28 quòd liceat, quamuis firmata sit ab vno ex Regentibus, quo casu benè substinẽtur prædictæ obligationes, & contractus mulierum, per quam dispensationem tollitur obstaculum Pragmaticæ, ex traditis per Vincent. de Franch. in decis. 623. num. 26. vers. sed dicebatur, quidquid in contrarium dixit Io. Franc. de Ponte in tract. de potest. Proreg. in tit. de decret. Collat. Consil. super obligat. seù alien. rer. dotal. num. 11. & seq. sub rubr. de diuers. prouis. quòd vnus ex
29 Regentibus, imò totum Collaterale hoc facere minimè possit inconsulto Principe, cùm hoc importaret non declarationem, sed reuocationem Pragmaticæ, ex quibus impugnat prædictam decisionem Vinc. de Franch. sed contrarium decreuit Sacrum Consilium, iunctis tribus Aulis in causa Principis Oriæ cum Marchione Mariliani, filij, & hæredis quond. Andrianæ de Noia Comitissæ Ciuitatis Sarni, scilicèt obligationem, & alienationem annuorum duc. 140. pro capitali ducat. 2000. factam per dictam Comitissam in beneficium dicti Principis super aliquibus corporibus dotalibus ipsius Comitissæ fuisse validam, nõ obstante Regio assensu impetrato per dictam Comitissam firmato ab vno ex Regentibus, & exceptione Velleiani per dictum Marchionem Mariliani opposita, sub prætextu pecuniam fuisse versam in vtilitatem viri, & sic fuit exequutum, vt ex processu existente penès Io. Baptistam Figlio-
30 lam Actor. Magistr. in qua causa fuit admissa exceptio Velleiani etiam post sententiam, quod notabile est.

Tamen non per hoc sequitur, quòd etiā superueniente dicta dispensatione contra-
31 ctus, & alienationes prædictæ non possint rescindi ex vi, & metu mariti, prout sic sēper probato metu pro vxore in facti contingentia obtinui, tàm in Magna Curia, quàm in Sacro Consilio, nam, vt dixi, dispensatio illa tollit solùm obstaculum Senatusconsulti Velleian. non autem metum illatum, ad vxorem inducendā ad se obligandum, vel alienandum.

SVMMARIVM.

1 *Conductor per inundationem non tenetur iteratò seminare, & debet fieri remissio mercedis.*
Amplia, num. 3.
Intellige, si talis res cōducta non erat inundationibus supposita, vel vti talis fuerit conducta, num. 2.
Intellige, praecedente denunciatione locatori, num. 6.
Declara, num. 7.
4 *Remissio mercedis debet fieri, quando deductis expensis fructus non sufficiant pro medietate pensionis.*
5 *Damnum debet probari in specie, & non in genere.*
8 *Remissio mercedis non fit conductori, si in parte rei locata senserit detrimentum, etiàm vltrà dimidiam.*
Intellige, num. 9.

D E C I S. LXXXVII.

1 AD hanc decisionem adde, quòd licèt conductor per inundationem non teneatur iteratò seminare, & consequēter ei fieri debet remissio mercedis, prout concluditur per *Surdum hic*, tamen hoc non procedit, quando talis fundus erat inundationibus
2 suppositus, & vti talis cōductus, nam tunc non poterit remissionem pensionis intentare, prout iudicatum refert *Thesaur. lib. 2. qq. forens. quæst. 47. num. 11.* quamuis inundatio exportasset maiorem partem rei, vt etiā decisum per Senatum ibi refert, cùm ei imputandum sit, dum statū rei sciebat, & tamen ad contractū se adstringit, *Bald. in l. si ea lege 17. num. 3. C. de vsur. Aretin. cons. 139. num. 2. Author* noster *consil. 197. num. 16. lib. 2. & cons. 400. num. 25. lib. 3. Rota diuers. decis. 745. part. 2.* aliàs si non vti talis fuerit conductus, tunc debet fieri remissio mercedis, quamuis amplissima
3 fuerit facta renunciatio, etiam in casu incogitato, vt ex multis notat *Camill. de Medic. cons. 23. & 141.* ac meliùs *Mastrill. decis. 199. Grat. tom. 1. discept. for. cap. 195. Peguer. decis. 241. Costa de port. rata, q. 10. & 141. & Mantic. de tacit. & ambig. lib. 5. tit. 8. num. 33.* dummodò fructus deductis expēsis non sufficiant pro medietate pen-
4 sionis, reiecta distinctione, si, vel nè damnum sit intolerabile, cùm damnum magnū præsupponitur, licèt dimidiam partem totius mercedis, vel omnium fructuum non excedat, vt per DD. prædictos, & hàc esse veriorem, & magis communem post multos inquit *Gratian. tom. 3. discept. forens. cap. 557. num. 8.* licèt hoc damnum debeat
5 probari in specie, non autem in genere, prout aduertit *Mantic.* in cit. *tit. 8. nu. 39.*
6 sed præcedente priùs denunciatione locatori, vt latissimè *Thesaur. in decis. 108.* per *tex. in l. item quæritur, § exercitus, ff. locat. Gratian. tom. 2. discept. forens. cap. 354. n. 24. & tom. 3. cap. 557. num. 9.* vbi siuè sumus in inundatione aquarum, siuè quocunque alio casu fortuito, si locator verisimile erat, quòd potetat talem inundationem,
7 vel aliud impedimentum reparare, & tollere, *Boss. de remiss. mercedes. conduct. nu. 52. vers. arbitror tamen, & nu. 53. vers. denunciatione*, vel quando essemus in notoriis, quia cessaret denunciatio, vt decisum inquit *Thesaur. iun. in addit. ad suum genitorem in d. decis. 108.*
8 Sed hoc non procedit, si in parte rei locatæ senserit detrimentum, etiam vltrà dimidiam, & in alia non, quia tunc fit compensatio sterilitatis cū vbertate, casus est in *l. si ex duorum, § vlt. ff. de act. empt.* sed
9 hoc inspecta locatione vniuersali, *l. si vno, in princ. ff. locati, & l. licet, C. eod.*

SVMMARIVM.

1 *Fructus rei legatæ maturati in vita testatoris an spectent ad legatarium, vel ad hæredem.*
Distinctio Authoris, *num. 2.*
3 *Fructus pendentes in agro maioratus, ad maioratus successorem spectant, non ad hæredem.*
4 *Fundo petito vnà cum fructibus, si Iudex eos omiserit in condemnatione, reus ab iis absolutus esse videtur.*
Intellige, num. 5.
6 *Annus introitus si reperiantur debiti tempore mortis hæredis grauati, non spectant ad eius hæredes, sed ad fideicommissa-*

missarium, non vti fructus, sed vti hareditas.

Amplia, quamuis hares fecisset condemnare suum debitorem, etiam pracedente maxima diligentia, num.7.

Fructus maturati tempore mortis haredis grauati an, & quando veniant in restitutione, num.8.

Et quid de fructibus bonorum antiquorum an veniant sub dispositione Consuetud. Neapol. *num.9.*

DECIS. LXXXVIII.

1 AD quæstionem, de qua noster *Author hic*, scilicet si fructus rei legatæ maturati in vita testatoris spectent ad legatarium, vel ad hæredem, ità vt illius hæreditatem au-
2 geant, sic distinguendum esse puto, quòd aut sunt fructus naturales, qui veniunt accessoriè, aut sunt ciuiles, qui debentur iure actionis, & sic principaliter, veluti in annuis introitibus.

In primo enim casu, si legatus sit fundus, & in eo reperiantur fructus, quamuis maturati, & exacti, sed non a solo separati, illi spectant ad legatarium, cùm dicantur pars fundi, *l. fructus pendentes, ff. de rei vendicat.* & hoc absque difficultate inquit *Vincent. de Franch. in decis.*254.*num.*4. sic quoquè *Gamma decis. Lusitan.*350. vbi ait, fructus pendentes in agro maioratus, ad maioratus successorem spectare, & non ad hæredem defuncti, cùm veniat accessoriè, & non principaliter, vt ex traditis per *glos. & DD. in d. l. fructus pendentes*, ità
3 quòd si fuerit petitus fundus vnà cum fructibus, & Iudex eos omiserit in condem-
4 natione, ab eis reus absolutus esse videatur, nec ampliùs circà illos idē Iudex eum condemnare potest, vt probaui in *decis.*69.
5 quod intellige, quando sunt fructus, qui ex natura illarum actionum nō veniunt, vt in *d. decis.*69.

Secus verò si essent à solo separati, quia tunc legatario non debentur, vt tradit idē *Vinc. de Franch. decis.*13.*num.*9.

In secundo autem casu, si fuerit legata aliqua emptio annuorum introituum, & tunc etsi reperiātur debiti multi annui introitus, & non exacti, non per hoc debentur legatario, sed illi hæreditatem augent, *text.* est singularis in *l. postulante, §. sed in huiusmodi, ff. ad Trebell.* latè *Viuius dec.*8. *lib.*1. plenè *Vincent. de Franch. decis.*254. *Peregrin. de fideicommiss. artic.*49.*num.*66. etiam si incipiant deberi, cùm differant à naturalibus, prout distinxit *Ruin. in consil.* 192.*col.*2. quem sequitur idem *Vincent. de Franch.* in allegata *decis. num.*6. *decis.*179. *decis.*613.*num.*17.*cum seq. & decis.*79.*in fine, Manent. decis. Mantuan.*24. *Castill. decis.*4. *per tot.* qui cum hac distinctione sic decisum fuisse refert, subdens, decisionem hanc nostri *Authoris* procedere in primo casu, non autem in hoc secundo, & ratio est, quia isti annui introitus non veniunt accessoriè, sed principaliter, cùm non dependeant de corpore, vt singulariter notat *Bald. in cap. quæ in Ecclesiarum, in* 4. *col. vers. idem in pensionibus, de constit.* & possunt peti noua actione, quāuis fuerit exacta sors principalis absque illorum protestatione, vt probaui in dicta *decis.*69. cùm quòad soluentem illi dicātur sors, ex quo sunt de per se stipulati, vt hoc indistinctè tenet *Camill. de Medic. in consil.*32.*num.*12. *& seq.* maximè quando hæres fuerit institutus verbis prægnantibus, & generalibus, vtputà in omnibus bonis, introitibus, prouentibus, iuribus censualibus, fructibus, ac nominibus debitorum præsentibus, & futuris, vt est casus decisus, *Castill. loc. cit.*

Adeò verum est hoc, vt etiam si tempore mortis hæredis grauati reperiantur debiti, illi non spectāt ad eius heredes, sed ad
6 fideicommissarium, non vti fructus, sed vti hæreditas, quæ reperitur cum istis actionibus, vt tuetur *Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib.*7.*tit.*10.*in princ. & nu.*35. prout sic facta discussione decisum fuisse per Sacrum Consilium testatur idem *Vinc. de Franch. in decis.*13 per allegatum *text. d. l. si postulante, §. sed in huiusmodi*, vbi latè *Paul. de Castr. & in l. deducta, §. qui post aditam, eod. tit.* vbi *Angel.* ampliat, hoc etiā procedere, quādo hæres fecerat condēnare suum debitorem, etiam præcedente ma-
7 xima diligētia, quod cum multis hoc sentit *Costa de port. rata, quæst.*114. *num.*10. vndè ex hoc subdit *Vinc. de Franch. in d. decis.* quòd prima facie Sacro Consilio visa erat res clara in beneficium hæredis grauati, quod secus posteà facta discussione, ità vt filius huiusmodi fructus debeat in legitimā imputare, ad tradita per *Mantic.* in citato *tit.*10.*num.*2. prout etiam voluerunt *Peregrin. de fideicommiss. artic.*10. *num.*34. *Merlin. de legit. lib.*2.*tit.*2.*quæst.*6. *num.*10. *& Mangil. de imputat. & detract. quæst.*136.*num.*66. *& seq.* verùm id, quod dictum est de fructibus maturatis tempore mortis hæredis grauati, quòd veniant in

P 2 resti-

restitutione fideicommissi, dummodò sint maturati ante aditam hæreditatem, secus verò post, vt etiam dicit *Peregrin. de fidei. art.49. & Facbin.lib.4.controuerf.cap.43. lit.C.verf.sed hoc elegantissimus*, & post eos *D.Regens Capycius Latro in decis.62.nu.1.* non procedit respectu bonorum antiquorum maturatis in vita hæredis granati, illi enim sub dispositione Consuetudinis huius Ciuitatis non veniunt, cùm illorum libera sit dispositio sicut de alijs bonis, & sic ad eius hæredem spectant, ita *Naucler. in addit ad Consuet.Si qua moriens, fol.13. in fin.Consuet.* incip. *In eadem Consuetud. quæritur*, quæ opinio fuit in S.C.amplexa, & secundum eam fuit semper iudicatum, vt per *Vinc.de Franch.in decis.604.num.4.* prout nouissimè fuit etiã decisum in causa Marcelli Filamarini cum Gubernatoribus Laicorũ Domus Professæ Societatis Iesu, sub die 19.Maij 1635. ex quo fuit ei denegatum sequestrum, penès Speram Actor. Mag. de quo articulo, & causa compilauit *decisionem D.Reg. Capyc. Latro 62.* videndus, vbi latè de materia.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria an tollatur per declarationem factam ab iniurante, remissiuè.*

2 *Reuocatio iniuria an operetur post litis cõtestationem, remissiuè.*

DECIS. LXXXIX.

AD hanc decisionem, & ad eius materiam remissiuè vide omninò *D.Regent.Rouit.in pragm. de iniur.in rubr.& in prag.1.2. & 3.* & ibi cum eo infiniti DD. quod etiã plenè *Gratian. in decis. Marchiæ 58.* & ibi
1 quando tollatur per declarationem factã
2 ab iniuriante, & si fit lite cõtestata hæc declaratio an valeat, vbi multa alia etiam in *addit.* ac in *decis.195.* & ibi etiam in *addit. Feguer.decis.13.77.& 78.*

SVMMARIVM.

1 *Hæredes possunt insolidum conueniri pro dote, & num.6.*
Amplia, etiam in pia causa, num.2.
Contrarium, num.3.
4 *Hæredes pro alimentis conueniri non possunt, nisi pro hæreditarijs portionibus.*
Intellige, si non fuerint affecta, & obligata particulariter aliqua corpora pro illorũ præstatione, aliàs hæres possessor illorum hypothecaria conueniri poterit, num.5.
7 *Lex cum ab vno, ff.de legat.2. declaratur.*
8 *Glos.recitans plures opiniones, vltima recitata in dubio censetur recepta.*
9 *L.cùm ab vno, ff. de leg.2. & l. seruo legato, §.si testator, ff.de legat.1. variæ conciliationes referuntur, & num.10.11. & 12.*
13 *Correctio non inducitur, nisi expressè dicatur.*
14 *Hæredes in feudalibus per contributum tenentur cum hæredibus in allodialibus ad solutionem dotis debitæ, vel legatæ per testatorem.*
Declara, num.15.

DECIS. XC.

NON minus pulchra, quàm perplexa est quæstio, de qua noster *Author hic*, scilicet an hæredes possint ad dotem insolidũ conueniri, pro resolutione cuius duæ sunt opiniones adinuicem contrariæ. Prima nem-
1 pè pro affirmatiua, vt voluerunt *Afflict. in decis.332.num....* vbi *Vrsill, num. fin. & decis.210.num.13* prout sic decisum refert *Rota Lucens. diuers.decis.140. Cornaz.decis. Lucens. 35. num.6. Costa de port. rata, quæst.23. nu.fin. Molfes. ad Consuet.Neap. tit.de iur.dot. part.4. quæst.9.num.9 & seq.* & hanc communẽ esse inquit *Grat. tom.1. discept.for. cap.16. num.15.* reiecta distinctione, si dos fuerit legata, vel ex contractu debeatur, cùm in vtroque casu hæredes insolidum conueniri possint, vt etiam voluit in *decis.146. num.8.* sic etiam *Paul. de Castr.in l.debitorem,C.de pact.Bal.Nouell. de priuileg.dot. priuil.33.part. 8. Eutrard. cent. loc. argum. loc. à dote ad piam causam, sub nu 5.* subdens, quòd sicut pro dote possunt hæredes insolidum conueni-
2 ri, ità etiam in pia causa, & ità iudicari se vidisse in fauorem cuiusdam loci pij Melchiliensis contrà dominium de Neuele, vt etiam tuetur *Facbin.lib.12.controuers.iur. cap.51.*

Et hoc ex speciali fauore dotis, vt ipsi aiunt per *text. & glos. in l. cùm ab vno, ff. de leg.2.*

Altera verò cõtraria opinio est, scilicet hæredes non posse nisi pro hæreditarijs
3 portionibus conueniri, per *text. in l.seruo legato, §.si testator, ff.de leg.1.* prout tenet *Vinc. de Franch.in decis.581. Didac. Spin. in specul.testam.glos.11.num.81.* quam vti commu-

communem sequitur *Gizzarell. in dec. 50.*
sic etiam vti veriorem, ac communiorem
sequitur *Thesaur. lib 2 qq forens. quæst. 67.*
num. 7. inferens ex ea conclusione, quòd
sicuti dos nō potest insolidum exigi ab hę-
redibus, cùm omnes pro hæreditarijs por-
tionibus conueniri debeant, sic etiam pro
4 alimentis non possunt hæredes conueniri,
nisi pro hæreditarijs portionibus, contra
ea, quæ voluerat idem noster *Author de*
aliment. titul. 9. quæst. 14. prout etiam
voluit *Costa de port. rata, quæst. 31.* ac
Vincent. de Franch. decis. 203. tamen dos
non minus fauorabilis est, quàm alimen-
ta, vt inquit noster *Author de alim. tit. 1.*
quæst. 23. num. 20. Molin. de rit. nupt. lib. 3.
quæst. 46. num. 10. & seq. cùm ipsa loco ali-
mentorum mulieri detur, *l. vbi adhuc, C.*
de iur. dot. & sic valet argumentum ab ali-
mentis ad dotem, & ę contra, vt latè idem
Euerard. cent. loc. argument. loc. ab aliment.
ad dotem, & loc. à dote ad aliment. sed hoc
5 intellige, nisi fuerint aliqua corpora parti-
culariter affecta, & obligata pro illorum
præstatione, aliàs poterit hæres possessor
illorum hypothecaria conueniri, vt decla-
rat idem *Thesaur. loco* citato.

Tamen quicquid sit de hac controuer-
sia, dicerem, non esse recedendum ab hac
6 secunda opinione, nam omnes actiones
tàm actiuæ, quàm passiuæ inter hæredes
pro hæreditarijs portionibus diuiduntur,
l. 2. C. de hæredit. act. l. in exequutione, ff. de
verb. oblig. l. si vxor, C. de bon. matern. l. li-
cet, C. ad l. falcid. l. 1. C. si cert. pet. l. cùm à
matre, C. de rei vendic. cùm hæres pro illa
parte, & portione, pro qua est hæres reprę-
sentet personam defuncti, & non pro alia,
l. 2. §. fin. cum glos. ff. de præt. stipul. imò etiā
si testator iusserit, quosdam ex hæredibus
æs alienum soluere, adhuc ipsi insolidum
conueniri non possint, ad *text. in d. l. seruo*
legato, §. si testator, l. si vnus ex hæredibus,
iuncto *§. item Papinianus, & l. si filia, § si*
pater, ff famil. ercisc.

Nec obstat *text. l. cùm ab vno*, nam ibi
non dicitur, dotem exigi posse ab vno ex
7 hæredibus insolidum, sed stante legato fa-
cto per testatorem ab vno ex hæredibus
animo compensandi cum debito dotis, in-
quit *text.* pro concurrenti quantitate le-
gati primò illum, à quo erat factum lega-
tum esse conueniendum, in cæteris actio-
nes esse hæreditarias, prout ita loquuntur
DD. allegati per *Afflict. in d. decis. 332. &*
Euerard. cent. loc. argum. d. loc. à dot. ad piā
causam, & sic *text. d. l. cùm ab vno* dicit to-
tum oppositum, quoniam si dos exigi pos-
sit insolidum, frustrà essent posita verba
illa *text. C. reliqua parte dotis ab hæredibus*
ei præstanda, vndè solùm respectu legati
facti vnus ex hæredibus, quē testator gra-
uauit, teneretur, non autem ad totam do-
tem, & quòd hoc sit verum, patet, nam da-
to, quòd *text.* ille non dixisset animo com-
pensandi cum debito dotis, sed cum alio
debito ipsius testatoris, vtiq; grauatus te-
neretur? certè quòd sic pro concurrenti
quantitate legati tantum, & non ad totum
debitum, cùm non teneatur vltrà id, quod
testator eum grauauit, & soluere designa-
uit, nec testator hoc videtur velle, ad *text.*
in l nomen 33. §. vni ex hæredibus, vbi etiā
Bart. ff. de leg. 3. vt in terminis nostris *glos.*
in l. 2. vers. quintò si testator, C. de hæred. act.
vbi intelligit *l. cùm ab vno* generaliter in
quolibet relicto, prout etiam sic de mente
DD. dicit *Gizzarell. in decis. 50.* & propte-
reà si *d. l. cùm ab vno* procederet fauore
dotis, hæres teneretur insolidum non solū
respectu legati, sed totius dotis, quod est
falsum.

Minus quoquè refragatur *glos. d. l. cùm*
ab vno, quæ dicit, hoc esse speciale fauore
dotis, hoc enim iure nō reperitur cautum,
& proindè dum lex non dicit, nec nos di-
cere debemus, *l si seruum, §. non dixit, ff.*
de acquir. hæred. l. illam, C. de collat. Surd.
Author noster *cons. 51. num. 7. & cons. 143.*
num. 15.

Imò *glos.* prædicta in ea opinione se nō
firmat, sed plures alias refert opiniones, ex
8 quibus semper vltima in dubio cēsetur re-
cepta, vt dicit eademmet *glos. in l. qui filiū,*
in fin. ad Trebell.

Sed etsi hoc verum sit, scilicet quòd *l. cū*
ab vno non procedat fauore dotis, tamen
non remanet sublata difficultas, quę oritur
ex *d. l. cùm ab vno, & §. si testator*, dum *l. cū*
ab vno dicat, posse agi contra grauatum,
& *§. si testator* totum oppositum, scilicet
quòd non possit agi contra grauatos, nisi
pro hæreditarijs portionibus.

Pro quorum conciliatione DD. satis se
9 inuoluerunt, nàm aliqui voluerunt eos cō-
cordare, dicentes, *l. cùm ab vno* procedere,
quādo agitur iure legatarij, & sic ex testa-
mento, *§. si testator* vbi agitur iure credito-
ris, sed hoc est falsum, quoniam in *d. l. cùm*
ab vno expressè disponitur, quòd si vxor
legatum maluerit, adhuc poterit agere
contrà grauatum pro illa quantitate lega-
ti, ergò agitur iure creditoris.

Alij autem dixerunt, *l. cùm ab vno* pro-

10 cedere creditore volente, & *§. si testator*
creditore nolente, prout voluit etiam *Au-*
thor noster *hic*, & sequitur *Borrell. in sum-*
ma decis. lib. 3. tit. de priuileg. dot. num 491.
& 492. & meminit *Vincent. de Franch. in*
decis. 581, *in princ. vers. ipse tamen dicit*, sed
hæc conciliatio etiam corruit, cùm in *d. §.*
si testator totum oppositũ disponatur, sci-
licet creditores non habere actiones con-
tra grauatos, ergo si vellent, non possent.
Nonnulli etiam dixerunt, *l. cùm ab vno*
11 procedere testatore volente, & *§. si testa-*
tor testatore nolente, quæ licèt videatur
posse substineri ex traditis per *glos. in l. si*
vni ex hæredibus, vers. extra speciem, ff. fa-
mil. ercisc. vbi inquit, quòd ibi testator non
reliquit, ità vt actio competeret creditori-
bus, sed hæc quoquè nullius roboris esse
videtur, verba enim *d. §. si testator* sunt cla-
ra, nec indigent declaratione, cùm ibi di-
catur, *& si testator quosdam ex hæredibus*
iusserit æs alienum soluere, ergo volebat
testator, vt illi debitum soluerêt, & tamen
hæredes non possunt nisi pro hæreditarijs
portionibus conueniri.
Multi deniquè dixerunt, *l. cùm ab vno*
12 procedere de æquitate, *§. si testator* de ri-
gore, vt etiam videtur sentire *Author hic*,
cum qua cõciliatione post longam discus-
sionẽ concludit *Gizzarell. in decis.* 50 sub-
dens, hanc esse communem, & in eam in-
clinasse S.C. & hoc ex illis verbis *text. d. l.*
cùm ab vno, ibi *æquum esse*, à qua conci-
liatione nõ videtur esse recedendum, cùm
alia non possit adaptari sic proportiona-
bilis nam vt dicit ibi *Bald.* ex mente *Dyn.*
quòd conciliare has leges est diuinare, li-
cèt hæc etiam non videatur satisfacere,
quoniam *l. cùm ab vno* esset specialis, cùm
idẽ sit dicere esse speciale, & esse de æqui-
tate, *glos. in l. quoties, §. aream, vers. in per-*
petuum, ff. de solut. imò *text. l. cùm ab vno*
corrigeret *d. §. si testator*, nam paria sunt
dicere, hæc lex procedit de æquitate, illa
verò de rigore, & dicere hęc lex corrigit il-
lam, ad *glos.* singularem in *l. cotem ferro*,
§. fin. vers. compelluntur, vbi etiam *Bart.*
ff. de public. & vectigal. idem *Bart. in l. ex*
hac scriptura, num. 2, in med. vers. sol. glos.
13 *ibi de rigore, ff. de donat*, sed correctio non
inducitur, nisi quatènus exprçsè dicatur,
§. cùm igitur, vers. nec qualibet est lex, Auth.
de non eligend. secund. nub, adeò vt quæstio
ob maximum rei dubium Regia egeat de-
cisione.
Retenta verò hac secunda opinione
vti magis communi, illam ampliauerunt
Addentes ad Capyc. decis. 198. & ad *decis.*
Gizzarell. 50. in hæredibus in feudalibus,
vt per contributum cum hæredibus in al-
lodialibus teneantur ad solutionem dotis
13 debitæ à testatore, vel legatæ, citantes ad
hanc conclusionem firmandam *Marin.*
Freee. 13 *differ. feud. hæredit. & feud. ex pa-*
cto, Vincent. de Franch. decis. 159. *& decis.* 1.
num. 41. *Anna allegat* 96. *Franc. de Amic.*
cap. 1 fol. 7. incip. *cap. faciunt etiam, tit. de*
his, qui feud. dar. poss. cum alijs per ipsos
congestis.
At quia ampliatio hæc indiget aliqua
declaratione, quã posuit *Flauius Ventri-*
lia Doctor Neap. in Comment. ad Consuet.
Capuanæ Ciuitatis suæ Patriæ, cuius Opus
15 ad pennam, nõ sine delectatione perlegi,
ideò non piget me hic illam describere,
scilicet hæredes in feudalibus teneri per
contributũ pro valore feudi actione per-
sonali, quia hæres est, & æquè principali-
ter defunctus repræsentatur per hæredem
in feudalibus, & hæredem in allodialibus,
licèt diuersis, & distinctis medijs repręsen-
tetur, scilicet paganicis, & feudalibus bo-
nis, quorũ possessores cum directò repre-
sentent testatorem in illis, hæreditario vi-
delicet iure, non alter in alterius subsidiũ,
eodem modo principaliter illius debita
exsoluent pro portione hæreditaria, dicit
damnatæ memoriæ *glos. Paris. tit. 1. §. 11.*
num. 8. scilicet vt si sint tres hæredes in al-
lodio, & vnus hæres in feudis, hic contri-
buet pro quarta parte, quia pro quarta
parte repręsentat defunctum, alij dixerũt
pro rata bonorum ad vnumquemque hæ-
redum peruẽtorum, nulla facta distinctio-
ne, cuius occasione contracta sint debita
per defunctum, an occasione feudalium,
an verò allodialium, & hęc opinio recepta
est in Regno nostro, teste *Anna consil. 4.*
num. 5. & 19. Vincent. de Franch. decis. 10.
num. 41. & alijs, non est ergò priuilegium
dotis, vt hæres in feudo teneatur pro rata
ad solutionem, sed est ex regula communi,
quia hæres est, & defunctum repręsentat
æquè principaliter, & directò, sicut hæres
in allodio, nam feudales consuetudines nõ
attenderunt in feudis priuilegia dotibus
concessa à iure communi, sed politicum
statum, & conseruationem Regni ad ha-
bendum milites ex feudis ad defensionem
illius, hinc in *cap. 1. §. donare, tit. qual. olim*
pot. feud. alien. dispositum est, feudum in
dotem dari non posse, nec pro anima le-
gari, non ergo feudum, & si qualitatis hæ-
reditariæ erit obligatum pro dote legata,
si dire-

ſi directus Dominus non aſſenſerit legato, ſed erit obligatus hæres actione perſonali pro rata, & æſtimatione feudi, quia ius in feudo conſtitui non poteſt ſine Domini aſſenſu, vt per *Andr. in cap. 1. in princ. de probib. feud. alien. per Federic.* & vtilitas eſt magna, nam ſi hæres venderet feudum cum Domini aſſenſu, licèt ipſe remaneat obligatus in actione perſonali pro rata feudi ad legatum, vel debitum, non tamen dabitur actio illa contra tertium poſſeſſorem *ff. de contrah. empt. l. fin. §. fin.* quia hypotheca tacita à lege communi data doti, vel legato, non eſt contracta ſuper feudo, reſiſtentibus legibus feudalibus.

Erit & ſecunda, & vltima declaratio, vt in feudo ex pacto non hæreditario ſucceſſor non teneatur pro rata ad debitum, vel legatum teſtatoris, quia illud nõ habet vt hæres, & ſic non repræſentatur defunctus per huiuſmodi ſucceſſorẽ, vt *Marin. Fre.* aduertit *loco* citato. Hæc ille.

SVMMARIVM.

1 *Tutor datus à Iudice ſuperiori ex inquiſitione non tenetur ſatiſdare, ſecus à Iudice inferiori.*
2 *Intellige, interuenientibus illis quatuor requiſitis.*
3 *Sed contrarium in praxi obſeruatur.*

DECIS. XCI.

Concluditur hic, tutorem datum à Iudice ſuperiori ex inquiſitione non teneri ſatiſdare, & ratio eſt, quia lex præſumit, factum ab
1 eo eſſe ritè geſtum, quod ſecus in tutore dato à Iudice inferiori, licet etiam ex inquiſitione, quæ diſtinctio eſt communiter approbata per omnes *DD. in l. tutores, ff. de confirmat. tutor.* prout ità tenendam eſſe tanquam magis receptam inquit *Silueſt. Inſtit. de ſatiſdat. tutor. & curat. in princ. col. fin. num. 43. & col. 4. in fin. nu. 17.* & hanc diſtinctionem *Authoris* noſtri *hic*, & eius deciſionem latiſſimè defendit *Gratian. tom. 1. diſcept. forenſ. cap. 13. per tot.* dicens, hoc procedere ſeruatis illis quatuor
2 requiſitis, de quibus in *l. naturali, §. 1. de confir. tut.* an ſcilicet dederit qui dare potuerit, an ille acceperit cui fuerit dandus, & is datus ſit cui dandi facultas fuerat, & quòd pro Tribunali decretum ſit interpoſitum, aliàs ſi vnum ex iſtis requiſitis deficeret, non præſumeretur pro datione, ſed ceſſarent effectus inquiſitionis, *Aſin. in praxi §. 7. limit. 141. nu. 5. Angel. conſ. 325. col. 2. verſ. de tertio, num. 3.* idem *Silueſt. in loc. cit. num. 15. in 8. notab.*

3 Sed contrarium ſeruatur in praxi, cùm tutor licèt ſit datus à Iudice ſuperiori, ſẽper teneatur ſatiſdare, prout ſemper vidi obſeruatum tàm in Magn. Cur. Vic. quàm in Sacro Conſilio.

DECIS. XCII.

De hac quęſtione latiſſimè ſcripſi in *deciſ. 170.* & vide *Vincent. de Franch. in dec. 246.* & circa fructus perceptos per hæredem cum beneficio legis, & inuentarij, quòd cedant ad commodum creditorum hæreditatis, latè etiam ſcripſi in *deciſ. 97.*

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica in generali inſtitutione non venit, vbi de ea non fuerit cogitatum.*
2 *Secus in vniuerſali.*
Intellige, dummodò non ſit tranſitoria ad hæredes extraneos, num. 3.
Limita, num. 16. & 19.
4 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica quando veniat in reſtitutione fideicommiſſi.*
5 *Emphyteuſis conceſſa pro omnibus, & quibuſcunque hæredibus, eſt tranſitoria ad extraneos.*
Sed contrarium, num. 8.
Amplia, etiam ſi dictũ ſit pro maſculis quibuſcunque, num. 6.
Item ſi fuerit conceſſa ad certũ tempus pro ſe, & hæredibus, vel ſit facta pro ſe, & filijs hæredibus, & deſcendentibus in perpetuum, num. 7.
9 *Emphyteuſis tranſitoria ad hæredes quando dicatur, & num. 10.*
11 *Clauſula,* ad habendum, & tenendũ, *quid operatur.*
12 *Clauſula in fine contractus ſolita apponi,* prædictis conditionibus ſemper ſaluis, *non reſtringit facultatem alienandi per prius conceſſam.*
13 *Clauſula,* ad habendum, & tenendum, *poſita poſt ordinatum fideicommiſſum, quid operatur.*
Et an interſit, vt ſit poſita in diſpoſitiuis, vel in exequutiuis, num. 14.
15 *Clauſula prædicta quando dicatur poſita in diſpoſitiuis, & non in exequutiuis.*
16 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica trãſitoria ad extraneos*

tranceos non venit in generali institutione facta fauore Ecclesiæ, vel Clerici.
Itē fauore loci pij, Cōfraternitatis, vel Collegij merè laicalis, num. 17.
Limitatur pluribus modis, num. 18.
19 *Emphyteusis priuata concessa pro se, & hæredibus, venit in generali institutione.*
20 *Feudum venit in vniuersali dispositione, quando disponens non incideret in pœnā amissionis eius, vel quando dispositio confertur in personam de comprehensis in inuestitura.*
21 *Emphyteusis comprehenditur etiam in legato, vbi apparet testatorem illam velle comprehendere.*
22 *Legatū emphyteusis Ecclesiastica valet saltim quoad æstimationem.*
23 *Legato feudo debetur æstimatio, vbi decisio.*
24 *Instituto hærede extraneo in re feudali debetur æstimatio.*
Sed contrarium, num. 25.
26 *Emphyteusis non venit in generali obligatione bonorum.*
Limita fauore dotis, num. 27.
Amplia, etiam si dos esset cōfessata, dummodo illius præcederet promissio, num. 28.
29 *Emphyteusim inscio domino legari, vel donari posse, quomodò id concipiatur, latè discutitur, ad declarationem* glos. in l. fin. C. de iur. emphyt. vers. vendere, *& num.* 30. 31. 32. *&* 40.
33 *Laudimium debetur domino ex donatione rei emphyteuticæ.*
Contrarium, num. 35. & 39.
Prima opinio verior, num. 37.
Intellige, vbi adesset consuetudo, num. 43.
Contrarium verius, num. 44.
34 *Consensus domini in donatione rei emphyteuticæ ad quid requiratur.*
36 *Laudimium non debetur per institutum, vel legatarium comprehensum in inuestitura.*
37 *Laudimium debetur non pro consensu, sed pro inuestitura.*
38 *Facultas alienandi emphyteusim non tollit petitionem laudimij.*
41 Text. in l. fin. C. de iur. emphyt. *declaratur.*
42 *Æstimatio laudimij quomodo sit facienda, & secundùm quod tempus, tàm ex causa lucratiua, quàm onerosa.*
43 *In solutione laudimij consuetudo attenditur.*
45 Vinc. de Franch. in decis. 201. *refellitur.*

DECIS. XCIII.

EMphyteusim Ecclesiasticam in generali institutione non venire
1 quando de eis nihil fuerit cogitatum cōcludit *Author hic*, prout hoc cum multis tuetur *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 25.* sequutus *Authorem hic*, plenè defendit *Amic. in eius tract. de iur. emphyt. quæst. 80. per tot. & Rota decis. 154 part. 1. in nouiss. Aldobrand. in decis. nouiss. Roman. 262. num. 11. part. 1.*
2 *volum. 1.* secus autem in vniuersali, prout latè *Gratian. tom. 2. discept. forens. cap. 344.* cùm per talia verba vniuersalia includerētur ea, quæ aliàs non comprehenderentur, vt ex traditis per *Bart. in l. generali, §. vxo-*
3 *ri, ff. de vsufruct. legat.* dummodo emphyteusis sit transitoria ad hæredes extraneos, prout tenuit *Rota in vna Romana deuolutionis domus 5. Aprilis 1593. coràm B. M. Penia*, & posteà *de anno 1597. 24. May in vna Romana domus coram D. Brauo*, & habetur etiam in *decis. 154. part. 1. diuers.* de quibus etiam testatur, easque comprobat *Farinac. in decis. 642. num 9. & 10. par. 1.* & antè eos tenuit *Aymon cons. 256. nu. 5. vers. sed hic*, quo casu veniunt etiam in re-
4 stitutione fideicommissi, vt ex communi firmat *Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 7. tit. 9. num. 1. & 6.* & sequitur *Crass. in §. fideicommissum, quæst. 5. num. 5. Mart. de success. legal. part. 4 quæst. 21. artic. 11. num.* 112. vbi inter vnum, & alterum casum decisionem refert, sic quoque *Simon de Prat. de interpr. vltim. volunt. fol. 351. num. 6. & seq. Petr. de fideicommiß. quæst. 8 num. 181. Peregrin. de fideicommiss. artic 6. num. 29.* & ita fuisse sententiatū dicit *Farinac. decis. 152. nu. 2. part. 1. Fusar. de fideicommiss. substit. quæst. 630. num. 5. & seq.*
5 Et dicitur transitoria ad extraneos, si fuerit concessa pro omnibus, vel quibuscunque hæredibus, itá *Socin. sen. cons. 195. num. 4. lib. 2. Bero. cons. 102. num. 14. & seq. & cons. 107. num. 4. lib. 1.* communem appellat *Couarr. lib. 2. variar. cap. 17. num. 5. versic. quarta conclusio, Roland. consil. 96. num. 28. & seq. lib. 1. Clarus §. emphyteusis, quæst. 6. vers. sed nunquid, & q. 28. vers. secundus est casus,* quam magis communem attestatur *Gabr. cons. 76. num. 13. lib. 2. Padill.* post *Bald. in l. cùm virum, col. penult. vers. ex hac igitur, C. de fideicommiss. Alex. Trentacinq. de substit. part. 4. cap. 8. nu. 26. Intrigl. de substit. centur. 2. quæst. 94. nu. 28. & centur. 3. quæst. 74. num. 120. Fusar. de substit.*

subſtit. d. quaeſt. 630. num. 4. Mantic. de ta-
cit. & ambig. lib. 22. tit. 19. num. 22. qui id
6 ampliat, etiam ſi eſſet dictum pro maſcu-
lis quibuſcunque, vt num. 23. vel ſi fuerit
conceſſa ad certum tempus pro ſe, & hæ-
redibus, vt num. 29. vel ſi eſſet facta pro ſe,
7 & filijs, hæredibus, & deſcendentibus in
perpetuum, vt in terminis ponderauit Ro-
ta apud Farinac. in deciſ. 435. nu. 4. part. 1.
licèt Mantic. d. tit. 19. num. 21. ſub dubio
eam admittat.

Sed contrariũ acerrimè tuetur Magon.
in deciſ. Lucenſ. 12. ſubdens ſic fuiſſe deci-
8 ſum, ſcilicet emphyteuſim Eccleſiaſticam
conceſſam pro ſe, ſuis hæredibus, & ſucceſ-
ſoribus in perpetuum non eſſe tranſitoriã
ad hæredes extraneos, quam etiã opinio-
nem nedum communem, verùm ſequi de-
bere in conſulendo, & iudicando dicit
Bero. conſ. 102. num. 14. & ſeq. lib. 1. eamq;
probat Roland. conſ. 96 num. 6. lib. 1. & re-
ceptiorem etiam adhibitis cum iuſta cau-
ſa ſolẽnitatibus dicit Gabr. conſ. 84. nu. 51.
& ſeq. lib. 2. & ſecundũ eam in Sacro Au-
ditorio fuiſſe deciſum teſtatur Caputaq. in
deciſ. 304. num. 1. quem ſequitur poſt mul-
tos Mantic. de tacit. & ambig. d. tit. 19. nu.
20. ſed vide quid de his verbis dicit Ri-
min. iun. conſ. 160.

Et Cephal. in conſil. 400. lib. 3. con-
9 cludit, quòd emphyteuſis Eccleſiaſtica
nunquam in extraneos tranſit, niſi vel ſit
expreſsè cautum, vel verbis idem impor-
tãtibus veluti pro ſe, & quibus dederit, vel
pro hæredibus quibuſcunque, & hoc vltrà
debitas ſolemnitates requiſitas in aliena-
tione, aliàs ſecus, vltrà quòd etiam aſſerit,
articulum eſſe dubium, prout talem etiam
exiſtimat Pariſ. conſ. 71. nu 37. & ſeq. lib. 3.
cum quibus etiam ſe conuenit idem Ma-
gon. d. deciſ. num. 16. vbi ſic contrarias con-
cordat opiniones, & in caſu ſuo non con-
ſtabat de ſolẽnitatibus, vt in d. nu. 16. aſſe-
rit, ſed eſt aduertendũ, quòd intelligi debet
de ſolemnitatibus à iure Canonico requi-
ſitis cauſa legitima, non autem de ſolem-
nitatibus à conſuetudine inductis, quo ca-
ſu etiam ſi pro hæredibus eſſet conceſſa,
ad extraneos non tranſiret, vt ex commu-
ni ſic contra Clar. diſtinctionem tuetur
Mantic. de tacit. & ambig. d. lib. 22. tit. 19.
num. 17. & ſeq.

10 Item ad extraneos dicitur quoque tran-
ſitoria emphyteuſis, quando eſſet conceſ-
ſa cum clauſula, ad habendum, & tenen-
dum, &c. & quicquid placuerit, quæ clau-
ſula æquiparatur clauſula, & quibus de-
derit, & facit emphyteuſim hæreditariam
tranſire ad quoſcunque hæredes etiam ex-
traneos, Curt. iun. conſ. 4. num. 1. Clar. in
§. emphyteuſis, quaeſt. 28. in fin. Couar. lib. 2.
variar. reſolut. cap. 17. num. 5. Gozad. con-
ſil. 9. num. 2. Dec. conſ. 614. num. 2. Cache-
ran. deciſ. 164. num. 1. Theſaur. deciſ. 146.
num. 6. Vincent. de Franch. deciſ. 6. num. 7.
par. 1. Mantic. de tac. & ambig. lib. 22. tit. 19.
num. 24. vbi extendit etiam ad ſingulares
ſucceſſores, & num. 25. & ità tenuit Rota
coràm D. Card. Pamphilio de anno 1596.
& de anno 1581. coràm D. Card. Lancel-
lotto, teſtatur Farinac. in deciſ. 152. part. 1.
nu. 1. & de alijs deciſionibus de anno 1592.
de anno 1596. & 1597. item de anno 1610.
& 1611. & de anno 1612. & 1614. tradit
idem Farinac. fuiſſe iudicatum, vt in deciſ.
642. part. 1. & deciſ. 280. num. 4. vbi alios
etiã refert de anno 1605. & deciſ. 294. nu. 3.
part. 3. ex eo, quia ob dictam clauſulam,
11 ad habendum, &c. cenſetur conceſſa facul-
tas, & licentia alienandi, vt tradit Alberic.
in l. fin. num. 8. C. de iur. emphyt. quem ſe-
quitur Corbul. de cauſ. priuat. ob alien. irre-
quiſ. dom. lim. 3. in princ. vbi hanc commu-
nem appellat, ſic etiam in ſpecie Becc. con-
ſil. 88. num. 11. 23. & ſeq. Cacher. deciſ. 164.
& ità pluties determinaſſe Rotam teſta-
tur Farinac. in deciſ. 435. nu. 12. etiam non
obſtante alia clauſula deindè poſt eam
12 poſita, ſolita in contractibus, ſcilicet præ-
dictis conditionibus ſemper ſaluis, cùm per
eam non intelligatur ſublata facultas alie-
nandi in præiudicium vocatorum, ſed ſo-
lùm præſeruatum ius Eccleſiæ, & ſic dire-
cti domini, ſubdẽs ſic Rotam determinaſ-
ſe, ad quod etiam poteſt adduci id, quod à
D. Reg. Capycio Latro traditur in deciſ. 22.
13 à num. 5. vſque ad num. 10. qui ob dictam
clauſulam, ad habendum, & tenendum, po-
ſitam poſt ordinatũ fideicommiſſum ait,
illud ſubſiſtere ſolùm in caſu, quo graua-
tus non alienaret, & non vbi alienaret,
quia per eam cenſetur mutata diſpoſitio,
vt latè etiam Caſtill. deciſ. 250. numer. 97.
& ſeq.

Quamuis nonnulli id ſentiant, vbi clau-
14 ſula hæc eſſet poſita in diſpoſitiuis, non
autem in exequutiuis, vt dicit Paris de Pu-
teo de feud. cap. 95. quam communem di-
cit Oſaſc. deciſ. 164. nu. 1. & ſeq. & conſ. 16.
num. 21. & communè etiam appellat Becc.
conſ. 88. num. 49. illamq; veram exiſtimat
Vincent. de Franch. in deciſ. 6. num. 7. cum
qua diſtinctione fuiſſe iudicatum in Rota
teſtatur Farinac. in deciſ. 438. part. 1. de-
ciſ. 642.

cis.642.num.6.par.1.& decis.535.num.11.
vbi aliam decisionē de anno 1611. refert,
sic etiam *Puteus decis.396. lib.1.* & dicitur
in exequutiuis, quãdo esset posita in clau-
15 sulis loquentibus de inuestitura, & tradi-
tione possessionis, vt dicit idem *Osasc.d.de-
cis.164.num.3.*& sic vbi ex interuallo post
perfectam dispositionē, secus si immedia-
tè post per verbum continuatiuum sermo-
nis, & non inchoatiuum, veluti *inuestien-
tes, &c.* vt optimè idem *Farinac.* hoc pon-
derat, & declarat in *decis.294.nu.7.par.3.*
Limitatur tamen hæc conclusio, quan-
16 do institutio fieret fauore alicuius Eccle-
siæ, loci pij, aut in Clericos, tunc enim em-
phyteusis Ecclesiastica etiam cum dictà
clausula concessa non veniret, quia in eos
non potest transire tanquam personæ po-
tentes, & manus mortuæ, ità *Bald.in auth.
quas actiones, num.13. versic.tertio modo,
C.de sacros.Eccles.Ruin.cons.143.num.10.
vers.secundo etiam, lib.1. Rodoan.de rebus
Eccles. non alien. quæst.79.cap.9.num.27.
Clar.§.emphyteusis, quæst.15.vers.arbitror
tamen, Corbul.de caus.priuat.ob alien.am-
pliat.12.num.2.* & ità per *Rotam in vnà
Cæsaraugustana emphyteusis 29. Nouēbris*
1611. iudicatum testatur *Ludouis.dec.529.*
17 vt etiam de loco pio, Archiconfraternita-
te, vel Collegio merè laicali dicit *Farinac.
in decis.603.num.2.part.1.* scilicet ad hunc
effectum illas dici manus mortuas, quam-
uis *Beltram.in addit.ad decis.Ludouis.520.*
18 *sub num.14.* dicat, hanc limitationem tri-
pliciter sublimitari, primò, vbi esset transi-
toria ad hęredes extraneos, subdens sic te-
nuisse Rotam in nõnullis decisionibus per
eum relatis, de cuius veritate pro nunc nõ
insisto, ex eo quia si transit in extraneum,
non tamen amittitur spes deuolutionis,
nec laudimij, prout esset in Ecclesia, vel
quauis alia manu mortua, & si in hoc casu
posset cogi vendere infra annum emphy-
teusim, vt incidat in manus priuatorum,
iudicatum refert *Farin. d.decis.603. nu.1.
part.1.* vi tamen directiua rationis, non
arctatiua, licèt nonnulli in hoc casu te-
neant, Ecclesiam debere soluere laudimiũ,
& deindè quindennium, hoc est laudimiũ
singulis quindecim annis, nè nimis graue-
tur dominus directus, vt firmat *Episc.Ricc.
decis.10.* inter omissas post praxim, & *No-
uar.in explicatione bullarum inter præter-
missas solutionis quindennij fol.633.nu.16.
cum seq. Capan.de iure releuij, q.27. cum
seq.& Rota decis.280.num.4.* apud *Farin.*
& etiam tenuit *Rota in vna Neapolitana
laudimij Veneris 10. Decembris 1639. in
principio.*
Secundò, quando Ecclesia nollet retine-
re, sed parata esset vendere personæ priua-
tæ, cùm respectu pretij esset capax, ex tra-
ditis per *Specul. tit.de locat. §.nunc aliqua,
quæst.117.* quem sequuta fuit *Rota* apud
Farinac.in decis.261.sub nu.7.part.1. Ter-
tiò, vbi dominus directus vellet, vt Ecclesia
retineret, ex *Surd. cons.521. nu.10. vers.4.
respondeo, & Menoch.cons.216.nu.43.* pro-
ut etiam tenuit *Rota in vna Romana ces-
sionis* coràm *D.Buratto*, dummodò non
essemus in terminis *Bonifaciana*, quæ facit
emphyteusim transitotiam ad quoscunq;
præter Ecclesiam.
19 Limitatur etiam secundò hęc conclusio
in emphyteusi priuato concessa pro se, &
hæredibus, cùm & illa veniat in generali
institutione, vt tenet *Imol.in l.si patroni, in
princ.* & ibi *Alex. num.4.ff. ad Trebellian.
Padill.in l.cùm virum, num.56. C.de fideic.
Alex.Trentacinq.de substitut.part.4.cap.8.
num.27. Ioseph. Ludouic. decis.Lucens.39.
num.50.& Magon.decis.12.num.23.* quos
etiam pro restitutione in fideicommissum
allegat *Fusar. de substit. quæst.630. nu.16.*
20 prout de feudo dixerunt *Fab. de Anna
cons.120.lib.2. & Camill.de Med. cons.20.
num.14.* quòd in vniuersali dispositione
veniunt etiã feuda, quando disponens non
incideret in pœnam aliquam amissionis
ipsius, eo magis quando dispositio confer-
retur in personam de comprehensis in
inuestitura, vt probaui in *decis.11.* prout
de emphyteusi voluit idem *Gratian.in de-
cis.March.56.per tot.* dicens, quòd quando
de ea facta est mentio non solùm in insti-
21 tutione, sed in legato, vel in alia disposi-
tione, vel vbi apparet de mente testatoris,
illam comprehendere, tunc licèt illa non
22 transeat ad extraneos hæredes, tamen eis
debetur æstimatio, probando hoc multis
rationibus, & contrarijs respondendo, vt
23 etiã de feudo legato, quòd debeatur æsti-
matio, decisũ refert *Frecc.de subfeud.lib.3.
different.11. in fin.* sic etiam in Regia Ca-
mera, & in Regio Collaterali Consilio de-
cisum inquit *Borrell.tom.1.sum.decis.tit.de
feud. num.690.* quod etiam voluerunt *La-
nar.cons.80.& de Ponte cons.88. per tot. in
fin.* quorum recēsentur decisiones pro hac
opinione, vbi etiam tenent, quod est for-
24 tius, quòd instituto hærede extraneo in re
feudali debeatur æstimatio, prout etiam
tuetur in *cons.75. num.15. lib.2.* quamuis
25 multi contrarium teneant, & signanter

Anna

Anna in alleg. 125. 126. & 127. & in *Consil. diuæ memoria, num.* 138.

Et hoc verius est, prout iudicatum fuit iunctis omnibus Tribunalibus in causa illorum de Sarriano, testatur *Anna filius in addit. ad eius genitorem in d. alleg.* 127. *in fin.* & iterum fuisse iudicatum in causa illorum de Venato, dicit in *consi.* 87. *num.* 6. vt etiam testatur *Bammatar. in allegat. pro Principe Asculi* post *repetit. cap. omnes filij, si de feud. defunct. milit. fuer. controu. et Camill. de Curte in diuers. iur. feud. cap. multoties, num.* 103. cum alijs nouissimè relatis per *D. Regent. Capycium Latro in decis.* 40. *num.* 3. *& seq.* vbi ex *Pont.* rationem diuersitatis inter legatum, & institutionē ostendit, eo quia res aliena legari potest, saltim vt debeatur æstimatio, non autem vt in ea fieri possit institutio, *l. fin. C. de hered. instit.*

Ampliа, supradictam primam conclu-
26 sionem procedere etiam in generali obligatione bonorum, cùm neque emphyteutica bona contineantur, vt plenè tuetur *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 11. *tit.* 14. ac etiam latè *Seraphin. decis.* 1290. etiam si non adessent alia bona, dummodò non fuerint expressè obligata, vt sic per Rotam decisum fuisse refert.

27 Quamuis hoc limitetur fauore dotis, cùm ipsa in generali obligatione contineantur, quamuis de eis nihil fuerit cogitatum, etiam sinè consensu Domini, & nō obstante statuto Mantuano, vt hoc diffusè tuetur *Manent. decis. Mantuan.* 40. *per tot. & decis.* 48 *num.* 16. & 17. prout sic etiam *Merlin. in decis. Lucens.* 37. *nu.* 4. & 5. *Affl. decis.* 191.

Quod amplia procedere, etiam si mari-
28 tus in testamēto fateretur se dotem recepisse, dummodò præcedat promissio, vt ex *d. decis.* 40. *Manent.*

Illud verò, quod dicit *Author hic nu.* 1.
29 emphyteusim posse inscio domini donari, vel legari, secundùm opinionem *glos. in l. fin. C. de iur. emphyt. vers. alijs vendere*, satis videtur controuersum, quoniam licèt pro dicta opinione *glos.* vltrà adductos per *Authorem hic* steterint *Clar. in §. emphyteusis, quæst.* 15. *Pachin. lib.* 3. *controuers. cap.* 97. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 22. *tit.* 2. *num.* 36. vbi hanc magis communem opinionem appellat, & sequitur *eod. libro, tit.* 28. *num.* 55. & secundùm eam in Rota iudicatum refert *Ludouis. in decis.* 520. ob quod nullam domino competere prælationem super re donata, scribit ex multis authoritatibus *Ias. in d. l. fin. num.* 61. subdens, hanc esse veriorem, & communiorē; ex eo quia *text. d. l. fin.* loquitur in venditione, & nō in donatione, quoniam si emphyteuta volens alteri donare, teneretur dominum requirere, quis esset tàm fatuus, qui non acceptaret, & sic esset quid absurdum.

30 Tamen contrarium existimauit *Irner. in d. l. fin.* & ibi eum sequutus est *Bart.* qui id etiam firmat in *l. si domus, §. fin. ff. de leg.* 1. sic etiam *Cyn.* tàm in *d. l. si domus*, quàm in *d. l. final.* & ibi quoque *Riccard. Mal. Alber. de Rosat.* & secundū hanc opinionem fuisse in Senatu iudicatum testatur *Guid. Pap. in decis.* 46. *num.* 2. *vers. & secundùm hanc vltimam partem*, quam ipse veriorem putat, dicentem omninò dominum requiri debeti, aliter dominus esset in damno, quod permitti non debet, cùm per leges sit ei prouisum, nè iure suo priuetur, quoniam si eo irrequisito fieri posset donatio, remaneret quidem dominus priuatus personali actione, quam haberet contra primum emphyteutam, quùm contra donatarium agere non posset pro cēsibus, nam actio personalis nō sequitur fundū, & sic dñus pernecesse agere deberet actione reali, & successiuè probare dominium, cuius probatio difficilis est, quæ ratio ità militat in donatione, sicut in alienatione.

Nec mouent iura per *glos. in d. l. fin.* allegata, nam vt dicit *Bart. in locis* citatis, loquuntur in emphyteusi Fisci, vel Reipublicæ, in quibus cessat ratio prædicta, cùm ad quemcunque vadant, sunt obligati ad ipsum canonem soluendum.

31 Nonnulli autem tenuerunt, seruandam esse in hoc loci consuetudinem, an res emphyteutica donari, vel legari possit irrequisito domino, vt dicit *Ang. in l. fin. C. de iur. emphyt. Mantic. de tac. & ambig. lib.* 22. *tit.* 18. *nu.* 65. *Clar. in §. emphyteusim, q.* 15. *in fin.* quamuis etiam dicat, æquam esse opinionē, quòd emphyteuta volens donare, vel legare ius suū, requirere debet consensum domini, vt volente domino illud acquirere pretio æstimando, & sic vt in re emphyteutica præferatur donatario, vel legatario, & quòd ità ipse aliquandò in circulis substinuit, & si in practica durum esse obtinere, dicat propter authoritatem contrarium tenentium, prout etiam tenet *Guid. Pap. in decis.* 47. & ibi *Ranchin. in addit.*

32 Multi verò aliter sentierunt, dicentes, verissimum esse, emphyteusim posse irre-

quisito

quisito domino donati, verùm quòd do-
natarius rem sibi donatam accipere non
33 potest, nisi à manu domini, & ei soluere
quinquagesimã pro laudemijs, aliter quod
cadat in commissum, vt pro absoluto fir-
marunt *Salyc. & Guid. de Suzar. in d. l. fin.*
quia hoc modo subuenitur domino dire-
cto circa præseruationem iuris sui emphy-
teutici, nam donatarius recipiendo inue-
stiturã ab ipso domino directo, & sibi sol-
uendo laudimia, obligatur in futurum ei-
dem domino ad solutionem canonis, &
aliorum iurium emphyteuticorum, & sic
hoc modo ius domini non remaneret de-
terius, & hanc opinionẽ vti veram sequu-
tus etiam fuit *Guid. Pap. in decis. 46. nu. 2.*
in fin. dicens, donec donatarius fuerit per
dominum inuestitus, & retentus, in eum
non transfertur dominium, non obstante
illa ficta possessione per præcarium, vel re-
tentionem vsusfructus, subdens, sic fuisse
in Senatu iudicatum ad beneficium secun-
di donatarij, qui fuit inuestitus per domi-
num directum, quę sententia datis alijs ad-
iunctis fuit deindè confirmata, prout etiã
itã in Curia iudicatũ refert *Baro. in addit.*
ad d. decis. hanc eandem *Salyc. & Suzar.*
opinionem disputato articulo firmat *Ias.*
in d. l. fin. num. 59. dicens, hanc esse com-
munem, & eiusdẽ opinionis allegat *Guar.*
de Castall. in d. l. fin. qui intrepidè ait, quòd
ità ipse pro hac opinione iudicaret con-
tra opinionem *glos.* & idem *Ias. num. 63.*
inquit, quòd aliud sit posse donari irrequi-
sito domino, & hoc non negatur, quia ipsa
veritas est, aliud verò posse emphyteutam
suum singularem successorem propria au-
thoritate in possessionem inducere, & hoc
negatur, cùm in isto casu teneatur requi-
rere dominum, vt ipsum in emphyteutam
recipiat, eumque in possessionem inducat,
inuestiendo iuxtà formam *d. l. fin. vers. ne-*
cessitate, hanc etiam opinionẽ sequuti sunt
post *Imol. in cap. potuit, nu. 11. vers. sed ad-*
uerte, & ibi *Cardin. & Innoc. Alexand. in*
d. l. si domus, §. fin. ff. de leg. 1. Cuiac. in d. l.
fin. Clar. in § emphyteusim, quæst. 15. nu. 2.
vers. arbitror tamen, dicens, in hoc omnes
concordare, & de communi *Bertr. cons. 61.*
num. 1. lib. 2. & cons. 124. nu. 1. lib. 1. Man-
tic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 18. num. 67.
& seq. Rota apud *Ludouis. decis. 520. nu. 2.*
Vincent. de Franch. decis. 201. num. 3. vers.
his sic discussis, Rota Auenion. decis. 143. n. 3.
qui ampliat etiam ad relicta ad pias cau-
sas, *Gratian. tom. 2. in discept. cap. 377. nu. 1.*
sic etiã *Fachin. lib. 3. controuers. quæst. 97.*
vers. licèt, vbi hanc opinionem vti verio-
rem probat ex *text. d. l. fin. vers. transferri*,
per quem ait, consensum domini esse di-
uersum in donatione, & in vẽditione, nam
in venditione requiritur ob prælationem
34 quam habet dominus emere volens, in
donatione verò vt donatarius ab eo inue-
stietur non solùm ad finem habendi laudi-
mium, sed etiam annuum canonem, & sic
in donatione nõ requiritur assensus, vt do-
minus præferatur, sed vt recognoscatur, &
hæc est ipsa veritas.
35 Sed ex hoc infertur, ex donatione rei
emphyteuticæ irrequisito domino facta
nõ deberi domino laudimium, quia illud
debetur ratione domini consensus, vt in
puncto notauit *Gozadin. in cons. 65. nu. 9.*
vbi id in specie firmauit, scilicet laudimiũ
non deberi vbi alienatio fieret irrequisito
domino, & notat *Vincent. de Franch. decis.*
201. nu. 3. in fin. sic etiam *Brun. cons. 124.*
col. 2. ad med. Riminald. iun. cons. 57. nu. 19.
& 20. Menoch. cons. 226. num. 166. & con-
sil. 444. num 41. quod etiam voluit *Ceph.*
cons. 699. num. 30. dicens, laudimium non
36 deberi per institutum, vel legatariũ, quan-
do sumus in emphyteusi concessa pro se,
& quibuscunque hæredibus, & successori-
bus, quasi tunc videatur dominus à prin-
cipio concessisse, vt sine vlteriori requisi-
tione possit emphyteusis in quemcunque
alienari, & sic videtur institutus de com-
prehensis, vt etiam videtur sentire *Io. Vin-*
cent. de Anna in alleg. 106. num. 5. vers. ter-
tio, & in casu nostro *Vinc. de Franch. de-*
cis. 447. in fin. licèt ibi casus remanserit in-
decisus, *Bertazzol. cons. ciuil. 112. num. 4.*
& 15.
37 At contrarium alij firmarunt, dicentes,
non esse verum, laudimium deberi ex con-
sensu domini, sed pro inuestitura, & actua-
li traditione possessionis, quæ fit nouo em-
phyteutę, ex *tex. l. fin. §. & ne auaritia, C. de*
iur. emphyt. vt in pũcto *Imol. in cap. potuit,*
num. 13. extra locati, Bcee. cons. 2. in princ.
Amod. de Ponte de laud. quæst. 1. Redoan. de
reb. Eccles. non alien. quæst. 66. num. 2. Bur-
sat. cons. 56. nu. 16. Rimin. cons. 579. nu. 19.
& 20. sic quoque *Socin. iun. cons. 70. nu. 11.*
& seq. lib. 3. & Menoch. cons. 297. nu. 27. &
35. lib. 3. vbi quòd est communis opinio
aduersus *Gozadin. in d. cons. 65.* prout etiã
contrà *Cephal. in d. cons. 699.* pro absoluto
tenuit *Surd. in decis. 200. num. 5.* dicens, il-
38 lum falsis moueri rationibus, etiam data
emphyteutæ facultate alienandi, quia non
per hoc censetur remissa solutio laudimij,
secun-

ſecundùm *Salyc. in l. fin. num. 2. in fine, verſ. fateor, C de iur. emph.* & ibi *Iaſ. nu. 4. & 15. & Bald. num. 3. Corbul. de cauſ. priuat. ob alienat. irrequiſ. domin. num. 7. ampliat. 2. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 21. nu. 34. Statil. Pacific. de Salutan. interd. inſpect. 3 cap 4 nu. 598. Grattan. to. 2. diſcept. for. cap. 377 num. 10.* vbi hanc opinionem veriorem appellat, etiam ſi dominus emphyteuſis in quemcunque alienationem fieri poſſe voluerit, allegans *Bertazzol. conſ. 46. num. 3. in titul. Clar. in §. emphyteuſim, q. 23. ver. ſed quid ſi in ipſa,* addo *Moifeſ. ad Conſuetud. Neapol. part. 2. quaſt. 8. num. 10. Viu. deciſ. 495. num. 5. & ſeq.* nec etiã eſſe verum, dicunt citati DD. ſignanter *Surd. d. deciſ. 200. ſub nu. 5.* quòd is, in quem fieret alienatio diceretur de comptehenſis, & tanquam vocatus ex prima inueſtitura contineri in ea (ſuppoſita licentia emphytentæ conceſſa alienãdi, in quem voluerit vel pro ſe, & hęredibus quibuſcunque) quia quòad ipſum nouũ emptorem ſemper dicitur noua requiſitio, & contraria opinio procedit, ſi inſtitutio, & legatum fieret illi, qui eſſet comprehenſus in inueſtitura, & qui poſſet ab inteſtato ſuccedere, quia tunc non ſoluitur laudimium, ſecus autem quando relinqueretur penitùs extraneo, vt declarat *Vincent. de Franch in deciſ. 447. & Amod. de Ponte de laudim. quæſt. 31. Gabr. conſ. 84 num. 12. libr. 1.*

39 Verùm articulus iſte non tranſit abſque difficultate, quoniam multi dixerunt, nullum ex donatione deberi laudimiũ, quia nulla in ea interuenit pretij conſtitutio, cùm laudimium ſit quinquageſima pars illius, & ſucceſſiuè ſi in donatione nõ fuerit expreſſa æſtimatio rei donatæ, ceſſat conſtitutio laudimij, vt tradunt *Speeul. tit. locat. verſ. 107. Petr. Iac. tit. de act. in rem pro re emphyt. Guid. Pap. d. dec. 48.* vbi alios hanc opinionem tenentes refert, & eam veriorẽ dicit ibi *Apoſtill.* & ſequitur *Vinc. de Franch. in d. deciſ. 201. num. 3. circ. fin.* ſic etiã pro abſoluto tenet *Caſſan in conſuet. Burgund. tit. des cenſes, §. 7. nu. 2. verſ. nunquid ex donatione, & in fin. in gloſ.* incip. *additio,* ex *Capell. Tholoſ. in deciſ. 278.* vbi diſtinguit circa hãc laudimij ſolutionem, donationem puram à donatione ob cauſam, cùm in prima ſolui non debet laudimium, in ſecunda verò ſic.

40 Sed contrarium optimè firmauit *Iaſ. in d. l. fin. ſub num. 59.* dicens, non obſtare quòd in donatione, ſeu in re donata non cadit pretium, quia illa æſtimatur, & ſecundùm æſtimationem ſoluitur quinquageſima, prout eum ſequutus etiam firmat *Aufrer. ad d. deciſ. Capell. Tholoſ.* & hoc cauetur ex *tex. d. l. fin. §. ne auaritia,* ibi, *quinquageſimam partem pretij, vel æſtimationis*
41 *loci,* ex quibus verbis dicit ibi *Bald. in lectura antiqua, num. 18.* quòd *text.* dum alternatiuè dicit, *pretij, vel æſtimationis,* quòd hæc ſecunda pars habeat locum in donatione, vt tũc res debeat æſtimari; quo caſu æſtimatio facienda erit ſecundùm
42 tempus, quo transfertur, quicquid ſit in donatione oneroſa, vel venditione, vbi attendi debet tẽpus venditionis, vt poſt *Syluest. conſ. 14. in fin.* pro indubitato firmat *Grattan. tom. 2. diſceptat. forenſ. cap. 377. in fine.*

Nonnulli quidèm, conſuetudinẽ obſeruandam eſſe cenſuerunt, prout tenet *Guid. Pap. in d. deciſ. 48* & ibi *Ranchin. & Ferrer. in addit. Cyn. in d. l. fin. Imol. in cap. potuit,*
43 *col. 7. verſ. aduerte tamen, extrà de locat. Molfeſ. ad Conſuet. Neapol. part. 2. quaſt. 8. num. 9. Vincent. de Franch. in deciſ 201. in fine,* vbi dicit, ideò in hac Ciuitate non ſoluitur laudemium, quia non viget conſuetudo illud ſoluendi, ſic etiam *Solſon. in ſua lucerna cellul. 7. n. 7. Celſ. Hugo cõſ. 60. num. 23. Cancer. lib. 1. variar. reſol. cap. 12. num. 4. Muta deciſ. 10. num. 7. Pellicc. ad Conſuetud. Auerſ. rubr. de quarta, num. 18. fol. 249.* & ità Sebuſianum Senatum determinaſſe inquit *Faber in ſuo Codice, lib. 4. tit. 42. defin. 29. Pappon. lib. 13. arreſt. tit. 2. arreſt. 20.*

44 Cœteri namque ea circumſcripta, omninò illud præſtandum eſſe concludunt, *Bertrand. conſ. 78. num. 1. & 5.* vbi laudimium integrum ſoluendũ eſſe ait, niſi aliter conſuetudo, ſiuè ſtatutũ diſponat, quòd verius mihi videtur, ſic etiam *conſil. 123. volum. 1. Bal. in cap. litera, de dilat. Peguer. in repetit. Conſtit. Item ne ſuper laudimio, verſ. 2. nu. 4. Laur. de Pinu conſ. 123. nu. 4.* ſic quoque *Cuiac. in d. l. fin.* & ibi *Salycet. Iaſ. num. 50. & 69.* vbi neminem in hoc diſcrepare ait, & ſequitur *Clar. in §. emphyteuſim, quaſt. 15. nu. 2. & quaſt. 23. verſ. ſed quaro,* vbi hanc communem appellat, *Statil. Pacific. de Saluian. interd. inſpect. 3. cap. 4. num. 595. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 18. num. 68. & ſeq. Facbin. lib. 3. controu. cap. 97.* ex eo quia laudimium in hoc caſu ſoluitur pro noua inueſtitura, quam dominus de nouo facit, ſic quoque firmarunt *Ludouiſ. in deciſ. 520. num. 2.* &

eam sequitur *Burg. de laudim. part. 2. inspect. 30. sub num. 4. Amod. de Ponte eodem tract. quæst. 30. Rota Auen. decis. 143. Barbat. de d. uis. fruct. part. 1. cap. 14 num. 18. ampl 3.* quam communem dixerunt *Corbul. de caus. priuat. ob alien. limit. 13. num. 3. Viu. com. opin. vers. emphyteuta, opin. 92. Villalob. commun opin. lit. E num. 33. Gratian. tom. 2. cap. 373. num. 31.* & hanc esse magis veram, & crebriorem sententiã dicit *Sperell. decis. 99. num. 45.* & ità tenendũ esse commendat *Cancer lib. 1. var. cap. 11. num. 67. & seq.* & de hoc videtur expresse determinari à *glos. in d. l. fin. vers. æstimationis*, ibi, *quando alio titulo transfertur*, & probat *text.* in dictis verbis, *pretij, vel æstimationis*, vt dixi suprà, & in *decis. 31.* & pro hac opinione contra tradita per *Vincent. de Franch.* bis fuit in S. C. iudicatum in causa Monasterij Diui Martini de Ordine
45 Sancti Brunonis primo die de Mense Iunij 1617. in causa Lupi Antonij Porcellæ donatarij Nicolai Porcellæ, & secundò de mense Martij 1621. ex quo fuit determinatum, deberi laudimium ex quolibet cõtractu tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate, & sic etiam ex legato, prout etiam in donatione inter viuos fuit per idem S.C. iudicatum de mense Martij 1639. in Aula Reg. Cons. Petri Antonij Carauitæ, & dixi in *addit. ad decis. 31.*

SVMMARIVM.

1 *Remissio mercedis fit conductori, vbi impeditur non solùm facto locatoris sed etiam tertij, cui ipse resistere non potuit, quãuis omnes casus fortuitos etiã incogitatos in se susceperit.*
Amplia, etiam si videns imminentiã periculi, ac impedimenti, non declarauerit velle discedere, sed in ipsa conductione persteterit, num. 3.
2 *Arrendamentũ attenta solutionis qualitate locatio est.*
4 *Locator tenetur ad omnia damna, & interesse quando impedimentũ esset iniustum, licèt non proueniat facto locatoris, in quo etiam habetur ratio lucri, si tale impedimentum ipse locator remouere poterat.*
Intellige, num. 5.
Amplia, quamuis post impedimentum quis in conductione perseuerauerit, dummodò anteà protestatus fuerit de damnis, & interesse, & quòd non intẽdebat ampliùs in conductione permanere, nom. 6.
Amplia, etiam in conductore vini, num. 8.
7 *Pretium rei recipiens non censetur approbare venditionem per metum factam.*

DECIS. XCIV.

INter alia dicit *Author* in hac decisione, quòd qui suscepit casum fortuitũ non tenetur pro eo, quod euenit culpa locatoris, ad quem adde, quòd quãdo quis in se suscepit omnes casus fortuitos etiam incogitatos, non solùm si impediretur facto locatoris vti re conducta
1 debet fieri remissio mercedis, sed etiam si facto Principis, vel tertij, cui resistere non potuit, vt latissimè *Mastrill. in decis. 299. & Seraphin. dec. 995.* & probaui in *dec. 87. & 131.* prout in pulchro casu consuluit *Camill. de Medic. in cons. 23.* dicens, etiam quãdo impedimentum esset iustum, velut in Arrendatore nundinarũ, quæ prohibentur per Regem timore pestis, (quod arren-
2 damentum virtualiter, & attenta solutionis qualitate locatio est, vt ex notatis per *Bart. in 4 quæst.* incip. *Publicanus, & Aretin in consil. 139. per tot.*) debet fieri remissio mercedis, vt voluit in alio suo *cons. 141.* vbi respondendo motiuo Regij Fisci, inquit, hoc etiam procedere, quando Arren-
3 dator videns imminentiam pestis non declarauerit, velle discedere, sed in ipso persteterit, vt ex traditis per *Boss. in tit. de remiss. merced. num. 47. versic. sed pone, quòd sumus.*

Secus autem quando impedimentum esset iniustum, nam tunc licèt non perue-
4 niat facto locatoris, ipse locator tenetur ad omnia damna, & interesse, & in eis habetur etiam ratio lucri, vt per *Camill. de Medic. in d. cons. 23.*
5 Quod intellige, quando tale esset impedimentum, quod locator remouere poterat, aliàs si illud tolli non poterat, quamuis esset iniustum, teneretur solùm ad pensionis remissionem.

Amplia, supradictam conclusionẽ procedere, quamuis post impedimentũ quis perseuerauerit in cõductione, dũmodò an-
6 teà fuerat protestatus, quòd non intendebat amplius in locatione permanere, ac se protestando de omnibus damnis, & interesse contrà locatorẽ, cùm per talem perseuerantiam non censeatur protestationi renunciasse, prout latè tuetur post multos *Manent. in decis. Mantuan. 38. num. 28. & seq.* sed vt consequatur damna, & interesse iuxtà protestata, exemplo eius, qui post venditionem rei per metum factam recepetit

perit pretium, quòd non censeatur facta
7 approbatio cōtractus, & metus purgatus, cùm præsumatur pretium recepisse, nè in tanto damno remaneret venditor, nempè in amissione rei, & eius pretij, vt per *DD. in l. si per vim, C. quod metus causa*, prout
8 in conductore vini, qui post protestationem in vendendo in conductione perseuerauit, firmat *Alex. in cons. 31. vol. 7.*

SVMMARIVM.

1 *Fœmina semel exclusa, nō dicitur perpetuò exclusa, & sic emphyteusis Ecclesiastica non dicitur deuoluta ad Ecclesiā per existentiam ipsius.*
Amplia etiam in feudo, num. 2.
Item, quamuis fuerit per statutum exclusa, num. 3.
Item amplia, non obstante amplissima renūciatione, licet in specie dicta emphyteusi Ecclesiastica, num. 28.
4 Bart. in l. Gallus, §. & si parente, ff. de liber. & posthum. *reprobatur.*
5 Decis. Farinac. 663. part. 1. *declaratur.*
6 *Fœmina in territorio Casinatensi succedit in bonis emphyteoticis vigore Breuis* Innocentij VIII. *etiam quando inuestitura est concepta pro masculis.*
Amplia, etiam si dictum sit, pro filijs, & nepotibus masculis tantum, num. 7.
Intellige, deficientibus masculis, num. 8.
9 *Fœmina in concessione in emphyteusim continetur, vbi absurdum sequeretur.*
10 Text. in cap. 1. §. quin etiam, Episc. vel Abbat. *declaratur, & num. 11. 12. & 13. cum seqq.*
14 *Verbum*, vlterius *quid denotat, & nu. 15.*
16 *Fœmina in feudo dicitur vocata ordine successiuo, vbi esset habilitata ad succedēdum in eo.*
17 *Fœmine non succedunt in feudo etiam per naturam fœmineam, nisi masculis non extantibus.*
Intellige, num. 18.
19 Author *in hac decisione notatur.*
20 Andreæ *opinio in* cap. 1. de eo, qui sibi, & hæred. suis, *non procedit attentis* Const. Regni, In aliquibus, & De successionibus.
21 Constit. Regni, In aliquibus, & De successionibus, *insunt in omnibus inuestituris feudorum Regni.*
22 *Fœmina in feudo hæreditario non excluditur à successione fratris, quamuis excludatur à successioe patris propter existentiam masculi.*
23 *Hæreditas patris non dicitur paterna post mortem filij, sed fraterna.*
24 Constitut. Vt de successionibus *in Regno est ampliata etiam in matertera, amita, & in fratribus patruelibus.*
Intellige, num. 25.
26 *Frater ex vno latere coniunctus an possit fratri succedere in feudo antiquo, remissiuè.*
27 *Fœmina exclusa per* Constitutionem, In aliquibus *cum onere, vt dotitur de paragio, non dicitur exclusa ex causa dicti paragij, sed ratione prælationis.*
29 *Frater diuidens bona cū fratre, si vni obueniat feudum, vel emphyteusis, qui deindè fuerit solus de ea inuestitus, tamen si decedat sine filijs, alter succedit, etiā si antea ipsi emphyteusi renunciasset.*
30 *Refutans admittitur decedente refutatario, cuius fauore fuit facta refutatio, iure tamen successionis.*
31 *Institutio in re certa cum hoc, vt institutus nihil vltrà petere possit, respicit fauorem vniuersaliter institutorum tantùm.*
32 *Fœmina semel admissa ob non existentiam masculorum non excluditur per ipsorum superuenientiam.*
33 *Testamentū Clerici an intelligatur secundùm ius commune, vel statuti.*

DECIS. XCV.

Fœminam semel exclusam non esse perpetuò exclusam, ità vt emphy-
1 teusis Ecclesiastica nō dicatur deuoluta ad Ecclesiam per existentiam ipsius, concludit *Author hic*, quam opinionem post infinitos DD. sequitur *Manent. in decis. 60.* ac in *cons. 19. lib. 1. per tot. & cons. 46.* quam etiam post nonnullos alios tuetur *Amic. de iur. emphyt. q. 50. & 51.* plenè etiam *Mantic. de tacit. & am-*
2 *big. lib. 23. tit. 18.* & hoc procedit etiam in feudo, vt tradit idem *Mantic in eod. lib. 23. tit. 35. per tot.* & signanter *num. 25. & seq.* subdens, ità ipsum cōsuluisse, scilicet quòd quando feudum est concessum pro se, & & hæredibus, fœminam semel exclusam nō esse perpetuò exclusam, quod indistinctè confirmauit *Anna filius in consil. 109. per tot.* quando masculus illicò decessetit, vbi 37. DD. maximæ authoritatis pro hac opinione allegat, dicentes, hanc esse communiorem, sed ad hoc vide pulchrum *consilium Camilli de Medicis 20.* vbi concludit, quòd fœmina semel exclusa à feudo per renunciationem factam patri pro se,

& hætedibus,& successoribus quibuscunq;
mortuis masculis, dicatur etiam exclusa
ob existentiam sororis in capillo.
3 Quod ampliatur, etiam si fœmina fue-
tat exclusa per statutum, scilicet per exi-
stentiam masculotum, quia non obstante
dicto statuto filia admittitur, ordine ta-
men successiuo, nempè primò masculus,
& eo deficiente fœmina, prout voluit post
Surd. hic Manent. in d. decis. 60. num. 12. vt
in terminis emphyteusis notat *Mantic. de
tacit. & ambig. lib. 22. tit. 18. num. 23. &
Amic. in d. quæst. 50.* prout ità communiter
seruari dicit *Mandos. ad Rom. in cons. 22.
in verbo admittatur*, sic quoque *Peregr. de
fideicommiss. art. 17. nu. 24. Gratian. tom. 2.
disscept. forens. cap. 347. nu. 14. & seq.* & ple-
nè quoquè *Rota Romana* apud *Ludouis.
decis. 344.* ex professo *Merlin. de legit. lib. 3.
tit. 1. quæst. 3.*
Et hanc esse communem opinionem
dicit post multos *Farinac. in decis. 663. nu.
18. part. 1. in fine*, vbi meminit de nostro
Authore hic, & ità fuisse iudicatum in vna
Bonon. deuolutionis 14. Ianuarij 1602.
quod etiam latè probat idem *Surd. in con-
sil. 140. num. 22.* ac *Peregrin. de iure fisci,
lib. 1. tit. 2. num. 102.* contra quos late ex-
clamat idem *Farinac.* qui fuit contrariæ
opinionis, dicēs, illos se fundare in opinio-
4 ne *Bart. in l. gallus, §. & si parente, ff. de
liber. & posthum.* asserentis, verba *pro filijs,
& hæredibus* stare disiunctiuè, cùm illa sit
communiter reprobata, cùm intelligantur
coniunctiuè, vt ipse probat *num. 17.* licèt
5 in casu dictæ decisionis plura concurrebāt
ad exclusionem fœminæ tùm respectu rei
concessæ, tùm etiam respectu concedentis,
vt ibi notatur. Nec est omittenda pro hac
opinione *decis. Ludouis. 33.* vbi in fortiori-
bus ait, fuisse resolutū, fœminas esse com-
prehensas in inuestitura emphyteusis Ec-
6 clesiasticæ pro filijs, & nepotibus masculis,
supposito Breue Innocent. VIII. ad bene-
ficium Ciuitatis Cesenæ, quòd in ea Ciui-
tate, & districtu fœminæ etiam in contra-
ctibus emphyteuticis intelligantur com-
prehensæ, & quòd admittātur non existen-
tibus masculis, subdens, etiam si in conces-
sione adesset dictio, *tantùm*, scilicet pro fi-
7 lijs, & nepotibus masculis tantùm, cùm nō
intelligatur posita dictio illa ad restringē-
dam concessionem ad sexum masculini-
tatis, sed ad qualitatem illam de recta li-
nea masculina, ad hoc vt concessio redda-
tur conformis Breui, subdens, sic fuisse di-
ctum in vna Cesenaten. bonorum, scilicet
8 quòd fœminæ non veniant, donec extant
masculi, & in cōcursu illorum, illis verò de-
ficientibus succedunt, vt declarat ibi *Bel-
tram. in addit.* subdens, sic fuisse resolutum
in alia Cesenat. bonorum 7. Maij 1610. &
hanc Rotæ decisionem ad intellectum di-
cti Breuis Innocentij VIII. pluribus com-
probat *Mantic. de tacit. d. tit. 18. num. 24.
cum plurib. seqq.* qui in *num. 28.* propterea
concludit, quòd fœmina semel exclusa, nō
dicitur perpetuò exclusa, ex *Socin. iunior.
cons. 61. nu. 7. lib. 2. Rimінald. iun. cons. 82.
num. 4. & 6.* nàm ponderando verba In-
nocentij, quòd extantibus masculis, fœmi-
næ ad bona emphyteutica non admittan-
tur, intelliguntur conditionaliter, tempo-
raliter, & suspensiuè, & non in perpetuum,
vt explicat idem *Socin. iunior in cons. 104.
9 lib. 2.* quod erit absque difficultate, vbi si
non comprehenderetur fœmina aliquod
absurdū sequeretur, cùm tunc & si vera, &
communis videatur opinio, fœminam in
emphyteusi Ecclesiastica nō comprehen-
di, vt dicunt infiniti Doctores allegati à
*Gabr. commun. conclus. tit. de verb. signific.
conclus. 6. nu. 111. & Cephal. cons. 11. nu. 21.
lib. 1.* quod absolutè tenuit *Rota Romana*
apud *Scraph. in dec. 1487. nu. 2. & Rota di-
uers. dec. 125. nu. 5. par. 2.* vbi veriorem etiā
esse credit, licèt dubitatiuè etiam pertran-
seat *Ludouis. in d. decis. 33. in princ.* tamen
vbi absurdum sequeretur fœmina veniret,
etiam, vbi mentio hæredum facta nō esset
in concessione, sed solùm filiorū, & nepo-
tum, vt est casus *decis. Rota 125. part. 2.* in
qua cùm esset facta concessio pro se, suis
filijs, ac nepotibus per directam lineam
descendentibus, & in euentū, quòd acqui-
rens filios non haberet, posset ad eius libi-
tum nominare personam præter Monaste-
rium, & Ecclesiam, aliamque personam
sub dignitate, decesserat tàm primus ac-
quirens, quàm eius filij, & nepotes, vnus
quorum in vltimis nominauit eius filias,
quæ prætendebant admitti ad emphyteu-
sim prædictam, tandem facta maxima di-
scussione, fuit ad beneficium illarum de-
terminarum, vt ibi.
10 Et quamuis id dici non possit respectu
feudi, per *tex. in cap. 1. §. quin etiam, Epi-
scop. vel Abb.* vbi semel exclusa perpetuò
durat exclusa, & ibi *Bal. Andr. Iacob. Alex.
Aluar. cæteriq; DD.* ob quod *Brun. de stat.
exclud. fœm. artic. 10. quæst. 5. num. 6.* dicit,
quòd ad hoc vt fœminæ nō dicantur per-
petuò exclusæ, oporteat quòd dicatur in in-
uestitura, quousque, & quandiù, vel donec
sint

sint masculi, aliàs si simpliciter sint exclusæ propter masculos, perpetuò dicuntur exclusæ, multos pro hac distinctione allegans.

Tamen hoc videtur procedere vbi in
11 inuestitura fœminæ non essent vocatæ, veluti quando concessio esset facta pro masculis, quia cùm fœminæ non fuerint vocatæ, nec cognitæ in illo feudo, sequitur deficientibus masculis illud deuolui ad Fiscū ex lege inuestituræ, q̃ est illa, quę dat formā feudo, *cap. 1. de duob. fratrib. à capit. inuest.* prout decisū fuit in Regia Camera Summariæ sub die 28. Iulij 1571. in causa Domini Regentis Reuerterij, & Mag. Fabritij Stendardi cum Regio Fisco, vt testatur *D. Regens Moles in eius decis. manuscript.* de qua etiam decisione mentionem fecit *D. Præs. Sacr. Cons. D. Petr. Iordan. Vrsin. in loco* infra allegato, at secus verò vbi in
12 feudo sui natura succederent tàm masculi, quàm fœminæ secundùm iuris dispositionem, quoniam si fœminæ priuarentur successione, intelligeretur stātibus masculis, vt dicit post innumeros *Iacob. Mart. in cons. 6. num. 40. cum seq.* & doctissimè aduertit *D. Regens Moles in eius decis. manuscript. q. 3.* vbi pro hac opinione sic ipso referente in Collaterali Consilio iudicatū refert in causa Ill. Ducis Magdaloni cum D. Ioanna Carrafa, & Regio Fisco super quodā feudo per patrē donato *pro se, & filijs masculis tantùm*, in quo tamen sui natura succedebant tàm masculi, quàm fœminæ, fuit sub die 19. Ianuarij iudicatum in Regio Collaterali Consilio, quòd nunquam fœminæ intelligantur exclusæ, vt Fiscus præferatur, sed tantùm vt masculi existentes in vlteriori gradu, præferanrur fœminis existentibus in priori gradu, quam etiā decisionem recollexit eruditissimus, & doctissimus nostra tempestate nemine secundus *D. Petr. Iordan. Vrsin. Præs. Sacr. Cons.* in eius eleganti *tract. de success. feud. part. 2. art. 2. sub num. 25.*

13 Et licèt nonnulli teneant etiam in hoc casu vbi vocati essent masculi, & fœminæ, quòd fœmina semel exclusa propter existentiam masculi perpetuò dicatur exclusa, per *text. in d. §. quin etiam*, ex verbis illis, *relicto masculo, vlteriùs fœmina non*
14 *admittuntur*, quod verbum *vlterius* notando *Bald. ibi* pro perpetuò dicebat fœminam semel exclusam, perpetuò dici exclusam, ob quam *Bald.* interpretationem sequuti enim DD. pro regula constituerunt.

15 Attamen eorum opinio fallax est, cùm verbum *vlterius* non sit positum pro perpetuo, sed temporaliter, aliàs esset contra *text. in cap. 1. §. filia, de success. feud.* prout satis doctè more suo aduertit *D. Horatius Montanus in lib. controuers.* nuper imprimendo, cùm verissimum sit, quod in om-
16 nibus casibus, in quibus fœmina est habilitata ad succedendū in feudo, semper intelligitur ordine successiuo, vt *d. cap. 1. §. si filia, & cap. 1. de eo, qui sibi, & hæred. script. mascul.* prout communiter firmarunt *Bald. cons. 215. vol. 2. Vegius cons. 28. num. 22. Natta cons. 564. num. 14. Alexand. cons. 9. num. 5. volum. 5. Roland. cons. 84. num. 17. vol. 4. Bursat. cons. 63. num. 9. & 11. vol. 1.* vbi dicit, esse magis receptam opinionem, *Honded. cons. 53. num. 6. vol. 1. Surd. cons. 384. nu. 73. cons. 317. nu. 2. cons. 349. nu. 1. & cons. 44. nu. 1. Menoch. cons. 400. nu. 9. cons. 391. num. 14. cum seq. & consil. 443. nu. 6. Schrader. de feud. par. 7. cap. 4. nu. 60. cum seq. Rosental. de feud. par. 7. conclus. 40. per tot. Mart. cons. 155. num. 1. & d. cons. 6. num. 41. cum seq.* & latè idem *Reg. Moles* in citata *quæst. 3.* fœminæ enim de iure nō
17 succedunt in feudo, etiam per naturam fœmineo, nisi masculis non extantibus, *cap. 1. de feud. fœm. Afflict. in cap. 1. nu. 18. de natur. success. feud. Zabarell. co. sil. 64. Curt. iun. cons. 18. num. 2. Mandos. ad Roman. cons. 367. Curt. iun. de feud. part. 1. tertiæ partis principalis, num. 32. Schrad. de feud. part. 7. cap. 4. num. 85. vers. quintò hæc conclusio, Intrigl. de feud. centur. 1. quæst. 7. num. 60. cum seq. Gyll. obseruat. 148. lib. 2. Becc. consil. 129. num. 60. cum seq. Bursat. cons. 63. num. 9. Menoch. cons. 391. num. 18.*
18 & si hoc intelligit *Bald. in d. §. quin etiam, in fine*, quòd hoc sit in feudo proprio, & recto, non autem quando natura feudi esset alterata, & feudum factum esset improprium, quo casu si fœmina vocata sit cum masculo, quia concessum est pro hæredibus tàm masculis, quàm fœminis, vel pro hæredibus vtriusque sexus, tunc cessat ordo successiuus, & fœmina admitur simul cum masculo, & si est proximior, agnatum remoriorem excludit, secundū quam opinionem ità responderunt ibi *Aluarot. ac Socin. cons. 257. num. 3. vers. aliquando, volum. 2. Menoch. cons. 65. nu. 8. Paris. cons. 12. num. 23. vol. 1.* latissimè *Surd. consil. 317. num. 22. consil. 349. & cons. 407. per tot.* & eum sequitur idem *Marta d. consil. 155. num. 5. cum seq.*

Vnde vera videtur opinio nostri *Authoris*

ris hic, fœminam semel exclusam non esse perpetuo exclusam, vbi feudum esset concessum pro masculis & fœminis, & si And. in cap. 1. de eo, qui sibi, & hæred. suis, quem ibi sequuntur Præpos. & Laudens. dicat, quod si ipsa succedat nullis existẽtibus masculis, si postea ex ea masculus oriatur, ipse auferret ab ea feudum, quia natura feudalis dormit, donec superueniat masculus, de quo quidẽ articulo quicquid sit attẽto iu-
30 re cõmuni feudorum, cùm contrariũ multi firmauerint, vt dicam in fine, de iure tamen Constitutionum Regni, In aliquibus, & Vt de successionibus, aliter habetur, vt notant cõmuniter nostri Regnicolæ, Dom. Reg. Lanar. in repet. §. huius autem generis, num. 53. cum seq. Anna in repet. rubr. de vasall. decrep. atat. num. 83. doctissimus, & meritissimus D. Regens Galeota lib. 1. controuers. cap. 14. num. 4. cum seq. Pisanell. in respons. post opus Cannet. nu. 18. & 29. nam
31 de iure Regni fœmina vocatur ad successionem feudi insimul cum masculo, licèt masculus præferatur in eodem gradu existens, dum tamen etiam de paragio dotet, vt habetur in d. Constit. In aliquibus, quod ius Constitutionis commune est in Regno, immò inest in omnibus inuestituris feudorum Regni, quæ ab ipso Iure Constitutionis interpretationem recipiunt, vt dicit Dom. Galeot. in d. num. 4. ex Pisanell. supra cit.

Immò supradicta cõclusio maximè vi-
32 detur procedere vbi feudum esset hæreditarium, in quo licèt fœmina esset exclusa à successione patris propter existentiam fratris masculi, non tamen esset exclusa à successione fratris, vt post Andr. & Afflict. in §. quin etiam, dicit Menoch. consil. 331. num. 55, dicens, hanc esse veram resolutionem, quam cũ pluribus comprobat Bursat. cons. 80. num. 29. cum quibus etiam pertransit Surd. consil. 384. num. 33. & seq. ex eo quia non diceretur idem feudum,
33 sed diuersum, sicut hæreditas fratris diuersa est ab hæreditate patris, vt per DD. in l. 1. §. veteres, ff. de acquir. hæred. quod tamen pro nunc non firmo, cùm id videatur contra text. in cap. 1. de vasall. decrep. atat. quicquid sit de Iure Constitutionis Regni, Vt de successionibus, vbi feudum esset receptum pro hæredibus, & successoribus, non addito verbo, ex corpore, dicit declarando d. cap. 1. Anna de vasall. decrep. atat. nu. 85. cum seq. & 9', quo casu frater succedit fra-
34 tri & soror sorori, aut fratri, & ibi vigore dictæ Constitutionis, quæ ampliata est in Regno etiam in matertera, & amita, imò ad fratres patrueles in quarto gradu ex gratia S. M. dummodò feudum descendat
35 à primo acquirente masculo, quod etiam notat Reg. Lanar. in repet. cap. 1. de success. feud. num. 6. licèt de hac controuersia in
36 feudo antiquo, an frater ex vno latere cõiunctus possit fratri succedere, doctissimè, ac diffusè scripsit eruditissimus D. Præses Iordanus Vrsinus de success. feud. part. 2. quæst. 2. art. 2. per tot.

Et hoc etiam attenta nostra Constit. In aliquibus, vbi disponitur, filiam esse exclu-
37 sam propter existentiam masculorum cũ onere dotandi eam de paragio, ad tradita singulariter per Minad. in repet. eiusdem Constit. In aliquibus, in 2. notab. num. 66. 67. & seq. dicentem, ius succedẽdi fœminatum non esse transfusum in ius paragij, ità vt ex ipsius causa dicatur exclusa, sed tantùm ipsa dicitur exclusa ratione prælationis, & ideò cessante masculo, ipsa censetur reintegrata ad portionem, ad quam fuisset successura, si masculus non successisset, ad notata per Bald. Paul. & Salyc. in l. si auus, de liber. prater. prout etiam sentit Bald. in cap. 1. §. quin etiam, Episcopum, vel Abbatem, in vsib. feudor. num. 3. versic. secus si statutum diceret, dicens, quòd illa non est exclusa, sed suspensa, nam masculo mortuo remotum est obstaculum, quod obstat fœminæ, vt etiã declarat Socin. iun. consil. 103. num. 11. & seq. lib. 2. Gratian. tom. 2. discept. forens. cap. 218. num. 86. maximè attento iure Longobardorum, tunc enim moriente masculo sine prole, fœmina ad feudum admittitur, vt post Minad. in citata Constit. in 3. notab. num. 120. sic consuluit Menoch. cons. 331. quod sequitur Mantic. de tac. & ambig. lib. 23. tit. 35. n. 31. & hoc non obstante quauis amplissima re-
38 nunciatione facta per dictam fœminam, & si in specie dictæ emphyteusi renunciasset, cùm ipsa admittatur ob non existentiã illorum, quorum contemplatione renunciauerat, vt singulariter Amic. in citata quæst. 51, cùm renunciatio hæc non fuerit facta ad commodum Ecclesiæ, prout in pulchro, ac notabili casu notat Corbul. de caus. priuat. ob renunciat. num. 30. dicens, quòd si facta diuisione inter fratres, vni obuenerit emphyteusis, & alter illi renunciauerit pro se & hæredibus, quòd etiam si frater, cui emphyteusis obuenit, fuerit deindè solus inuestitus, & decesserit sine filijs superstite renunciante, vel eius filijs, non prohibetur ille, vel eius filij non ob-

29 stante

29 stante renunciatione succedere, quia renunciatio non fuit facta ad commodum Ecclesiæ, nec Domini directi, sed pro fratre, & suis descendentibus, quibus non existentibus renunciatio non præiudicat. Hinc dixit *Andr. in cap. 1. per illum text. num. 1. de eo, qui fin. fec. agnat.* quod refutatio facta ad fauorem certarum personarũ, illis deficientibus cessat, & admittitur refutans,
30 quáuis refutatio sit facta in manibus Domini, non vt de nouo inuestiat, cùm talis refutatio personalis, & non realis sit, vt latè *ibi Liparul.* & alij, quod sequitur *Schrad. de feud. part. 8. cap. 5. num. 26. Camill. de Medic. cons. 2. num. 124. cum seq. de Ponte de potest. Proreg. in rubr. de refutat. feud. num. 33. & 34 Vincent. de Franch. dec. 591. Anna in repet. cap. 1. de vasall. decrep. atat. num. 7. cum seq. Georg. allegat. 17. num. 5.* licèt iure successionis, & non reuersionis, vt iunctis duabus Aulis per S.C. decisum, refert *Vincent. de Franch. in decis. 3.* & iterum in *decis. 591.* sic etiam *Anna in cons. 1.* hanc quoq; opinionem latè tuetur *Anna pater in d. repet. à num 350. vsque ad 366.* vbi ad contraria respondet, & ad hoc videntur facere notata per *Menoch. in cons. 46. num. 74. & 75. volum. 1.* ac in dicta *decis. 60. num. 8.* vbi ad comprobationem ait, quòd si testator aliquem instituerit in vita sua tantùm, vel in re certa tantùm, ità vt nihil vltrà consequi possit, quòd talis taxatiua, & particularis institutio censetur facta fauore aliorum hæredum vniuersaliter institutorum, non aliorum, qui nõ fue-
31 runt nominati, adeò vt ipsis deficientibus, vel repudiantibus, cesset limitatio, & allegat *Bart. in l. quoties, §. si duo, sub num. 4. & 5. ff. de hared. instit* & ibi *Imol. num. 37.* qui ait, quòd illa prohibitio plus non petendo durat, donec durat fauor instituti.

Quod secus, quando semel fuit admissa ob non existentiam masculorum, licèt ipsi
32 deindè superueniant, quia ipsa non excluditur, vt tenet *Aluar. in cap. 1. num. 5. de eo, qui sibi, & hared. suis, Iacob. in tract. de feud. in vers. & fœminis, nu. 17.* vbi inquit, hanc esse communem, *Curt. iun. in tract. feud. in 3. part. princ. in 1. reg. quæst. 28.* & post eos, & alios *Gabr. lib. 6. commun. conclus. tit. de statut. concl. 4. num. 8.*

33 Et circa id, quod dicit *Author hic*, quòd testamentum Clerici non intelligatur secundùm statutum, sed secundùm ius commune, vide notata per *me in addit. ad decis. 20. num. 11.*

SVMMARIVM.

1 *Dominium patris continuatur in filium.*
2 *Filius non tenetur soluere decimam de hæreditate patris, cùm non sit noua acquisitio, imò nec laudimium ex renouatione emphyteusis in eius personam facta, num. 3.*

DECIS. XCVI.

AD hanc decisionem, quòd gabella non debet solui ex contractu donationis factæ filio à patre,
1 ex eo quòd in eum continuatur dominium, vt etiam traditur ex *text. in l. cùm miles*, vbi *glos. in verbo quasi contunctim, circa medium, ff. ex quib. caus. maior. §. serui, Instit. de hared. qua ab intest. defer. l. fin. C. pro hared. DD. in l. cùm hares, ff. de acquir. poss.* adde *Decian. cons. 330. nu. 2.*
2 *vers. ex ista ratione*, vbi inquit, quòd filius non tenetur soluere decimam de hæreditate paterna, cùm non sit noua acquisitio, per *glos.* singularem in *cap. pastoralis, in verbo quasi de lucro, post princ. versic. super hoc dicas, de decim.* ea ratione, quia filius vna persona cum patre reputatur, & eo viuente dominus est, *§. sed sui quidem, Inst. de hared. qual. & differ.* hoc etiam videtur affirmasse *Bald. in cap. qua in Ecclesiarum, col. antepen. in fin. vers. extrà quaro, quando sit renouatio, num. 72. de const.* vbi quòd si fiat renouatio emphyteusis in personam filiorum, quòd non debeatur per eos laudimium, dummodò emphyteusis non fuisset in Ecclesiam reuersa, & reincorporata.

SVMMARIVM.

1 *Fructus satos per conductorẽ non esse obligatos creditori locatoris.*
Amplia, siuè sint fructus naturales, siuè industriales, siuè ciuiles, num. 7.
Limita, num. 11.
Contrarium verius est, quamuis essent industriales, num. 2. etiam fructus feudi, & sati, num. 3.
4 *Locator dominium penès se retinet, dum conductor rem locatam possidet.*
5 *Fructus sunt obligati, ac hypothecati pro eius pensione.*
6 *Actio furtiua competit cõtra conductorem, qui pensione non soluta fructus percepit.*
8 Glos. in l. si apes, §. item constat, ff. de furt. *impugnatur.*

9 *Ven-*

ris hic, fœminam semel exclusam non esse perpetuo exclusam, vbi feudum esset concessum pro masculis & fœminis, & si *And. in cap.1. de eo, qui sibi, & hæred. suis*, quem ibi sequuntur *Præpos & Laudens* dicat, quod si ipsa succedat nullis existẽtibus masculis, si postea ex ea masculus oriatur, ipse auferret ab ea feudum, quia natura feudalis dormit, donec superueniat masculus, de quo quidẽ articulo quicquid sit attẽto iu-
19 re cõmuni feudorum, cùm contrariũ multi firmauerint, vt dicam in fine, de iure tamen *Constitutionum Regni, In aliquibus, & Vt de successionibus*, aliter habetur, vt notant cõmuniter nostri Regnicolæ, *Dom. Reg. Lanar. in repet. §. huius autem generis, num. 53. cum seq. Anna in repet. rubr. de vasall. decrep. atat. num. 83.* doctissimus, & meritissimus *D. Regens Galeota lib. 1. controuers. cap. 14. num. 4. cum seq. Pisanell. in respons. post opus Cannet, nu. 18. & 29.* nam
21 de Iure Regni fœmina vocatur ad successionem feudi insimul cum masculo, licèt masculus præferatur in eodem gradu existens, dum tamen etiam de paragio dotet, vt habetur in *d. Constit. In aliquibus*, quod ius Constitutionis commune est in Regno, immò inest in omnibus inuestituris feudorum Regni, quæ ab ipso Iure Constitutionis interpretationem recipiunt, vt dicit *Dom. Galeot. in d. num. 4.* ex *Pisanell.* supra cit,

Immò supradicta cõclusio maximè vi-
22 detur procedere vbi feudum esset hæreditarium, in quo licèt fœmina esset exclusa à successione patris propter existentiam fratris masculi, non tamen esset exclusa à successione fratris, vt post *Andr. & Afflict. in §. quin etiam*, dicit *Menoch consil 331. num 55*, dicens, hanc esse veram resolutionem, quam cũ pluribus comprobat *Bursat. cons. 80. num. 29.* cum quibus etiam pertransit *Surd. consil. 384. num. 33. & seq.* ex eo quia non diceretur idem feudum,
23 sed diuersum, sicut hæreditas fratris diuersa est ab hæreditate patris, vt per *DD. in l. 1. §. veteres. ff. de acquir. hæred.* quod tamen pro nunc non firmo, cùm id videatur contra *text. in cap. 1. de vasall. decrep. atat.* quicquid sit de Iure *Constitutionis Regni, Vt de successionibus*, vbi feudum esset receptum pro *hæredibus, & successoribus*, non addito verbo, *ex corpore*, dicit declarando *d. cap. 1. Anna de vasall. decrep. atat. nu. 85. cum seq. & 9*. quo casu frater succedit fra-
24 tri & soror sorori, aut fratri. & ibi vigore dictæ *Constitutionis*, quæ ampliata est in Regno etiam in matertera, & amita, immò ad fratres patrueles in quarto gradu ex gratia S. M. dummodo feudum descendat
25 à primo acquirente masculo, quod etiam notat *Reg. Lanar. in repet. cap. 1. de success. feud. num. 6.* licèt de hac controuersia in
26 feudo antiquo, an frater ex vno latere cõiunctus possit fratri succedere, doctissimè, ac diffusè scripsit eruditissimus *D. Præses Iordanus Vrsinus de success. feud. part. 2. quæst. 2. art. 2 per tot.*

Et hoc etiam attenta nostra *Constit. In aliquibus*, vbi disponitur, filiam esse exclu-
27 sam propter existentiam masculorum cũ onere dotandi eam de paragio, ad tradita singulariter per *Minad. in repet. eiusdem Constit. In aliquibus, in 2. notab. num. 66. 67. & seq.* dicentem, ius succedẽdi fœminarum non esse transfusum in ius paragij, ità vt ex ipsius causa dicatur exclusa, sed tantùm ipsa dicitur exclusa ratione prælationis, & ideò cessante masculo, ipsa censetur reintegrata ad portionem, ad quam fuisset successura, si masculus non successisset, ad notata per *Bald. Paul. & Salyc. in l. si auus, de liber. præter.* prout etiam sentit *Bald. in cap. 1. §. quin etiam, Episcopum, vel Abbatem, in vsib. feudor. num. 3. versic. secus si statutum diceret*, dicens, quòd illa non est exclusa, sed suspensa, nam masculo mortuo remotum est obstaculum, quod obstat fœminæ, vt etiã declarat *Socin. iun. consil. 103. num. 11. & seq. lib. 2. Gratian. tom. 2. discept. forens cap 218. num. 86.* maximè attento iure Longobardorum, tunc enim moriente masculo sine prole, fœmina ad feudum admittitur, vt post *Minad.* in citata *Constit. in 3. notab. num. 120.* sic consuluit *Menoch. cons. 331.* quod sequitur *Mantic. de tac. & ambig. lib. 23. tit. 35. n. 31.* & hoc non obstante quauis amplissima re-
28 nunciatione facta per dictam fœminam, & si in specie dictæ emphyteusi renunciasset, cùm ipsa admittatur ob non existentiã illorum, quorum contemplatione renunciauerat, vt singulariter *Amic.* in citata *quæst. 51.* cùm renunciatio hæc non fuerit facta ad commodum Ecclesiæ, prout in pulchro, ac notabili casu notat *Corbul. de caus. priuat ob renunciat. num. 30.* dicens, quòd si facta diuisione inter fratres, vni obuenerit emphyteusis, & alter illi renunciauerit pro se, & hæredibus, quòd etiam si frater, cui emphyteusis obuenit, fuerit deindè solus inuestitus, & decesserit sine filijs superstite renunciante, vel eius filijs, non prohibetur ille, vel eius filij non ob-

29 stante

29 stante renunciatione succedere, quia renunciatio non fuit facta ad commodum Ecclesiæ, nec Domini directi, sed pro fratre, & suis descendentibus, quibus non existentibus renunciatio non præiudicat. Hinc dixit *Antr. in cap. 1.* per illum *text. num. 1. de eo, qui fin. fec. agnat.* quod refutatio facta ad fauorem certarum personarũ, illis deficientibus cessat, & admittitur refutans, quãuis refutatio sit facta in manibus Domini, non vt de nouo inuestiat, cùm talis refutatio personalis, & non realis sit, vt latè *ibi Lsparul.* & alij, quod sequitur *Schrad. de feud. part. 8. cap. 5. num. 26. Camill. de Medic. consil. 2. num. 124. cum seq. de Ponte de potest. Proreg. in rubr. de refutat. feud. num. 33. & 34 Vincent de Franch. dec. 591. Anna in repet. cap. 1. de vasall. decrep. atat. num. 7. cum seq. Georg. allegat. 17. num. 5.* licèt iure successionis, & non reuersionis, vt iunctis duabus Aulis per S. C. decisum refert *Vincent. de Franch. in decis. 3.* & iterum in *decis. 591.* sic etiam *Anna in consil. 1.* hanc quoq; opinionem latè tuetur *Anna pater in d. repet. à num 350. vsque ad 366.* vbi ad contraria respondet, & ad hoc videntur facere notata per *Manent. in consil. 46. num. 74. & 75. volum. 1.* ac in *dicta decis. 60. num. 8.* vbi ad comprobationem ait, quòd si testator aliquem instituerit in vita sua tantùm, vel in re certa tantùm, ità vt nihil vltrà consequi possit, quod talis taxatiua, & particularis institutio censetur facta fauore aliorum hæredum vniuersaliter instituorum, non aliorum, qui nõ fue-
31 runt nominati, adeò vt ipsis deficientibus, vel repudiantibus, cesset limitatio, & allegat *Bart. in l. quoties, §. si duo, sub num. 4. & 5. ff. de hæred. instit* & ibi *Imol. num. 37.* qui ait, quòd illa prohibitio plus non petendo durat, donec durat fauor instituti.

Quod secus, quando semel fuit admissa ob non existentiam masculorum, licèt ipsi
32 deindè superueniant, quia ipsa non excluditur, vt tenet *Aluar. in cap. 1. num. 5. de eo, qui sibi, & hæred. suis, Iacob. in tract. de feud. in vers. & fœminis, nu. 17.* vbi inquit, hanc esse communem, *Curt. iun. in tract. feud. in 3. part. princ. in 1. reg. quæst. 28.* & post eos, & alios *Gabr. lib. 6. commun. conclus. tit. de statut. concl. 4. num. 8.*

33 Et circa id, quod dicit *Author hic,* quòd testamentum Clerici non intelligatur secundùm statutum, sed secundùm ius commune, vide notata per *me in addit. ad decis. 20. num. 11.*

SVMMARIVM.

1 *Dominium patris continuatur in filium.*
2 *Filius non tenetur soluere decimam de hæreditate patris, cùm non sit noua acquisitio, imò nec laudimium ex renouatione emphyteusis in eius personam facta, num. 3.*

DECIS. XCVI.

AD hanc decisionem, quòd gabella non debet solui ex contractu donationis factæ filio à patre,
1 ex eo quòd in eum continuatur dominium, vt etiam traditur ex *text. in l. cùm miles,* vbi *glos. in verbo quasi continuatim, circa medium, ff. ex quib. caus. maior. §. serui, Instit. de hæred. qua ab intest. defer. l. fin. C. pro hæred. DD. in l. cùm hæres, ff. de acquir. possess.* adde *Decian. consil. 330. nu. 2.*
2 *vers. ex illa ratione,* vbi inquit, quòd filius non tenetur soluere decimam de hæreditate paterna, cùm non sit noua acquisitio, per *glos.* singularem in *cap. pastoralis, in verbo quasi de lucro, post princ. versic. super hoc dicas, de decim.* ea ratione, quia filius vna persona cum patre reputatur, & eo viuente dominus est, *§. sed sui quidem, Inst. de hæred. qual. & differ.* hoc etiam videtur affirmasse *Bald. in cap. qua in Ecclesiarum, col. antepen. in fin. vers. extrà quæro, quando sit renouatio, num. 72. de const.* vbi quòd si fiat renouatio emphyteusis in personam filiorum, quòd non debeatur per eos laudimium, dummodò emphyteusis non fuisset in Ecclesiam reuersa, & reincorporata.

SVMMARIVM.

1 *Fructus satos per conductorẽ non esse obligatos creditori locatoris.*
Amplia, siuè sint fructus naturales, siuè industriales, siuè ciuiles, num. 7.
Limita, num. 11.
Contrarium verius est, quamuis essent industriales, num. 2. etiam fructus feudi, & fati, num. 3.
4 *Locator dominium pendi se retinet, dum conductor rem locatam possidet.*
5 *Fructus sunt obligati, ac hypothecati pro eius pensione.*
6 *Actio furtiua competit cõtra conductorem, qui pensione non soluta fructus percepit.*
8 Glos. in l. si apes, §. item constat, ff. de furt. *impugnatur.*

9 *Vm-*

9 *Vendito fundo veniant etiam fructus in eo existentes, etiam pro parte colonica.*
10 Text. in l. in prædijs, ff. quib. mod. pign. tacit. contrah. *declaratur.*
12 *Hypotheca non competit locatori pro pensione super re empta ex pretio fructuum perceptorum ex re locata.*
Limita in subsidium, num. 13.
14 *Fructus percepti ab harede, quamuis inuentarium confecerit, sunt hypothecati creditoribus testatoris, siuè sint naturales, industriales, vel ciuiles.*
15 *Hares potest conueniri à creditoribus testatoris, etiam in actione personali ad restitutionem fructuum perceptorum ex hareditate.*

DECIS. XCVII.

1 Concluditur hic, fructus satos per
conductorem nō esse obligatos
creditori locatoris, cùm illi non
spectent ad locatorem, sed ad
conductorem.
Contrarium verò tenent *Iacob. de Aren. in l. 3. C. quib. caus. pign. tacit. contrah. de Ponte in cons. 32. num. 7. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 15. nu. 25. & seq. Escobar de ratiocin. cap. 9 num. 76. & mult. seq.*
qui omnes aiunt, hoc procedere, licèt sint
2 fructus industriales, prout post omnes ità
specialiter contra hanc decisionem *Surd.*
decisum fuisse in Senatu Mantuan. refert
Cæsar Manent. in decis. 34. respondendo
3 omnibus contrarijs per *Surd. hic* adductis,
addo *glos. in l. si fundus 17. §. interdum, in fin. vers. extent, ff. de pignor.* & ratio sumitur ex aperto *text. in l. Paulus, §. 1. ff. de pignorib.* scilicet quia percipiūtur manente dominio debitoris, per *text. in l. quamuis, §. 1. ff. de acquir. possess.* vbi dominium
4 rei retinet penès se locator, dum conductor eam possidet, quod etiā notauit *Napodan. ad Consuetud. Neap. Sed si fundum, num. 28.* & successiue fructus illos obliga-
5 tos esse locatori, ac hypothecatos pro eius
pensione, vt ex *l. 3. C. in quib. caus. pign.* iuxtà *l. in prædijs, ff. eodem, l. si in lege, §. si colonus, ff. locati,* vt etiam latè *Menoch. de adipisc. possess. remed. 3. quæst. 16. per tot.* & hoc absq; aliqua cōuentione, cùm semper hypothecæ sint illi suppositi pro pensione, vt ex multis probat *Amat. in consil. 25.*
6 imò si essent consumpti contra conducto-
rem competeret actio furtiua, vt ex multis conatus sit probare idem *Amat.* in citato *cons. num. 8.* per *tex. in l. si seruus,* vbi *Bart. §. locaui, ff. de furt.* etiam actione personali, vt sic in S.C. decisum subdit *in fin. d. cons.* dummodò locator fidem de mercede non habuisset.
Et hanc partem contra *Surdum* mordicùs defendit eruditissimus, & meritissimus Regius Consiliarius *D. Francisc. Merlin.* in eius perspicacissimis *controuers. cap. 24. per tot.* & latè, ac diffuse similiter contra hanc decisionem singulis eis argumentis respondendo scribit *Grivell. in decis. Senat. Dolan.* 51. subdens, sic Senatum determi-
7 nasse, & hoc indistinctè siuè sint fructus
naturales, siuè industriales, siuè ciuiles, dummodò à solo nō sint separati, quo casu procederet *text in l. si apes, §. item constat,* cum *glos. ff. de furt.* licèt ibi *glos.* improbetur, dum dicit, colono condictionē
8 furtiuam competere, cùm ei actio furti, &
non condictio competat, in illis enim magna est differentia, vt optimè ostendit *Griuell. ibi num. 13.* nam condictio soli domino datur, *l. 1. ff. condict. furt. l. cùm in plures, §. messem, ff locati, & l. si quis vxori, §. si sulpharaiia, ff. de furt.* actio verò furti omnibus competit, quorum interest rem non fuisse subreptam, *l. cuius interfuit, & l. cum, qui, §. qualis ergo, & l. Fullo, §. frugibus, ff. de furt* hinc dixit *Ioseph Ludou.*
9 *in decis. Perus. 83.* quòd vendito fundo ve-
niunt etiam fructus in eo existentes, etiā pro parte ad colonum spectante, remanente ei sola personali actione contra dominum, subdens sic ipsum iudicasse, licèt cum distinctione inter scientem, & ignorantem, quicquid aliter indistinctè teneat *Thesaur. in decis 55.* sequutus limitationē *Iason. in l. cum filiofamilias, num. 180. ff. de leg. 1.*
10 Nec mouet *text. in l. in prædijs, ff. quib. mod. pign. tacit. contrah.* vbi fructus videntur tacitè obligati pro pensione, prout firmat *Alexand. Trentacinq. lib. 3. variar. tit. locat. resolut. 5. nu. 2. vers. hoc, quod dicitur,* licèt data scientia domini hoc esse scribit, per ea, quæ tradit *Negusant. de pignorib. membr. 4. 2. part. num. 146. &* 148 contra *Ias. in l. item quia, num. 17. ff. de pact.* dicentem, vllam domini scientiam requiri, quoniam procedit in fructibus satis, etiam à solo separaris, non autem de pendentibus, nam quandiù sunt pendētes, pars fundi esse dicuntur, ad *text. in l. fructus pendentes, ff. de rei vendic.* latè *Griuell. d. decis. num. 19.*
11 Et si limitari possit hæc opinio, vbi non
de generali obligatione ageretur, prout
proce-

procedunt supra tradita, sed de speciali, tunc, inquam, fructus illius rei specialiter obligatæ nondum sati, aut concepti, apud debitorem tempore obligationis non veniāt in obligatione, quia in speciali hypotheca hoc præsertim requiritur, quòd res sit in bonis debitoris tēpore obligationis, ad *text. in l. 1. in princ. ff. de pignorib.* prout loquitur *Neguf. de pignor. 3. membr. 2. par. num. 45.* quod non procedit in generali obligatione, in qua sufficit, etiam si bona post contractam obligationem nascantur, & debitori acquirantur, vt in *d. l. 1.* prout explicat idem *Gratell. in d. decis. nu. 27.*

Verùm hypotheca non competit, quando ex pretio illorum fructuū fuit aliquid
12 emptum, quoniam in hypothecaria pretium non succedit loco rei, *l. 1. ff. de distr. pignor.* quam singularem censuit *Bart. in l. qui à debitore, ff. de his, quæ in fraud. credit.* secus autem quando omnia bona debitoris ità fuerant consumpta, vt indè non haberet creditor quibus sibi satisfaceret,
13 quia tunc in subsidium ad rem, quæ succedit loco pretij agere posset hypothecaria, pront post *Alex. in cons. 108. lib. 5.* sic post longam discussionem concludit *Menoch.* in citata *quæst. 16. circ. fin.*

Et omnia prædicta procedunt etiam in hærede, licèt inuentarium confecerit circa fructus de bonis testatoris perceptos post aditam hereditatem, vt latè idem *Mantic.*
14 in citata *decis.* 34. quamuis naturales, industriales, vel ciuiles, reiecta falsa opinione *Iasan l. item quia, num. 17. vers. intelligo, ff. de pact.* cùm illi sint obligati, ac hypothecati creditoribus dicti testatoris, per illum *text. d. l. Paulus, §. 1. ff. de pignorib.* vt notauit *Vincent. de Franch. in decis.* 179. *num. 6.* ac etiam *Minad in decis.* 20. *Mantic. de tacit. & ambig.* citato *loco*, cùm hæres non debeat esse nec in lucro, nec in damno, ad notata per *Bart. in l. fin. §. & si præfatam, C. de iur. delib.* idem *Vinc. de Frāch. in decis.* 83. quod etiā singulariter notauit *de Ponte* cit. *cons.* 32. *d. num.* 7, dicens, quòd si in his fructibus concurrerent creditores testatoris, ac creditores proprij hæredis, illos testatoris esse præferendos, prout ipse consuluit, & hoc adeò verum est, nam & si dicti fructus non extarent, possit hæres per
15 creditores defuncti conueniri ad illorum restitutionem, etiam actione personali, vt inquit idem *Vinc. de Franch. in decis.* 613. *num.* 18.

SVMMARIVM.

1 *Captatoria dispositio, qua dicatur, latè pertractatur.*
2 *Inter captatoriam dispositionem, & eam, qua ab alieno dependet arbitrio differentia constituitur, & num.* 3.
4 *Dispositio captatoria dici potest etiā ea, qua in personam tertij concepta esset.*
Item in legatis, num. 5.
Item, si esset concepta ad commodum aliena persona. num. 6.
Item in fideicommissis, num. 7.
Sed contrarium, num. 8.
9 Faber de error. pragm. decad. 52. error. 3. *impugnatur.*
10 *Dispositio, qua ex mutuis affectionibus fit, captatoria non dicitur.*
Intellige, num. 13.
11 Text. in l. illæ autem institutiones, *cum* l. præcedenti, ff. de hæred. instit. *declarantur.*
12 *Conditio de præterito non suspendit.*
14 *Dispositio captatoria in contractu facta, an sit à Senatusconsulto improbata.*
15 *Captatoria dispositio nunquid fauore piæ causa sustineatur, & num.* 28.
16 *Vitiosa an dicatur omnis dispositio, qua ab alieno dependet arbitrio.*
17 *Electio hæredis de certo genere potest committi ad arbitrium alterius.*
Limita respectu legati. num. 18.
Sed contrarium indistinctè, num. 19.
Prima opinio verior, num. 21.
20 *Vitiosa dispositio fauore libertatis, vel piæ causa sustinetur, & num.* 26.
Intellige, num. 43. *& seq.*
Declara, num. 46.
22 *Electio duobus cōmissa an fieri possit à superstite altero præmortuo.*
23 *Dispositio ab alieno arbitrio dependere non dicitur vbi persona esset certa, licèt quantitas incerta, indistinctè siuè in legatis, siuè in fideicommissis, siuè in substitutionibus.*
Intellige, num. 25.
24 *Quantitas legata ad arbitrium alterius, eo non arbitrante recurritur ad arbitrium boni viri, & quando, num. seq.*
26 *Dispositio dependens ab alieno arbitrio fauore piæ causæ sustinetur, licèt incertitudo versetur in personis, siuè in rebus, & num.* 27.
29 Text. in cap. cū tibi, de testam. *declaratur, & num.* 30.
31 *Dispositio* l. illa institutio, ff. de hæred. inst. *nùm locum habeat in legato certa quantitatis alicui relicta, vt illud distribuat,* prout

prout ei dixerit testator nonnulla recensetur opiniones, & n.33.40.45.46.& 49.

32 *Legatum factum vxori à viro, vt pro eius anima distribuat, num dicatur in fraudem* l.hac edictali.

34 Text. in l. pater, §.Tusculanus, ff.de leg.3. *declaratur.*

35 *Testator non prohibetur legare per relationem ad aliam scripturam.*

36 *Dispositio facta fauore alicuius personæ, quam testator declarasse asseruit illi, & eius hæredi, num valeat, & an orta controuersia inter legatarium, & hæredem, cùm alter de vno dicat, alter, de altero, talis dispositio incertitudinis ratione substineatur.*

37 Text. in l. si quis eum, ff. de condit. & demonstrat. *declaratur.*

38 *Onus impossibile legato iniunctum quando vitiat.*

39 *Nudus minister an dicatur ille, cui fuit factum legatum, vt alteri det.*

40 *Testator mandans, bona distribui, intelligitur inter pauperes.*

41 *Exequutor cogi non potest specificare personas sibi in secreto à testatore nominatas ad finem faciendi distributionem, vel dandi legatum à testatore ordinatum.*

42 *Legatum non substinetur vbi legatarij persona esset incerta.*
Amplia, etiam in legato libertatis, nu.43.
Limita, fauore piæ causæ, num.44.
Declara, num.47.& 48.

49 *Dispositio collata in personam alicui honestæ vitæ personæ, Religiosi, vel Confessarij ad beneficium personæ in secreto eis à testatore nominatæ valet tanquã fauore piæ causæ, & ad exonerationem conscientiæ.*

DECIS. XCVIII.

De hac quæstione per extensum *Fusar. de subst. quæst.* 503. & *consil.* 40. nouiter impresso, ad quem me remitto.

1 Verùm captatoria non omnis dicitur dispositio, quæ ab alieno dependet arbitrio, sunt enim pauci DD. qui verè captatoriam dispositionem agnoscũt, cùm omnis dispositio, quæ in alterius voluntatem confertur, captatoriam vocent, prout eam appellant inter moderniores *Simon de Prat. de interpr. vltim. volunt. fol.*81.*nu.*1. *& seq. Intrigl. de substit. centur.* 1.*quæst.*60. *num.*8.*& seq. Polyd. Rip. obseruat.*112.vbi captatoriam dispositionẽ filijfamilias non esse ex consensu patris demonstrat, nisi vbi conditiones, & particularis norma disponendi ab eo penderent, subdens ità etiam intelligere *text. l. captatorias, ff. de hæred. instit.* sic etiam *Vasq. de success. creat. lib.*2. *§.*27. *requis.*17.*num.*79. licet relatis contrarijs in nullam deueniat sententiã, quod tamen verum non est, cùm captatoria satis differat ab ea, quæ ab alieno dependet arbitrio, & quamuis vtraque substineri nequeat, tamen à pari non procedunt, nam
2 captatoria priùs de iure valida erat, quæ postmodum à Senatusconsulto improbari necesse fuit, *l. captatorias, & l. illa institutiones, ff. de hæred. instit. l.*1. *C. de his, qui pœn. nomin.* sed dispositio, quæ ab alieno dependet arbitrio nunquã valida fuit, sed, ab ipso nascentis iuris ciuilis exordio improbatæ fuerunt, priusquam Senatusconsultum illud factũ esset, vt infrà dicemus, vndè captatoria propriè illa videtur, cuius conditio in secretũ alienæ voluntatis confertur, & sic vbi est expressa persona hæredis, licèt conditionaliter, si inuicem testatorem instituerit, veluti ex qua parte Titius me hæredem scriptum recitauerit, ex ea parte hæres est, & sic captatoria non tanquam vitiosa à iure improbatur, sed tanquã res pessimi exempli, cum quis per indirectum alienum occuparet, quia institutio, quam hæres faciet in personam testatoris, moraliter non est libera, pendens à suo arbitrio, dùm captata mens hæredis instituti sub hac conditionali institutione in sua persona facta, non potest consequi commodũ illud hæreditatis, nisi reciprocè ipse instituet, & si captatoria non tanquam deceptoria, vt nonnulli malè existimant in *d. l. captatorias*, sed quia per indirectum alterius tolleretur libera testandi facultas, quod est contra bonos mores, cùm per eam institutionem captetur persona hæredis instituti, à qua hæreditas, vel legatũ speratur, sicut de Viscatis, & Homatis scribit *Plin. lib.*9 *epist.* at illa, quæ in
3 alterius voluntate collata sit, non potest dici à Senatusconsulto improbata, quia illam Veteres improbauerũt vti vitiosam, *l. illa institutio, ff. de hæred. instit.* scilicet instituto hærede, quem Titius voluerit, vel nominauerit, hæc fuit à Veteribus improbata, quia ipsa dispositio, seu hæredis institutio pendet ex alieno arbitrio, dum non est expressa persona hæredis, quod Veteres ex *l. duodecim tabularum* reprobarũt, dum eadem lege vltimæ voluntates debeãt esse firmæ, & certæ ex se, non pendere ex alieno ar-

no arbitrio, & sic in captatoria est expressa persona hæredis, licèt conditio conferatur in alienam voluntatem, at in vitiosa reprobata a veteribus nõ est expressa persona hæredis, sed collata in alienum arbitrium, vnde non conditio, sed ipsa dispositio in alienam voluntatẽ confertur, quam distinctionem rectè agnouit *Couarr. in cap. cùm tibi, num. 2. de test.* & antè eum *Cuiac. in d. l. captatorias*, latè *Rota Romana in decis. 542. num. 2. part. 1. in nouiss. Sarment. select. interpret. lib. 2. cap. 4.* quicquid in *d. l. captatorias* dixerit *Paul. de Castr.* contra quem latè *Faber de error. pragmat. decad. 51. error. 4.* & in *suo Codice lib. 6. tit. 6. d. fin. 11. post princ. Gratian. tom. 5. discept. forens. cap. 908. Seraphin. decis. 359. nu. 11. vers. his tamen non obstantibus.*

4 Quod extenditur etiam, vbi in personã tertij concepta esset dispositio, veluti Titius si Mæuius tabulis testamenti sui hæredem à se scriptum ostenderit, atque probauerit, hæres esto, cùm hæc captatoria quoque diceretur dispositio ex *l. illa autẽ, ff. de hæred. instit. glos. in l. 1. in 3. exempl. ff. de his, qui pro non script. hab. Bald. in l. cùm donationis, C. de transact.* & ibi *Salycet. & Ias. Vasq. de success. progress. tit. de pupill. §. 13. num. 23. Peregr. de fideicomm. art. 33. num 60. & cons. 31. num. 7. lib. 5.* vbi communem esse ait opinionẽ, & sequitur *Fusar. de subsit. quæst. 503. nu. 10.* addo *Ant. Fab. de error. pragm. lib. 4. decad. 51. error. 7.* & in suo *Codice lib. 6. d. definit. 11. in fine*, & post *Cuiac.* tenet *Barry de success. lib. 2. tit. de capt. inst. sub num. 7. vers. item non interest*, ea ratione, quia hoc modo inuitatur quis ad disponendum contra eius voluntatem sub spe pręmij, & lucri, & sic tolleretur libera facultas testandi, quicquid aliter sentiat *Alexand. in d. l. cùm donationis*, dum ait, vitiosam, & non captatoriam dici hanc dispositionem ex eo, quòd institutio non sit collata in expressam voluntatem tertij.

5 Extenditur quoque hæc conclusio etiã in legatis, ita *Caius* Iurisconsultus interpretatus est dictum Senasconsultum in *l. captatoria, ff. de leg. 1.* exemplo quantam Titius ex fundo suo Corneliano partem mihi legauerit, tantam ei ex fundo meo Sempronio do, lego, vt etiam pro absoluto firmat *Cuiac. in d. l. captatorias.*

6 Sic etiam si captatio directa sit in commodum alienæ personæ, iuxtà dictam interpretationẽ *Pauli in l. illa autem institutiones, vers. sed illud, ff. de hæred. instit.*

7 Extenditur deniquè etiam in fideicommissis, vt etiam latè firmat idem *Cuiac. in d. l. captatorias*, cùm hodiè natura legatorũ communicata sit fideicõmissis, *l. 2. C. commun. de legat.* exemplo, rogo te mi hæres, vt hæreditatẽ meam Titio restituas, quanta ex parte is hæredem suum rogabit, vt suam mihi restituat.

8 Et licèt *Ant. Faber de error. pragmat. decad. 52. error. 3.* contendat, non comprehendi fideicommissum sub captatoria improbata, quia sola persona hæredis instituti captatur ad rogandum suum hæredem, vt restituat, non tamen est captata persona grauati ad restitutionem, quia commodum non spectat ad ipsum, sed ad hæredẽ, qui eũ rogauit, & sic dicit ipse, debet vtraque persona captari, quia grauatus attenta natura primordiali fideicommissorum nõ poterat cogi ad restitutionem, *§. 1. Instit. de fideicommiss. hæredit.* tamen parcat mihi
9 sua authoritas, nàm cùm hodiè fideicommissa sint necessariæ pręstationis in grauato, non voluntarię, vt erat antiquitùs antè Octauianum Augustum, *d. §. 1.* sufficit captari solam personã hæredis, vt ipse mandet suo hæredi restitutionem in beneficiũ captantis, quia hic grauatus non est in libertate non restituendi, ergo dùm captata persona hæredis restitutio ab ipso mandata, omninò sortitur effectum, vt grauatus restituat captanti, sequitur sufficere captari solam personam hæredis, sicut in legato.

10 Verùm non omnis captatoria à Senatusconsulto improbatur, sed solũ illa, quarum conditio in secretum alienæ voluntatis confertur, vt dixi, & propterea, quæ ex mutuis affectionibus fit, putà, qua ex parte Titius hæredem instituit, ex ea parte hæres esto, non improbatur à Senatusconsulto, & de ea loquitur *text. in l. captatoria, in princ.* iuncta *l. seq. l. illa institutiones*,
11 ibi, *captatorias institutiones non eas Senatusconsultum improbauit, quæ mutuis affectionibus indicia prouocarunt*, & sic ibi declaratur differentia inter vnum, & alterum casum, scilicet improbata erit dispositio, vbi verba essent concepta in futurum, ibi, *quorum conditio in secretum alienæ voluntatis confertur*, quia cõtinet conditionem, quæ ex futuro concipitur, ità *glos. in d. l. captatorias*, in verbo *conditio*, at vbi verba in præteritum essent concepta, & tunc non dicitur improbata à Senatusconsulto, quia non dependet à conditione, quæ eam suspenderet, velut instituo Titiũ, quia me instituit, vel si me hæredem instituit, quod

etiam

etiam pro absoluto firmarunt *Couar. in d.cap. cum tibi, num. 2. Peregrin. de fideic. artic. 33. num 60. & seq. Author hic nu. 4. Menoch. cons. 408 num. 2. ad med. Fusar. de substit. quæst. 503. num. 20. & Faber in suo Codice lib. 6. tit. 6. definit. 51. in fine*, ex eo,
12 quia conditio de præterito non suspendit, *l. cum ad præsens, ff. si certum petatur*, quod tamen verum erit, vbi testator fuerit insti-
13 tutus, aliàs si ex post institueretur, non non conualidaretur dispositio, ita *Peregr. cons. 31. num. 3. lib. 5.* ex *l. hoc articulo, & l. clement, §. 1. ff. de hæred. instit.* sic etiam idem *Fusar. d. quæst. 503. num. 25.* sed hoc erit intelligendum, vbi quis non fuerit institutus cum hac conditione, vt ipse instituatur, quia tunc esset captatoria dispositio à Senatusconsulto improbata, vt latè dixi in *decis. 63.* quicquid ibi aliter teneat *Surd. Author* noster.
14 Secundò restringitur, vbi dispositio fieret in contractibus, quo casu nō erit à Senatusconsulto improbata, de cuius veritate latè dixi in *decis. 68.*
15 Tertiò quoquè restringitur, vbi dispositio fieret fauore piæ causæ, cū quoàd eam à iure non diceretur improbata, de cuius etiam veritate dicam in *decis. 128.*
16 Sed quid dicendum de vitiosis dispositionibus, nūquid regulariter omnis dispositio, quæ ab alieno dependeret arbitrio à Veteribus improbatur, & sic vitiosa dicatur, videtur dicendum, quòd non, quia illa dispositio vti vitiosa à veteribus improbatur, quæ incertā hæredis, vel legatarij personam continet, prout loquitur *text. d. l. illa institutio, ff. de hæred. instit.* ex eo, quia sequi pōt testatoris deceptio, vndè quotiescunque persona legatarij, vel hæredis aliquo modo possit esse certa, cessaret dispositio *d. l. illa institutio*, quod erit vbi cer-
17 tum genus personarum à testatore exprimeretur, tunc illam Veteres non improbarunt, sed validam existimarunt, cùm satis sit, genus personarū esse certum, licèt persona incerta, vt per *text. in l. fideicommissaria, la seconda, § fin. ff. de fideic. libert.* tenet *Bart. in d. l. illa institutio, num 9.* & ibi *Angel. & Imol.* cæteriq; *DD. in l. captatorias, C. de testam. milit.* vbi *Iason num. 5.* assignat rationem, quòd aliud sit committere in certos de incertis, eligendos arbitrio alterius, quo casu quia testator potest decipi, cùm ille fortè nullum eligat, nulla erit dispositio, sed vbi testator instituit in certos de certis, tunc valida erit dispositio, cùm testatoris deceptio sequi non possit,

dato enim, quòd is, in quem hoc committitur, neminem velit eligere, tamen omnes liberi vbi aliquis ipsorum esset institutus, vel omnes de familia essent instituti, *l. si Titio, la seconda, & l. cùm quidam ità 24. ff. de leg. 2.* & facit *text. l. vtrum, §. 1. ff. de reb. dub.* quia hoc casu non substantia legati, & dispositionis, sed electio personarum committitur, hanc deniquè opinionē latè prosequitur *Ruin. cons. 19. vol. 2.* & decisum refert *Mohed. decis. 6. de testament.* sic quoquè *Marta de success. legal. part. 4. quæst. 11. artic. 2. num. 6. & 7. Vasq. de success. creat. lib. 2 §. 17 requis. 17. num. 79. cir-*
18 *ca medium*, licèt ibi distinguat legarum ab institutione, & antè eū *Ias. in l. captatorias, num. 2. C. de milit. testam.* & quòd sit communis conclusio ex *text.* & ibi *glos. in l. Senatus, §. legatum. ff. de leg. 1.*

Et quamuis contrarium videatur pro-
19 bare *Ant. Fab. de error. pragm. decad. 51. error. 4.* siuè ipsius dispositionis substantia, siuè hæredis, vel legatarij persona in arbitrio tertij collata sit, licèt captatoria non esset talis dispositio, sed vitiosa, per ea, quæ supra diximus, excepto tamen fauore li-
20 bertatis, & ex *d. l. fideicommissaria*, vel piæ causæ, in quibus validas esse existimauit similes dispositiones speciali eorum fauore.

Tamen prima distinctio communis est, vt per *Peregrin. de fideicomm. artic. 33.*
21 *num. 57.* licèt ibi limitet, vbi numerus certorum esset valdè magnus, veluti si esset relictum vni Barcinonensi eligendo per Titium, quo casu nullam existimat dispositionem, sic quoquè latè supradictam distinctionē prosequitur *Canter. lib. 3. var. resolut. cap. 10. num. 99 & seq.* & de communi quoquè testatur *Fusar. de substitut. d. quæst. 503. nu. 54 & seq.* & illam pro absoluto antè eos firmat *Benedict. in capit. Raynuntius, verbo condidit, nu. 4. de testam.*
22 vbi ampliat, etiam vbi electio duobus esset commissa, quorum vnus esset mortuus, cùm alter, ac si solus deputatus esset, eligere posset.

Restringitur secundò dispositio *d. l. illa institutio*, vbi persona esset certa, verùm
23 quantitas esset incerta, vtputà quia dixit, lego Titio id, quod Francisco videbitur, talis enim dispositio non dicitur ab alieno dependere arbitrio, & successiuè valida existimatur, vt diffusè *Magon. decis. Florent. 7.* & licèt ibi loquatur in legato dotis æstimandæ arbitrio alterius, & sic videtur quodammodò fauor dotis consideratus, tamen

tamen indistinctè hoc firmat *Cancer. in d. lib. 3. cap. 20. num. 90. & seq.* vbi nedùm in legatis, verùm in fideicommissis, substitutionibus, & institutionibus directis idē esse voluit, quod etiam post *Bart.* & alios idem voluit *Peregrin. de fideic. d. artic. 33. num. 57.* ex eo, quia non dicitur validitas, neque substantia relicti à tertij voluntate

24 pendere, cùm tertio non arbitrante recurratur ad arbitrium boni viri, *l. 1. ff. de leg. 2.* per quē *text.* declaratur *text. in l. Theopompus, ff. de dot. praleg.* sic quoque voluit *Vrsill. ad Afflict. in decis. 371. Io. Dilect. de arte testand. caut. 8. tit. de legat. Matienz. lib. 5. noua recopil. tit. 4. l. 5. glos. 1. num. 1.* dum-

25 modò legatum nō sit in vim conditionis, putà si Titio videbitur, vel si Titius arbitrabitur, quo casu tanquam totaliter dependens ab alieno arbitrio legatum non valeret, & Titio non arbitrante deficeret legatum, ita *Bart. in d. l. 1. num. 9. ff. de leg. 2.* ad quod facit *text. in l. si ita legatū 68. §. illi, ff. de leg. 1.* quicquid aliter sentiat idem *Ioan Dilect. de arte testand. d. caut. 8. nu. 3.* dicens, quòd verba illa, *si videbitur, si putauerit*, vel *si existimauerit*, & similia, significent arbitrium boni viri, quod secus erit, si dixerit, *si voluerit*, vel *ei libuerit*, eo enim casu talia verba meram significant voluntatem, & allegat eiusdem sententiæ *Abb. cons. 110 lib. 2.*

26 Restringitur tertiò, vbi dispositio fieret fauore piæ causæ, quo casu licèt persona, & quantitas essent incertæ, ita vt totaliter dispositio ab alieno dependeret arbitrio, tamen valeret, ità probatur ex *text. in cap. cùm tibi, de testam.* vbi communiter *DD.* sic etiam affirmat *Vrsill. ad Afflict. in d. decis. 371. Spino de testam. glos. 5. num. 68. Castill. lib. 4. controuers. cap. 6. num. 10. & seq. Tiraquell. de priuileg. pia causa, priuil. 55. 56. & 64. Vasq. d. requis. 17. num. 8.* vbi de communi, *Intrigl. de substit. centur. 1. q. 60. num. 17. Clar. in § testamentum, q. 6. nu. 6. Gomez. l. 31. Tauri, num. 4. Valasc. consult. 68. num. 4. Cancer. d. lib. 3. cap. 20. nu. 103. Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 17. num. 5. Rebuff. de priuileg. scholar. priuil. 133. Lara de anniuers. & capellan. lib. 1. cap. 10. per tot.* & signanter *nu. 73.* vbi firmat, hoc pro-

27 cedere, siuè incertitudo versetur in personis, siuè in rebus, siuè in quantitate, cùm tale legatum arbitrio Iudicis declarandū sit ex qualitate personæ, & patrimonij, & latè *Menoc. lib. 2. de arbitr. cap. 188. nu. 99. & 100.* idem *Lara* id ampliat, etiā si quis dixerit, lego pro anima mea, & non aliud, cùm adhuc tale substineatur legatum, arbitrio Iudicis declarandum.

Quamuis hæc quæstio à multis *DD.* de-

28 tur pro limitatione ad ea, quæ dicta sunt de captatoria dispositione, scilicet quòd captatoria dispositio fauore piæ causæ substineatur, quod falsum est, cùm nullibi probetur, vt dicam in *decis. 228.* sed verum est dicere, dispositionem etsi ab alieno dependeat arbitrio fauore piæ causæ substineri, & hęc est magis vera, & consona limitatio *text. in l. illa institutio, ff. de hered. instit.* prout ad hoc more suo aduertit *Couar. in d. cap. cùm tibi, sub num. 13. circa princ. de testam.*

Et licèt nonnulli contrarium sentiant, dicentes, quòd fauore piæ causæ dispositio substinetur, vbi in arbitrium, non autē in voluntatem alterius confertur, prout tenet *Bart. in l. 1, C. de sacros. Eccles. circ. fin. Alex. in l. captatorias,* & ibi *Aretin. nu. 12. & Corn. nu. 4. C. de milit. testam. Barbat. in d. cap. cùm tibi, col. 10. vers. & ideò ponderanda, de testament. Abb. cons. 110. in princ. lib. 2.* idem *Corn. cons. 156. col. penult. lib. 2. Paris. cons. 38. num. 21. lib. 3.* ex eo, quia

29 *text. in cap. cùm tibi* procedit quòad potestatem distributiuam, & electiuam, & non dispositiuam, ita *Bald. in d. l. illa institutio, ff. de hered. inst.* qui notabile dixit in *l. executorim, C. de exequut. rei iudic.* & hunc esse verum intellectum *Innoc. & Io. Andr.* à Canonistis communiter approbatum, vt dixit *Gulielm. de Benedict. in d. cap. Raynuntius, verbo condidit 1. num. 8. in fin. de testam.* licèt ipse aliter sentiat, dicēs, tutius esse tenere, quòd talis dispositio indistinctè fauore Ecclesiæ, vel piæ causæ valeat, quia summa est ratio, quæ pro Religione facit, quod tamen cogitandū reliquit *Addit. ad Bart. in cons. 5.*

Verùm pro opinione *Benedict.* communem esse sententiam post *Bart. Ias.* & alios

30 innumeros tradit *Peregrin. de fideicomm. artic. 33. num. 66. circ. med.* eumque disputato articulo sequutus fuit *Couar. in d. cap. cùm tibi, num. 13. vers. licèt, fateor etiam permissum esse, quia in alterius arbitrium, aut voluntatem conferatur,* & hoc cauetur ex verbis *d. cap. cùm tibi,* ibi, *qui extremā voluntatem in alterius dispositionem committit, non videtur decedere intestatus,* qui *text.* secundùm *Couar. ibi num. 11.* loquitur tàm in institutione, quàm in legato.

31 Sed quid dicendum de legato certæ quātitatis alicui relicto, vt illud distribuat, vel alij det, prout ei dixit testator, nunquid

R substi-

substineatur, an verò dispositioni *d. l. illa institutio* subijciatur, ex eo, quia restatoris deceptio sequi possit, ardua quidem quæstio. & licèt *Bart. in l. quem hæredem, in vlt. notab. ff. de reb. dub.* dicat, hoc legatum non esse in fraudem, tamen præsens quæstio non resoluitur, aliud est enim legatum dici in fraudem, quia legatarius incapax esset, vel aliquo modo succedere nequiret, & est vnus articulus, de quo plenè scripsi in *tract. l. hac edictali, quæst. 37. C. de secund. nupt.* vbi an legatum factum vxori à
32 viro, vt pro eius anima distribuat, dicatur in fraudem *l. hac edictali*, alius est articulus, an legarum hoc tatione incertitudinis personæ, cui faciéda sit distributio, aut restitutio, vel nè substineatur, ex eo quia sequi possit testatoris deceptio, possit enim fieri distributio, vel restitutio in aliam per-
33 sonam, quam ei testator designauit, *Cancer. lib. 3. variar. resolut. cap. 20. num. 105.* tangit hanc quæstionem, tamen pro resolutione remittit se ad *Bart.* verùm subdit, quòd si ille, in quem verba legati diriguntur accepto legato decedat antequàm restatoris voluntatem adimpleat, quòd tale legatum spectet non ad testatoris, sed ad eiusdem legatarij hæredem, argumento *l. pater, §. Tusculanus, ff. de leg. 3.* ex quo dicto sequitur, quòd legatum hoc valeat, quoniam etsi legatarius restitutionem, vel distributionem non fecerit, poterit tamen legatarij hæres hoc facere, & voluntatem testatoris adimplere, præsumitur enim, quòd idem legatarius antequam decessisset testatoris voluntatem, eiusque hæredi declarasset, scilicet in quem esset facienda restitutio, & distributio, sed hoc non tollit difficultatem supra positam, imò maiorem auget, quia tantò magis sequi posset testatoris deceptio, nec argumentum sumptũ
34 ex *d. §. Tusculanus*, ad hoc potest adduci, quia casus ille est omninò diuersus, ibi enim loquitur vbi nõ stat per legatarium, quin restitutio fiat, sed per eum, cui facienda esset restitutio, vtputà Collegium, quia sequuta testatoris morte dissolutum fuerit, quo casu legatum penès legatarium, & non hæredem remanet. Item etiam respondetur, cui erat faciéda restitutio, erat certũ, quia erat Collegiũ, & sic nulla testatoris deceptio oriri poterat, & successiuè circa validitatem legati non erat dubitandum. Videamus ergo, quid sentit *Bart.* à *Cancer.* allegatus, *Bart.* inquam, *in vltimo notabili* duas alias ponit quæstiones, primò quærit, an relictum alicui factum, vt
35 satisfaciat illis, qui sũt scripti in schedula, quam testator dederat Guardiano Fratrũ Minorum valeat, & dicit, quòd sic, contra *Iaf.* si tamen appareat, quòd schedula sit illa, quã testator Guardiano dimiserit ex comparatione literarum, vel alia legitima coniectura, cùm in hoc casu probatio non requiratur, sed coniecturæ sufficiunt, *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 12. tit. 16. num. 20. & seq. Surd. cons. 378. nu. 15. Rimin. iun. cons. 439. nu. 24.* prout nouissimè fuit iudicatum iunctis Aulis in Sacr. Cons. in quadã ardua causa Tarquiniæ Marrancone cũ Tiberio de Vincentio die 19. Decembris 1634. penès Speram, ad relationem doctissimi *D. Regent. Hectoris Capycij Latro*, prout ipse testatur in *decis. 5.*

Sed hic, quia non est casus noster, ideò transeamus ad secundam quæstionem ab eodem *Bart.* traditam, quærit enim ipse,
36 quid si dixerit testator, lego mille Titio, quòd det illi personæ, quam declaraui sibi, & hæredi meo, & deindè defuncto testatore, contentio sit inter hæredem, & legatarium, cùm hæres dicat de vno, legatarius verò de alio, dicit *Bart.* quòd in hoc casu inspici debeat quod est verisimilius ratione affectionis testatoris, aliàs fideicommissum esset inutile ratione incertitudinis, & sic remaneret penès legatarium, ex ista igitur secunda *Bart.* quæstione videtur elici conclusio, talem dispositionem ratione incertitudinis non valere, sed hoc nec videtur ad propositum concludere, quia incertitudo in illa facti specie videtur oriri ex diuersitate electionum hæredis, & legatarij, verùm concludit, quòd hoc casu remaneat legatum penès legatarium, quod in se contradictionem implicat, quoniã aut legatum à principio erit inutile, & remanere debet penès hæredem, aut nõ est inutile, & cur ibi dicitur, quòd sit inutile, nisi velis dicere, quòd esset inutile respectu personæ electæ per hæredem, vel legatariũ, non autem inutile respectu ipsius legatarij, ex *text. l. si quis eum, ff. de condit. & de-*
37 *monstrat.* vbi licèt deficiat onus legato iniunctum, legatum non deficit, hæc autem non satisfaciunt, procedũt enim vbi fauore ipsiusmet legatarij esset factum legatũ, vt commodum sentiret, vt probat *text. d. l. si quis eum*, secundùm *gloss. ibi*, secus verò si
38 nudus fuisset minister, cùm tunc legatum non valeret, *l. si quis quos, ff. de leg. 2.* vel secundò possit responderi, ibi onus iniunctũ legato erat impossibile, & à sciente impositum, vt loquitur *d. l. si quis eum*, quo casu

non

non deficit legatum, secus verò quando ab ignorante, cùm eo casu in totum erit nullum, vt loquitur *d. l. si quis quos*, & optimè resoluit ibi *Cuman.* licèt nonnullæ aliæ possint hinc indè dari diuersitatis rationes, ad hoc vt dicta iura inter se repugnantia reconciliari possint, vt per *DD. ibi.* sed in sa-
39 cti contingentia quãdo aliquid alicui esset relictum, vt alijs det, vel distribuat, censetur nudus minister, & successiuè si antequam onus adimpleatur, decederet legatarius, legatũ penès hæredem remaneret, quia non ad commodum legatarij censeretur factum, ita in puncto *Cuman. consil.* 108. de qua quæstione quando quis dicatur nudus minister, vel legatarius, maximè quando onus esset minus relicto, & de alijs similibus latè *Ludouis. decis.* 544. & ibi latiùs *Beltramin. in addit.*

40 Sed adhuc non video quæstionem primo loco positam resolutam, immò in maiori difficultate inuolutam, *Bald. in l. exequutorem, num.* 8. *C. de exequut. rei iudic.* dicit, quòd si testator mandet, bona distribui, nec dicit cui, vel quibus, quod intelligatur mandasse, quòd pauperibus pro eius anima distribuantur, subdens hoc alibi nõ reperiri, hanc etiam opinionem videntur tenere *Canonist. in d. cap. cùm tibi, de testament.* eamque sequitur *Ias. in d. l. captatorias, nu.* 8. & consuluit *Ancbar. cons.* 436. vbi quòd talis exequutor nec poterit cogi specificare personas, inter quas testator in
41 secreto ordinauit fieri distributionem, sic quoque *Corn. cons.* 156. *col. penult. lib.* 2. vbi de magis communi opinione testatur, & latè *Crass. in §. testamentum, quæst.* 6. *vers. quinimò*, & sic attenta hac opinione videtur hoc legatum substineri vti in piam causam.

42 Nec obstat regula generalis, quòd vbi persona legatarij esset incerta, non substineatur legatum, *l. Paulus, ff. de reb. dub. l.* 3. *§. si quis duobus, ff. de adimend. legat. l. si ita fuerit legatum, post princ. ff. de reb. dub. l. qui plures, ff. de vsufr. leg. §. incertis, Inst.*
43 *de legat.* etiam in legato libertatis, quamuis illud admodùm sit fauorabile, *l. cùm ex pluribus, ff. de manum. testam. Bart. in l. quidam relegatus, ff. de reb. dub.* & tamen legatum libertatis pium est, *l.* 1. *in fin.* vbi *Bald. C. de commun. seru. manum.* quia in-
44 certitudo fauore piæ causæ non vitiat, itâ *Bald. in d. l. illa institutio, post princ.* & latè suprà diximus.

Sed *Fusar. in d. quæst.* 503. *num.* 71. &
45 *seq.* veniendo ad hanc quæstionem nonnullas refert opiniones, primò dicit, quòd multi contrarium sentiant, scilicet dispositionem vti piæ causæ non substineri, nisi expressè dicatur. Alij etiam quærunt, an cõmissio sit facta per verba importantia arbitrium, vel liberam voluntatem, & demum nonnulli quærunt, an commissio sit data sub certa forma, quæ ad piam causam accomodari non possit.

In contrarium tamen videtur dici, scili-
46 cet talem dispositionem omninò nullam esse rõne incertitudinis personę, nec obstat, quòd fauore piæ causæ substineatur, quia
47 id procedit vbi ex legato, seù dispositione cõcipi possit coniectura, quòd ad piã causam fuit facta commissio, sed vbi hoc non apparet, nõ substineretur dispositio, argumento *text. l. Lucius* 127. *§.* 1. *ff. de leg.* 1. vbi probatur, quòd si ex verbis testatoris non appareat persona cui debeat fieri restitutio, quòd qualis qualis assumitur præsumptio tacitę fidei in fraudẽ legis assumptæ, ergo ex *d. text.* habetur, quòd in dubio talis dispositio censeatur in fraudem.

48 Nec obstat, quòd incertitudo fauore piæ causæ nõ vitiat, quia id procedit, quotiescunque constaret, dispositionem fuisse factam fauore piæ causæ, vt dixi, quia testator dixit, lego Titio centum, vt det pauperibus, vel distribuat pro anima mea, hoc autem licèt incertum sit, tamen hæres, vel legatarius eo ipso, quòd relictum dat pauperibus, vel distribuit pro anima testatoris, talis dispositio ratione incertitudinis non vitiatur, & hic est fauor particularis piæ causæ, aliter nulla constitueretur differentia inter ipsam, & priuatam causam, at vbi non constat, hanc fuisse mentem testatoris, tunc non videtur posse substineri fauore piæ causæ, quia potest esse, testatorem pro alia causa legasse, ob quod testatoris deceptio facilè sequi possit, dummo-
49 dò persona, per quam fieri deberet talis distributio, vel restitutio non esset Confessarius, vel alia persona religiosa, vel honestæ vitæ, & optimæ opinionis, ex quibus verisimilis eliceretur mens testatoris, id fecisse pro eius anima, vel exoneratione eius conscientiæ.

Verùm hæc scripsi, non vt in aliquam deueniam sententiam, sed vt benè in facti cõtingentia cogiretur, quia casus iste pulcher est, & latè controuersus.

SVMMARIVM.

1 *Filius consentiendo matris matrimonio priuatur beneficio* l. fœminæ, C. de secund. nupt.

Sed contra, num. 3.

2 *Pupillus consentiendo matrimonio matris non priuatur dicto beneficio* l. fœminæ.

4 *Filius consentiendo, vt mater ad secundas transeat nuptias, censetur hoc fecisse, vt suam honestius expleret libidinem.*

5 *Filius, qui in vita non fuit conquaestus de transitu suorum parentum ad secunda vota, non censetur eis iniuriam remisisse, sed beneficiũ* d. l. fœminæ *ad haredes suos transmittit.*

6 *Dispositio* l. hac edictali, & l. fœminæ, C. de secund. nupt. *nunquid essent respectu legati facti a marito uxori in casu secundarum nuptiarum.*

DECIS. XCIX.

IN hac decisione concluditur, filium consentientẽ secundis nuptijs matris censeri remisisse ei iniuriam, & consequenter esse priuatum proprietate

1 bonorum matri relictorum, iuxtà dispositionem *text. l. fœmina, C. de secund. nupt.*

2 quàmuis in *decis. seq.* dicatur, hoc nõ procedere in pupillo.

Sed contrarium, licèt maior, minor, vel pupillus etsi fuerit author matrimonij, & deindè per multos annos cohabitasset cũ matre, & vitrico, vel cum nouerca, & pa-

3 tre, non tamen censetur remisisse eius iniuriam, & sic sibi præiudicasse in dicta proprietate, vt latissimè hoc tuetur *Sarmient. select. interpret. cap. 4. lib. 1.* qui *num. 3.* probat hoc contra mulierem, etiam si de expresso consensu eius viri in restamento, vel aliàs nupsisset, & post eũ diffusissimè *Menent. decis. Mantuan. 47.* omninò vidẽdus, vbi ponit 77. numeros, qui ad partes hanc opinionẽ defendit, quidquid aliter communiter concluserint *DD.* subdens, sic per Senatum fuisse decisum, & inter alias rationes, quas refert, est, quòd filius consentiendo matrimonio matris cẽsetur hoc fecisse, quia cognouit matrem consultiùs fa-

4 cturam si nubat, quàm vratur, & sic vt suã honestiùs expleret libidinem, adeò verum inquit, quòd etsi filius quandiu etiam habitasset cũ matre, & vitrico, & deindè mortuus fuerit, etiam si non conquæstus esset, non per hoc censeretur iniuriam prædictã

5 remisisse, sed istud beneficium transmittit ad suos hæredes, & de hac quæstione plenè scripsi in *tract. l. hac edictali, quaest. 21. per*

6 *tot. C. de secund. nupt.* & ibi quid si vir aliquid ei reliquerit in casu secundarum nuptiarũ, nunquid videantur remissæ pœnæ, nedum *l. hac edictali*, verùm *l. fœmina.*

DECIS. C.

CIrca hanc decisionem scripsi in decisione præcedenti, & contra hanc decisionem vltrà adducta per me in citata *quaest. 21. d. l. hac edictali* latè *Farinac. in decis. 618. num. 6. cum seq. part. 1.* vbi ex cohabitatione etiã continuata per filium factum maiorẽ non censetur remissum ius *l. fœmina, C. de secund. nupt.* subdens sic fuisse in Rota determinatum.

DECIS. CI.

DE materia huius decisionis, ac de *consil. Menoch.* hic allegato latissimè *Peregrin. de fideicomm. artic. 11. à num. 58. vsque ad 93.* & in eodem articulo à *num. 129. vsque ad finem*, vbi etiam plenè de *l. paterfamilias, de hared. instit.* & de hac materia secundæ institutionis an sit captatoria, prout est casus nostri *Authoris hic*, vt ipse notat sub *num. 12.* vide notata per me in *decis. 63.* vbi inter alios allegaui *decis. Maynardi*, qui latè hunc articulum tractat.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta ad hoc vt per incisionem arborum, & deteriorationem rei emphyteuticae expelli possit, tria requiruntur.*

Limita, si deterioratio fieret ex vi paupertatis, vel ex incuria agricultoris, num. 5. vbi decisio Senatus Lusitania.

2 *Emphyteuta si incideret aliquas arbores, & loco earum alias reponeret, an possit expelli, & quid si alia ex radice germinarent.*

Intellige, num. 3.

4 *Intellectus* l. in fraudem, §. si conductor, ff. de iure fisci.

6 *Delictum emphyteuta an, & quando creditoribus praeiudicet.*

7 *Meliorationes super re emphyteutica facta an, & quando deduci debeant, etiam vbi res deuolueretur ad dominum ob culpã, & delictum emphyteutae.*

DE-

DECIS. CII.

De hac quęstione etsi plenè scripsi in *decis.* 160. tamen nota, quod ad hoc vt emphyteuta per incisionem arborum, & deteriorationem rei emphyteuticæ possit expelli,
1 tria requiruntur, primò, quòd deterioratio sit notabilis quantitatis, nam modica non habetur in consideratione, secundò, quòd sit in proprietate, & perpetua, tertiò quòd deterioratio fiat dolo, vel lata culpa, vel saltim leui, vt plenè *Redoan. de reb. Eccles. non alien. quæst.* 79. *cap.* 6. *à num.* 1. *vsque ad* 14. *& cap.* 7. *à num.* 1. *vsque ad* 6. *Minsynger. obseruat.* 86. *centur.* 6. *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *centur.* 1. *casu* 78. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 12. *tit.* 29. *Gamma decis. Lusit.* 342. *num* 3. *Tusc. lit. E. conclus.* 217. vbi *num.* 6. ampliat in omni emphyteusi, tàm priuata, quàm Ecclesiastica, & *nu.* 16. *& concl.* 34. *num.* 8. *concl.* 150. *num.* 1.

Et proindè si quis inciderit arbores aliquas, & loco earum alias reponeret, non
2 diceretur perpetua deterioratio, vel si asiæ ex stipite, vel radice ex natura ipsa germinarent, vt tradit *Gamma decis. Lusit.* 305.
3 *num.* 1. quod tamen intelligerem procedere, dummodò illa emphyteusis nõ consisteret in superficie, vt purà in nemoribus, quo casu censeretur destructa substantia illius emphyteusis, nec per subrogationẽ esset consultum emphyteutæ, argumento *l. plerunque, ff. de iur. dot.* quia planta noua, quæ subrogatur, non potest dici agnata cũ antiqua, & licèt contrarium videatur determinare *I.C. in l. in fraudem, §. si conductor, ff. de iure Fisci*, vbi permittitur conductori arbores fructiferas cædere, & alias
4 substituere, tamen *text.* ille secundũ *Paul. de Castr. in l. diuortio, § si fundum, num.* 2. & ibi *Alexand. d. num.* 2 *vers. refert tamen, ff. solut. matrim.* intelligitur, quando arbo-
5 res ex vetustate essent ferè inutiles, & sic vtiliùs esset eas incidere, & alias plantare, vt tradit etiam *Tiraquell. de retract. conuent. §.* 3. *glos.* 1. *num.* 24. *& seq.* & post eum *Mantic. de tacit. & ambig. d. tit.* 29. *num.* 13.

Verùm limitari posset supradicta con-
5 clusio, quando deterioratio fieret ex vi paupertatis, vel ex incuria agricultorum, prout ex istis causis quendam emphyteutam absolutum fuisse refert *Gamma* in cit. *decis.* 305.

Et circa illud, quod quæritur ab *Autho-*
6 *re hic*, an delictum emphyteutæ præiudicet creditoribus quòad pignus in ea contractum, adde eundem *Authorem in decis.* 286. cuius distinctionem sequutus fui in *addit. ad Surd. ad decis.* 160. cum declaratione tamen, vt procedat respectu hypothecæ desuper contractæ absque assensu domini, non autem respectu meliorationum, cùm illius directus dominus soluere teneatur emphyteutæ, eiusque hæredibus,
7 & creditoribus, si tamen ob generationẽ finitam, non autem ob culpam res deuolueretur ad dominum, etiam si esset Ecclesia, vt decisum fuit in S.C. vt ibi, quicquid esset, quando nõ ab emphyteuta, sed à tertio essent factæ, quo casu siuè ob culpam, siuè ob generationem finitam, semper melioranti deberentur, vt pluries fuisse in S.C. decisum, vt ibi.

SVMMARIVM.

1 *Testes inter alios examinati, & mortui, faciunt semiplenam probationem contra tertium non citatum.*
Intellige, num. 2. *&* 3.
4 Bart. in l. admonendi, nu. 45. ff. de iure iur. *non procedit in criminalibus.*
5 *Testes producti ad defensam, deponentes contra alium, non faciunt fidem, eo non citato.*
6 *Testes recepti, & examinati in causa criminali pro instructione Curiæ, qui si repetiti non sint, & mortui, non faciunt indicium ad torturam.*
Amplia, etiam si essent mille, num. 7.
Amplia, vt nec Princeps contrarium decernere possit, num. 8.
Intellige, si reus non esset contumax, aliàs quamuis essent mortui, benè probarent, quia culpa sua non fuerunt repetiti, num. 9.

DECIS. CIII.

1 In hac decisione concludit *Author*, testes inter alios receptos, seù examinatos, & mortuos facere semiplenam probationem, licèt dicatur recepti parte non citata, cùm sufficiat fuisse citatum illum, cuius principaliter intererat, per mirabilem doctrinam *Bart. in l. admonendi, nu.* 45. *de iure iur.* cuius opinio verior est, quidquid alij in contrarium firmarint, vt inquit *Ias. ibid. in* 1. *lectura, num.* 98. quem & alios pro hac opinione allegat, & sequitur *Grat. decis. Marchia* 94. *in addit. num.* 3. vbi etiam meminit de hac

nostra *decis.* hanc quoquè *Cremens. singul. 104. Vincent. de Franch. decis.* 345. contra *Curt. cons.* 72. licèt dicat, hoc procedere,
2 si ipsi tertio nulla negligētia imputari possit, quod potuisset eos producere, prout etiam *Alexand. Trentacinq. lib. 2. variar. resolut.* sequutus *Bart. in d. l. admonendi, resolut. 9. à nu. 9. vsque ad finem*, dummodò dicti testes fuerint legitimè recepti in-
3 ter alias personas, & sint contestes, & idonei, adeò vt facerent plenam probationē inter ipsas personas, inter quas fuerunt recepti, sic etiā sequutus *Bart.* affirmat *Mastrill. in decis.* 105. *part. 1. num.* 10. & 11. & *Benint. decis.* 67. *num.* 1. & 2. vbi refert, hāc esse magis communem.
4 Secus autem in criminalibus, in quibus non procedit hæc *Bart.* doctrina, vt inquit *Alexand. Trentacinq.* citata *resol. 9. in fine*, prout in terminis notat *Bertazz. cons.* 428. *num. 2. lib. 2.* dicens, quòd testes producti
5 ad defensam, deponentes contra alium nō citatum, non faciunt fidem, prout etiam voluit *Farinac. quæst. 72. num.* 93. & quamuis contrarium decisum fuisse referat *Castill. decis.* 285. *par.* 2. tamen in eo casu plura interuenerunt, scilicet quòd ille reputatus erat tanquàm vagabundus, & contra eum vrgebat mala fama, & nomen, quòd fuerat vnus ex argentarijs, qui tūc temporis monetam tondebat, & sic ille fuit in exilium missus, non ex dictis depositionibus, sed tanquam homo diffamatus, mali nominis, vt ibi, prout obseruatur in nostris Tribunalibus, iuxtà *Regiam Pragmaticā*, scilicet quòd homines vagabundi ex sola mala fama condemnantur ad seruiendum Regijs triremibus per quinquennium, vt etiam restatur *D. Reg. Rouit. in d. pragm. de vagabundis, in rubr. num.* 3.

Sic quoquè quando testes fuerint rececepti, & examinati in causa criminali pro instructione Curiæ, & ad eam informandam, qui si repetiti non fuerint, & mortui
6 sunt, non faciunt inditium ad torturam, prout ex *text. cap. 2. de testib.* sic quoquè cū infinitis rationibus hoc tuetur *Alex. Trentacinq* in citata *resolut.* 9. dicens, *Bart.* doctrinam in *d. l. admonendi* non procedere in hoc casu, vt etiā voluit *Seraph. dec.* 1359. *nu. 4. Verall. decis. 207. num. 9. part. 2. Cumia super Ritibus Siciliæ, cap. 97. num. 24. & seq. Farinac. in d. quæst. 72. & quæst. 74. & 76. Boss. de opposit. contra test. num. 34. vers. & vbi causa committitur, Castill. decis. Sicul. 177. num.* 2. plenè *Barz. decis.* 137. *num.* 1. ac meliùs *decis.* 144. *nu.* 10. & *seq.* vbi ait, quòd neque aliquod indicium pro-
7 ducant, etiam si essent mille, imò nec Prin-
8 ceps contrarium decernere posset, vt *ibid. nu.* 13. ac etiam latè *decis.* 141. post *Grammat. voto 30. num.* 7. quod etiam affirmat *D. Reg. Rouit. in pragmat. 1. de bon. prodit. num.* 47. & 48. & *Peguer. decis.* 17.

Sed hoc procedit, quando reus non esset contumax, nam si esset contumax, tunc
9 licèt mortui sint testes, benè contra eum probant, quia culpa sua non fuerunt repetiti, prout etiam expressè disponitur per *Regiam* nouellam *Pragmaticam*.

SVMMARIVM.

1 *Confessionem impugnans an teneatur contrarium probare.*
2 *Litigans cum procuratore an vti talem videatur approbasse, licèt non sit procurator.*
3 *Contrahens cum aliquo tanquàm minore, vel impubere, nūm posteà possit contrarium probare.*
4 *Transactio facta cū tali nepote, vel hærede an sustineatur, licèt deindè non sit talis, vti asseritur.*
5 *Causa finalis quæ dicatur.*
6 *Pronomen hoc* hæredis, *vel* nepotis *quandè dicatur appositum ex causa finali.*
7 *Ratio legis si vna ex altera de duabus cessat, quando dicatur cessare illius legis dispositio.*
8 *Transactio quādo præsumatur facta intuitu sanguinis coniunctionis.*
9 *Donatio facta inter coniunctos quādo præsumatur facta ex sāguinis coniunctione, & quando alia coniectura sumi possit.*

DECIS. CIV.

1 IN hac decisione post discussionem illam, an impugnans confessionem possit contrarium probare, de qua plenè *Mascard. de probat. concl.* 390.
2 & *Author* noster *decis. 108. num.* 12. vbi litigans cum aliquo tanquam procuratore videtur illius personam approbare, nec postmodùm potest impugnare, sic etiam
3 in eo, qui cōtrahit cum minore, vel impubere, cùm non possit deindè dicere, non esse minorem, vel impuberem, *l. si proponas, §. 1.* vbi *Bald. ff. de petit. hæred.* idem *Bald. in l. 2. §. quod obseruari, col. 3. versic. hic quæro de ista quæstione, C. de iuram. calumn. Decius* plenè *cons.* 665. *Neuiz. consil. 17. num. 8. Caualcan. de tutor. num.* 269. & *seq.*

& seq. quos etiam sequitur *Author* noster 4 *decis.* 100. *num.* 10. quæritur, si trāsactio facta cū tali hærede, & nepote substineatur, licèt ipse non sit hęres, vel nepos, & successiuè si ipsa præsumatur causa finalis, ità vt si non sit hæres, vel nepos, contractus possit reddi nullus, & licèt illa dicatur causa 5 finalis, quæ generalitet totam respicit dispositionem, & influit omnem effectum, ad tradita per *Bald. in l.* 1. *num.* 13. *ff. solut. matrim.* & in *l. generaliter, C. de Episcop. & cler. num.* 8. *& seq.* tamen hoc pronomen 6 *haeredis*, vel *nepotis* non dicitur appositum ex causa finali, cùm non sit de substantia actus, quia transactio ista valet, licèt non sit hæres, vel nepos, vt supponitur in hac decisione, & successiuè nō potest dici causa finalis, & quamuis dici possit ratio 7 finalis dictæ transactionis, tamen quando alia subsistit ratio, tūc dispositio locum habet, argumento *l. liberorum, §.* 1. *ff. de his, qui notant. infam. §. affinitatis, Instit. de nupt.* prout in terminis transactionis respondit *Crauett. consil.* 559. *nu.* 7. quem ad hoc propositum allegat, & sequitur *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 3. *tit.* 12. *num.* 52. hinc notant *Marc. Mant. in singul.* 392. ac idem noster *Author in dec.* 62. *nu.* 31. *& decis.* 38. *nu.* 25. dicentes, quòd si ex duabus rationibus legis vna cesset, non propterea cessat illius dispositio, quando illa, quæ remanet est sufficiens ad producendum effectum, 8 eò magis, quia nequè pręsumi potest, transactionem istam factam esse in causam coniunctionis sanguinis, cùm coniunctio inter contrahentes non adsit, vt dicit *Surd. hic*, & quando adesset, non potest præsumi ex sanguinis cōiunctione, dùm aderat alia causa, scilicèt quia habuerat egregias quātitates pecuniarum ex illa transactione, vt etiam notat *Author hic num.* 33. *circ. fin.* & consequenter locum habent dispositiones *text. in d. §. liberorum, & §. affinitatis*, 9 prout in simili dicimus de donatione facta coniuncto, quæ nō præsumitur ex sanguinis coniunctione, quando alia potest sumi coniectura, *l. post mortem, §. tutor, & l. vlt. ff. quand. ex fact. tutor.* quod locum habet etiam in ascendente, & descendente, *l. Nesennius, ff. de negot. gest.* vt post multos comprobat *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 13. *tit.* 19. *num.* 10. *& seq.*



DECIS. CV.

Circa hanc quæstionem per extensum vide *Mascard. de probation. conclus.* 1324.

Circa verò illud aliud, quod quæritur ab *Authore*, scilicèt quando confessio mariti de dote recepta noceat creditoribus, latè scripsi in *decis.* 55.

SVMMARIVM.

1 *Mater tutelam filiorū ex primo matrimonio, mortuo secundo viro reassumere non potest.*
2 *Ampliatur primò, etiam si testator reliquerit eam tutricem quandiù vixerit.*
3 *Ampliatur secundò, si mater tutelam deposuisset, & deindè non contraxisset matrimonium.*
Contrarium, num. 5.
4 *Limitatur, nisi hoc fuerit simulatè.*
5 *Mater in subsidiū potest tutelam reassumere, vbi pupilli alium tutorem idoneum habere non possint.*
6 *Ampliatur, etiam admitti ad successionem, & num. seq.*
7 *Pater transiens ad secunda vota an perdat vsumfructum in bonis aduentitijs filij, ampliatur, vt nec perdat curam, vel tutelam, et legitimam administrationem, quam habet à lege, & nu. seq. & de ratione ibidem.*
9 *Mulieres enim sæpè nouis viris non solùm res filiorum, sed vitam addicunt.*
10 *Pater secundò nubens non tenetur conficere inuentarium, nec præstare satisdationem filijs in immobilibus, secus verò procedit in bonis mobilibus.*
11 *Mater transiens ad secunda vota si fuerit restituta, & habilitata ex Principis gratia ad tutelam, non solùm ad eam admittitur, sed & ad successionem filiorum.*
12 *Restitutio simpliciter à Principe facta quādo tribuat recuperationem, & successionis capacitatem.*
13 *Hæreditas quàmuis sit delata non dicitur alicui ius quæsitum.*
14 *Mater licèt transierit ad secunda vota an, & quando ei concedatur filij educatio, hoc etiam declaratur vsque ad finem.*

DE-

DECIS. CVI.

1 MAtrem tutelam filiorum ex pri-
mo matrimonio reassumere
nō posse mortuo secundo vi-
ro concludit *Author hic*, pro-
ut etiam decisum refert *Minsynger. obser-
uat.83.centur.3.* secundùm quam decisio-
nem sic quoquè iudicatū testatur *Peguer.
decis.* 166. cum multis per eum adductis,
quam quæstionem plenè disputat *Faber
in suo Codice, lib.5. tit.21. quand. mul tut.
offic.fung.possit, definit.2. & Gutierr. de tu-
2 tel. cap.9.part.1.* quod ampliatur, etiam si
testator dixerit, quandiù vixerit, & in hu-
manis fuerit, vt notat *Guid. Pap. decis* 539.
Afflict. decis.183. & 281. Capyc. decis. 56.
3 amplia, etiam si mater deposuisset tutelā,
licèt posteà non contraxisset, *Boer. decis.
259.num.5. Sylua nuptial.2.part.num.50.*
quod etiam voluit *Gabr. commun.conclus.
tit. de secund.nupt. concl.9. num.4.* vbi sta-
tim, quòd habet animū nubendi, hoc quo-
què *Peregrin. de iure fisci, tit.15.nu.6.lib.3.
Gonzal. ad reg.8. Cancell.glos.57. Gratian.
tom.2. discept.forens. cap.213. num.11.* nisi
4 hoc fecerit simulatè, per singularē doctri-
nam *Bald. in l.omnem, nu.3. C.ad Tertull.*
qui allegat *tex. in l.cùm quendam, de admi-
nistrat.tutor. & l.creditor, §.si venditor, de
edil. edict.* quod etiam notauit idem *Gra-
tian. d.tom.2.cap.219.num.13.* quāuis con-
trarium verius sit, scilicet vt non sufficiat
animus nubendi, nisi cum effectu secundò
nubat, prout tenet *Afflict. decis.357.* per ea,
quæ tradit *Angel. in l.solet, ff. de his, qui no-
tant. infam.* vbi inquit, quòd mater tutelā
non amittit, quamuis contraxisset sponsa-
lia, cùm iura loquentia de marito, non ha-
beant locum in sponso, vt etiam affirmat
*Boer. decis.266.nu.5. Minsyng. d. obseru.83.
centur.3. in fin.* & ratio est, quia res adhuc
est integra, vt tradit *Costa de re integr. di-
stinct.10.nu.6. Montan. de iur. tut. cap.15.
num.* 78. nisi interim passa fuerit à sponso
cognosci, ad tradita per dictum *Montan.
in loco* citato, & *Thob. Non. cons.75. nu.3.*
ac *Laderch. cons.24.* sic etiam si matrimo-
nium contraxerit, & deindè nullum, & in-
ualidum declaratum fuerit, dummodò nō
sit consummatum, vel ad domum viri tra-
ducta, vt ex dictis *cons. Laderch. & Thob.
Non.*

Sed limitatur prima conclusio pluribus
5 modis, & primò si pupilli alium tutorem
idoneum habere non possint, tunc enim
in subsidium tutelam mater reassumere
posset, ad tradita per *Boer. d. decis.266. &
Costa de remed.subsid. remed.103.num.13.
& Merlin. de legit.lib.4.tit.2.quæst.4.* etiam
6 quòad successionem, vt determinat *Ang.
in authent. matri, & auiæ, C. quando mul.
tut.offic fung.poss. Speculat. de tutel. §.nunc
dicendum videtur, quòd si mater*, quos etiā
refert, & sequitur *Ruin. consil.86.num.10.
lib.5. Fab. de Anna consil.50. num.16. &
sequent.*

7 Secundò limitatur in patre, qui licèt
transitum fecerit ad secunda vota, non
per hoc perdit vsumfructum quæsitum in
8 bonis aduentitijs filiorum, nec curam, vel
tutelam, seù legitimam administrationem,
quam habet à lege in eisdem bonis, *l. fin.
C. de bon. matern. § quoniā omninò, Auth.
de nupt. Boer. dec.198. Gutierr. lib.2. pract.
qq. quæst 95.num.12. Gomes. ad l.15. Tauri
num.15.* cùm amor paternus quasi robo-
retur maiori firmitatis iudicio, quàm ma-
9 ternus, fœminæ enim sæpè nouis viris non
solùm res filiorum, sed vitam addicunt, vt
de magis communi opinione testatur *Pi-
nell. de bon. matern. l.vlt.num.15. & 16.* ità
10 vt nequè hoc casu pater secundò nubens
teneatur prestare satisdationem, nec inuē-
tarium conficere de bonis immobilibus,
quidquid secus sit in mobilibus, in quibus
æquiparantur vir, & vxor secundò nuben-
tes, prout de magis communi opinione
testatur *Castill. de vsufr. cap.3. num.93. &
mult. seqq.*

11 Tertio limitatur, quando mater transa-
cta ad secūda vota fuisset ex Principis gra-
tia restituta, atquè habilitata ex certa sciē-
tia ad ipsam tutelam, quia tunc non tan-
tùm eam recuperat, sed etiā ius succeden-
di ipsi filio, vt plenè consuluit *Ruin. d. con-
sil.86.num.5. vsque ad fin.* & ratio est, quia
vbi bona alteri medio tempore non sunt
12 incorporata, restitutio simpliciter à Prin-
cipe facta tribuit recuperationem, & suc-
cessionis capacitatē, etiam quòad ius in-
capacitatis alteri medio tempore quesitū,
vt ex traditis per *Costam de portion. rata,
13 quæst.30.num.11.* nam non dicitur ius ali-
cui quæsitum, nisi hæreditas sit apprehen-
sa, quamuis sit delata, & hanc esse cōmu-
nem opinionem testantur *Surd. cons.569.
num.7. volum.4. Roland. à Valle consil.45.
num.32. volum.4.* qui in specie reprobat
Gomes. tom.3. variar. resolut. cap.13. nu.36.
sic etiam tenet *de Ponte cons. 69. num.25.
& seq. Peregr. de iur. fisc. lib.5. tit.2. num.38.
vers. contra verò*, quod idem est in bannito
restituto, vt etiam omnes supra citati DD.

14 Quar-

14 Quartò limitatur etiam quòad educationem, cùm pupilli penès matrem educari debeant, non obstante transitu facto ad secunda vota, cùm educatio sit arbitraria, vt ex notatis pèr *Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. casu 168 per tot.* verùm hæc limitatio procedit, quando mater non esset filio successura, quia aderat substitutus, & esset circumspecta, & honestæ vitæ, vt iudicatum refert in Sact. Conf. *Vincent. de Franch. decis.* 350. in causa Beatricis Caracciolę, penès quã fuerũt filij ex primo matrimonio educati, aliàs deberent educari in Monasterio, vt decisum in Sact. Consf. fuisse testatur *Anna singul.* 395. etiam si de voluntate testatoris post transitum ad secundas nuptias remaneret tutrix, vt post *Ruin. in d. conf.* 86. sic notat *Alexand. Trentacinq. lib. 2. variar. resolut. tit. de minor. resolut.* 7. *num.* 3. *in fin.* licèt contrarium teneant aliqui, quòd etiã si esset ipsa mater substituta filio, nihilominùs ex dicta spe succedendi non oritur suspitio, vt dicti eius filij penès eam educati non debeant, sed debẽt concurrere aliæ coniecturæ, & præsumptiones de futuris insidijs vitæ, & necis dictorum pupillorum, vt in terminis in matre consuluit *Barb. conf.* 70. *col.* 14. *vol.* 3. quem refert, & sequitur *Menoch. d. casu* 168. *circa finem*, & in fortioribus terminis in auia, in qua non est tanta affectio, quanta in matre, quos omnes, & eorum opiniones amplectitur *Cartar. decis. Ianuens.* 133. *nu.* 13. *& seq.*

De hac quæstione latissimè tractat noster *Author in eius tract. de aliment. tit.* 4. *quæst.* 13. *per tot. & Alexand. Trentacinq. lib.* 2. *variar. resolut. tit. de minor. resolut.* 7. *Paschal. de virib. patr. potest. part.* 3. *cap.* 10. *num.* 26. & quando circa educationem filiorum recedere liceat à voluntate testatoris, latè *Port. conf.* 150.

Verùm in casu, quo mater per secundas nuptias priuaretur tutela filiorum, desineret quo que esse exequutrix testamẽti viri, vt iudicatũ refert *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 5. *glos.* 8. *part.* 11. *num.* 13. quicquid hinc inde dixerint *Lup. de donat. inter vir. & uxor. §.* 87. *num.* 15. *& Spin. de testam. tit. de exequut. num.* 36.

SVMMARIVM.

1 *Verba apposita in contractu quando transmutant factum in alienam speciem, an præsumantur apposita præter voluntatem contrahentium.*

2 *Confessio Notarij, falsum esse instrumentum quando noceat creditoribus.*

DECIS. CVII.

1 De hac quæstione latè scripsi in *decis.* 135. verùm circa hoc nota, quòd quando verba apposita in contractu transmutant factũ in alienam speciem, tunc præsumuntur apposita præter voluntatem contrahentium, vt *Didac. Couarr. tit. de testament. in rubr. part* 2. *nu.* 14. *Magon. decis. Lucens.* 54. *nu.* 15. *& Carocc.* latissimè *casu* 22. omninò videndus.

2 Verũ pro opinione nostri *Authoris hic*, scilicet confessionem Notarij, falsum esse instrumentnm nõ nocere creditoribus, nisi aliæ sint probationes, iudicauit Senatus Sebus. apud *Fabr. in suo Codice, lib.* 4. *tit.* 16. *definit.* 11. *de fide instrum.* & ibi latè, quales eę esse debeant.

SVMMARIVM.

1 *Nullitas in quibus casibus possit à tertio allegari, declaratur.*

2 *Tertius ius aliquod priuatum nõ habet, sed tantùm respectu publica vtilitatis.*

3 *Ampliatur, vt etiam stante statuto, quòd quis possit impunè exbannitum occidere, & is fuerit de tali homicidio inquisitus, vt quilibet de populo admittatur in iudicio ad defendendum homicidam exbanniti.*

4 *Tertius quilibet admittitur ad allegandam nullitatem in fauorem homicida exbanniti, & eum defendere.*

5 *Forma statuti circa solemnitates requisitas in cõtractibus, & iudicijs minorum, censetur inducta propter publicam vtilitatem.*

Ampliatur, etiam vt vnusquisque possit de nullitate dicere in alienatione rei Ecclesia, num. seq.

7 *Forma à statuto inducta circa solemnitates in conclusionibus minorum non potest etiam cum iuramento renunciari.*

8 *Ratio decisionis* Authoris *refertur, qua ampliatur notabiliter num.* 10. *& seq.*

11 *Nullitas nõ potest à tertio allegari, quando nõ est ipso iure nulla, explicatur de ratione, ac decisum pluries refertur ibidẽ, & num.* 13.

Limitatur, hoc procedere quando contractus apparet ab initio fuisse celebratus in euiden-

euidentem vtilitatem Ecclesiæ, vel mino-
ris, etiamsi non esset res integra, & de
ratione num. 12.
14 *Nullitas contractus vtilis minori ab alte-*
ro ex contrahentibus opponi non potest.

DECIS. CVIII.

DE hac decisione latissimè post
multos scripsit *Gratian. tom. 4.*
1 *discept. forens. cap. 691.* vbi cum
distinctione concludit, scilicet
aut sumus in contractu minoris ipso iure
nullo, cui ius resistit, & tunc nullitas sem-
per à tertio allegari potest, prout etiam
Bursat. cons. 82. num. 11. & seq. vol. 1. Vi-
scont. in verbo contractus, in suis conclus.
2 *Anna singul.* 499. licèt tertius ius aliquod
priuatum non haberet, sed tantùm respe-
ctu iuris publici, ac publicę vtilitatis, vt sin-
gulariter decidit *Bart. in l. vbi pactum, nu.*
10 *C. de transact.* vbi eum sequuntur infi-
3 niti DD. dicens, quòd si extaret statutum,
quòd exbannitus posset impunè occidi (cũ
huiusmodi statutum publicam vtilitatem
cõcernat, iuxtà notata in *l. 1. & 2. C quan-*
do lic. vnicuiq. sin. iudic. se vendic.) & quis
exbannitum occiderit, & de hoc maleficio
4 inquisitus fuisset, quòd possit vnusquisque
de populo in iudicio comparere, & homi-
cidam exbanniti defendere, & tueri, &
Vant. in tract. de nullit. tit. qui poss. dicer. de
nullit. num. 6. ampliat, etiam per remediũ
nullitatis quilibet homicidam banniti de-
fendere, & tueri potest, nec illi taliter com-
parenti obijci possit, quòd sua non intersit,
per dictam doctrinam *Bart.* prout etiam
latè *Felin. in cap. cùm super, col. 5. vers. nõ*
solùm pro suo interesse, de sent. & re iudic.
Hippol. de Marsil. in l. si quis, §. reperio etiã,
num. 141. ff. de quæst. & hoc procedit in
qualibet causa publica, vt latè per *Vant.*
5 *loco* citato, vndè cùm hæc forma statuti
circa sollemnitates requisitas in contracti-
bus, & iudicijs minorum, quamuis dicatur
requiri, nè quis decipiatur, cẽletur tamen
inducta propter publicam vtilitatem, &
ius publicum, vt in specie concludit *Ioan.*
Annib in repet. l. nemo potest, num. 286. &
318. ff. de legat. 1. sic etiam eum sequutus
Gratian. in d. discept for. num. 7. & singula-
riter *Costa de retrotract. casu 7. cap. 9. &*
Crescent. decis. 9. de sentent. & re iudic. idem
Vant. in citato *tit. num. 9. & seq.* igitur nul-
litas prædicta à quolibet tertio allegari
6 potest, prout sic etiam in alienatione rei
Ecclesiæ, quòd vnusquisque potest de nul-
litate dicere, cùm sit quid iuris pulici, vt
post *Vant. in d. num. 9.* sic in terminis vo-
7 luit *Rota in decis. 159.* nec tali formæ per
statutum inductæ cum iuramento renun-
ciari potest, ad tradita per *Menoch. de ar-*
bitr. lib. 1. casu 30. num. 3. Ruin. cons. 158.
num. 1. vsque ad 6. lib. 4. Roland. cons. 72.
num. 57. lib 3. & cons. 60. num. 3. lib. 4.
8 Eò magis est dicendũ, cùm hic tertius,
vt in hac decisione causam habuit ab vno
ex litigantibus contra minorem indefen-
sum, qui licèt habuerat sententiam in sui
fauorem, tamen quia erat nulla, vt ex dicta
decis. Crescent. & in citato *cap. 9.* poterat
contra eam de nullitate opponere, vt in
puris terminis notauit idem *Vant. in d. tit.*
num. 2. dicens, non solùm is, contra quem
actus, & sententia formati sunt, verum
9 etiam is, qui sententiam, seù alium actum
in eius fauorem cõfecit, vel reparauit, po-
test venire contra, & dicere de illius nulli-
tate, & pro hoc sunt *text. in l. 1.* vbi *Bald.*
C. de lib. caus. l. 1. & 2. C. si aduers. rem iud.
l. si tibi, C de euict. l. quemadmodùm, C. de
agric. & censit. lib. 10. cap. si quis presbytero-
rum, de reb. Eccl. s. non alien. Author noster
in cons. 127. num. 58. & seq vol. 1. Thesaur.
decis 4. num 7. Mart. cons. 12. num. 5. no-
uissimè impresso, *Abb. in cap. transmissæ,*
10 *in 3 not. de iur. patronat.* quæ oppositio
etiam ab hærede illius, in cuius fauorem
lata fuerat sententia allegari posset, vt latè
Alex. cons. 123. num. 5. in fin. lib. 1. & cons.
445. nu 29 idem *Alex. cons. 103. lib. 2.* qui
loquitur in terminis sententiæ latę contra
minorem, curatorem non habentem.

Aut verò contractus non esset ipso iure
11 nullus, quia statutum ei præcisè non resi-
steret, & tunc nullitas non potest à tertio
allegari, sed per ipsos minores, vt conclu-
dit idem *Gratian. d. cap. 619. num. 13. &*
tom. 1. cap. 27. & ratio est, quia minor, vel
Ecclesia, si vult, potest contractum appro-
bare, vt ex multis probat *Mantic. de tacit.*
& ambig. lib. 3. tit. 16. num. 12. dicens, sic
fuisse per Rotam decisum coràm ipso, tẽ-
pore, quo erat Auditor Sacri Palatij, sic
etiam decisum refert *Put. decis. 310. lib. 1.*
Peregrin. decis. 224. lib. 2. sed hoc, quando
12 contractus euidenter appareret, quòd à
principio fuisset factus in euidentem vtili-
tatem Ecclesiæ, vel minoris, licèt res non
sit integra, scilicet quia à parte fuerit op-
positum de nullitate, vt ex multis probaui
in *decis. 70.* ex eo, quia respectu alterius
partis contrahentis valet contractus, sed
tantùm respectu ipsius minoris, vel Eccle-
siæ di-

siæ dicitur claudicare, *l. Iulianus. §. si quis à pupillo, de action. empt.* & sic hæc vltima conclusio procedit, quoties lex ab initio non resisteret contractui, alias secus, ad *tex. in l. à Diuo Pio, ff. de rit. nupt.* vbi *gloss. & Tiraquell. de leg. connub. glos. 6. num. 96.* idem *Mantic.* sic declarat in citato *nu. 12. circa finem*, vbi concordantes allegat, & de prædictis latè *D. Reg. Capyc. Latro in dec. 19.* ac *D. Merlin. lib. 1. controu. cap. 21.* quibus addo *Caualer. in decis. Rota Roma-*
13 *na* 605. vbi tertius non potest allegare contractum factum cum Ecclesia, vel minore fuisse nullũ ex defectu solemnitatis, vel assensus Apostolici, quod etiam dixit *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 25. tit. 6. nu. 42.* vbi sic iudicatum asserit, & latiùs *lib. 3. tit. 16. num. 12.* sic etiam eademmet *Rota in decis. 133. num. 12. part. 2. in nouiss.* ex *Ruin. cons. 35. num. 31. lib. 1.* & hanc veriorem contra *Garz. de benef. par. 12. quæst. 2. num. 163. cum seq.* dicit *Gratian. tom. 5. discept. for. cap. 819. n. 17. cum seq.* subdens sic pluries fuisse iudicatum, *& tom. 2. cap. 202. num. 25.* & de hoc articulo fuit difficultatum in Sacr. Cons. licèt non adhuc decisũ in causa Creditorum Ill. Ducis Hadriæ respectu portionis Beati Rudolphi Acquauiuæ, penès Actuarium Figliolam, & hoc
14 erit etiam respectu illius, qui cum minore contraxit, nam si vtilis minori, vel Ecclesiæ fuerit contractus, nullitas ab eo allegari nõ potest, ipsis nolentibus, vt decisum fuit in S.C. vt dixi in *decis. 79. num. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Cautionem non potest testator vsufructuario remittere, vbi etiã de intellectu* l. tribus hæredibus, ff. de vsufr. ear. rer. quæ vsu consum.
2 *Cautio non censetur per hæredem vsufructuario remissa ex eo, quòd promiserit, eũ non molestare, & concordãtur opiniones* Bald. & Rip. *num. 4.*
3 *Cautio vsufructuarij ad quid inuenta.*
5 *Testator prohibens hæredem vxorem non molestare, licèt ab ea per hæredem petatur satisdatio, non tamen dicetur venire contra dispositionem ipsius testatoris.*
6 *Molestia alia iuris, alia facti.*
7 *Testator prohibens, molestiam tàm iuris, quã facti inferri vsufructuario per eius hæredes sub pœna priuationis hæreditatis, non committitur pœna, si hæres petat cautionem prædictam.*
8 *Prohibitio molestationis intelligitur facta quando quis malo animo, vel calumniosè aliquem molestat, non autem quando bona fide.*
9 *Molestiam inferre non dicitur qui iure suo vtitur.*
10 *Cautio est de substantia vsufructus.*
11 *Cautio debetur etiam proprietario non petente.*
12 *Donans, reseruato sibi vsufructu, non tenetur præstare cautionem, prout in vsufructuario.*
Limita, quando adesset causa dilapidationis, num. 13.
14 *Pater an teneatur cautionem præstare respectu vsufructus, quem habet in bonis filij, prout quilibet vsufructuarius.*

DECIS. CIX.

1 CAutionem vsufructuario testatorem remittere nõ posse, concluditur hic per *tex. in l. 1. C. de vsufruct.* addo *text.* singularem in *l. scire debetis, C. vt in possess. legat. l. de die, §. 4 ff. qui satisd. cogant.* prout etiam sufficienter explicat *Vasq. in lib. 1. de testament. potent. §. 7. num. 22. & seq. & de success. creat. §. 7. num. 32. in fin. Gayll. lib. 2. obseru. 145. per tot. Vultemb. cons. 91. part. 2. Petr. Peck. de testament. coniug. lib. 5. cap. 24. num. 4. Io. Koppen decis. 33. num. 9. Thesaur.* infinitos colligit in *decis. 80. num. 2. Gratian. decis. Marchi. 3. & tom. 5. discept. forens. cap. 901. num. 12.* sic etiam plenè *Gutierr. in repetit. l. nemo potest, de leg. 1. num. 276. cum seq.* & licèt contrarium videretur dicendum, scilicèt esse quid absurdum, testatorẽ hanc cautionem remittere non posse, nam ipse & proprietatem donare potest, eò magis cùm malitia, & dissipatio vsufructuarij nõ facilè sit præsumenda, qui vtiquè ad emendationem damni dati se scit teneri, tamen hæc fundamenta si penitùs introspiciat, in aqua sunt posita, dicit *Herring. de fideiuss. cap. 5. num. 210.* propter communem opinionem prioris sententiæ, pro qua infinitos alios colligit, vt etiam tenet *Cancer. lib. 3. variar. resolut. tit. de legat. num. 217. & Castill. de vsufruct. cap. 18.* nec obstat *text. l. tribus hæredibus, ff. de vsufruct. ear. rer. quæ vsu consum.* quia ibi testator non tàm cautionem remisisse, quàm ordinasse videtur, quomodò cautio fieri debeat, vt pulchrè, & satis doctè *text.* illum explicat *Herring. de fideiuss. cap. 7. num. 65.* omninò videndus.
2 Imò etiam si hæres promiserit vsufructuarium

fructuarium nõ molestare, adhuc cautio prædicta præstari debet, vt docet *Bald. in l. 1. num. 13. in fin. verf. sed pone, quòd verba, C. de vsufruct.* cuius opinionẽ approbatã esse in iudicijs testatur *Author* noster in eius *tract. de aliment. quæst. 26. tit. 9. nu. 23. in fin.* contra quam opinionem & si multa adducat, tamen dicit, tutum nõ esse ab ea recedendum.

Et, quamuis contrarium teneat *Ripa in l. nemo potest, num. 41. ff. de leg. 1.* dicens, hęredem hanc cautionem remittere posse, cùm hæc sit communis, pro qua nonnullos colligit, ea ratione, quia licèt testator eam remittere non potest, hoc est, quia inuitaretur vsufructuarius ad delinquendũ, imò adducit aliam rationem, quæ est, quòd te-
3 stator eas solùm cautiones remittere potest, quæ voluntatis suæ tuendæ gratia inuentæ sunt, *l. 2. C. vt in possess. legat.* cautio autem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri non est inuenta ad conseruandam voluntatem defuncti, quinimò potiùs aduersatur illi, si remittatur, sed est inuenta ad conseruandum ius hæredis, cui fraus non fit, *l. post hæres, ff. ad leg. falcid.* prout post multos notat etiam *Herring. in cap. 5. numer. 212.*

Nihilominùs hæ duæ opiniones con-
4 cordãtur, nam licèt proprietarius promittat vsufructuariũ nõ molestare, nõ per hoc remittit cautionem, cùm illa verba intelligãtur, nisi quęstio oriatur ex natura eiusdẽ contractus, vt declarat ipse *Bald.* & conuenit se cum opinione *Rip. in d. l. nemo potest,* & pro hoc allegat *text. in l. venditor, ff. de*
5 *verb. oblig.* prout in simili dicitur, quando testator prohiberet hæredem vxorem non molestare, nam licèt ab ea petatur satisdatio, non tamen dicitur venire cõtra dispositionem defuncti, vt notat *Addit. ad Bald. in d. l. 1. C. de vsufruct. in lit. B. & C.* & ipsemet *Bald. in l. 1. C. qui pœn. nom. num. 26.*
6 *& circ. fin.* cùm alia sit molestia iuris, & alia facti, *l. Aurelio, § cuius, ff. de lib. legat. Peregrin. de fideic. artic. 35. num. 7.* & videnotata per *Me in decis. 184.* vbi etiam si te-
7 stator prohibuisset molestiã iuris, & facti ab hærede circa vsufructuarium sub pœna priuationis hæreditatis, tamen in hoc casu talis pœna non committitur, si hæres cautionem voluerit ab vsufructuario, vt de
8 iure, quia hæc prohibitio molestationis de iure, intelligitur quãdo quis malo animo, & sic calumniosè sub colore, & prætextu iuris aliquem molester, non autem quan-
9 do bona fide, vt ius consequatur, nam molestare non videtur qui iure suo vtitur, *l. 55. §. is tamen, ff. de lib. hom. exhib. l. iniuriarũ, §. 1. ff. de iniur. l. nullus videtur, ff. de regul. iur.* & alia similia ad hoc propositum adduxi in dicta *decis. 184.* vndè ad hoc benè dixit etiam noster *Author in tract. de aliment. loco* citato, quòd per hanc promissionem vsufructuarius à cautione non liberatur, à qua opinione licèt aliqui dissenserint, tamen subdit, tutum non esse ab ea
10 recedere, cùm cautio illa sit de substantia, vt notaui in *decis. 181. & Bald. in d. l. 1. nu. 10. circa medium,* vbi ait, quòd nullo modo est reperire vllum quasi vsufructuarium
11 sine ista satisdatione, cùm ipsa debeatur etiam proprietario non petente, vt ex traditis per *Pinell. in l. 1. part. 2. num. 77. C. de bon. matern. Cacheran. in decis. 153. num. 1. Minad. consf. 4. num. 23.* prout etiam post multos voluit *Gratian. decis. Marth. 3. in addit. num. 6. & seq. & tom. 5. discept. cap. 901. num. 9. Azo in l. vxori, ff. de vsufruct. lig. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glos. 22. num. 23.*

12 Verùm hoc non procedit in donante, reseruato sibi vsufructu bonorum donatorum, nam ille non tenetur cauere, vt notat *Herring. d. cap. 5. num. 208.* addo *Pinell. in d. l. 1. part. 1. num. 80.* dicentem, non posse adduci in contrarium fundamentũ, quod vrgeat, durum enim, & inciuile videretur admittere donatarium petentem cautionem ab eo, qui liberaliter beneficium ei contulit, subdens hanc esse communem, cum qua opinione concurrit *Fontanell. in loco* citato, *num. 24.* quamuis in *num. 25.*
13 dicat, quòd si adesset causa, vtputà dilapidationis, aut quia malè versaretur in re, posse ipsum donantem vsufructu priuari, sicuti & alius quicunque vsufructuarius, cùm ipse non potuit reperire differentiam inter vnum, & alium vsufructuarium.

14 Et idem est in patre respectu vsufructus, quem habet in bonis filij, qui licèt sit priuilegiatus sicuti donator in non cauendo, nihilominùs priuatur vsufructu ex causa, ob quam alius vsufructuarius priuatetur, & pro hoc allegat *Castill. de vsufr. lib. 1. cap. 3. num. 100. & cap. 21. per tot.*

Contrarium tamen tenet *Caner. lib. 3. variar. resolut. cap. 10. tit. de legat. nu. 216. vers. cum tamen,* dicẽs, donantẽ, qui vsumfructum sibi reseruauit, non teneri nec cauere, nec inuentarium conficere, nisi reddere mobilia cuiuscunque generis sint, dolo secluso, prout tẽpore mortis reperiuntur, & sic ipsum censuisse ait, donãtes que-
dam-

quamuis quemodo vsumfructum causalem, quàm formalem reseruasse, licèt tres doctissimi Aduocati contrarium consuluerint, vt ipse refert, cum qua postmodum *Cancerij* opinione se concordauit *Fontanell.* in allegata *glos. 22. num. 56.*

SVMMARIVM.

1 *Instantia cœpta cum defuncto non transit in hæredem Clericum.*
Contraria refertur opinio, num. 4.
Declara, num. 18. 19. & 20.
2 *Causa ibidē est determinand, vbi est cœpta, etiam si mutetur conditio personæ.*
Amplia, num. 3.
5 *Clericus dicitur exemptus à iurisdictione sæculari.*
6 *Clericus non potest se submittere foro sæculari.*
7 *Intellectus ad* textum l. hæres absens, de indic.
8 *Intellectus ad* cap. proposuisti, de foro competenti.
9 *Clericus etiam in realibus gaudet priuilegio fori.*
10 *Ecclesia succedens priuato non vtitur priuilegio suo in præscriptione cum priuato inchoata.*
11 *Clericus Author laudatus non tenetur coràm Iudice sæculari litigare.*
12 *Vsufructuarius si nominet in Authorem proprietarium, num in eum transferatur iudicium.*
13 *Neapolitanus Author laudatus trahit, & non trahitur ex priuilegio Neapolitanis concesso.*
Intellige cum distinctione, nu. 15. & 17.
Limita, respectu Fisci, num. 18.
14 *Continentia causæ non est in consideratione, quando adest diuersitas iurisdictionis.*
16 *Author laudatus actorem reconuenire non potest.*
21 *Instantia cœpta cum Clerico defuncto an transeat in hæredem laicum.*
22 *Instantia cœpta cum defuncto non transit in legatarium.*
23 *Instantia quando transeat in singularem successorem.*
24 *Instantia perempta ad instantiam creditoris restaurari potest.*
25 *Dominus agens petendo feudi restitutionem, non dicitur agere ex propria persona, sed nomine ipsius feudi.*

DECIS. CX.

PRacticabilis, & pulchra non minus, quàm perplexa est quæstio ista, de qua noster *Author hic* propter diuersitatem opinionum, scilicet an
1 instantia cœpta cum defuncto transeat in hæredem Clericum coràm eodem Iudice, coràm quo fuerat cœpta.
Ad cuius resolutionem duæ accedunt opiniones, vna affirmatiua, altera verò negatiua, pro affirmatiua vltra *Authorem* voluit *Didac. Sahagun. in cap. relatum, nu. 8. de offic. deleg.* dicens, hanc esse communē, quam etiam ità esse inquit *Vinc. Caroct. singul. 66.* plenè etiam *Couar. pract. quæst. cap. 8. num 3. in fin. vers. nihilominus ego*, & tanquam veriorem sequitur *Vasq. de success. creat. limit. 17. §. 22. nu. 72. vers. qua opinione retenta, Cancer. lib. 3. variar. resol. tit. de lit. contest. cap. 16. num. 136.* & de hac magis communi quoquè testatur *Canall. pract. quæst. commun. contra commun. q. 36.* qui *num. 13.* ait, ità practicari lite contestata coràm Iudice laico, *Matth. Boss. de potest. sæcul. in Ecclesia, reg. 2. fol. 6* dicens, hanc esse æquiorem, & veriorem, hanc etiā sequitur *Eman. Suar. Thesaur. recept. sent. opin. 104. in verbo Clericus, Vlt. opin. 108.* & tanquam communem, æquiorem, ac veriorem tenendam esse tàm in consulendo, quàm in iudicando dixit *Annib. Cauens. super Rit. vers. sextò fallit*, vbi etiam refert ita fuisse decisum, *Mastrill. ad Capyc. decis. 109. num. 7.* vbi allegat DD. dicētes, hanc esse communē, prout fit in praxi obseruari dixit *Carauit super rit. 234.* sic etiā testantur *Minsyng. centur. 3. obseru. 45. & Gayll. lib. 1. obseruat. 37. nu. 9. Camill. Borrell. in addit. ad Bellugam spec. princ. rub. 11. §. videndum, in verbo Episcopo, & tract. de Reg. Cathol. præstant. cap. 71. casu 36. n. 160. Grattian. tom. 1. discept. forens. cap. 16. n. 31. & seq. Mastrill. decis. 131. num. 12. post. 1. & melius decis. 79. num. 2. part. 1. Graff. de effect. cleric. effect. 1. nu. 281. vers. subampliatur tertiò.* prout etiam post discussionē concludit *Castill.* sequutus *Authorem hic decis. Sicil. & melius in decis. 200. lib. 2.* vbi inquit, ità in dies ibi seruari.

Prout hoc cauetur ex *text. l. hæres absens, de iudic.*

Suffragatur huic conclusioni *text. in cap. proposuisti, de foro compet.* vbi cauetur,
2 quod ibi causa est determinanda, vbi est cœpta propter præuentionē, etiam si mutetur conditio personæ.

Pro qua etiam facit *text. in l. venditor, de iudic.* vbi Iurisconsultus respondet, ven-
3 ditorem, qui velit defendere ratione euictionis emptorem ab actione contra eum
propositta, teneri defensionem hanc prosequi corã Iudice, qui de ista causa, & actione cognoscere cœperat, qui *text.* procedit, etiam si venditor Clericus sit, vt apertissimè tenent *Bald. Fulgos.* & alij in *d. l. si venditor*, pro qua opinione multos colligit *Couarr. pract. quæst. cap. 8 num. 3.*

Altera & contraria aliorum est opinio,
4 scilicet Clericum licèt hæredem laici non teneri prosequi corãm Iudice sæculari iudicium cœptum cum defuncto, cui successit, sed iterum conueniendũ esse super eadem re, vel actione coram Ecclesiastico Iudice, vt expressè tenent *Canonistæ in cap. quia, de iud. Ias. in auth. quas actiones, C. de sacros. Eccles. Cagnol. in l. 2. de pact. inter empt. & vendit. num. 173. Iacob. in d. l. hæres absens*, vbi dicit, ita secundùm hanc opinionem vidisse iudicari, & ab ea in practica non esse recedendum, *Rota in antiq. decis. 552. Boer. decis. 69.* vbi *num. 35.* dicit, quod hęc opinio est in iure verior, & communior, ac tutior, quia periculosum esset in his loqui cõtra Ecclesiasticas personas, quem sequitur *Rot.* per *Cardin. Seraphin.* quæ est inter criminales recollectas per *Parinac. decis. 81. num. 5.* sic etiam *Capyc. decis. 195. Grammat. decis. 21.* vbi ait, ita seruari in Sacr. Cons. *Marant. de ordin. iudic. in 5. part. cap. 1. num. 13.* vbi ait, hanc esse veriorem, quam etiã tenet *Roland. à Vall. tract. de inuentar. confect. cap. 23. cart. 21. Borgn. Caualcan. decis. 8. num. 8. 10. & seq.* & ab hac non esse recedendum ait *Alex. Trentacinq. lib. 1. variar. resolut. tit. de iud. resolut. 4. num. 17. Anna allegat. 59* & in terminis *singul. 132. Carauit.* in citato *tit. 234. num. 5. Seraphin. decis. 957. nu. 9.* hanc quoquè latissimè defendit *Molfes. ad Consuetud. Neap. part. 2. tit. de person. quæst. 8. num 22. & seq.* & signanter cõtra hanc decisionem *Surd.* refert fuisse decisum *Rota in decis. 457. in nouiss.* & ad partes hoc tuetur *Mart.* respondendo etiam *Surd. hic, & cons. 222.* vt in *tract. de iurisd. part. 4. centur. 1. casu 33. per tot.* vbi infinitas colligit rationes.
5 Et ratio videtur esse, quia Clericus est exemptus à iurisdictione sæculari, & iure proprio suscipit, & defendit litem, *Felin. in cap. quia, col. 2. in fin. de iudic* vbi dicit, hãc esse veriorem, *Rip. in cap. causam decernimus, nu. 22. vers. decimoquarto dubitatur, eod. tit. Spin. de testament. glos. 33. num. 77. in princ. Peregrin. de fideicommiss. artic. 53. num. 20. ad med.* post *Bald. in l. 1. in fine*, & ibi *Salyc. C. si pend. appell. mors interuen.*
6 cùm etiam Clericus non possit se submittere foro sæculari, *cap. si diligenti, & cap. significasti, de for. compet. Vinc. de Franch. decis. 400. num. 6.*
7 Nec obstat *text. d. l. hæres absens, de iud.* quia ille procedit in habente priuilegium particulare nõ inclusum in corpore iuris, quod secus quando est generale, quod est in corpore iuris inclusum, vt est priuilegiũ Clericorum, vt singulariter *Spin. de testam. glos. 33. de adit. hæred. num. 76. & Alexand. Trentacinq.* citata *resolut. 4. num. 17. in princ.* post *Imol. Abb. Felin.* & alios in *d. cap. quia*, vbi ait, quòd licèt instantia cępta cum defuncto transeat in hæredem; tamen hoc non procedit in hærede Clerico, quia ratione priuilegij dicitur finita instantia, prout sic respondet *Spin.* in citato *num. 76.* ad illud, quòd hæres repręsentat personam defuncti, *Auth. de iure iur. amor. præstit.* quòd procedat, vbi nõ repugnat priuilegiu concessum à iure, quo casu non fit talis repręsentatio.
8 Nec refragatur *cap. proposuisti, de foro compet.* quia illud procedit, quãdo est præuenta eadem persona, secus autem si diuersa debitoris laici, & Clerici, *Rota dec. 5.*
9 *de for. compet. in antiq* nam Clericus etiã in realibus gaudet priuilegio fori, & cõuenitur corãm Ecclesiastico, ad tradita per *Archidiac. in cap. 1. de cleric. coniug.* prout etiam *Raphael in l. iubemus nullam, C. de sacros. Eccles. Roland. cons. 12. nu. 37. lib. 2.* vbi quòd ita tenendum sit, siuè agatur personali, vel reali, siuè petitorio, siuè possessorio, siuè summario iudicio, & magis cõmunem dicit *Minsyng. centur. 1. obseru. 22. in princ.* licèt ibi dicat, contrarium seruari, & hanc quoquè sequitur *Bald. in cap. decernimus, num. 18. post vers. alij dicunt, de iudic.* vbi inquit, non esse tenendum cum *Gulielm. de Cuneo*, quamuis cõsuetudo ità seruaret, quia esset abusiua possessio, & ratio videtur esse, quia in reali iudicio quasi contrahitur, & personaliter obligatur persona foro alicuius Iudicis, vt *l. 2. ff. de prætor. stipulat.* quæ personalis obligatio non potest cõtrahi corãm Iudice sæculari per Clericum, etiam de voluntate Episcopi, *cap. si diligenti, de foro compet. Capell. Tholos. decis. 126. Grammat decis. 61. Vinc. de Franch. d. decis. 400. num. 6.* prout dicitur
10 in Ecclesia, quæ succedit priuato, contra quem

quem inchoata etat præscriptio, vtitur priuilegio suo quòad præscriptionem, ità vt non sufficiat præscriptio priuati, quia per illud priuilegium nòn tollitur in totũ præscriptio, sed solùm differtur, seù mutatur, ad tradita per *Felin. in d. cap. quia, col. 2. in fin. versic. pro hoc facit*, & in *cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, quæst. 15. de constit.* prout singulariter post disputationem concludit *Iaf. in auth. quas actiones, num. 36. in fine, & 37.* vbi ad comprobationem ait, quòd Princeps benè potest concedere debitori rescriptum, per quod differtur solutio, & debitum, sed non potest concedere rescriptum, per quod in totum tollatur debitũ, per *text. in l. quoties, & in l. vniuersa, C. de precib. Imper. offer.*

Minus etiã videtur obstare *l. venditor, de iudic.* quia licèt Clericus Authot laudatus teneatur comparere coràm Iudice sæculari, & defendere emptorem, nihilominùs ipse non dicitur litigare, quia ex illa defensione nõ potest per dictum Iudicem sæcularem condemnari ex illa euictione, sed debet condemnari coràm Ecclesiastico, vt sic decisum refert *Faber in suo Codice lib. 3. tit. 12. de ordin. iudic. definit. 39.* vbi ait, Clericum posse citari ad iudiciũ contra laicum institutum ad rem defendendam, quæ euinceretur, non tamen vt condemnetur, vt iudicatum etiam refert *Cancer. lib. 3. variar. resolut. tit. de lit. contest.*
11 *cap. 16. num. 138.* vltrà quòd Clericus Author laudatus non tenetur coràm Iudice sæculari litigare, sed potest petere declinatoriam fori ad Iudicem Ecclesiasticum, & causa ipsa ad eum remitti debet, vt sic seruari inquit in Sacr. Cons. in Clerico, & in Fisco *Muscatell. in sua praxi ciuil. p. 3. glos. nominet, num. 5. & 10. Capyc. dec. 197. Grammat. decis. 21. Boer. decis. 69.* & ita etiam ait in hodierna praxi *Didac. Saghagun. in cap. relatum, nu. 9. in fin. de offic. deleg.* sic quoquè in Cathalonia in Clerico, & in Fisco obseruari, testatur idem *Canc. lib. 2. variar. resolut. tit. de tert. oppos. nu. 46.* prout in facti contingentia in eodem S.C. obtinuisse inquit *Vrsill. ad Afflict. dec. 380. in fin.* licèt quòad ipsum Clericum tantũ, secus quòad principales litigantes, vt loquuntur citati DD. & pro hoc etiam facit pulchra *decis. Ant. Gam. 265.* vbi inter alia
12 tradit, quòd licèt vsufructuarius nominet in iudicio proprietarium in Authorem, quòd nòn per hoc transfundit iudicium in dictum proprietarium, sed condemnari debet vsufructuarius, saluo iure Domini, cum quo posteà potest agi, & hoc non obstante *d. l. venditor*, qui *text.* limitatur non
13 solùm in Clerico, vt dixi, sed etiam in Neapolitano, qui etsi laudatus sit in Curijs extra Neap. non tamen tenetur ibi litigare, sed remittitur ad Tribunalia Neapol. vt fuisse decisũ refert *Anna singul. 45.* qui in vtroque casu loquitur, nec in hoc
14 casu continentia causæ in fori diuersitate consideratur, quia adest defectus iurisdictionis, vt ex multis notat *Cancer. lib. 3. var. resolut. tit. de content. iudic. num. 100. & seq.*

Et ratio est, quia Clericus vocatus ad iudicium ratione euictionis, ad illud venit tanquàm defensor necessarius, & tanquàm Dominus omninò rei petitæ, rem propriã cogeretur defendere, & sic esset reus necessarius, vt ex dicto *Cancer. loco* citato.
15 Sed hoc non simpliciter erit intelligendum, sed cum distinctione, scilicet aut agitur circa iudicium motum inter creditorem, & possessorem rei, in quo quis laudatur in Authorem, vt in iudicio assistat, illumque defendat, aut inter possessorem, & Authorem laudatum in casu succumbentiæ ratione euictionis, si in primo casu, & tunc Author laudatus, quamuis Clericus, vel Neapolitanus, nullum poterit declinare forum ex suo priuilegio, cùm ibi non agatur principaliter de eius interesse, sed in consequentiam, vt rectè animaduertit *Cuiac. lib. 3. respons. Iulij Pauli I.C. ad d. l. venditor*, ob quod *Cancer. lib. 2. var. resol. cap. 13. de reconuent. num. 62.* loquens in hoc primo casu, ait, adeò hoc esse verum,
16 vt Author laudatus non poterit actorem reconuenire, quia non dicitur reus necessarius, & nullum iudicium interuenire dicitur inter ipsum Authorem, & actorem.
17 At in secundo casu, scilicet circa iudiciũ inter possessorem, & Authorem laudatum secus, siquidè Clericus, vel Neapolitanus, alijq; priuilegiati possunt fori declinatoriam petere, eo quia principaliter de eorũ interesse agitur, quam distinctionem amplexi fuere *Aretin. in §. actionum, num. 27. Instit. de action. Ancher. in cap. significasti, num. 15. de foro compet.* & in *cap. ea, quæ, quæst. 17. num. 21. de regul. iur. in 6. Angel. in l. non solùm, §. quod vulgo, ff. de vsucap.* & latiùs in *l. qui absentem, colum. penult. versic. & adde*, quòd si venditor, *ff. de procuratorib. Lancellott. Gall.* in dicta *l. venditor*, & ibi clariùs *Cagnol. num. 23.* sic quoquè licèt obscurè *Boer. decis. 69. à numer. 26. vsque ad numer. 30.* & diffusè

S 2 Surd.

Surd.cons.396.num.35. & seq, quam quo-
que distinctionem post hæc omnia visus
magistraliter more suo aduertit doctissi-
mus *D.Thomas Carleual in tract.de iudic.
lib.1.tit.1.disput.2.quæst.6.sect.8.num.662.
vsque ad num.669.* vbi ex authoritate mul-
torum DD.& rerum iudicatarum ait, cum
hac distinctione procedere opinionem il-
lam asserentium, Clericum, vel Neapolita-
num Authorem laudatum posse fori de-
clinatoriam petere, vt etiam dicit *Surd.
num.35.* subdens, quòd quatenùs in loco
iudicij, vbi emptorem defendere cogitur
aliqua contra eos esset proferenda senten-
tia, quòd tunc proferenda erit in Ciuitate
Neap. vel à Iudice Ecclesiastico, vel in
alijs eorũ Tribunalibus, licèt respectu Fi-
sci distinctio hæc non procedat, quoties-
17 cunque enim ipse formatum haberet inte-
resse, tunc causa erit remittenda ad Regiã
Cameram Summariæ, vt statutum est per
*Reg.Pragm.13.14.62. & 63. de offic.Proc.
Cæsar.*& ibi *Rouit.* quod etiam notat idem
*D.Carleual d.quæst.6.sect.9.num.700.cum
seq.* & ita in dies practicatur.

Tamen quidquid sit de hac quæstione
quòad me pro recõciliatione supradicta-
18 rum opinionum dicerem, quòd aut lis nõ
est contestata cum defuncto, & tunc tali
instantia Clericus non ligatur, & procede-
ret prima opinio, aut verò reperitur con-
testata, & eo casu admitterem secundam
opinionem, & hoc per *text.in l.amplius nõ
petitum, ff. rem rat. haber.* vbi per solam
petitionem quis non videtur petere, sed
velle petere, & sic iudicium nõ dicitur in-
cipere, nisi à die litis contestatę, vt etiam
ibi *glos. & l.1. cum authent.offeratur, C.de
lit.contest. & l.is, qui se obtulit, de rei vend.
cap. forus, de verb. signif.* vbi dicitur iudi-
cium dum causa discutitur, & *§.omnem,
cum §.si verò, in auth. de litig.* vbi requiri-
tur litis contestatio, ad hoc vt res dicatur
litigiosa, & in *l. properandum, C. de iudic.*
vbi instantia iudicij incipit post litis con-
testationem, cùm antè litis contestationẽ
semper mutari possit actio, & petitio, ad
glos in l.quæ familia, ff famil.ercisc.

Et cum hac distinctione transiuit *Ca-
uall.pract.quæst.commun. contra commun.
quæst.36.num.13.* sic etiam *Minsynger. in
citata obseruat.45.* & alij in secunda opi-
nione allegati, & demum hoc iure in praxi
in nostris Tribunalibus vtimur, prout ob-
seruatum fuit in causa Marci Antonij, &
Fratrum de Ferrario cum Ioanne Stantio-
ne, referente Reg.Cons. Marcello Marcia-
no, penès Scacciauentum, in qua dum lis
fuerat contestata cum defuncto, fuit di-
ctum, quòd procedatur in S.C. oppositis
non obstantibus, & similiter idem S.R.C.
ad relationem M.C.V. in causa cuiusdam
de Castellana, quod decretũ fuit loco re-
clamationis confirmatum penès Auersa-
nam.

Verùm intellige supradicta, quòd etsi
vbi lis esset cum defuncto cõtestata tran-
siret in hæredẽ Clericum, tamen hoc fal-
19 lit in duobus casibus, Primò quòad exe-
quutionẽ, pro qua adiri debet Iudex Ec-
clesiasticus, per ea, quæ tradit *Vincent. de
20 Franch. in decis.546.* Secundò quando
perempta esset instantia, quoniam eo ca-
su quamuis restauretur spiritus vitæ, Cleri-
cus tamen gauderet declinatoria fori, pro-
ut tradit *Io.Vincent. de Anna singul.129.*
cùm instantia perempta pereat citatio, &
litis contestatio, vt per *Bart.in l.cùm lite
mortua, ff.iudic.solu.* & quando reuiuiscit
est noua instantia, prout etiã tradit *Alex.
Trentacinq.* citato *lib.2. resolut.9. tit.de
iudic.*

Secundò intellige procedere etiam è
21 contra, scilicet quòd si laicus succederet
Clerico, teneretur tamen prosequi iudiciũ
coràm Iudice Ecclesiastico, si lis tamen
esset cõtestata cum Clerico defuncto, pro-
ut in terminis voluit idem *Cauall.* in cita-
ta *quæst.36.* & post eum *Cancer. lib.3.var.
resol.cap.16.num.136.circa finem.*

22 Verùm circa hanc decisionem nota,
quòd licèt instantia cœpta cum defuncto
transeat in hæredem, hoc tamen non pro-
cedit respectu legatarij, quia quòad eum
de nouo debet compilari processus, ità
*Rota in antiq.in decis.551.incip.sed an pos-
sit instantia*, & remissiuè sequitur *D. Reg.
Capyc.Latro in decis.33.nu.5.& seq. Anna
in alleg.14.num.9.* eò quia instantia non
23 transit in singularem successorẽ, nisi quan-
do res, vel actio in iudicium deducta tran-
siret ex necessitate, non autem ex volunta-
te, vt ex traditis per *Bart.in l.si cum homi-
nem, ff.de fideiussor. Put.decis.177.part.2.*
quod absolutè firmat eruditissimus *D.
Thomas de Carleual in eius tract. de iudic.
lib.1.tit.1.disput.2.quæst.7.sect.3.sub num.
934. vers.neque mirum*, ex *text. l.2. §.non
solùm, ff.de hæred. vel act. vend. & l.si pi-
gnori, ff.famil. ercisc.* vel vbi non mutatur
causa defensionis, ex traditis per *Angel.in
l.tàm ex contractibus, num.2.de iudic.Va-
lasc.consult.160.num.10.*

24 Sed in contrarium facit *decis.Rouit.29.*
vbi

vbi instantia perempta potest ad instantiã creditoris restaurari, sed casus ille diuersus est, nec possunt applicari terminis singularis successoris, vt ipse benè notat, latè etiã D. meus *Reg. Capyc. Latro in decis.*65.

25 Et si supradicta conclusio limitetur in feudo, quia dominus non dicitur agere ex propria persona, sed nomine feudi, vt ex pluribus probat *Reg. Rouit. in cons.* 82. *per tot.* vbi sic iunctis Aulis decisum refert, & sequitur Præceptor meus *D. Reg. Capyc. Latro in d. decis.* 33. *num.* 24. *& seq.*

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta absẽti, & pro eo Notario stipulante, est valida, licèt moriatur donans antè donatarij ratificationem, nec hæres illam reuocare potest.*

2 *Donatio facta absenti, & Notario pro eo stipulãte an sit, vel nè reuocabilis, & concordantur contraria opiniones, & vide num.* 10 11. 12. *&* 13.

3 *Stipulatio Notarij facta pro absente in donatione, operatur, vt vtilis tantùm sine cessione actio acquiratur, & num.* 4. 6. *&* 7.

5 *Dominium in pendenti stare non potest.*

8 *Donator etsi possit donationem factam absenti antè illius ratificationem reuocare, tamen hoc est, si alteri donet, & tradat, secus si verbo vellet reuocare.*

9 *Donator potest rem donatam alicui absenti antè illius ratificationem, quamuis pro eo Notarius stipulatus sit, alteri tradere, & obligare, licèt donatio sit facta cum reseruatione vsusfructus.*

Limita, si in donatione interuenerit clausula constituti cum iuramento promissorio, non autem assertiuo, num. 10.

Limita, etiamsi tacita interuenisset ratificatio, num. 11.

Limita quoquè, si donator vsus fuerit verbis, promitto vobis dictam donationem, & omnia in ea contenta rata, grata, & cætera, *quàmuis pro illo absente non interuenisset Notarij stipulatio, numer.* 12.

Limita demùm, si talis donatio esset facta duobus absentibus, & per vnum fuisset acceptata, num. 13.



DECIS. CXI.

1 Concluditur hic, donationem factam absenti, & pro eo Notario stipulãte validam esse, licèt moriatur donans antè ratificationẽ donatarij, cùm hæres illam reuocare non possit, *l. fin. C. de reuocand. donat.* prout in istis puris terminis post longam discussionem decisum fuisse in S. C. testatur *Vinc. de Franch. in decis.* 339. sic etiã post distinctionem decisũ refert in Senatu *Thesaur. decis.* 70. *num.* 5. *circ. med. & num.* 9. *limit.* 5. *vers. hæc tamen opinio*, ita etiam *Rot. Rom. decis.* 683. *num.* 4. *cum seq. part.* 1. *in nouiss.* pulchrè *Milanens. decis. Sicil.* 4. *nu.* 45. *cum seq. lib.* 2. *Plot. consil.* 54. *Caball. consil.* 168. *num.* 14. *Borrell. cons.* 64. *num.* 15. *Alb.* de donatione facta à puero *consil.* 800. *Grat. decis. Marcb.* 39. *nu.* 8. *vers. non obstat, Marescott. lib.* 2. *variar. resolut. cap.* 20. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 13. *tit.* 8. *Cancer. lib.* 1. *variar. resolut. tit. de donat. num.* 26. *Costa de re integr. dist.* 27. *num.* 2. *Sebast. de Med. tract. mors omnia solut. part.* 2. *conclus.* 99. *num.* 276. *Sanchez de matrim. tom.* 1. *lib.* 1. *disput.* 6 *num.* 5. & hanc quoquè nouissimè post multos tuetur *Fontanell. de pact. nuptial. claus.* 4. *glos.* 8. *num.* 4. *vsque ad nu.* 9. prout etiam hoc affirmat *Camill. de Med. cons.* 100 *num.* 23. *& seq.*

Et ratio est, quia res adhùc est integra, vt notant *Thesaur.* allegata *decis. num.* 5. *&* 9. *& Costa* citato *loco*, ac *Vincent. de Franch.* allegata *decis.* 339.

Et licèt magna sit controuersia DD. an donatio absenti facta, & pro eo Notario stipulante sit, vel nè reuocabilis antè ratificationem, quos omnes hinc indè refert *Thesaur.* in allegata *decis.* 70.

Nihilominùs eorum variæ opiniones concordantur per eundem *Thesaur. nu.* 5.

2 vbi ait, acquiri actionem donatario absenti per stipulationem Notarij, sed reuocabiliter, etiã quòad donantem, ita vt si antè ratificationem donator alteri rem donatã iterùm donaret, vel obligaret, tunc cùm res non sit ampliùs integra, cùm sit acquisitum ius tertio, ratificatio deindè proueniens non noceret illi tertio, & reuocatio illa valida esset, prout etiam sentit *Rebuff. in l. alienatum* 67. *§. donationis verbum, fol.* 465. *vers. tertiò donatio*, & hanc esse cõmunem inquit *Ancharan. quæst. famil.* 23. *num.* 17. prout in simili notaui de ratificatione facta à minore re non integra, quòd non præiudicat tertio, vt latè in *decis.* 70. &

ratio supradictæ conclusionis assignatur,
3 quia illa stipulatio Notarij non facit, vt
acquiratur ius non sequuta ratificatione,
sed operatur, vt sine cessione vtilis actio
tantum acquiratur, vt communiter notãt
DD. vt Dec. in l. contractus, num. 22. de re-
gul. iur. Alber. in l. nec ei, §. eorum, ff. de
adopt. Paul. de Castr. cons. 195. nu. 2. vol. 2.
infinitos Consulẽtes ad hoc colligit Mo-
lin. de primogen. lib. 4. cap. 2. num. 69. & seq.
Couar. lib. 1. variar. cap. 14. nu. 12. & latius
in rubr. de testam. part. 3. nu. 13. Tiraquell.
de constit. par. 3. limit. 30. vbi ad hoc cumu-
lat quidquid dici possit, Rebuff. in loco ci-
tato, & hanc magis communem esse, & ab
vsu approbatam in iudicando, & consu-
lendo nouissimè ostẽdit Fab. Turrett. con-
sil. 60. vol. 2. & plenè Bertazzol. tract. de
clausul. claus. 18. glos. 5. Addentes ad Guid.
Pap. in 1. addit. in antiq. Anchar. quæst. fa-
mil. 23. eademmet Rot. decis. 663. part. 1.
num. 1. in nouiss. Anna alleg. 53. num. 23.
& 24. Molfes. ad Consuet. Neapol. tit. de
renunciat. quæst. 4. num. 14. & seq. de Pont.
cons. 147. num. 32. lib. 2. Seraph. decis. 472.
Peguer. decis. 48. num. 11. sic decisum refert
Rot. Roman. apud Put. decis. 22. num. 6. &
seq. part. 2. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 29.
nu. 7. Vinc. de Franch. decis. 339 Barz. ple-
4 nissimè decis. 26. num. 10. & seq. cùm regu-
lariter donatio facta absenti ipsi ignoranti
non acquiratur quòad dominiũ, cuius na-
tura est, vt non intelligatur abscisũ à dan-
te, nisi fuerit acquisitum accipienti, l. nec
vtilem. ff. ex quib. caus. maior. l. absenti, ff.
de donat. l. ambig. C. eod. tit. de donat. nec à
debitore quidem censeatur abdicatum,
nisi creditori ratificanti fuerit acquisitum,
5 glos. fin. in l. si ego, ff. de negot. gest. nam do-
miniũ in pendenti stare non potest, & ideò
non sufficit traditio, si non acceptetur, §.
præterea, Instit. quib. mod. recontrah. oblig.
Castr. & Salyc. in l. 1. ff. de vsucap. & sic an-
6 tè acceptationem ad effectum acquisitio-
nis dominij ipsa donatio facta absenti nõ
valet, ad tradita per Couar. citata rubr. d.
num. 13. Alciat. in cap. cùm contingat, num.
327. de iur. iur. & in cons. 12. Purpur. cons.
396. num. 56. & cons. 478. num. 28. in hanc
quoquè opinionẽ videtur deuenire Man-
tic. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 8. num. 16.
vbi inquit, necessariam esse ratihabitionẽ,
quamuis tacitam.
7 Et propterea DD. firmant, stipulationẽ
Notarij pro absente nihil aliud operari,
nisi vt illi absenti acquiratur simplex actio
vtilis absquè cessione, prout sic cum infi-
nitis DD. concludit Barz. allegata dec. 26.
nu. 10. vers. præterea potest adaptari alia di-
stinctio, dicẽs, aut quærimus, an necessaria
sit ratificatio quòad irreuocabilitatem
actus, & tunc procedit opinio illorũ, quòd
necessaria sit ratificatio, aut verò quæri-
mus quòad actionis acquisitionem, & tũc
nõ est necessaria ratificatio, cùm ipsa actio
ipso iure absque cessione quæratur per sti-
pulationem Notarij, prout etiam declarat
Roland. à Valle in cons. 19. num. 28. lib. 1.
& antè eum Ruin. cons. 126. vers. nec etiam
est verum, vol. 1. nonnullos etiam colligit
Marta in cons. infra citando, & Barz. in
loco citato.

Et licèt in contrarium allegari possint
decisiones aliquorum Tribunalium, vide-
licèt Osasc. decis. 33. nostri Authoris hic, &
Caualcan. decis. 42. part. 1. tamen aduerten-
dum est, prædictas decisiones contrarias
loqui in diuersis casibus, & in diuersis ter-
minis, vt videri potest, prout pleníssimè ad
omnes istas decisiones respondit Mart.
cons. 73. nouiter impresso, qui latè opinio-
nem nostram sequitur, & comprobat. Et
signanter respondet nostro Authori hic, di-
cens, quòd ratio D. nostri Authoris hic in
num. 6. & 7. iure non subsistit, dum tenet,
quòd potest esse, vt non acquiratur inui-
to, & tamen non sit necessaria acceptatio,
cùm inter approbare, & reprobare detur
medium, hæc enim ratio falsa est, quoniã
effectus contractus claudicare non debet,
l. Iulianus, §. si quis colludente, ff. de action.
empt. sed certè claudicaret, si donator ad-
strictus esset ad obseruantiam donationis,
& ipse donatarius esset liber, & posset non
acceptare, vel reuocare, & ideò subdit,
reijcienda est etiam opinio Ruin. qui etiã
hoc firmauerat cons. 119. num. 8. & cons.
126. num. 16. & cons. 172. num. 16. vol. 1.
secus autem si illa donatio non esset reuo-
cata, nam tũc procedit prima opinio, quia
res est integra, vt decisum contra Osasch.
in d. decis. refert Thesaur. decis. 70. & hoc
siuè antè mortem donatarij, siuè post, illa
donatio non reuocatur, sed semper subsi-
stit, vt tenuerunt omnes supra citati DD.
& etiam Anna alleg. 53. num. 4. prout de-
cisum in eodem Senatu contra Fiscum
testatur idem Thesaur. decis. 124. vbi ait,
quòd beneficium reuocationis, quàmuis
spectet ad donantem ipsum, non tamen
transit ad eius hæredes.

Sed intellige, quòd etsi donator antè
8 acceptationem possit donationem reuo-
care, tamen procedit, quando reuocat non
verbo,

verbo, sed alijs tradendo, vel donando eadem bona donata, aliàs tàm ipse, quàm eius hæredes tenerentur non contrauenire, vt singulariter hoc declarat *Franc. de Amic. tit. qui feud. dar. poss. §. ex hoc etiam, num. 3. & de Ponte cons. 147. sub num. 32. Bero. cons. 290. num. 11. lib. 3. Oldrad. cons. 245. num. 2. vers. secunda ratio*, & quamuis contrarium teneat *Cancer. d. lib. 1. variar. num. 26* dicēs, quòd si stipulatus esset Notarius pro absente, nullo modo potest reuocari, tamen non est recedendum à priori opinione, quam etiam sequuti sūt *Thesaur. iun. in addit. ad suum Genitorem d. decis. in 3. addit. vers. reuocatio, & Vinc. de Franch. & Peguer.* prout sic decisum refert *Mastrill. decis.* 211. & rationē reddit, quia non interuenit traditio, vt etiam notauit *Manent. decis. Mant. 40. num. 6. circ. med.* pro qua opinione facit *text.* singularis in *l. fin. §. Lucius, ff. de donat.* in quo disponitur, perfectā esse donationem antè traditionem, verùm creditorem firmam pignoris obligationem habere, si antè traditionem contraxit, vbi *glos. in verbo habere* reddit rationem, quia transiuit cum sua causa, quod etiam disponunt *glos. in l. 1. vers. perfectā, C. de iur. fisc. lib. 10. & l. quoties, de rei vendic.*

9 Quod amplia, etiam si interuenisset in prima donatione traditio per reseruationem vsusfructus, vt vltrà *Thesaur.* sic decisū refert *Mastrill.* in allegata *decis.* quòd res donata potest alteri donari, & obligari, non obstante vsufructu reseruato, licèt loquatur in donatione facta infanti, quicquid in contrarium tenuit *Rot. Roman. decis. 683. num. 6. part. 1. in nouiss.* dummodò adsit constitutum, vel præcarium.

Sed hæc conclusio pluribus modis limi-
10 tatur, primò si in donatione interueniat clausula cōstituti, vt latè *Peguer. d. dec. 48.* sic quoquè *Seraphin. decis. 472. num. 8. & seq.* quæ est 683. *part. 1. diuers. in nouissim. Mastrill.* allegata *decis. num. 28. Gamma decis. Lusit. 381. Alexand. Trentacinq. lib. 3. variar. resolut. tit. de donat. resolut. 4. Guid. Pap. decis. 49. & ibi in addit.* dummodò iuramentum interuenerit, per quod suppletur partis præsentia, & acceptatio, vt notat *Gutierr. in cap. quamuis pactum, de pactis in 6. nu. 55. & de iuram. confir. par. 1. cap. 8. nu. 64. Mart. Barz.* & alij, sic quoquè *Paschal. de virib. patr. pot. part. 1. cap. 8. nu. 15.* prout sic relatis hinc indè opinionibus, bis per Senatum decisum fuisse refert idem *Thesaur. in d. decis. num. 8. in fine*, secundū quam opinionem sic etiam decisum esse refert per eundem Senatum eius *filius in addit. in 1. addit.* dummodò iuramentum sit promissorium, non autem assertiuum, ad tradita per eundem *Thesaur.* ac per *Seraphin. de priuileg. iuram. priuil. 24.* scilicèt quando donans promittit cum iuramento non reuocare dictam donationem, nec vllo colore, vel causa, vel alio modo contrauenire, vt aiunt citati DD.

11 Limitatur secundò, quando interuenisset tacita ratificatio, quæ non solùm probatur per verba, & facta, sed etiā per signa, coniecturas, & adminicula, etiam per solā scientiā cum taciturnitate, vt per *Couarr. in rubr. de testament. in 3. part. nu. 13. vers. verùm si donatarius, & Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 23. num. 16. Author* noster *decis. 206. num. 11. Rota diuers. decis. 663. num. 2. part. 1.* prout decisum refert per totum Senatum congregatis Classibus *Thesaur. in 2. limit. circa finem*, vt etiam decisū coràm Cardinali Seraphino in Rauennaten. donationis 29. Aprilis 1596. & coràm R.P.D. Robustetio in Romana fideiussionis 28. Ianuarij 1587. testatur *Gratian. decis. March. 39. in addit. num. 3.* & ratio est, quia ex quo actus affert vtilitatem, præsumitur ex sola scientia acceptatio, vt notat *Cephal. cons. 33. num. 19. Bursat. cons. 118. num. 4.* infinitos colligit *Author* noster in allegata *decis. in fine*, quæ scientia potest probari etiam per coniecturas, *Ruin. consil. 42. num. 21. lib. 2. Dec. in l. eius, qui in Prouincia, §. quod stipulatus, num. 9. ff. si certum petatur*, & multos alios apud eundem nostrum *Authorem in decis.* 221. vbi ait, etiam per vnum testem, per cōiunctionem sāguinis, per vicinitatem, & per alias coniecturas, de quibus vltrà *Surd.* latissimè *Mastrill. d. decis. 211. nu. 10. & seq.* dicens, quamlibet scientiam præsumptam sufficere, ad hoc vt dicatur acceptata donatio, prout etiam *Costa de fact. scient. & ignor. distinct.* . . .

12 Limitatur tertiò, quando donator vsus fuisset verbis, *promitto vobis dictam donationem, & omnia, & singula in ea contenta rata, grata, & cætera*, quia tunc licèt dicta donatio non fuerit acceptata nec per donatarium, nequè per stipulationem Notarij pro absentibus, nihilominùs donatio irreuocabilis est, nec indiget acceptatione, vt sic fuisse decisum inquit noster *Author decis.* 115. cuius opinionem sequutus *Peguer. decis.* 254. dicit, sic etiā in Senatu fuisse iudicatum, quòd illa verba habeāt vim

acce-

acceptationis, ac stipulationis pro absentibus, & hoc per *text.* singularem in *l.* 1. vbi etiam *glos. C. de contrah. stipul.* sic quoquè *DD. de Rot.* censuisse ait *Seraphin. dec.* 472. *num.* 1. *& seq.* subdens, quamuis non fuerit scriptum à Notario sibi promisisse pro absentibus, vt latè etiam *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 12. *tit.* 12. *numer.* 6. & in *lib.* 14. *tit.* 10. *num.* 41. *& seq.* vbi ait, etiam si hoc verbum *promisit* scriptum sit in scriptura priuata, ità demùm intelligeretur de stipulatione, dummodò sit scriptū à viro perito, sic quoquè decisum refert *Fontanell. de pact. nupt. clauf.* 4 *glof* 8. *num.* 11. *versic. sic noster etiam Senatus*, quod etiam post multos admittit *Io. Vincent. de Anna allegat.* 89. *num.* 4. vbi in *addit.* alios colligit eius *filius*, subdens, hanc esse communem.

13 Limitatur quartò, & vltimò, si donatio fuisset facta duobus absentibus, quòd sufficeret acceptatio vnius, vt suffragetur alteri condonatario, & non erit locus pœnitentiæ, *l. quoties, C. de donat. quæ sub modo*, sic *Rot.* corā *Card. Seraph. in Vbeuent. hared.* 15. *Iunij* 1580. vt inquit *Rot. dec.* 683. *part.* 1. *num.* 8 quam etiam notauit *Seraphin in dec.* 472 *nu.* 10. *& seq. Gonzal. ad regul* 8. *Cancell. glos.* 16. *num.* 26 dummodò per statutum in acceptatione forma aliqua non requiratur, vt post eundem *Gonzal.* citata *regul* 8. *glof.* 58. *cum sequ.* notat *Gratian. in addit. ad d. decis.* 39. *in fine*.

SVMMARIVM.

1 *Hæres pro impēsis funerum præfertur omnibus creditoribus defuncti, etiam habentibus expressam.*
Amplia, etiam doti, num. 2.
Etiam legitimæ filij, num. 3.
4 *Impensæ funerum publicè concernunt vtilitatem.*
5 *Impensæ funerum non respiciunt defunctū, sed hæreditatem, & patrimonium.*
6 *Priuilegium funerū procedit fauore ipsius causæ funerariæ, non autem inuentarij facti.*
7 *Creditor mutuans pecuniam hæredi pro impensa funeris præfertur expressa hypothecæ.*
Funerum impensarum appellatione continentur in pēsa vltimæ infirmitatis, quāuis grauis, & longa fuisset, num. 8.
Illæ, quæ cadauere præsente in luminibus, Custodibus, vestibusq; ipsius, in deferendo mortuū ad sepulturam, pulsatione Campanæ. apertura sepulturæ, cera, pane, qui distribuitur pauperibus, in missis, & alijs similibus, num. 9.
Item in vestibus lugubribus famulorum, & familiæ defuncti.
Idemque in salario Medicorum, Pharmacopolæ, & Seruorum Infirmo famulantium, num. 11.
Item lectum viduale, num. 12.
Item pro impensis in viaticis factis pro obtinenda absolutione a Summo Pontifice sepeliendi cadauer excommunicati, numer. 13.
19 *Hæres etiam in præiudicium legatariorum potest plus expendere in funerando defunctum, quàm ipse iusserit.*
14 *Maritus funerum impensas potest à patre vxoris petere, vel retinere ex dote quantum expendit, quàmuis infirmitas fuisset incurabilis, & num* 15.
Limita, si ex statuto maritus aliquid ex dote lucraretur, num. 16.
Vel si vxor esset pauper, ac etiam eius pater, num. 17.
19 *Successor in feudo, vel maioratu substinet funerum impensas in subsidium, quandò aliundè hæres defuncti non habet.*
20 *Impensæ funerum Iudicis arbitrio taxantur.*
21 *Impensæ funerum debent taxari secundum qualitatem personæ, & facultatem, & secundùm consuetudinem loci, & numer.* 22.
23 *Protestatio ad repetendas funerum impensas non requiritur, nisi quando sunt factæ à consanguineis defuncti, & nu.* 24.
25 *Impensæ funerum deduci non debent de mediet. stagnatis debita vigore Consuet. Neapol.*
26 *Impensæ funerum ad hæredem, & non ad vsufructuarium spectant.*

DECIS. CXII.

1 HAeredem pro impensa funerum præferri creditoribus etiam habentibus expressam, concludit *Author* noster *hic*.

Et licèt contrarium dicat fuisse decisū in Regio Collaterali Consilio *Vincent. de Franch. in decis.* 51. qui *in fin.* asserit, sententiam prædictam in reclamatione fuisse confirmatam, cui adhærent *Anna pater, & filius singul.* 258. *& Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 11. *tit.* 23 *& seq.*

Tamen non est recedendum ab opinione nostri *Authoris* tanquàm communiori, & ve-

& veriori, quam vti talem defenderunt *Fa-*
chin. lib.12.controuers.iur.cap.49. Roland.
cons.14.num.23.lib.1. Tepat. lib.1.variar.
sentent.tit.de funeralib.cap.1.in 2.not.lib.1.
Gomes.in l.30.Tauri, Petr.Dum. reg.497.
Cancer. *lib.3.variar.resol. cap.2. tit.de in-*
*uentar.num.168.*Caball.*milleleq.677.p.2.*
Carpan. *ad Constit. Mediolan. cap.287. à*
num.10.vsque ad num.17. Ioseph.Ludouic.
in decis.Perus.78 num.22.part.1. latissimè
Garz.de expens.& meliorat. cap.8. nu.23.
vsque ad nu.38. Rebuff. de sent. praiud. seu
prouis.num.6.Flor.Diaz pract.qq.quaest.6.
num.11. & signanter contra dictam *decis.*
Vinc.de Franch.Mastrill.decis.10.lib.1. &
contra eam decisum refert *Cauale. decis.*
Firmz.32. Castill.*decis.103. Maynard. de-*
cis.50. lib.5. Polydor.Ripa singul.obseruat.
obseru.174. qui plenè etiam hanc opinio-
nem tuetur, cui adhęret *Fontanell.de pact.*
nupt.claus.6.glos.2.part.5.nu.26. Ludouis.
decis.67. Riccius collect. decis.473. & The-
saur. lib.4.quaest forens.quaest.24. vbi *in fin.*
etiam contrà dictā *decis. Vinc. de Franch.*
2 *Amat.decis.Ferrar.8.num.3.* vbi etiā con-
tra dotem vxoris, vt post multos notat
Spin. de testament. in vltim. glos. num.45.
hanc quoquè tuetur *Costa de portion.rata,*
quaest.73. num.1.& 2. & ferè per *tot.* ac *de*
remed. subsidiar. remed 83. Marta voto 8.
num.65.& vot.83. num.5. plenè Gratian.
tom 1.discept.forens.c.94. Borrell.cons.80.
num. 30.& seq. idem Cancer. *d.num.168.*
vt etiam relatis omnibus contrarijs per
Vincent. de Franch. tuetur Gutierr. *lib. 2.*
pract.qq quaest.72.& in repet.l.nemo potest
nu.94.& seq. de legat.1. Merlin.de legitim.
3 *lib.2.tit.1, quaest.15.* qui ait, hoc esse etiam
quòad legitimam, idem *Castell. in d.decis.*
num.16. Muta super consuetud. Panhorm.
cap.38. num.27.& seq. & Dominus meus
Francisc. de Petr. vir doctissimus hanc de-
niquè nostram opinionem sequitur, etiam
contra dotem in suo eleganti volumine
Festiuar.lect lib.1.cap.5.num.25.
4 Ratio autem est, quia hæ impensæ con-
cernunt publicam vtilitatem, cùm intersit
Reipublicę mortuos sepeliri, vt inquit *Ca-*
gnol.in l.inuitus, num.6.ff.de regul.iur. Se-
bast.de Medic.tract.de sepultur. part.2.q.5.
num.4. Mastrill.d.decis.203 nu.10.& seq.
propter quam vtilitatē cessare debet com-
modum priuatum, vt notat *Grat.d.cap.94.*
nu.4. & hoc ex illo apertissimo *text. l fin.*
§.in computatione, C.de iur. delib. vbi hæ-
res priùs deducit impensam funerum, po-
steà similem fortunam cum alijs credito-
ribus sortitur, ex quo apparet, respectu im-
pensæ funerum omnibus præferri, licèt re-
spectu aliorum eius iurium, seù actionum,
quas habebat contra defunctum nullam
habeat prælationem, sed concurrat cum
alijs creditoribus, secundùm iuris formā.
5 nam impensa funerum nō respicit defun-
ctum, sed hæreditatem, & patrimonium,
l.pen.45.ff.de relig.& sumpt.funer. Peregr.
de fideicommiss. artic.35.nu.40.in fin. vers.
ante penult. & ideò creditor pro funere nō
dicitur creditor defuncti sicuti cæteri, sed
imò hæreditatis, & patrimonij, vt pulchrè
asserunt *Polydor. Ripa d. obseruat.174.&*
C*auale.* allegata *decis.32.*
6 Et hoc speciali fauore ipsius causæ fu-
nerarię, non autem inuentarij facti ab ipso
hærede, itá vt si non ab hęrede fiant, sed ab
aliqua alia persona extranea, semper pro
ipsorum impensa præferatur omnibus ha-
bentibus etiam expressam hypothecam,
vt sic existimat *Fachin.* citato *cap.49.in*
fin.vers.hac autem, & hanc esse veriorem
dicit *Gratian. d.cap.94. num.10.* non solū
quòad hæredes, sed indistinctè quòad om-
nes, quidquid in contrarium dixerit *Surd.*
bis circa eius distinctionem, quæ commu-
niter reijcitur, vt ait idem *Gratian.num.8.*
ac *Gutierr.d.lib.2.pract.qq.quaest.72.nu.5.*
vers.verùm si impensa funerit, dicens, pro-
pter fauorem funeralis impensæ pati cre-
ditores hoc pręiudicium, vt decisum fuisse
refert C*astill.*citata *decis.Sicil.num.24.*
Et hoc adeò verum est, quòd sicuti hæ-
res præfertur anterioribus pro impensa fu-
7 nerum, itá quoquè creditor, qui mutuauit
hæredi pecuniam debeat præferri alijs, si
constat, impensas fuisse factas hærede sta-
tim mortuo post mutuum receptum, quia
ob temporis breuitatem præsumitur illas
esse factas de pecunia mutuata, vt notant
Addentes ad Bart.in l.fin.§.in computatio-
ne, C.de iur.deliber.in 1.addit.lit. C. vt etiā
post *Rip.in l.si ventri, §.fin.num.9.& seq.*
de priuil. credit. latè noster *Author dec.55.*
num.9.& Grat.d.cap.94.nu.11.
8 Appellatione autem funerum impen-
sarum omnes infrascriptæ continentur, sci-
licèt impensæ vltimæ infirmitatis, quam-
uis grauis, & longa fuerit, vt decisum refert
cōtra se ipsum *Fontanell.d.claus.6.nu.27.*
vbi ait, die secunda mensis Maij 1614. fuis-
se declaratum, esse primo loco graduādas
impensas vltimæ infirmitatis, quę longa, &
grauis fuerat, & funerum, non obstante
quòd eius creditū esset anterius, & hypo-
thecarium, vt etiā *Roland. cons.14. nu.25.*
& seq.

& seq. vbi concludit, illas appellatione funeralium contineri, per text. in l. restituendo, vbi Bald. C. de petit. hered. quam vti veriorem sequitur Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. quæst. 15. num. 13. versic. sed contraria, pro qua etiam infinitos colligit Gratian. loco citato, num. 15. & seq. dicens, quòd licèt nõ detur pro istis actio funeraria, tamen cõpetit petitio non minus fauorabilis, quàm sit illa funeris, vt notat Surd. Author noster decis. 255. num. 26. & 27. ac etiam Gutierr. d. lib. 2. pract. qq. quæst. 72. num. 5. circ. med. subdens, illas æquiparari funerum impensis, sic demùm Cancer. lib. 3. var. resol. tit. de inuentar. cap. 2. num. 168.

9 Continentur etiam illæ omnes, quæ cadauere præsẽte in luminibus, Custodibus, vestibusq; ipsius, ac illæ, quæ fiunt in deferendo mortuum ad sepulturam, in pulsatione campanæ, apertura sepulturæ, in cera, pane, qui distribuitur pauperibus, in missis, & sacris cæremonijs peragendis, in oblationibus, alijsque obsequijs pro animæ commendatione, vt tradiderunt Gutierr. allegata quæst. 72. & Gamma dec. Lusitan. 308. Surdus Author noster decis. 255. nu. 26. & seq. Costa de port. rata, quæst. 73. Viu. dec. 307. lib. 2. Borrell. allegato cons. 8. Menoch. de arbitr. casu 173. num. 8 & 387. & omnes alij supra citati DD. ità quòd
10 etiam in præiudicium legatariorum possit hæres plus expendere in funerando testatorem, quàm iusserit testator, si illam modicam expensam faciẽdo, ignominiosum illi esset, vt refert Gamma d. decis. 308. num. 2. ex l. vt si quis, § funeris causa, vers. æquum, ff. de relig. & sumpt. funer.

11 Inter quas cum eodẽ priuilegio, & prælatione, ac prærogatiua connumerantur etiam vestes lugubres, ac vestes famulorũ, & familiæ inter personas, quæ hæc effugere decentèr non possunt, vt singulariter Simon de Prat. de interp. vltim. volunt. lib. 3. dubit. 5. interpr. 3. solut. 4. num. 4. Sebast. de Medic. de sepult. in 2. par. quæst. 5. num. 18. Fontanell. citata claus. 6. num. 33. Mastrill. d. decis. 10. nu. 11. part. 1. Surd. Author noster allegata decis. 255. nu. 27. & seq. item lectum viduale, vt dicit Rouit. cons. 9. lib. 2.

12 Sic etiam salariũ Medicorum, Pharmacopolæ, imò & Seruorum Infirmò famulantium, vt post Maynard. decis. 47. & 48. part. 2. & Viu. allegata decis. 307. sic notat Dominus meus Francisc. de Petr. in loco superiùs allegato, d. nu. 25. vbi multos alios
13 colligit, sic demũ hæc prælatio datur pro expensis in viaticis factis pro obtinenda absolutione à Sũmo Pontifice sepeliendi cadauer excommunicati in Ecclesiastica sepultura, vt refert fuisse decisum Mastrill. decis. 203. num. 3.

Connumerantur quoquè cum eodem priuilegio impensæ inuẽtarij, & testamenti, Florez de Mena pract. qq. lib. 1. quæst. 6. num. 11. Anell. Amat. cons. 88 num. 6. Viu. decis. 307 num. 1. lib. 2. Marc. Ant. de Amat. decis. Marcb. 42. nu. 6. & Argel. de legitimo contradictore, quæst. 10. num. 184. art. 11.

14 Has autem impensas etiam maritus petere potest à patre vxoris, vel retinere ex dote quantum expendit, vt latè Alexand. Trentacinq. cons. 20. num. 15. lib. 1. & Seraphin. decis. 891. in fine, & ex multis probat idem Fontanell. de pact. nupt. claus. 6. gl. 2. part. 5. per tot. sic quoque plenè Gasp. Thesaur. lib. 2. quæst. forens. quæst. 52. per tot. vbi etiam de infirmitate incurabili, cùm mari-
15 tus post mortẽ vxoris non substineat amplius onera, nisi dos esset pinguis, ità quòd
16 fructus sufficiebant pro illius impensa, vt decisum refert Fontanell. ibid. num. 5. vel si ex statuto aliquid ex dote lucraretur, quia pro illa portione teneretur ad has impensas, vt singulariter notat Costa de portion. rata, quæst. 73 nu. 9 & Rota Romana apud
17 Lusouis. decis. 573. num. 9. vel si vxor esset pauper, ac etiam eius pater esset pauper,
18 nam tunc maritus in subsidium, etiam illiusque impensam substinet, Natta consil. 547. num. 27. vbi ità expendit l. quod in vxorem, C. de negot. gest. l. in patrem, & l. quòd si nulla dot., ff. de relig & sumpt. funer. Costa de remed. subsid. remed. 83. nu. 5. & 6.
19 vbi ait, hoc quoque procedere in successore in maioratu, in fideicommisso, in feudo, & in primogenitura, qui substinent hanc impensam in subsidiũ, quandò aliundè hæres prædefuncti non haberet, vt etiã notat Peregrin. de fideic. artic. 40. & Mastrill. decis. 203.

20 Et licet hæ impensæ veniãt taxandæ arbitrio Iudicis, dicunt Gutierr. Fontanell. Mastrill. & omnes citati DD.

21 Nihilominùs taxari debent secundùm qualitatem personæ, & facultatem bonorum, vt l. si quis sepulchrum, § sumptus, & l. & si quis expendat, § æquum, ff. de relig. & sumpt. funer. Caball. milleloq. quæst. 531.
22 & 679. & secundùm etiam consuetudinẽ loci, vt notat quoquè noster Author allegata decis. 255. num. 27. in fin.

23 Nec verò circa repetitionem harum impensarum requiritur aliqua præcedens protestatio, vt ait Fontanell. d. clausul. 6. nu. 23.

num. 23. licèt *Ioseph Ludouic. decis.* 78. dicat, se consulere, quòd semper fiat, vt euitentur difficultates, cui respondendo *Fontanell.* inquit, quòd hoc semper apud eos fuit practicatum absque aliqua difficultate, quòd non requiratur proreſtatio, quidquid in contrarium dixit *V bald. de canon. port. cap.* 13 *part.* 2. *num.* 8. *in fin. verf oportet ergo*, quem sequitur *Gratian. d. cap.* 94.
24 *num.* 23. dicens, quòd tunc detur repetitio consanguineis, dummodò fuerint protestati, quòd fecerunt animo repetendi.
25 Sed circa hoc quæro, an hę impensæ debeant deduci de medietate agnatis debita vigore Consuetudinis Neap. an verò de alia medietate, de qua disposuit, dic quòd de illa medietate, de qua quis disposuit, vt fuisse decisū in S.C. testarut *Capyc. in addit. ad Consuetud. Neap. Et si testator, fol. mihi* 181. *tit. T. in fin. & in tit. seq. in uo-*
26 *uiss.* impensæ autem funerum ad hæredē, & non ad vsufructuarium omnium bonorum spectant. *Alexand. Trentacinq. lib.* 1. *var. resol. tit. de pecul. resol.* 6. *nu.* 10.

SVMMARIVM.

1 *Creditor non potest dationem in solutum respuere, quando à principio conuentum sit, quòd si infra certum tempus debita pecunia ei non fuerit soluta, creditor ipse accipere habeat tot bona in solutum prauia æstimatione, contra* Dec. in cons. 12.
Et de ratione, num. 2.
Sed contrarium, num. 3.
Limita, num. 8.
Limita, etiam quando datio esset facta ad vtendum, & fruendum, num. 10.
4 *Pactum non dicitur improbatum, si fuerit dictum, quòd si infra certum tempus debitor non soluerit pecuniam, dedit in solutum tale pradium, cùm semper intelligatur, pro iusto tamen pretio.*
5 *Debitor supposito pacto, quòd si infra certū tempus non soluerit creditori pecuniam debitam, dedit ex nunc pro tunc ipsi creditori tale pradium æstimandum, tamen elapso tempore offerendo pecuniam impedire predictam in solutum dationem, & de ratione, num.* 6.
Sed intellige, num. 7.
9 *In solutum datio quādo regulatur secundū naturam emptionis, & venditionis.*
11 *Res in solutum data creditori quando dicatur plenè, & perfectè tradita, vel constitutum pignus, remissiuè.*

DECIS. CXIII.

IN hac decisione concludit *Author* noster contra *Dec. in cons* 12. dicen-
1 tem, creditorem posse respuere in solutum dationem, licèt à principio conuentum sit, quòd si infra certum tempus non soluerit pecuniam debitam, creditor ipse accipere debeat aliquod prædiū in solutum æstimandum, cùm contraria sit communis opinio, scilicèt creditorem nō posse dictam in solutum dationē respuere, vt tenet *Surd. hic*, quam opinionem reprobata *Decij* opinione, sequuti sunt infiniti Doctores, prout *Alexat. cons.* 109. *Purpurat. consil.* 557 *lib.* 2. *Siluan. consil.* 102. *Natta consil.* 496. *Morot. consil.* 88. *num.* 16. *Gallia consil.* 40. *Author* noster *consil.* 217. *num.* 27. *volum.* 2. *Maluas. consil.* 99. *Fab. de Anna consil.* 90. *lib.* 1. *Alexand. Trentacinq. lib.* 3. *variar. resolut. tit. de solut. resolut.* 28. *Caucer. lib.* 2. *variar. resolut. cap.* 6. *tit. de solut. num.* 88. *& seq. V tu. commun. opin. opin.* 174. *Costa de portion. rata, quæst.* 153. & hanc esse communem, & ab ea non recedendum, ait *Gratian. tom.* 3. *disceptat. forens. cap.* 544. *num.* 1. 2. 3. *& seq. Mantic. de tac. & ambig. lib* 11. *tit.* 10.
2 Ratio autem est, quia hæc alternatio nō respicit exequutionem, & exactionem eius, quod principaliter est in obligatione, sed respicit extinctionem debiti, vt notat *Cancer. d. cap.* 6. *num.* 89. neqûe in pœnam, & odium debitoris, vt etiam singulariter declarat, reprobata *Decij* opinione *Ripa in l. si ita stipulatus, nu.* 64. *de verbor. obligat.* vbi respondendo dicto *Decij consilio*, inquit, decisionem illam *Decij* apud ipsum esse dubiam, quia in solutum datio non videtur præcisè facta in pœnam, & odium debitoris, sed imò in eius fauorem, si nollet dare pecuniam, quod etiam notauerat *Bart. in l. si quis stipulatus, num.* 2. *in fin. ff. de solut.* vbi ait, sed solùm debitoris, qui faciliùs potest soluere, & eo magis, quando esset facta sub illa forma, ex nunc, prout ex tunc, de qua latè *Maluas. d. consil.* 99. *& Costa de retrotract. cap. vlt. effect.* 1. per quam clausulam vnum tempus inest alteri, vt in istis puris terminis notat *Gratian.* sequutus *Authorem hic decis. Marcb.* 117. *in addit.*
3 Quicquid aliter sentiendo secundùm *Decij consilium*, firmauerit *Scaccia de commerc. & camb.* §. 2. *glos.* 5. *num.* 304. *cum seq.* ex eo, quòd tale pactum sit positum in electione creditoris, respondendo regulæ illæ,

læ illæ, quòd in alternatiuis electio sit debitoris, allegans eiusdem opinionis *Goler. de process. exequut. part. 1. cap. 8. nu. 29. & Stracc. de assecur. initio ante glos. nu. 63. & seq.*

4 Nec dicitur pactum improbatū, quamuis non fuisset dictum, quòd si infra dictū tempus non soluerit pecuniam, ex nunc, prout ex tunc dedit in solutum tale prædium, cùm semper intelligatur pro iusto tamen pretio, *Hostiens. in cap. significante, colum. 1. in verbo in pignor.* & ibi *Io. Andr. col. 2. de pignor. Menoch. de adipisc. possess. remed. 5. num. 44. in medio*, & hanc esse veriorem opinionem testatur post multos *Gratian. d. cap. 544 num. 9. & seq.* quamuis talem tuetur *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 10. num. 3.* ac *Couarr. lib. 3. variar. resolut. cap. 3. num. 7. vers. secundò*, ibi, *idem erit si fiat pactum simpliciter*, & quāuis *Afflict. in cap. 1. §. similiter, in fine, de controuers. inuestit.* dicat contrarium, tamen ait *Mantic. loco* citato, quòd rationabiliter debet intelligi pro iusto pretio, vt pactum magis valeat, quàm pereat, *l. quoties, de reb. dub. & l. quoties, de verbor. obligat.*

5 Benè verum si antequam istud pretium declaretur, debitor offerat pecuniam debitam suo creditori, quamuis tempus sit elapsum ad soluendum iuxtà conuentionem, tamen ex ista oblatione dicta conuenta in solutum datio impeditur, *text.* est clarus in *l. quamuis 45. ff. de solut.* vbi *glos. in verbo offerre*, & ibi etiam *Imol.* licèt ibi dicat *L. Caipodius*, quod menti tenendum est, tanquā multum vtile, & quotidianum dicit *Marsil. singul. 468. & Couarr.* quem etiam allegat *Surd.* Author noster *hic in fine*, hanc quoquè affirmat *Gratian. d. cap. 544. num. 13. & Mantica*

6 *d. tit. 10. num. 20.* ea ratione, quia illa quamuis dicatur pura, tamen non dicitur consummata, donec pretium sit declaratum, *l. vlt. C. de contrah. empt. l. si merces, in princ. ff. locat.* & facit *glos. d. l. quamuis,*

7 *in verb. offerre*, vbi dicit, quòd tunc debitor offerendo debitum, impedit adiudicationem rei, quādo ipse in illius possessione repetiretur, secus si sit creditor ex causa dictæ in solutum dationis, quia tunc non licet offerre, *l. sicut, C. de act. & oblig.* cùm tunc in solutum datio habeatur pro venditione etiam necessaria, ad *text. in l. ex his prædijs, C. de euict.*

8 Verùm supradictam conclusionem limita, quando essent verba, quæ hoc remitterent in arbitrium, & voluntatem creditoris, quo casu procederet *Decy* opinio in *d. consil. 12.* prout sic decisum fuisse refert *Thesaur. decis. 147. in fin.* ex dispositione *l. in vendentis, C. de contrah. empt.* ex quo

9 hæc in solutum datio, fictaq; venditio, quę in omnibus regulatur regulis emptionis, & venditionis eodem modo, quo emptio, & venditio, non potest conferri ad libitum emptoris, ad *text. d. l. in vendentis*, vt etiā latè scripsi in *decis. 82.* vbi etiā noster *Author*, eodem modo in arbitriū creditoris.

10 Limita, etiam quando illa datio in solutum non esset facta liberè, sed ad vendendum, & fruendum, quia tunc procederet etiam opinio *Decij*, vt iudicatum refert *Thesaur filius in addit. ad suum Genitorem in d. decis.* quasi non sit plenè res tradita, nec dominium illius acquisitū, à quo causatur acquisitio fructuum, vt latè etiā *Gozad. consil. 42. num. 15.*

11 Ex quibus autem cognoscatur, an res in solutum data sit perfectè tradita, non verò constitutum pignus, vide *Surd.* Authorem nostrum in *cons. 283. à nu. 8. vsque ad nu. 23. Menoch. cons. 201. à nu. 5. vsque ad nu. 24. lib. 3. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 3. 9. & 10.*

SVMMARIVM.

1 *Venditio collata in voluntatem ementis an valeat.*

2 *Stipulatio num vitietur ob non sequutam responsionem in continenti.*

3 *Sententia nō dicuntur conformes, licèt concordent in quantitate, si diuersam diem respectu solutionis contineant.*

Item vbi in vltima sententia adesset clausula, saluis iuribus, *num. 4.*

Intellige cum distinctione, num. 5.

Declara, num. 7.

6 *Sententiæ vbi essent dispares in summis an dicantur cōformes in minoribus summis.*

DECIS. CXIV.

1 DVo queruntur hic, primum nempè, an venditio collata in voluntatem ementis valeat, secundum, an stipulatio vitietur ob

2 non sequutam responsionem incontinenti, sed ex interuallo.

Circa primum latè scripsit idem *Surd. in decis. 82.* & ibi per me.

Circa verò sin plenè *Mantic de tacit. & ambig. lib. 14. tit. 10. per tot. & tit. 11. etiā per tot.*

per tot. ad quem me remitto, cùm ipse per extensum materiam examinet.

Et circa id, quod quæritur ab *Authore hic*, quòd sententiæ non dicantur confor-
3 mes, licèt conueniant in quantitate, si diuersam diē respectu solutionis contineāt, adde *Mart. cons. 93. à num. 8. vsque ad fin.* vbi hanc opinionē veram ex multis ostendit, cùm sententiæ cōformes tunc dici possint, vbi in omnibus, & per omnia sint conformes, ad hoc vt non possit admitti appellatio, quod etiam ex pluribus voluit *Gratian. in decis. Mareb. 18. num. 1. cum*
4 *seq.* vel vbi in vltima sentētia adesset clausula, *saluis iuribus*, cùm tunc non dicerentur confotmes, prout ex *Bursat cons. 210. num. 3. cum seq. & Io. Bott. cons. 103. nu. 6.* dicit *Mastrill. decis. 110. num. 12.* & in simili affirmat *Ladereb. cons. 173. per tot.* sed *Vinc. de Franch. in decis. 710.* firmat hanc
5 opinionem in capite indiuisibili, secus in diuisibili, quo casu in eo, quod erit conforme, non erit admittenda appellatio, subdens sic per S. C. fuisse iudicatum, ad intellectum *clem. 1. verbo alicuius, de re iudic.* cum quo concordat idem *Gratian. d. decis. 18. num. 3. & 4.* & doctissimus *Anton. Monac. in decis. Bonon. 25. num. 8.* ac *Mastrill. d. decis. 110.* qui sic ad contraria respondet, & allegat dictam *decis. Vincent. de Franch.* & quid vbi essent dispates in sum-
6 mis, an dicantur confotmes in minoribus summis, de quo latè *Cancer. lib. 3. variar. cap. 17. tit. de sentent. & ear. exequut. num. 319. cum seq.* vbi in hoc casu subdit, ipsum obtinuisse reuocationem cōmissionis causæ supplicationis.
7 Verùm hæc omnia procedunt, vbi difformitas haberet causam ex deductis coràm primo Iudice, & in prima sententia, secus verò vbi secunda, vel tertia sententia esset difformis ex aliquo nouiter deducto post appellationem ad reuocationem primæ, tunc enim respectu primæ sententiæ diceretur conformis, aliàs nunquam fieret appellandi finis, cū semper condemnatus posset aliquid noui deducere, vt latè explicat *Fontanell de pact. nupt. clau. 4. glos. 18. part. 4. num. 116. cum seq. vsque ad num. 122.* ex *Didac. Couarr. pract. quæst. cap. 25.* declarando *Angel. in l. 1. C. nè liceat prouoc.* dicentem, quòd si sententia vltima condemnat in expensis, quod licet àb ea appellare, cuius tamen dictum non procedit, quando condemnatio in expensis prouenit ex secunda instantia, & sic quando prima sententia ad eas non poterat condemnare, subdens, sic ipsum iunctis tribus Aulis obtinuisse, sic etiam decisum refert *Thesaur. decis. 228. & Cancer. d. cap. 17. num. 121.*

DECIS. CXV.

De hac quæstione scripsi in *decisione 111.*

SVMMARIVM.

1 *Confessio dotis recepta facta à marito post commissum delictum, præcedente tamen promissione officit Fisco in confiscatione eius bonorum, contra* Surd. in hac decisione.
2 *Amplia, etiam si bona mariti confiscarētur ex crimine læsæ Maiestatis, & vxor viri fortunam sequatur, num. 2.*
3 *Alimenta dotalia currunt vxori aduersus Fiscum in bonis confiscatis viri, donec ei dos soluatur, prout aduersus extraneum hæredem.*
4 *Vxor etiam propria authoritate potest iniicere manus in bonis mariti cōfiscatis pro sua dote.*
5 Peregr. de iure fisci, lib. 5. tit... num. 184. *recensetur.*
6 Castill. in decis. 67. *declaratur.*
7 *Confessio dotis recepta facta per maritum quando dicatur in fraudem creditorum.*

DECIS. CXVI.

1 IN hac decisione concluditur, confessionem mariti de dote recepta post commissum delictum, etiam præcedente promissione ipsius, non officere Fisco in confiscatione eius bonorum ex causa dicti delicti, tanquam factam in eius fraudem, quod etiam voluit *Castill. decis. 67. num. 5. vsque ad finem, lib. 1.*

Contrarium tamen tenet *Afflict. in decis. 402. num. 10. & 11.* quod confirmat *Aym. cons. 40. num. 5.* hanc esse communē inquit *Socin. cons. 82. col. 1. vol. 3.* quidquid in contrarium dixit in *l. 1. ff. solut. matrim.* quem sequutus est *Mathesil singul. 193. &* de communi etiam testatur *Io. Ant. Alex. cons. 78 num. 6. & seq.* & ita resolutum per Rotam fuisse, inquit *Verall. decis. 196. part. 1.* sic quoque etiam resolutum in vna Romana supplementi legitimæ coràm Cardinale Arigonio 8. Nouembris 1593. refert *Marescott. lib. 1. variar. resol. cap. 8. num. 18.*

T

*num.*18.& in specie *Peregrin. de iure fisci,*
2 *lib.*5. *tit.*1. *num.* 81. qui ampliat, etiam si bona mariti publicetur ex causa læsæ Maiestatis, & vxor etiã viri fortunam sequatur, cum possit talis mulier aduersus Fiscũ dotes suas producere, & sequitur *Clarus*
3 *lib.*5.*§.fin.quæst.*78.*col.*9 & interim donec dos soluatur currunt vxori alimenta dotalia prout aduersus extraneum hæredem, pro quo allegat *Boss. tit. de aliment. præst.*
4 *col.*1. ità vt dicta vxor etiã propria authoritate possit inijcere manus in bona mariti confiscata pro tuitione, & rehabitione suæ dotis, sicut tradit *Angel. in l. si quis post hac, C. de bon. proscript. Marsil. singul.* 405. *Petr. de Rauenn. sing.* 773. *Costa de remed. subsid. remed.* 1. *num.* 14.
5 Et licèt contrarium videatur sentire *Peregrin.* in citato *tit.* 1. *nu.* 184. dicens, quòd confessio dotis receptæ facta per maritũ post delictum, vel etiam antè, accedentibus coniecturis, suspecta, & fraudulenta præsumatur, nihilominùs ipse allegat pro hac opinione *Socin. in l.* 1. *ff. solut. matrim.* qui in *cons.* 82. *col.* 1. *vol.* 3. dicit, communem opinionem esse contrariã, quidquid dixerit in *d. l.* 1. vltrà quòd ipse *Peregr. in d. num.* 184. remittit se ad *numer.* 82. (vt potest videri) contrarium dicens, & ideò ex pluribus opinionibus recitatis semper vltima dicitur recepta, vt notat *glos. in l. qui filium, in glos. fin. ad Trebell.*
6 Neque etiã obstat *decis. Sicil. Castill.* 67. *num.* 5. quia ibi plura cõcurrerunt, nempè timor delicti cõmissi, & quòd erat vir magno ære alieno grauatus, & ideò suddit, fuisse decisum, vxorem ex dicta confessione non potuisse obtinere, vndè ex dicta *decisione Castill.* infertur, quòd si erat vir
7 solus inquisitus pro delicto, quòd tunc cõfessio valebat.
Secus autem, quãdo erat tempore confessionis grauatus magno ære alieno, quia tunc confessio non valet, tanquàm facta in fraudem creditorum, vt latè probaui in *decis.* 55. & quòd hoc voluit inferre *Castill. in d. decis.* clarè patet, dum ipse pro sua opinione allegauit *Menoch. lib.* 3. *præsumpt. præsumpt.* 15. *num.* 24. qui in terminis terminantibus sic distinguit, quem etiam secutus est *Gratian. tom.* 2. *disceptat. forens. cap.* 362. *num.* 21. sic quoque *Merlin. de legit. lib.* 2. *tit.* 1. 9. *&* 17. *num.* 14. *Rota Romana decis.* 683. *num.* 5. *part.* 2. *in recent.*
8 Quando autem confessio dotis receptæ facta à marito substineatur, latissimè scripsi in *decis.* 55. & ibi, an, & quando præiudicat creditoribus, de qua etiam plenè scripsi in *l. hac edictali, quæst.* 24. *à nu.* 44. *cum seq. & per tot.*

SVMMARIVM.

1 *Compensatio an ipso iure fieri intelligatur, & num.* 2. 6. 7. 9. 10. *&* 12.
Et quid in marito, si est debitor soceri, num. 3.
4 Author *noster declaratur.*
5 *Vsurarum cursus pœna est.*
8 *Compensatione facta, si solutio fiat per errorem, solutum repeti potest.*
11 *Compẽsatio admittitur ipso iure ad euitandam caducitatem.*
13 *Asserens, se esse creditorem occasione damnorum, & interesse, ex eo, quòd fuit à domino expulsus, potest se à pœna caducitatis excusare, si lite pendente canonem nõ soluerit.*
14 *Compẽsatio ipso iure admittitur ad euitandam pœnam spolij.*
15 *Compensationem opponens, videtur iuramentum obseruare.*
16 *Compensatio an habeat locum, quoties debitum, cum quo petitur fieri compensatio esset anterius.*
17 *Compensatio an admittatur aduersus exequutionem instrumenti.*
18 *Compensatio qualiter fiat in annuis redditibus.*
19 *Compensatio an, & quando ipso iure fiat.*
20 *Compensatio ipso iure num admittatur in præiudicium successoris in beneficio.*
21 *Compensatio dicitur opposita, eo ipso, quòd opponitur factum, ex quo resultat compensatio.*

DECIS. CXVII.

1 IN hac decisione concludit *Surd.* cõpensationem fieri non posse ipso iure ad impediendum cursum vsurarum.
Sed huic decisioni videtur obstare *consil. Regent. Rouit.* 60. qui concludit, quòd
2 si creditor pro quantitate euicta ageret cõtra posteriorem creditorem, qui ex alia causa reperiatur magis posterior, quòd tunc compensatio dicatur facta ipso iure absque facto hominis, illo tunc, cùm euictio fuerit sequuta, subdẽs sic per S.C. fuisse iudicatum, ex *glos. l. si constat, vers. ipso iure, C. de compensat.*
Secundò obstant etiam ea, quæ dixit *Fontanell. de pact. nuptial. claus.* 6. *glos.* 2. *part.* 6.

part.6.num.61.& 63. quòd maritus amit-
3 tit vsuras dotis, si is aliquam quantitatem,
licèt non æquiualentem debebat socero,
subdens sic ipsum obtinuisse in Senatu fa-
cto verbo die 30. Iunij 1621. in causa Hie-
ronymi Montagut cõtra Franciscum Pon-
tium, imò in num. 66. inquit, limitationem
istam Surdi nostri Authoris hic procedere
4 in vsuris, quæ causãtur ex mora, licèt mul-
ti eam sequantur, tamen ipse eam non ap-
probat, cum non sit fundata in bona ratio-
ne, nec Senatui visũ fuerit eam sequi, pro
quo glos. est expressa in d. l. si constat, vers.
ipso iure, circ. med. C. de compensat. vndè op-
timè inquit Cyn. in d. l. si constat, col final.
5 quòd cursus vsurarum pœna est, & sic ad
euitandum hunc cursum, & successiuè pœ-
6 nam, compensatio fit ipso iure, vt commu-
nis est DD. schola ibi, & in l. fin. per illa
verba, & §. bona fidei, vbi plenè Ias. & Oli-
ban. hanc opinionem sequuti, Instit. de
action. hanc quoquè Intrigl. cons. 8 nu 2.
lib. 1. eò magis, quando defectus solutio-
nis possit afferre damnum, vel præiudiciũ
debitori, vt latè Roder. de ann. reddit lib. 2.
quæst. 18 num 4. & quæst. 19. num 2. quod
etiam tuetur Escobar de ratiocin. cap. 14.
7 num. 2. & 3. par. 2. dicens, quòd talis com-
pensatio non solùm locum habet ipso iu-
re, ad impediendum vsurarum cursum in
contractibus bonæ fidei, sed etiam in om-
nibus generaliter, vt etiam tradit Peregrin.
cons. 107. num. 2. & 4. lib. 7. adeò quòd si
8 facta compensatione solutio fuerit facta
per errorem, repeti possit solutum, vt sin-
gulariter notat Balaus in d. l. si constat, &
Barbos. in 2. part. rubr ff solut. matr. nu 41.
9 & hoc procedit, etiam contra Fiscum ad
impediendum cursum vsurarum, quod la-
tissimè probat Io. Franc. de Ponte in con-
sil. 19. ac D. Reg. Valenzuel. cons. 78. nu. 34.
sic quoquè ad euitandum cursum interes-
se, idem de Ponte, ac Vincent. de Franch.
decis. 643. num. 5. & hanc esse communem
10 contra communem, vt semper in omnem
casum ipso iure fiat compensatio absque
partis oppositione, ait Tindar. tract. de
compens. artic. 5. num. 39. & 40. & artic. 6.
per tot quam etiam sequitur Alex. Tren-
tacinq. lib. 3. variar. resolut. tit. de compens.
resol. 1. num. 24 & faciunt scripta per Vin-
cent. de Franch in decis 517. vbi etsi causa
non fuit decisa, tamen eam in fine ipsius
11 colligere potes, imò ad euitandam cadu-
citatem tradit Mantic. de tacit. & ambig.
lib. 22. tit. 27. num. 65 post multos, subdens
sic in Rota fuisse decisum, & ita in Sacro
Palatio obseruari, per d. glos. §. si constat,
prout etiam affirmat Gamma decis. Lusi-
tan. 91. num. 2. Honded. cons 38. num. 18. &
seq. lib. 2. Marescott. lib. 2 variar. resolut.
cap. 6 num. 12. & Anna allegat 80. num. 4.
vndè Rimin. sen. in cons. 421. num. 12. lib. 3.
12 extendit, vt habeat locum, etiam si em-
phyteuta non sit verè creditor, sed habue-
rit iustam causam credendi, se creditorem
fuisse, licèt ad hoc respõdeat Mantic. loco
citato, quòd hoc casu nõ potest fieri com-
pensatio, sed iusta causa eum à pœna ex-
13 cusat, vndè etiam qui asserit, se esse credi-
torem occasione damnorum, & interesse,
ex eo quòd fuerit à Domino expulsus, po-
test se excusare à pœna caducitatis, si lite
pendente canonem non soluerit, vt expli-
cat Verall. in decis. 298. lib. 1.

Et hoc quamuis debitum non esset li-
quidum, sed de breui posset liquidari, cùm
etiam eo casu possit compensari, Glos. Pa-
ris. tit. 1. §. 13. glos 7 num. 11. Anna d. alleg.
14 num. 3. item ad euitandam pœnam spolij,
tradit Marescott. in lib. 2. var. resol. cap. 6.
num. 11.

Et amplia supradicta, quamuis fuerit
cum iuramento promissum soluere, cùm
eo non obstante ad euitandam pœnam
talis exceptio opponi possit, vt decisum
refert per Rotam Romanam idem Mare-
scott. in citato cap. 6 num. 13. qui in fine
subdit, quòd tantò magis hoc procederet,
si inter partes sit solita fieri compensatio,
quod etiam voluit Ias. in d. §. bona fidei,
15 dicens, qui compensat videtur iuramentũ
obseruare, quia soluit quod debet, maxi-
mè interueniente iuramenti absolutione,
inquit Anna in citata allegat. 80. sub nu. 6.
ex mente Socin. in l. Iulianus, ff. de condit.
& demonstrat quod etiam admittit Corn.
de absolut. iuram. par. 4. casu 26. vbi inquit,
hoc tutius esse, subdens, absolutionẽ præ-
dictam concedendam esse, etiam ad effe-
ctum compensandi aduersus debitum ex
causa mercedis, & obligationis ad formã
Cameræ Apostolicæ vallatum.

Quicquid in contrarium de veriori opi-
nione testatur Graff de except. except. 16.
num. 27. in antiq. quòd compensatio non
possit opponi, vbi cũ iuramento quis sol-
uere promisisset, licèt cum declarationi-
bus per ipsum ibi notatis in nu. 28. 29. 30.
& seq.

Sed intellige, supradicta non procedere
16 quotiescunque debitum, cum quo petitur
fieri compensatio esset anterius debito,
quod petitur, vt Afflict. decis. 381. num. 3.

quoniam dum eodem tempore debita etant compensabilia, & tamen voluit debitor scienter se obligare ad soluendum, clarè videtur dictæ compensationi renunciasse, vt etiam post *Osasch. Capyc.* & alios, quos colligit *Graff. in citata except. nu.* 30. sic affirmat *Castill. in decis.* 118. *nu.* 5. *&* 6. subdens, sic determinatum fuisse in ea causa, quòd non admittatur compensatio, sed vide ad hoc *Io. Vinc. de Anna in alleg.* 80. & ibi nota decisionem S.C.

Item, non procedere, quoties ageretur de exequutione instrumenti iuxtà formã Bullæ, vel Regiæ Pragmaticæ admittentis aduersus exequutionem instrumentalem
17 exceptionem realis solutionis, quamuis à parte fuisset opposita, vt post multos tradit *Giurb. in decis* 60. *num.* 9. & ità semper fuisse seruatum, & iudicatũ inquit *Castill.* in allegata *decis.* 118. *num.* 7.

Item, non procedere in annuis redditibus, cùm nulla sit obligatio sortis redden-
18 dæ, sed congrua oppositione facta ab homine, quæ vice oblationis fit, vt tradit *Roderic. de ann. reddit. lib.* 2. *quæst.* 18. *num.* 9. *versic. sed ad rem concludo*, veluti quòd debitor censũs denunciet illius Domino se velle censum redimere, compensando creditum suum liquidum cum pretio census, quo casu talis debitor deinceps non tenetur ad pensionem, seu ad census, etiã Domino census renuente, cùm ei sufficiat id coràm Iudice petere, vel coràm testibus protestari, vt post *Nauarr.* sic voluit *Molin. de contract. disput.* 394. *num.* 7. *circ. med. vers. extingui etiam posse*, sic quoque *Ludouic. de Auendan. de censib Hispan cap.* 102. *num.* 8. & latè *Cenc. de cens. part.* 3. *cap.* 1. *quæst.* 3. *artic.* 6. *nu.* 4. 5. *&* 6. vbi de mente *Pelician.* & aliorum inquit, quod facta compensationis oblatione ipso iure censum extinguir, & quòd ab hac conclusione nõ dissentit Rota in quadam Romana cens. de anno 1603. quæ conclusio procedit, etiã vbi debitor dicti census non esset creditor in tanta quantitate, sed in minori, offerendo ad redemptionem residuum, vt satis doctè probat *Roderic.* in citata *q.* 18. *num.* 9. *in fin. & num.* 10. *cum seq.*

19 Et de hac materia cõpensationis quando fiat ipso iure absque oppositione hominis, latè *D. Reg. Capyc. Latro in decis.* 25. vbi affirmatiuam admittit opinionem, quando creditor si non fieret compensatio ipso iure aliquod pateretur damnum, seu præiudicium; ex deductis per *Roderic. de ann. reddit. cap.* 18. *lib.* 2. *num.* 4. *& Scacc. de commerc. & camb. §.* 2. *glos.* 5. *nu.* 431. *cum seq.* item quando creditum, & debitum dependerent ex eadem causa, & cõtractu, & ibi etiam latè, an compensatio fiat ipso iure in præiudicium tertij *nu.* 27. *cum seq.*
20 addo *Mart. in cons.* 103. & ibi an cõpensatio ipso iure admittatur in præiudicium successoris in beneficio, & an fiat ipso iure etiam cum debito, cuius dies nondum venerit.

Verùm in casu, quo oppositio hominis requiritur, dicitur opposita compensatio eo ipso, quòd opponitur factũ, ex quo re-
21 sultat compensatio, vt tradidit *Vincent. de Franch. in decis.* 527. *num.* 7. *cum seq. & D. Reg. Capyc. Latro in d. decis. num.* 26, prout nouissimè de hoc anno 1642. fuit in S. C. iudicatum ad relationem D. Andreæ Prouenzani meritissimi Regij Consiliarij, in causa Francisci de Lauro cum Maria Valdina, penès Plinium Iuuenem Actorum Magistrum, dum per oppositionẽ meliorationum aduersus petentem telaxationẽ cuiusdam domus cum fructibus, fuit habitum pro vero in S.C. in causa prædicta, fuisse oppositam compensationem, propter quod fuerunt cõpensati fructus illius cum meliorationibus.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor num ex solutione facta per aliũ fideiussorem possit agere contra principalem debitorem.*

2 *Mulier transiës ad secunda vota an teneatur filijs primi matrimonij reseruare proprietatem eorum, quæ sibi à consanguineis primi viri donata fuerunt, iuxtà dispositionem* l. fœminæ, C. de secundis nuptijs.

3 *Donatio facta à consanguineis viri vxori, in dubio contemplatione viri donatum præsumitur.*
Limita, quando constaret, donatorẽ voluisse donare vxori, num. 4.
Vel si vxor, cui donatur ab ipsis consanguineis viri esset aquè consanguinea, nu. 5.
Limita, etiam si donata conueniebant tantùm vxori, vt num. 7.
Contrarium, num. 8. 9. *&* 10.

6 *Donata per auum nepoti an censeantur aduentitia, & num. seq.*
Et quid in donatis à viro vxori, num. 11.



DE-

DECIS. CXVIII.

DVO quæruntur ab *Authore his*, Primum nempè, an fideiussor ex solutione facta per alium fideiussorem possit agere contra principalem debitorem.

Secundò, an mulier transiens ad secunda vota teneatur filijs ex primo matrimonio reseruare proprietatē eorū, quæ sibi à consanguineis primi viri donata fuerunt, tanquàm contemplatione viri, & successiuè tanquàm substantiam viri subiacere dispositioni *l. fœmina, C. de secund. nupt.*

1 Quoad primū faciunt notata per *Hering. in tract. de fideiussor. cap. 20. §. 1. per tot.* & signanter à *num. 43. vsque ad finem*, & *ibi* quomodò solutio debet constare, vt illud solutum repeti possit à principali, ad quem me remitto.

2 Circa verò secundum adde, quòd hæc quæstio est disputabilis, & multùm intricata, de qua latissimè scripsit *Vincent. de Franch. in decis. 595.* vbi propter varietatē opinionum causa non aliter fuit decisa, benè verum reperi *Gutierr. lib. 2. pract. qq. in quæst. 120.* qui quæstionē istam per extensum examinat, dicendo quòd quando non potest elici aliqua coniectura, si vel nè sit donatum contemplatione viri, & su-
3 mus in dubio, quòd eo casu semper præsumatur contemplatione viri donatum, per ea, quæ dixit *Bart.* cōmuniter ab omnibus amplexus in *l. si plures, §. in arrogato, ff. de vulg. & pupill. substit.* quod etiam voluit *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 21. num. 25.* latè etiam *de Ponte de potest. Proreg. tit. 10. §. 1. num. 9 & seq. Molfes. ad Consuet. Neapol. part. 3. q. 1. num. 4. & seq. & quæst. 22. nu. 2.* sic quoquè post multos *Gratian. tom. 1. discept. forens. cap. 189. n. 7. & 8.* licèt contra *Bart. in d. §. arrogato* iudicatum referat *Anna pater in singul. 157.* sed pro opinione *Bart.* latè *Mandos. ad Roman. in cons. 172. in lit. B.* vbi *Bart.* opinionem communiorem appellat, quam quoquè vti talem sequitur *Fontanill. de pact. nupt. clausul. 7 glos. 3. part. 6. num. 89. & Clar. in §. donatio. quæst. 10. num. 2. Castill. decis 93. nu. 5. Peregr. decis. Patau. 83. num. 11. & decis. 140. num. 3 & Molin. de rit. nupt. lib. 3. quæst. 38. num. 18.*

Si verò aliqua sumi posset coniectura,
4 & tunc secus, veluti si cōstaret, donatorem voluisse donare vxori, & ipsius cōtemplatione, maximè si id exprimat, nēpè quòd illam rem donet vxori, & vult, eam perpetuò manere apud ipsā, & quòd nullo casu ad donatorem reuertatur, tunc donatio vxori, & nō marito acquiritur, per *text. in l. 1. in princ. ff. de donat.* vt tenet *Palaz. Rub. in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 44. num. 2.* vt etiam notauit *Gutier. d. cap. 120. in 1. limit.*

Item, quando vxor, cui donatur à con-
5 sanguineis viri esset æquè consanguinea, vel propinquior ipsis donatoribus, argumento eius, quod dixit ipsemet *Gutierr.*
6 *nu. 4.* quòd donata per auum nepoti censeantur aduentitia, nec acquirantur patri, vt testatur *Alciat. reg. 1. de præsumptionib. præsumpt. 18. nu. 3 & præsumpt. 17.* dicens, hanc esse communem conclusionem in *l. quæsitum, in princ. ff. de leg. 1.* & hoc quoquè voluit dicere *Vincent. de Franch. in d. decis. num. 5* vbi quærens, an datum ab auo nepoti dicatur profectitium, ait, quòd habet difficultatem, quam quoque opinionem sequitur *Crot. in repet. l. frater à fratre, num. 6. & 7. ff. de condit. indeb.* sic post multos aduertit *Gamma in decis. Lusitan. 23. nu 2.* dicens, legatum ab auo nepoti factum potius præsumi factum contemplatione ipsius nepotis, quàm filij, vt de donatione post multos probat *Menoc. in cons. 183. num. 15. & Mangil. de imput. quæst. 20. num. 1. & 2.* vbi infinitos colligit.

Et quamuis non deficiant qui contrarium teneant, tamen illi loquuntur, quando auus trāsfert in nepotes dotem, aut donationem propter nuptias, pro quibus pater obligatus est propter filium, & filiam, vt post *Alexand. Alciat.* & alios sic declarat nouissimè *Merlin. in tract. de legitima, lib. 2. tit. 2 quæst. 8 num. 37.* etsi hoc absque difficultate non transeat, cùm multæ possint afferri distinctiones, veluti si pater erat diues, vel pauper, & alijs similibus, de quibus infrà dicemus, vltrà controuersiam in tex. *l. dotem dedit, ff. de collat. bonor. & l. auus 81. ff. de iure dotium,* ad inuicem cōtrarias.

Item, si donata conueniebant tantùm
7 vxori, veluti vestes, & ornamenta, etsi pretiosa, & magni valoris, vt tradit *Angel. in d. §. in arrogato,* quam opinionem veriorē appellat *Gutierrez in d. quæst. 120. nu. 14.* subdens, hanc tenendam esse, quicquid in contrarium dixerint *Imol. & Alex. in d. §.* maximè quando dicti consanguinei ad id non tenebantur, nisi ex vrbanitate, vt quoquè *Mantic.* post multos in citato *lib. 21. num. 29. Peregrin. decis. Patau. 83. num. 11. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 26.*

Pontanell. de pact. nuptial. clauſ.7. gloſ.5. part.6.num.95. licèt *Theſaur. lib.3. qq. forenſ. quaſt* 15. *num*.5. indiſtinctè teneat, quòd donata à conſanguineis viri, acquirantur hæredibus viri, ſubdens, ità per Senatum fuiſſe iudicatũ, qui vero hoc limitat, quando maritus in teſtamento relinqueret vxori iocalia, cùm eo caſu mulier etiam illa à conſanguineis donata haberet, ſubdens, ſic Senatum congregatis claſſibus iudicaſſe.

Quamuis *Farinac. in deciſ.* 548. *in vlt,*
8 *recollect.* indiſtinctè contrarium firmet, ſecutus opinionem *Bald.in l.cùm te, nu.*3. *verſ. non obſtat, §.in arrogato, C.de donat, ante nupt.* dicens, doctrinam *Bart. in d.§,* procedere, quando per alterũ alteri acquiritur, veluti in filio ſub poteſtate, ſeruo, & alijs ſimilibus, at ſecus in ſponſa, & ſponſo, quibus alteri per alterum non acquiritur, niſi in caſibus particularibus, & propterea donata ſponſæ à conſanguineis ſponſi, nõ cenſeri donata ſponſo, ſubdens, hanc eſſe probabiliorem, & veriorem, & eam ſequutam fuiſſe Rot. in vna Roman. Hiſpalenſi deciſione, prout de veriori antè eum tradiderunt *Addent. ad Dec. in l. vt liberis, in* 3. *add. num.*23. *C.de collat. & Alexat.in d. præſumpt.*18. ſic etiam idem *Bald. conſil.*43.*nu.*3.*& conſ.*316. *ſuper primo, nu.*2. *lib.*2.*Benedict.Capr.conſ.*136.*nu.*19.*&* 20. *Bero.conſ.*62 *nu.*22. *cum ſeq. lib.*2. *Anton. de Butr.conſ.*38.*nu.*4. *Menoc. de præſumpt. lib.*3. *præſumpt.* 26. *ſub num.* 24. *&* 25. & ità fuiſſe per S. C. deciſum refert *Anna pater ſingul.*157 quod etiam placuit *Theſaur. lib.*3. *qq foren/. quæſt.*15.*num.*4.*in princ.* prout in terminis de mente *Cyn.Salicet.* & aliorum probat *Conſil. de Georg. allegat.*45.*num.*30 *verſ.quod procedit*, ſubdens, hoc procedere, etiam ſi de proximo eſſet facienda deſponſatio, hanc deniquè ſequitur *Borrell.in ſumma deciſ.lib.*3.*tit.de donat.inter vir & vxor. num.*110. qui licèt *numero præcedenti* dicat, ſupradictas duas opiniones *Bart. & Bald* ambas eſſe ſubſtentabiles, ità quòd vnuſquiſque poterit adhærere cui voluerit, tamen ſubdit, quòd multa dici poſſent contrà *Bart.* nam ipſe vidit in pluribus locis in hoc Regno (vt etiam ad præſens obſeruatur) in quo mulieres, quæ habent aliqua dona à conſanguineis viri, eodem tempore vices reddere, & donare illis interulas albas, ſudariola, & alia, in quibus compenſatione res decerni poſſet inter partes.

Et hoc abſque cõtrouerſia eſſet, ſi conſuetudo ſuaderet conſanguineos viri hoc facere, vt in terminis tradit *Bal. in d.l.cùm te, num.*3,*verſ.tu dic*, per *text.in l.cùm plures, §.cùm tutor*, vbi *Bart.& gloſ. in addit. ff.de peric.tutor. vel curat.* & admittit *Menoch.in d.præſumpt.*26.*num.*11. tunc enim
9 hæredibus mulieris donata remanerent, quamuis hoc conſuetum eſſet in domicilio reſidentiæ vxoris, & non viri, cùm illud vxoris circa hæc miſſa attendi debeat, vt poſt *Fulgoſ. & Phanuc.* tradit *Carpan. ad ſtatut. Mediol. cap.*297. *in gloſ. lucretur, in* 7.*limit.* & latè idem *Conſiliar. de Georg. in*
10 *d.allegat.*45. *num.*36. nulla data differentia, ſi ante matrimonium contractum per verba de præſenti, vel poſt fuiſſet donatũ, vt de donatis per virum, & ſponſum probat *Rot. Rom.* apud *Ludouiſ. in deciſ.*474. & apud *Farinac.in deciſ.*113.*part.*1.

Quid autem erit dicendum de donatis
11 à viro, latè ſcripſi in *deciſ.*166.vbi etiam plenè *Author*.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum agnato non compenſatur cum medietate debita vigore Conſuetudinis Neapolitanæ.*
*Intellige, niſi expreſsè id dictum fuiſſet, num.*11.
*Contrarium. num.*12.19 *&* 20.
Diſtingue, num 23.
2 *Legatum factum ſecundogenito à patre non compenſatur cum vita, & militia.*
3 Afflict.in deciſ.138. *reprobatur.*
4 *Vita, & militia ſubrogatur in locum legitima.*
5 *Legatum factũ à marito vxori imputatur in portionem ſibi debitam vigore* Auth. præterea. C.vnde vir, & vxor.
*Intellige.num.*7.
6 *Quarta debita vigore* Authent. præterea *eſt conſideranda in ipſo momento mortis.*
8 *Mater ſtante noſtra* Conſuetudine *circa diſpoſitionem nouem partium eius dotiũ, exiſtentibus filijs, excluditur à poteſtate teſtandi.*
9 *Diſpoſitio* Authent. præterea, C.vnde vir, & vxor *dicitur fauorabilis tàm reſpectu vxoris, quàm viri.*
10 *Vidua adhuc in matrimonio dicitur perſiſtere.*
13 *Debitum neceſſarium multipliciter conſideratur.*
14 *Legatum factum vxori, cenſetur factũ animo compenſandi cũ iuribus veſtiũ lugubrium, & alijs ex conſuetudine ei debitis.*

15 Le-

15 *Legatum mobilium vxori à viro factum compensatur cum lecto viduali ex consuetudine et debito.*
16 *Legatum vxori à viro factum, vtrum compensentur cum interesse ei debito ex consuetudine soluto matrimonio ex causa dotis non restituta.*
17 *Debitor nō potest lucrum sibi ex statuto debitum, & in pactum deductum in fraudē creditorum repudiare.*
18 *Contractus non mutat originem debiti.*
21 *Debitum dicitur necessarium quando causatur non à testatore, sed ab eo, cui testator successit.*
22 *Debitum, quod est necessarium in personam defuncti, erit quoque necessarium in personam hæredis.*

DECIS. CXIX.

MAtrem augendo dotem filiæ legatam à patre, non videri illud augumētum imputatum in luctum à statuto delatum, supposito statuto, quòd mater de sua dote non possit disponere, sed filios illam habere, cōcludit *Author hic*, prout in simili voluit *Scip. Buccin. in addit. ad nostrā Consuetud. Neapol.* incip. *Et si testator, fol* mihi 174. *in lit. D.* dicens, quòd supposita dicta nostra consuetudine, ex qua disponitur, quòd si quis filios, & descendentes nō habuerit, de bonis suis non possit testari nisi de medietate, & reliqua medietas perueniat ad proximiores, si quis alicui proximiori agnato in testamēto reliquerit quo-
1 dam legatum, illud non esse imputandum in medietatem sibi debitam vigore dictæ cōsuetudinis, & ratio est, quia illa medietas non est debita ab ipso testatore, sed à lege, & successiuè legando non videtur cōpensare cum debito, ad quod non ipse tenetur, & hoc ipse ampliat, etiam in legato facto secundogenito à patre, quòd illud non videatur voluisse cōpensare cum vita, & militia, ad quem non ipse, sed primo-
2 genitus tenetur, & pro hoc allegat *decis. Afflict.* 138. etiam supposita *Constitutione huius Regni Comitibus, & Baronibus*, vbi disponitur, quòd primogenitus succedens in feudo teneatur præstare vitam, & militiam secundogenito, ab illius successione exclusо.

Licèt circa hoc contrarium verius sit, scilicèt legatum hoc censeri cōpensatum
3 cum debito vitæ, & militiæ, reprobata illa *Afflict. decisione*, vt consuluerunt illi eruditissimi viri *Fab. de Anna cons.* 120. *lib.* 2. *& Menoch. inter consilia eiusdem Fab. de Anna*, quod est *consil.* 121. *eodem lib.* 2. in causa Magni Conestabuli Columna contra Illustrissimum Ascanium Cardinalem Columnam, subdens idem *Fab. de Anna in fin. d. consil.* 120. sic facta relatione per Sacrum Consilium iunctis duabus Aulis corām Illustrissimo, & Excellentissimo Prorege in Collaterali Consilio fuisse decisum ad fauorem dicti Magni Conestabuli primogeniti, qui fuit absolutus, & inter alias rationes dicebāt, hoc debitum vitæ, & militiæ nō esse primogeniti ex bonis proprijs, sed esse debitū patris ex suis
4 bonis, cùm ipsa sit loco legitimæ subrogata, vt tradit *Tiraquell. de primog. quæst.* 78. *num.* 8. *Paris de Puteo de reintegr feud. fol.* 176. *Camerar. in cap. Imperialem, fol.* 102. *colum.* 3. *lit. L. & M. de Ponte consil.* 79. vbi plenè, *Vincent. de Franch. in decis.* 20. *nu.* 9. & consequenter hoc legatum censetur cōpensatum cum debito necessario, prout tradit *Mantic. de coniectur. vltim. volunt.*
5 *lib.* 10. *tit.* 2. *num.* 7. *& seq.* dicens, legatum factū à marito vxori imputari in portionem sibi debitam à lege vigore *Authent. præterea, C. vnde vir, & vxor*, & sic etiam è contra, cùm sit debitum necessarium, ad quod censetur voluisse cōpensare, subdens sic Paduæ fuisse iudicatum, quod de simili notat *Cancer. in lib.* 1. *variar. resolut. cap.* 9. *tit. de donat. propt. nupt. nu.* 41. & hoc quoquè in similibus, de quibus notat *Surdus hic*, scilicet in legitimam, voluit *Camill. de Medic. in consil.* 123. & ibi etiam *D. Reg. Fab. Capyc. Galeota*, ac *Molfes.* per extensum *super Consuetud. Neapol. part* 6. *q.* 11. *num.* 14. *& seq. tit. de iur. dot.* ac latè *ibi in addit.*

Sed hæc nō faciunt ad casum huius nostræ decisionis, nam hæc benè procedunt in casu suo, dum tractatur de causa necessaria, ad quam vigore *d. Authent. præterea* vir tenetur vxori hanc quartam relinquere, quando vxor nō fuit dotata, vel parùm dotata, ità vt non cogatur mendicare, vbi illa parua dos non sufficeret pro substentatione, vt latè scripsi in *decis.* 61. & ratio
6 est, quia hæc quarta debetur vxori, si tempore mortis mariti nihil haberet vnde se substentaret, vt per *me in d. decis.* 61. vndè si tempore mortis mariti ipsa reperiatur cum hoc legato ab ipso facto, à morte cuius dies legati cedit, cum quo substentari possit, & tunc quia cessat causa consequendi quartam, cessat quoque effectus,

prout

prout hoc etiam sentit *Barz. in decis. Bo-*
non.129. num.20. & seq. & Mantic. de
conject. vltim. volunt. in citato *tit.2. nu.6.*
dicens, quòd debet restringi, vt procedat
in relicto, quod est exigendum eo tempo-
re, quo etiam debitum exigi potest, licèt
7 ego procedere hoc credo, quando realiter
ex illo legato substentari possit, ità vt non
cogatur mendicare, aliàs si ex illo substen-
tari non possit, & tunc nõ censetur factum
animo compensandi, nisi expresse testator
hoc voluisset, prout sentit idem *Barz.* in
citata *decis.* & latè explicant *Bart. Bald. &*
Paul. de Castr. in l. si cùm dotem, §. si pater,
ff. solut. matrim. per *l. si pater pro filia, ff. de*
collat. licèt *Fontanell. de pact. nupt. claus. 5.*
glos. 8. par. 9. num. 52. teneat, quòd quam-
uis hoc legatum sufficiens sit pro alimen-
tis, tamen mulier nõ excludatur à quarta,
subdens, sic fuisse decisum per Senatum,
etiam si maritus præcepisset, vxorem de
dicto legato contentam esse, ità vt nullum
regressum aduersus bona ipsius mariti ha-
bere possit, & rationem adducit, nè sit in
facultate mariti per indirectum in vltimo
vitæ spiritu auferre vxori beneficiũ quar-
tæ, ficta quadam, & adumbrata liberalita-
te, conferendo dispositionem in illud tem-
pus, quo bona ipsius inciperent esse obno-
xia huic oneri præstationis quartæ, de qua
opinione semper dubitaui, cùm sit contra
dispositionem *text. d. authent. præterea*, vt
etiã latissimè tuetur *Manent. in cons. 118.*
lib. 2. impresso post decisiones.

In casu nostro hæc non procedunt, cùm
statutum, de quo hic, non respiciat debitũ
limitatum, & sic nec mater tenetur dotem
relinquere filijs, imò vigore dicti statuti
ipsa habet labia clausa, manus ligatas, &
arbitrium refrenatum, & sic est exclusa à
8 potestate testandi, seù relinquendi, prout
inquit *Napodan in Consuet. Neap. Si qua*
mulier, num. 13. fol. 199. in nouiss. (ex qua
simile disponitur, scilicèt matrè filios ha-
bentem nõ posse de dotibus suis dispone-
re, nisi de decima parte) & proindè circa
ipsius dotem, & sic etiam attenta nostra
Consuetudine circa nouem partes ipsius
efficiatur adeò intestabilis, quòd neque de
ipsa potest in casu mortis ipsorum filiorũ
disponere, cùm hoc statutũ sit matri odio-
sum, licèt fauorabile quòad filios, vt post
Napodan. in citato *num. 13. vers. text. con-*
suet. tantum, notat *Ancharan. in cons. 380.*
Et ratio est, quia filij illam non dicuntur à
matre habere, sed à consuetudine, seù Sta-
tuto, vt tradit idem *Napod.* in citato *loco*,
& ibi *Addentes*, & consequenter nõ potest
dici matris debitum, sed Consuetudinis,
vel Statuti, & sic non potest fieri illatio de
hoc lucro cum lucro proueniente ex dicta
Auth. præterea, cùm illa non dicatur odio-
sa, sed imò fauorabilis non solùm respectu
9 vxoris, sed etiam respectu viri, cùm consi-
deretur eius opprobrium, licèt secũdariò,
vt inquit *Barz. in d. decis. num. 15.* nè ipsa
cogatur mendicare, prout antè eum de-
clarauit *Corn. in consil. 4. numer. 4. lib. 4.*
eo magis consideratur fauor mariti,
10 cùm ipsa mulier dùm adest in viduita-
te, adhùc præsumatur in matrimonio per-
sistere, ad tradita per *text. in §. soluto, Au-*
thent. de nupt. Guid. Pap. in decis. 349. nu. 2.
Costa de remed. subsidiar. remed. 2. num. 4.
in fine.

Verùm limitatur hæc nostra conclusio,
11 quãdo testator exprimeret, illud legatum
velle compensare, vel imputare in portio-
nem sibi debitam vigore dicti statuti, nam
tunc benè fieret imputatio, vt explicat
idem *Scip. Buccin.* in citata *Consuetud. vbi*
supra.

12 Sed contra prædicta videtur dicendum,
dum portionem ad filios per consuetudi-
nem spectantem dici debitum necessariũ
respectu parentum, & sic proximiorem re-
spectu agnati defuncti, & propterea lega-
tum illis factum videtur animo compen-
sandi factum, quando aliud de testatoris
voluntate non constaret, cùm necessarium
debitũ tripliciter consideretur apud *Suar.*
in tit. de arrhis, nu. 3. scilicet strictè, & pro-
13 priè, hoc est, vbi debitum est necessarium
ab origine, nec traxit causam à contractu
volũtario, vt in legitima, vel dote filijs de-
bita, item largo modo, hoc est vbi induci-
tur debitum ex legis dispositione, præce-
dente tamen aliquo facto voluntario, non
tamen principaliter ordinato ad illã obli-
gationem inducendam, vt in quarta con-
iugi pauperi debita ex dispositione *Auth.*
præterea, C. vnde vir, & vxor. & demum
largissimo modo, scilicet quando descen-
dit ex quocunque contractu, qui dicitur
actus voluntarius, principaliter ordinatus
ad dictum debitum inducendum, quam
etiam *Suarez* distinctionem reperi nota-
tam per doctissimum *D. Regent. Galeotam*
in lib. 1. controuers. cap. 30. nu. 2. in primis
duobus casibus firmat *Suarez*, legatum
censeri factum animo compensandi, ex
Bart. in l. si cùm dotem, § si pater, ff. solut.
matrim. in tertiò casu cessare compensa-
tionem, quod etiam ex multis cõprobat,
& de-

& declarat *Barboſ. in d. l. ſi cùm dotem, §. ſi*
pater, num. 4. & 8 ac *Surd. conſ. 112. nu. 9.*
71. & per tot. hinc dixit *Michael Ferrer.*
3. part. obſeruat. cap. 157. quòd legatum
14 factum vxori cenſeatur factū animo com-
penſandi cum iuribus veſtium lugubrium,
& alijs, quæ vxoribus ex conſuetudine de-
bentur, ſubdens ſic in Senatu fuiſſe iudica-
tum, & eum ſequuti ſunt *Cancer. lib. 1. var.*
reſolut. cap. 9. num. 41. & Fontanell. de pact.
nupt. clauſ. 7. gloſ. 3. part. 7. num. 101. vt in
15 legato mobilium compenſari cum lecto
viduali, & veſtibus lugubribus vxori ex in-
ueterata cōſuetudine debitis decreuit Sa-
crum Cōſilium in cauſa Penelopæ Carac-
ciolæ cum hæredibus Thomæ Carafæ viri,
de qua deciſione meminit eruditiſſimus
D. Regens Capycius Latro in deciſ. 94. ſub-
dens ſic in caſu eius deciſionis fuiſſe iudi-
catum de menſe Octobris 1638. quicquid
aliter ſentiat *D. Regens Galeota in d. lib. 1.*
controuerſ. cap. 29. & 30. in intereſſe dotis
16 vxori debito vigore Conſuetudinis ſolu-
to matrimonio, quod legatum à viro fa-
ctum cum eis nō compenſatur, ex eo quia
principaliter peruenit ex actu voluntario,
veluti ex promiſſione reſtitutionis dotis,
quā facit maritus in caſu ſoluti matrimo-
nij, ex *Barboſ. in d. num. 4. & 8.* cùm illa
viri obligatio ſit ex mera eius voluntate,
poterat enim vxorem indotatam accipe-
re, vt dicit ibi *Barboſa*, licèt caſus illius
controuerſ. non aliter fuerit deciſus, ſed cū
tranſactione ſopitus, quę opinio *D. Regen-*
tis Galeot. eò magis videretur procedere,
vbi promiſſio viri in caſu reſtitutionis do-
tis eſſet etiam pro intereſſe, vt dicatur de-
bitum voluntarium, & non neceſſarium,
ex eo quia etſi ex ſtatuto illud debeatur,
tamen cùm fuerit in pactum deductum, ex
cōtractu, & nō ſtatuto deberi diceretur, vt
dicimus de lucro, & ſtatuto viro debito,
quòd ſi in pactum fuerit deductum, actio
17 ex contractu, & non ex ſtatuto compete-
ret, & propterea non poſſe illud in fraudē
creditorum repudiari, vt latè fundaui in
l. hac edictali, quaeſt. 45. C. de ſecund. nupt. &
Nos in loco prædicto refert *D. Reg. Capyc.*
Latro in deciſ. 8. num. 12. quamuis quoad
me hoc non ſatisfaciat, vt ob id dici non
poſſit debitum neceſſarium, quia aliud eſt,
quòd non poſſit repudiari, & hoc quia ex
quo in pactum fuit lucrum deductum, di-
citur plenè acquiſitum, aliud verò, quòd
18 non dicatur debitum neceſſarium, quia
contractus nō mutat originem debiti; ſed
ad maiorem illius confirmationem quis
videtur ſe obligaſſe, & propterea videtur
19 dicendum, quòd legatum factum filijs, vel
proximioribus compenſetur cum portio-
ne vigore Conſuetudinis eis debita, quia
debitum illud originaliter prouenit ex le-
gis, ſeù conſuetudinis diſpoſitione, vt com-
muniter *DD. in d. l. ſi cùm dotem, § ſi pater,*
ff. ſolut. matrim. & in *Authent. præterea*
C. vndè vir, & vxor. vbi *Alber.* ita aliàs Pa-
duæ fuiſſe iudicatum teſtatur, ſic etiam fir-
mat *Crot. conſ. 257. nu. 20. vol. 1. et conſ. 23.*
col. 1. vol. 3. Rolan. de lucro dotis, quaeſt. 96.
Surd. conſ. 112.

Nec obſtat, quòd compenſatio nō poſ-
ſit cadere, eo quia tēpore relicti hæc por-
20 tio non debeatur, ſed poſt mortem teſta-
toris, ſiquidem & legatum nō debetur niſi
poſt mortē teſtatoris, & ſic vtrumq; debi-
tum incipit deberi poſt mortem, & ideò
adinuicem confunduntur, vt dicit *Molfeſ.*
in conſuetud. Neap. part. 6. quaeſt. 11. nu. 33.
tom. 2. & licèt nonnulli conſiderent, hoc
eſſe, quādo vtrumque poſt mortem debe-
retur, nō autem ſi ex poſt cum debito hæ-
21 redis etiam occaſione hæreditatis, quod
etſi neceſſariū quoquè dicatur, quia cauſa-
tur ex aditione, quæ principaliter non ten-
dit ad cauſandum debitum, vt dicit *Surd.*
conſil. 112. num. 9. tamen nō compenſatur,
vt in puncto poſt multos aduertit *de Ponte*
conſil. 78. nu. 2. lib. 2. & ante eum *Afflict.*
deciſ. 138. Barboſ. in d. l. ſi cùm dotem, §. ſi
pater, num. 31. Anna conſil. 120. num. 40.
& conſil. 121. nu. 10. vol. 2. Baez. de decim.
tutor. cap. 5. nu. 17. Gutierr. de tutel. part. 3.
cap. 5. num. 6. & 20. cum ſeq. Eſcobar de
ratiocin. cap. 30. num. 31. Grauett. conſ. 131.
in fine, D. Reg. Galeot. lib. 1. controuerſ. 29.
num. 29. D. Reg. Capycius Latro deciſ. 94.
num. 6.

Tamen contrarium alij firmarunt, ſcili-
cet quòd regula prędicta procedat nedum
22 in debito, ad quod tenebatur ipſe defun-
ctus, ſed etiam in eo, quod hæres eius erat
obligandus poſt mortē teſtatoris, ex cau-
ſa tamen hæreditatis, ex *Paul. de Caſtro*
conſil. 35. num. 1. verſ. ſed ad hoc reſponde-
tur, part. 2. Rouit. conſil. 25. num. 4. lib. 1.
qui multos pro hac opinione allegat,
dummodò reſpectu defuncti ſit neceſſa-
rium, vt benè aduertit *Surd. in d. conſ. 112.*
num. 67. cum ſeq. & 71. dicens, eſſe atten-
dendam originem, an ſit voluntarium, vel
neceſſarium reſpectu defuncti, quia eodē
modo cōſideratur in perſona hæredis, ſub-
dens, nec eſſe in conſideratione aditionem
hæreditatis, vt conſideretur, an debitum

ſit

sit compensandum, vel nè, quia non mutato eo prætextu, quòd in hæredē descendat per aditionem.

Verùm pro prima opinione, quòd legatum ab agnato factum non imputetur, nec compensetur cum portione vigore Cõsuetudinis debita, videtur firmare *Na-*
23 *podan.* licèt cum distinctione inter filios, & agnatum *in Consuet. Si aliquis, fol.* 170. *num.* 31. *verſ. liberis*, agnatus hanc portionem non tenetur relinquere, secus in filijs, sed latiùs hanc opinionem indistinctè firmat *Caput. ad Consuet. Si moriatur, part.* 2. *§.* 10. *per tot.* vbi ad partes hanc quæstionem disputat, & tamen pro hac opinione concludit, & licèt eam verè nō examinaui, ideò in facto cogita, quia articulus iste perplexus est.

SVMMARIVM.

1 *Legatum annuum peti potest antè diem, ita vt ex nunc adueniente die quis veniat condemnandus ad correspondendum singulis annis in futurum.*

2 *Creditor in diem potest antè diem agere, vt adueniente die sibi soluatur.*

3 *Fideicommissarius viuente hærede grauato potest agere, vt adueniente die sibi restituat. Item vt hæres reddat sibi rationē, vel inuentarium conficiat de rebus hæreditarijs.*

Intellige, num. 5.

4 *Fideicommissarius ratione fraudis potest antè tempus administrationem grauato auferre.*

6 *Fideicommissum prætendens, vel maioratū potest viuente possessore petere, quòd post mortem declaretur, successionem ad ipsū spectare.*

Sed contrarium. num. 7.

Intellige, num 8.

Limita, existente causa, num. 9.

Amplia, etiam non existente causa, numer 10.

11 *Iudicium quod dependet à futuro euentu sustineri non potest.*

12 *Declaratur* l. 1. C. de fideic. l. 1. C. de sent. quæ sine cert. quantit. l. Aquilia, §. si deletum, ff. ad l. Aquil. l. si finita, §. eleganter, ff. de damn. infect. *& num.* 13.

14 *Fideicommissarius & si cõditionalis ob solam spem dicitur habere ius in re, & quando, cum pluribus seqq.*

16 *Dubius euentus pretio æstimatur.*

17 *Possessor alicuius feudi an possit declarari facere, quis nam esset verus successor post eius mortem.*

18 *Debitor in diem nùm antè diem possit inuito creditore soluere, nonnulla recensentur distinctiones, & num.* 19. *&* 20.

21 *Emphyteuta nùm possit inuito domino soluere pensionem pro tribus annis futuris.*

22 Faber lib. 8. de solut. defin. 14. *declaratur.*

23 *Debitor non potest inuito creditore soluere de pecunia de proximo reprobanda, vel mutanda.*

Amplia, etiam si esset purè debitor, & solueret in tempore præfixo, num. 25.

24 Larrea in decis. 15. *declaratur.*

26 *Tempus in solutione quando gratia debitoris, vel creditoris appositum dicatur, remissiuè.*

DECIS. CXX.

1 Legatum annuum peti posse antè diem, ità vt ex nunc adueniente die quis veniat condēnandus ad soluendum singulis annis in futurum, concluditur hic, ea ratione, nè legatarius cogatur quolibet anno agere, & iudicium instruere, prout sic quoquè in eodē casu pluries decisum refert *Peguer. in decis.* 154. & antè eum *Cassan. in consuet. Burgund. tit. des censes, §.* 6. *num.* 13. ac demùm nouissimè *Merlin. in decis. Lucens.* 2. *num.* 20. & latè *Vrsill. ad Afflict. in decis.* 279.

Quod amplia, etiam in creditore in
2 diem, cùm ante diem possit agere, vt adueniente die sibi soluatur, prout tenent *Caccher. in decis.* 130. *V tu. comm. opin. in verbo creditor, Tusc. lit. D. concl.* 52. *num.* 31. *& seq. Grass. de except. except.* 41. *nu.* 5. *Castill.* plenè *in decis.* 17. *lib.* 1.

Et quamuis contrarium teneant multi DD. per *text. in l. Fulcinius, § si in diem, ff. quib. ex caus. in possess. eat.* prout plenè *Peregrin. de fideicom. artic.* 41. *num.* 2. *&* 3. *Mauson. de caus. exequut. ampliat.* 22. *nu.* 1. *&* 2. *Giurb. in decis.* 4. *num.* 28. *verſ. secundò licèt*, subdens hanc esse communem, *Cenc. in decis.* 267. *num.* 3. *impress. post tract. de censib.* & multi alij ab eis relati.

Tamen intellige iuxtà doctrinam *Affl. in decis.* 279. *in fin. in vltim. versic.* scilicèt tunc procedere contrariam opinionem, quando quis petit, quòd sibi antè diem soluatur, secus verò si petat, vt adueniente die sibi soluatur, cùm tunc possit creditor in diem agere, prout benè sequutus *Affl. cit.* in citata *decis.* post multos declarat *Milanens.*

nens. in decis. 15. *nu.* 12. *&* 13. *lib.* 2. & idem *Versill.* in cit. *loco, & Camill. de Medic. in conf.* 148. *num.* 9.

Sic quoquè dicendum de prætendente fideicommissum viuente hærede grauato,
3 vt adueniente die sibi restituat, vt plenè *Vitus in decis.* 403. item vt hæres reddat sibi rationem, vel conficiat inuentarium de rebus hæreditariis, *Bart. Bald. Imol. & Paul. de Castr. in l. cùm tale, §. Titius, ff. de condit. & demonstr. Ruin. conf.* 159. *nu.* 15. *volum.* 3. *Cephal. conf.* 296. *col. fin.* item ex
4 *l. Imperator, ff. ad Trebell.* vt ratione fraudis auferatur administratio grauato, vt plenè *Peregrin. de fideic. artic.* 40. *num.* 16. *& seq.*

5 Quæ tamen procedunt, quando dies fideicommissi esset certus, aliàs secus, prout *Vit. in d. decis. & Marzar. de fideicommiss. in* 3. *part. quæst.* 61. vbi ait, ita fuisse iudicatum in Rot. Florent. sic etiam *Camill. de Medic.* in citato *conf. num.* 18.

Item ampliatur, etiam in habente ius,
6 & spem fideicommissi post mortem alicuius, cùm possit agere antè tempus, ponendo tractum futuri temporis in iudicio, vt latè *Suarez in allegat.* 4. *Vit.* in citata *decis. num.* 6. *& seq. Peregrin.* in citato *art.* 40. *nu.* 10. *Auend. in l.* 40. *Tauri, glos.* 1. *nu.* 35. *&* 36. *Didac. Perez lib.* 1. *ordin. tit.* 2. cum alijs per *Castill. in decis.* 17. *nu.* 20. qui DD. loquuntur etiam in maioratū prætendente, qui viuente possessore agere potest, vt post mortem illius ad se spectet, prout etiā tenet *Couar. in lib.* 1. *variar. resolut. cap.* 18. *nu.* 8. subdens, sic in Regio Tribunali hanc petitionem fuisse admissam, sic quoque *Gaeber.* in citata *decis.* 130.

7 Et licèt in hoc casu contrarium vetius esse dicat *Fab. de Anna in consil.* 11. *lib.* 1. referens, sic pro hac contraria parte fuisse decisum in causa Ioannis Camilli Mormilis.

Tamen hoc procedit inuito illo, de cu-
8 ius successione agitur, secus autem eo volente, vt infertur ex pulchro *conf. Gutier.* 13. dicentis, non posse per successorem in vita possessoris petere declarari, maioratū ad se spectare post illius mortem, ipso tamen inuito.

Quamuis hoc limitari possit, vbi subsisteret aliqua iusta causa, quia tunc benè poterit peti, vt declaretur, successionem
9 alicuius viuentis ad se spectare, prout est casus citatus, allegat *Roderic. Suarez*, in qua inquit, filio viuente patre licere agere ad declarationem bonorum maioratus, vt post mortem eius ad eum deueniāt, & ratio illius petitionis erat, quia per patrem vti libera alienabantur, vt etiam tuetur *Pinell. in l.* 1. *par.* 3. *num.* 78. *C. de bon. matern. Gomes. l.* 40. *Tauri, num.* 79. quod indubitanter admittunt DD. omnes, quādo præsens aliqua datur causa, vt per *Garsiam de nobilit. glos.* 47. *num.* 16. *Mastrill. decis.* 118. *lib.* 2. *Riccium collect.* 1420. *Vincent. de Franch. in decis.* 695. *Milan. decis.* 15. *n.* 12. *& multis seqq. lib.* 2. *Ioseph. Ludou. decis.* 8. *per tot. Valasc. decis.* 184. *Ioseph. Sess. decis. Aragon.* 115. *à nu.* 31. *vsque ad fin. Pereyra decis.* 129. *per tot. Petra de fideic. quæst.* 10. *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 9. *p.* 5. *num.* 28. 29. *& seq.* prout etiam consuluit *Camill. de Medic. in conf.* 148. in causa venerabilis Monasterij SS. Seuerini, & Sosij contra Regium Fiscum, ex quo Monasterium prædictum prætendebat ex nunc declarari, ad eum spectare omnia bona Roberti Bonifacij Marchionis Oyræ post mortem Ioannis Berardini eius filij, ac hęredis grauati tunc viuētis, ea ratione, quia dùm dictus Ioannes Berardinus à Fide Catholica defecisset, Regia Curia occupatis omnibus illius bonis, maximam partē illorum vti liberam à fideicommisso distraxerat.

Vltra quod etiam non existente causa possunt comprehensi in inuestitura, vel in fideicommissis, etiam pendente conditio-
10 ne, & antequàm sit apertum feudum, vel fideicommissum, agere, vt adueniente casu declaretur sibi ius competere, voluerunt *Molin. lib.* 3. *cap.* 14. *de primogen. Couarr.* in citato *cap.* 18. *Peregr.* plenè *de fideicom. artic.* 40. *nu.* 10. sic etiam *Oliuer. Beltram. in addit. ad decis. Gregor XV. in decis.* 418. *num.* 14. vbi refert, sic fuisse decisum in Rota Romana, *Vit.* in citata *decis. num.* 6. *& seq. Auend. in l.* 40. *Tauri, glos.* 1. *nu.* 35. *& seq. & Io. Vincent. de Anna in alleg.* 67. *num.* 40. *& seqq.*

Quamuis obijci possit, quòd etsi creditor in diem possit agere antè diem, hoc est, quia actio iam nata est, quamuis exercitium sit in diem delatum, secus verò in fideicommissario, qui nullam habet actionem, per *tex. in l. non quemadmodùm, ff. de*
11 *iudic.* vbi iudicium, quod dependet à futuro euentu substineri nō potest, cùm tractus futuri temporis non spectet ad Iudicem, *l. Athesus, §. in hoc iudicio, ff. de aqua pluuia arcenda, l.* 1. *§.* 1. *de vsur. l. non potest, ff. de iudic. Marzar. in d quæst.* 61. *Pinell.* in citato *num.* 78. *Peregr. de fideicom. art.* 41.

art.41.num.4.vers.attamen, & proindè nō videntur obstare *leges* in contrariū facien-
12 tes, scilicèt *text. l.1.C.de fideicommiss. l.1. C.de sentent.quæ sine cert.quant.& l.Aquilia, §.si deletum chirographum, ff.ad legem Aquiliam, l.si finita,§.eleganter, ff.de damno infecto*, cum in casibus primarum duarum *legum* iudiciū substineri possit, quia & si ius futurum cōtineant, tamen hoc est quoàd exequutionem iuris præsētis, quod habent, & sic quoàd causam succeffiuam pro futuro tempore, prout sic intellexerūt *Cyn. Petr. de Rauenna, Alber. Bald. & alij in d.l.1. C. de fideicommiss.* sic etiam explicant *Camill. de Medic.* in citato *consil.*148. *num.21. & Peregrin. in d.artic. nu.5. vers. secundò potest agi*, in secundis verò *legibus* permittitur iudicium ob dolum aduersarij, & sic existente causa, scilicèt in *d. §. si deletum* præsens erat damnum ob chyrographum deletum, & sic pręsens erat actio, prout sic eum explicant idem *Peregrin. in d.num.1. & Camill. de Med.* in citato *consil. sub num.22.* sic quoquè *Roderic. Suarez in alleg.4.num 4. & Castill. in decis.17.nu.10.* sic etiā in *d.§.eleganter*, vbi ex causa damni præteriti permittitur cautio futuri dāni ex eadem causa venturi.

Tamen respondetur, hæc benè procedere in merè fideicōmisso conditionali, hoc est vbi nulla adesset spes, quę causaretur de præterito, vel de pręsenti, secus verò quan-
13 do adesset spes, quæ causaretur de præterito, vel de præsenti, vt putà quia esset substitutus post mortem Titij, nam tunc benè talis poterit agere, & iudicium substineretur, cùm idem iudicari debeat de hac spe, quod de iure de præsenti, quamuis hoc ius sit in spe tantùm probabili, prout singulariter *Bart. in l. qui Romæ, §.duo fratres, in 1. sol. ff. de verbor. oblig.* & in *l. qui cum tutoribus, col.1. ff. de transact.* & in *l. is potest, col.3. vers. sed si esset substitutus per fideicōmissum, ff. de acquir. hæred.* & in dictis locis alij communiter *Scribentes*, sic quoquè *Surd. cons.*167. *num.22. Honded. consil.*59. *num.11. & seq. vol.2.* plenè, & omninò videndus *Laderch. in cons.28. nu.11.12.13. & seq.* post infinitos *Fusar. de fideicommiss. quæst.*272. *Gamma decis. Lusit.*268. *nu.*19. *Alexand. Raudens. decis. Pisan.*43.*num.*53. *& seq.* sic demum *Io. Vinc. de Anna in allegat.*67.*num.*40. *& seq.* vbi inquit, doctrinam *Bart. in d.l. is potest* cōmuniter à *Doctoribus* sequutā, & hoc colligitur ex *text. in l.2. §.sub conditione, ff. de bonor. possess.*
14 *secund. tabul.* vbi fideicommissarius propter istam spem solā, quàm habet, potest petere bonorum possessionem secundùm tabulas, sic etiam ex *toto tit. ff. & C. vt leg.*
15 *& fideic. nom. cau.* vbi fideicommissarius potest petere, & compellere hæredem ad cauendum de restituendo adueniente cōditione, vt etiam tradit *Peregrin. de fideic. artic.41.num.5.vers. secundò potest, & ar-*
16 *tic.40. nu.10.* vltrà quòd hic dubius euentus pretio æstimatur, vt ex *text. in l. seruus, ff. de cond. furtiu.* quod etiam placuit *Alexand. in l.1.§.si hæres, num.4. ff. ad Trebell.* plenè *Laderch.* in citato *cons.*28. *d.nu.*13. & consequenter dum ius de pręsenti competit, benè potest in eo iudicio persistere, prout voluerunt *Viuius in decis.*403.*nu.6. & 7. & Auendan. in l.40. Taur. glos.1. num.35. & seq.* sic demum respondit *Camill. de Medic.* in citato *consil. & Castill. in* citata *decis. num.*20. cùm ad efficaciam iudicij sufficiat aliquid esse de præsenti.

Amplia, hanc conclusionem procedere
17 etiam e contra, vt in possessore, qui potest declarari facere, quis nam esset eius verus successor, vt consuluit *Anna filius in cons.*126. *lib.2.* subdens sic per S.C. decisū fuisse, & in reclamatione iterum iunctis Aulis confirmatum cum interuentu D. Vincentij de Franchis tunc Præsidis S.C.

18 Verùm ex his infertur alia quęstio, nunquid debitor in diem possit antè diem inuito creditore soluere, ad cuius resolutionem nonnullæ accesserunt distinctiones, scilicet an gratia debitoris, vel creditoris tempus appositum sit, cùm in primo casu possit debitor, si velit, non vt cogatur soluere, ad *text. in l. quòd decem* 70. *ff. de solut.* & ibi *glos. in verbo liberum* concordantes allegat, *l. eum, qui*, & ibi *glos. ff. de ann. leg. l. post mortem*, & ibi *glos. C. de fideic. l. stipulatio ista, §. inter certarum, ff. de verb. oblig.* ea ratione, quia potest vnusquisque suo fauori renunciare, *l. si quis in conscribendo, C. de pactis*, in secundo verò secus.

19 Aut gratia nullius, & tunc promissoris gratia, seu debitoris tempus appositum esse censetur, ita *glos. in d.l. eum, qui, verbo hæredis causa*, & in *d.l. qui Romæ, in princ. in fine glos. magna*, & notat *Bar. in d.l. eum, qui, & Alex. Trentacinq. lib.3. variar. resolut. resol.25. num.9.* sed hoc vbi tempus esset certum, tunc enim fieri poterit solutio, & soluens liberatur, adeò vt solutum antè tempus reperi non potest, at secus si tempus esset incertum, vt notat *glos. in d.§. inter certarum*.

20 Quamuis nonnulli aliam amplexi sint distin-

distinctionem, scilicet an ex solutione ante diem ius creditoris minuatur, vel nõ, cùm tunc licitum erit creditori respuere solutionẽ, vt decisum refert in Senatu *Faber in suo Codice, lib. 8. tit. 29. de solut. definit.* 14. & facit id, quod dicit *Cyn. in l. 2. C. de iur. emphyt. in fin.* dicens, quòd emphy-
21 teuta non potest inuito domino soluere pensionem pro futuris tribus, vel quatuor annis, ea ratione, quia particularis solutio affert domino maius commodum, & quia per eam facilius ius domini probatur, *l. si certis annis, C. de pactis,* & hanc opinionem sequuti sunt *Specul. Alex Dec. Ias.* & alij, quos recenset *Clar. in §. emphyteusim, quaest.* 12. *num.* 2. vbi hanc opinionem communem appellat, subdens absq; difficultate, si fructus essent domino debiti, cùm possent cursu temporis deteriorari, & ibi *Addentes* aliam adducunt rationẽ, quia hæc pensio cùm sit annua, singulis annis debetur, vndè nõ licet emphyteutæ reluctante domino contra legem contractus solutionem facere, licèt *Bart. in d. l. cum, qui, ff. de ann. legat.* dicat, opinionem *Cyn.* esse veram, sed posse illã determinari per ea, quæ norantur in *l. qui Romæ, in fin ff. de verbor. obligat.* dans cautelam, quomodò possit emphyteuta pensionem pro futuris annis domino soluere.

22 Verùm opinio definitionis *Fabri* intelligitur, vbi tempus gratia creditoris esset appositum, aliàs esset contra *text d. l. cum, qui,* vbi in specie habetur, quòd si dilatio apponatur fauore hæredis, parum interest, quòd ex solutione anticipata pecunia penès legatarium sit peritura.

Et quamuis etiam in hoc casu contrarium videatur firmare doctissimus *Ioan-*
23 *nes Baptista Larrea in decis. Senat. Granat.* 15. dicens, debitorem in diem nõ posse antè diem inuito creditore soluere, vbi adesset periculum mutationis, vel diminutionis monetæ, subdens sic decreuisse Senatum in eo casu, per *text. in l. si soluturus, ff. de solut.* quia licèt electio debitoris sit etiam antè tempus soluere, ad *text. in l quod in diem, ff. de solut.* & regulariter vnusquisque possit iuri suo renunciare, *d. l. si quis in conscribendo,* cum alijs vulgatis iuribus, prout latè hanc partem ad beneficium debitoris cõmuniter firmarunt DD. & præcipuè *Rota Romana* apud *Farinac. decis.* 252. *part* 1. *num.* 5. ac *Mart. consf.* 101. qui ob id ait, solutum anticipatè compensari cum debito necessario, tamen regula prædicta procedit, quoties id fine fraude fieret, nè damnũ irrogetur, ex *Bald. cons.* 288. *lib.* 5. *in fin. Cuman. cons.* 59. *Tusc. lit. R. concl.* 170. *cum seq. Castill. lib.* 5. *controuers. cap.* 112. cum alijs congestis per eundem *Larream in d. decis. in fine,* & sic electio prædicta est permissa, dummodò non cedat in damnũ creditoris, vt ex multis probat *Cened. can. quast quaest.* 35. *nu.* 15. & facit id, quod aduertit *Grattan. tom.* 2. *discept. for. cap.* 229. *num.* 3. tamen *decisio* prędicta *Senat. Granat.* si benè inspiciatur
24 non contradicit iuribus superius allegatis, quia solũmodò est fundata in periculo murationis, & diminutionis monetæ de proximo faciendę, ob quod nedùm debitor in diem non potest soluere, immò etiã si esset purè, & vellet soluere in tempore præfixo, non posset, vt firmarunt *Sola ad consfitt. Sabaud. tit. de monet. casu* 27. *nu.* 5. *Neuizan. cons.* 45 *num.* 15. *Mantic. de tac. & ambig lib* 10. *tit.* 5 *nu.* 11. *cum seq. Thesaur. de augm. monet. part.* 1. *num.* 68. *cum seq. Grattan. tom.* 2. *discept. for. cap.* 260. *nu.* 18. *cum seq. Alexand. Trentacinq. d. tit. de solut. resol.* 24. *num.* 9. *Giurba decis.* 87. *Menoch. de arbitr. cap.* 223. & decisum refert *Larrea in decis.* 13. & sic attenditur damnũ creditoris, non in ipsa solutione, sed in ipsa pecunia, quæ in tali casu nõ dicitur habere nomen pecuniæ, cùm pecunia reprobata non sit pecunia, *l. eleganter, §. qui reprobos, ff. de pignor. act.* quod extendit *Neuiz.*
25 *in cons.* 88. etiam si eo tempore esset in vsu, sed de proximo erit reprobãda, quem etiã sequitur *Alex. Trentacinq. d. resol.* 25. *nu.* 9. & *Menoc. d. casu* 223. *n.* 25. & hoc est, quod dixit *I.C. in d. l. si soluturus,* ibi, *congruo loco, & tempore,* qui loquutus fuit de debitore purè, & tamen dicit, quòd oblatio debet fieri congruo loco, & tempore.

26 Tempus autem quãdo sit positum gratia debitoris, vel creditoris etiã in annuis præstationibus, latè *Alexand. Trentacinq. d. resolut.* 25. *per tot.*

SVMMARIVM.

1 *Damnatus ad mortem an suspendi possit ea die, qua Eucharistia Sacramentum susceperit, & quando, & quomodo obseruatur in nostra Ciuitate Neap.*

V DE-

DECIS. CXXI.

IN hac nostra Ciuitate obseruatur, quòd die sequenti, vel post tres dies (vt testatur *Borrell. in summa decis. tom.2. tit.32. num.203.*) post susceptum sanctissimum Sacramentum Eucharistiæ sententia ad vltimum supplicium exequutioni demandatur, verùm aliquando in aliquibus casibus exemplaribus fit exequutio sententiæ eodem die, quo Sacramentum accipitur, sed post quinque, vel sex horas, & plus. Aliquando vero capiuntur aliqui banniti, & eodē die capturæ eorum sententia mandatur exequutioni, & tunc etsi tempus breue sit, tamen cōceditur eis Sacramentum Eucharistiæ etiā per duas horas antè supplicium, prout vidi obseruatum.

SVMMARIVM.

1 *Statutum disponens, quòd instrumenta publica paratam habeant exequutionem, intelligitur de instrumento liquido.*

DECIS. CXXII.

AD hanc decisionem faciunt notata per eundem *Authorem in decis.51. & ibi per me*, ac etiam *in decis 266.* prout dicimus de
1 statuto disponente, quòd instrumentum publicum paratā habeat exequutionem, quòd intelligi debeat de instrumēto liquido, *Gayll. lib.1. obseruat. obseru.68.nu 6. Giurba decis.15.num.6. Intrigliol.decis.13. num.14. Borrell.in sum.decis.tom.2.tit.19. nu.43. Muta super rit. Sicil.cap.101.nu.50. cum seq. Vincius decis.31.*

SVMMARIVM.

1 *Immunitas concessa ob duodecim liberos, nō transit ad ipsos liberos mortuo patre, stiā stante communione,*
Amplia, quamuis Princeps dispofuisset, vt mortuo patre duraret immunitas filijs, in communione stantibus, num.3.
3 *Filij post mortem patris habentur pro pluribus familijs.*
4 *Immunitas concessa ob existentiam duodecim liberorum mortuo patre non extinguitur, viuente tamen matre.*
5 *Immunitas prædicta verificatur etiam in filijs legitimatis, Religionem ingressis, & in bello mortuis.*
6 *Amplia, etiam si essent legitimati per rescriptum Principis.*
7 *Item, si legitimatio subsequuta fuisset post impetratam immunitatem,*
8 *Limita, in vtero existente,*
9 *Limita, etiam in filijs adoptiuis.*
10 *Vinc. de Franch. in decis.259. & Thesaur. in decis.267. num.6. reconciliantur.*

DECIS. CXXIII.

QVæritur hic, an immunitas concessa ob existentiam duodecim liberorū trāseat ad ipsos liberos mortuo patre, circa quam quæstionē *Costa de port. rata, quæst.180.nu.2. & seq.* inquit, priuilegium hoc durare, durante tamen communione inter filios.

Sed contrariū in Senatu decisum fuisse
1 testatur *Thesaur. in decis.267.nu.11.* quòd mortuo patre extinguitur priuilegiū prædictum, cùm illud sit concessum parentibus propter educationem liberorum, & consequenter dùm est personale, extincta persona, extinguitur quoquē priuilegium, ad tradita per *de Ponte de potest. Proreg. tit.10.§.1.num.40. fol.* mihi 345. eò magis
2 cùm filij post mortē patris habeantur pro pluribus familijs, & non vna, vt etiam censuisse Senatum inquit *Thesaur. in d. decis.* prout concludit *Alex. Trentacinq. infra citandus.*

Et quamuis pro prima opinione teneat *Menoch. in cons.486. & Surd.* Author noster in hac *decisione*, subdens, ita fuisse in Senatu Mantuano decisum, quòd priuilegium prædictum etiam post mortem patris duret, ea ratione, quia est datum illud filijs principaliter, iuxtà quam opinionem decisum per R.C.S. refert *Paschal. de patr. pot. part.4. cap.4. num.4.*

Tamen expressè tōtra *Menoc. & Surd* in hac *decis.* decisū fuisse in Senatu cōgregatis classibus, ac toto sedente Senatu, nō obstantibus scriptis per *Menoch.* referente Senatore Crauetta, refert *Thesaur. filius in addit. ad suum Genitorem in d.decis. lit. F.* subdens, sic iterùm nemine discrepante fuisse determinatum per eundem Senatū, & cùm iterū in anno 1600. 6. Decembris fuisset proposita hæc quæstio, & fuissent visa scripta per *Surd.* in hac *decis.* nihilominùs ait, fuisse dictum per eundem Senatum, rationes *Surdi* non militare, & proindè ab ista opinione non esse recedendū, quòd hoc priuilegium dicatur extinctum, qui Senatus etiam iudicauit, hoc procede-

3 re, & si Princeps disposuisset, vt mortuo patre duraret immunitas filijs, in communione stantibus, etiam quòd rescriptum Principis esset iterinatum.

4 Sed hoc limitatur, si mortuo patre adhùc viuet mater, tunc enim duraret dicta immunitas, vt cum multis rationibus hoc firmat *Vinc. de Franch. in decis.* 259.

Benè verum hæc immunitas verificatur
5 etiam in filijs legitimatis, in Religionem ingressis, vel in bello mortuis, vt hàc communem appellat *de Ponte in cons.* 16. *n.* 20. *&* 21. *Anna pater in singul.* 241. vbi *filius in addit.* & hoc siuè sint legitimati per sub-
6 sequens matrimonium, siuè per rescriptũ Principis, prout iudicatũ refert *Thesaur.* in allegata *decis. nu.* 7. vt etiã inquit *Alex. Trentacinq. lib.* 1. *variar. resolut. tit. de iure immun. resol.* 1. *num.* 1. *col.* 2. *vers. secundò procedit.*

7 Quam conclusionem amplia, etiam si quis fuerit legitimatus post impetratam immunitatem, *Rum. cons.* 124. *vol.* 4. secus
8 in vtero existentibus, quia tunc non habetur pro nato ad commodũ patris, *Roland. à Valle in cons.* 52. *num.* 6. vbi multos allegat hoc tenere, licèt *Aegid. Boss. in sua praxi crimin. in tit. de Principe, & priuilegio eius, num.* 155. dicat, in Statu Mediolani obseruari, quòd in vtero existens habetur pro nato, dummodò sit propè natiuitatem, quem etiam sequitur *Alex. Trenta-*
9 *cinq.* in citata *resolut.* 1. secus in filijs adoptiuis, cùm ipsi non connumerentur in numero illorum filiorum, qui patentes excusare solent, vt per *Thesaur. & Alex. Trentacinq.* in citatis *locis*, quamuis secus quòad patrem naturalem, quia tunc sufficiũt, *Io. de Platea in l. nepotes, C. qui pro numer. lib. Rum.* in citato *cons.* 124. *num.* 5.

Quid autem dicendum sit in nepotibus ex filio, *Vinc. de Franch.* in allegata *decis.* 259. tenet, quòd non, sed contrarium dicit de æquitate fuisse decisum *Thesaur. in d. decis. num.* 6.

10 Pro quorũ concordantia nota pulchrã distinctionem *Thes. filij in addit. in lit. B.* quòd aut pater, auus, ac nepotes essẽt viui, & tunc procedit opinio *Vinc. de Franch.* subdens sic per Senatum fuisse iudicatum, aut verò pater sit mortuus, & tunc faciunt numerum, & prosunt auo, facientes numerum nõ pro vno capite, prout in successionibus, sed singuli capiuntur separatim, & circa hanc materiam vide pulchra notata per *Molfes. ad consuet. Neap. part.* 4. *quæst.* 30. *num.* 9.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio extra familiam non comprehendit successionem ab intestato, vel ex testamento, & num.* 3.
Amplia, quamuis testator dicat, vt bona perpetuò remaneant in familia, num. 2.

DECIS. CXXIV.

DVM: multa proposuetam circa hanc quæstionem scribere, tamen reperi *Martam* omninò videndum in *cons.* 43. nouissimè impresso, qui latè opinionem nostri *Authoris hic*, scilicet talem prohibitionem
1 etiam extrà familiam non comprehendere successionem ab intestato, vel ex testamento post innumeros modernos comprobat, & sequitur, quamuis testator dixisset, (hac de causa, vt bona remaneant per-
2 petuò in familia,) vt etiam probat *Odd. in cons.* 46. *nu.* 30. cùm talia verba sint enunciatiuè prolata per modum causæ ad reddendam efficacem prohibitionem nudam præcedentem, vt in puncto affirmat *Curt. iun. in cons.* 167. *num.* 3. *vers. sed penès ipsas*, licèt quòad successionem ab intestato ve-
3 rius esse, & absq; difficultate, quàm ex testamento dicat *Mart. in loco* citato, dummodò sint filij prohibiti, qui succedant ab intestato, etsi non sint de familia testatoris, secus alij extranei, per *text. l. cùm pater* 79. vbi *DD. & glos. §. inter liberos, de leg.* 2.

Sed de hac quæstione, & signanter de hac decisione diffusè post *Peregrin. de fideicommiss. artic.* 14. *& Odd.* in citato *consil.* 46. *& cons.* 48. loquutus est *Fusar. de subssit. in quæst.* 711. ad quos lectorem remitto.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienationis quando censeatur personalis.*
2 *Prohibitio alienationis facta hæredibus infrascriptis num comprehendat hæredes vocatos tantùm.*
Et quid si adesset dictio, vt supra, num. 3.
Amplia, etiam existentibus verbis denotantibus perpetuitatem, num. 4.
5 *Fideicommissum num inducatur ex qualitate rei.*
6 *Prohibitio alienationis rei in perpetuum, in memoriam eius cognominis an inducat fideicommissum nemine vocato in casu contrauentionis.*

DECIS. CXXV.

1 AD hanc decisionem adde *Fusar.* qui per extensum de hac decisione in *tract. de subst. in quæst.* 673. & melius in *q.* 688, ac in *cons.* 65. *num.* 22. *& seq. & Mart. in cons.* 43. ac *Doctores in præcedenti decisione* allegati.

2 Circa verò quod etiam quærit idem *Author hic in princ.* scilicet an prohibitio alienationis facta hæredibus infrascriptis comprehendat solùm hæredes nomine proprio vocatos, non autem hæredes hæredum, plenè idem *Fusar in eod. tract. de subst. quæst.* 679. *per tot.* & latiùs *q.* 633. *num.* 28. vbi etiam probat, idem esse, si es-
3 set facta cum dictione, *vt supra*, nam prohibitio alienationis facta post substitutionem, etiam in penitùs separata oratione, si in ea adsunt verba relatiua, *vt supra*, tūc prohibitio non inducit simplex, & absolutum fideicommissum, sed stabit accessoriè ad præcedentes substitutiones, & secundū illas regulatur, quamuis adessent verba de-
4 notantia perpetuitatē, cùm & illa restringatur ad personas vocatorum vita eorum durante, vt latè hanc opinionem per 38. DD. probat, & antè eum *Peregrin. de fideicommiss. art.* 29. *num.* 15. *in fin. & in decis. Patauin.* 134.

5 Et circa id, quod etiā quæritur ab *Authore hic* de qualitate rei, quòd non inducat fideicommissum simplex, & absolutū, adde *Gratian, tom.* 2. *discept. for. cap.* 280. & signantèr à *num.* 18. *cum seq.* vbi probat, prohibitionem alicuius rei vllo futuro tē-
6 pore in perpetuum in memoriam eius cognominis nemine vocato in casu contrauentionis, non inducere fideicommissum, sed nudum præceptum esse, cùm nō sit expressa causa prohibitionis, qualitas enim rei, & affectio rei prohibitæ non sufficit, vt inducatur fideicommissum, prout per *tex. l. pater filio, §. Iulius Agrippa, ff. de leg.* 3. & ibi *Bart. num.* 1. concludit *Rimin. iunior consil.* 632. *num.* 113. *lib.* 6. & notat *Surd. decis.* 238. *num.* 16. & hanc quæstionem habeo in facto in causa Io. Pauli Francopertæ cum illis de Getia, & ideò hic non pono, quia causa de proximo erit decidēda, ob quod dicam in *libro controuers.* & ibi late de materia tractabo.



DECIS. CXXVI.

DE hac quæstione scripsi in *decisione* 59.

SVMMARIVM.

1 *Confessio facta in testamento parte præsente, & acceptante reuocari non potest. Distingue, num.* 2. *&* 5.

3 *Confessio facta contēplatione legati, quamuis parte præsente, & acceptante reuocari potest.*

4 *Contractus facti in testamento, continent naturam testamenti.*

6 *Confessio dotis recepta cum iuramento non substinetur in vim donationis irreuocabiliter inter viuos.*

DECIS. CXXVII.

1 AD hanc decisionem, quòd confessio facta in testamento parte præsēte, & acceptante reuocari nō possit, adde *Marescott.* qui hoc post infinitos affirmat *lib.* 1. *var. resol. cap* 48. *num.* 6. *& seq.* & pleniùs *Author* noster in *cons.* 169. *lib.* 2. *per tot.* ac *Seraphin. decis.* 417 *& Gratian. tom.* 1. *discept. forens. cap.* 110. *nu.* 55. *& seq.* & vide *Gamma in decis. Lusitan.* 339. vbi latissimè quæstionem hunc indè examinat.

Sed contra hanc decisionem nostri *Authoris* expresſè tenet *Marta de success. legal, part.* 4. *artic.* 2. *num.* 4. *& multis seqq.*
2 quòd aut versamur in non prohibitis, & tunc non præiudicat in totū, vt latè *Henric. Boich. in cap. ex parte, de confess.* & dixit *Rota Romana in decis.* 94 *part.* 1. quòd ex dicta confessione non oritur actio sufficiens ad consequendū debitum, nisi concurrant alia adminicula probationū, ma-
3 ximè quando confessio fieret contemplatione legati, veluti si post confessionem incontinenti aliquid legetur cùm ratione connexitatis quemadmodùm potest reuocari legatum, ità etiam hæc confessio, per singularem doctrinam *Bart. in l. fin. ff. de solut.* & sic videtetur potiùs ad colorandum legatum, prout benè facit quod dicit *Alciat. in l. nemo potest, num.* 27. *de*
4 *leg.* 1. quòd contractus facti in testamento continent naturam testamēti, quando fuerint de hæreditate, vel de aliqua parte hæreditatis, quam opinionē post multos tuetur *Seraphin. in decis.* 417. *num.* 8. licèt subdat, quòd Domini non firmatunt eam,

sed

sed dixerunt, posse super ea particulariter dubitari.

Aut verò in prohibitis, & tunc talis con-
5 fessio nihil præiudicat, nisi constet de debito, prout sic decisum refert *Gamma in decis. Lusit.* 216. *num.* 1. *&* 246. *Seraphin. in decis.* 487. plenè *Manent. in decis.* 40. *nu.* 11. *& seq. Rota Romana* per discursum in *decis.* 683. *par.* 1. idem *Marta de success. legal. d. artic.* 2. *nu.* 7. *& seq. Sanchez de matrim. lib.* 6. *de donat. inter vir. & uxor. disput.* 9. *Barbos. in l.* 1. *part* 6. *nu.* 29. *ff. solut. matr. Peguer. decis.* 149. sic decisum refert, *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 7. *glos.* 2. *part.* 1. *num.* 51. *& d. claus.* 7. *glos.* 1. *part.* 2. *nu.* 72.

Et probatur in *l. si volũtate, C. de dot. promiss.* vbi expresse deciditur, quod maritus confitendo se recepisse dotem per instrumentum, adhuc potest petere sibi illam solui, ita vt confessio illa reuocetur, ergo multò magis si esset facta in testamento.

Quod procedit, etiam si iuramentum interuenisset, nam etsi in *dec.* 154. diximus, donationem inter virum, & vxorem iuramento firmari, & effici irreuocabilem, ta-
6 men hoc est in vera donatione, non autem in confessione dotis receptæ, cùm illa iuramento non confirmetur, vt latè *Seraph. de priuileg. iuram. priuil.* 71. & ibi etiam *addit.* & alij, quos allegaui in fine dictæ *decis.* 154.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum tunc dicitur reuocatũ, quando testator corám septem testibus exprimeret, se velle ab intestato decedere.*
Sed contrarium, num. 2.
Pro prima opinione, num. 3. *& num.* 5. *limita, quando testator iusserit reuocationem extendi ad consilium sapientis, numer.* 13.
Item vbi ex aliquo iudicio appareat, testatorem fecisse reuocationem ad beneficium ven ientium ab intestato, num. 14.
Item vbi in reuocatione adesset clausula codicillaris, num. 15.
Item quòad legata, num. 16.
4 Bart. in l. si iure, num. 3. ff. de leg. 3. *saluatur.*
6 *Testator non censetur voluisse quod non expressit.*
7 *Intellectus* l. 1. §. si hæres, ff. si tab. testam. delent.
8 *Intellectus* l. sancimus, C. de testam.
9 *Intellectus* l. hac cõsultissima, §. si quis autem, C. de testam.
10 L. cancellatio, ff. de his, quæ in testam. del. *declaratur.*
11 *Clausula* omni modo meliori *saluat testamentum, in quo adest defectus solemnitatis, non autem voluntatis.*
12 *Testamentum factum tempore sana mētis, & deindè reuocatum verbo in articulo mortis, censetur ex mera importunitate facta reuocatio.*
17 *Hæres scriptus in possessionem mitti debet pendente discussione super viribus testamenti, si, vel nè dicatur reuocatum.*
Amplia, vt si immissus fuerit quis ab intestato, talis immissio debet retractari, num. 18.

DECIS. CXXVIII.

IN principio huius decisionis tangitur quædã quæstio satis à DD. controuersa s. an testamentũ ad hoc vt dicatur reuocatũ, sufficiat testatorẽ corám septem testibus dicere, se testamentum reuocare absque expressione, quòd vult ab intestato decedere, cùm duæ fuerint hinc indè opiniones, quarum prima fuit *Bart. in l. si iure, num.* 3. *ff. de leg.* 3. di-
1 centis, talem reuocationẽ absque. tali expressione nõ valere, per *glos. in l. proximè, vers. vendicarētur, ff. de his, quæ in testam. delent.* quẽ *Bart.* communitèr sequuti sunt *Alex. in l. si ita scriptum, §. regula, ff. de lib. & posthum.* & in *l. sancimus*, vbi etiam cõmunem esse dixit, & *ibi* etiam *Corn. Rom. Fulgos.* & alij, *Paul. de Castr. in Auth. hoc inter liberos, C. de testam. Cagnol. in l. nihil tàm naturale est, ff. de reg. iur. Raphael Cuman. in l si filius, qui in potestate, in repet. ff. de lib. & posthum. Iul. Clar. in §. testamentum, quæst.* 91. 92. *&* 93. *Io. Dilect. de arte testand. tit. de mut. testam. caut.* 3. *Couar. de testam. in rubr. par.* 2 *col. penult vers. sexta conclusio, Sim. de Prat. de interpr. vltim. volunt. lib.* 4. *nu.* 51. *cum seq. fol.* 464 *Magdal. de numer. test. in testam. requis. part.* 1. *c.* 17. *num.* 22. *& seq. Vasq. de success. creat. §.* 17. *num.* 74. *lib.* 2. *Mascard. de probat. conclus.* 1283 *num.* 35. *& seq. Marescott. lib.* 1. *var. resolut. cap* 48. *num.* 1. 2. 3. *& seq.* subdens, iuxtà *Bart.* opinionem fuisse in Rota Romana iudicatum, hanc quoquè sequitur *Argel. de acquir. possess. quæst.* 6. *num.* 328. qui licèt *num.* 329. videatur contrariæ opinioni accedere, tamen *num.* 348. videns, hanc esse receptiorem, voluit recurrere ad limitationes, sic etiam *Alexand. cons.* 104. *vol.* 2. *cons.* 30. *col. fin. vol.* 3. *& cons.* 159. *vol.* 7.

vol.7.Rub Alex.consil.14. Corn.consil.35.
num.5. ad med. vers. quando autem, lib.2.
Socin.iun.cons.62.num.1.vol.3.Bald.cons.
354. vol.5. Ruin. cons.6.vol.2. Paris.cons.
46.num.25.vol.3.Dec.cons.582. Bertrand.
cons.12. num.11. vol.5. Cephal. cons.519.
num.14. Bursat. consil.307 num.72.lib 3.
Calcan.cons.91.num.8 & seq. Alex.Tren-
tacinq. consil.73.lib.1. Menoch.consil.496.
num.82. & 83. lib.5. cons.170.nu.9.lib.2.
& cons.317. num.21.& 26. lib.3. vbi de
magis recepta opinione testatur, Peregr.
cons 39.nu.39.lib.2. Surd.cons.320.nu.10.
ad med lib.3. Viu.commun.opin. opin.879.
Villalob. commun.opin. lit T. Anchar. qq.
famil.quæst.70. Io.Vinc.de Anna alleg.90.
num.7.sicque decisum refert Thesaur.iun.
lib.1.qq forens.q.56.vt etiã pluries in Rota
Romana decisũ testatur Gratian. tom. 3.
discept.forens. cap.558.nu.5. ita quoque
Rota Romana decis.795.par.1.in nouiss.&
dec.390. par.4.in nouiss. vbi habetur,iuxta
opinionem Bart fuisse resolutum per Do-
minos de Rota, Peregr.decis. Patauin.43.
hanc quoque vti communiorem sequitur
Vinc.de Franch.in dec.287.Rota Auenion.
decis.81.post num.3. Farinac.decis.390. Ro-
ta Romana apud Ludouis.decis.446.
2 Altera verò, & contraria fuit Bald.in
l.sancimus,in princ.C.de testam. qui moue-
tur quadam naturali æquitate,dicens, ini-
quam esse Bartoli opinionem,quem Bald.
sequuti sunt Imol.in l si ita scriptum, §.re-
gula, in fin. ff.de liber. & posthum. num.5.
Angel. Aretin. in §. ex eo autem solo, post
notabilia,vers.aduertendum est,Instit.quib.
mod. testam. infirm. Mantic.de coniect.vlt.
volunt. lib.2. tit.15.num.19. vers.sed con-
trarium, Socin.iun.cons.145.num.8 cum
seq. & in rubr.de acquir. possess. num.136.
& multis seqq. Bero. cons.4. num.2.in fine,
Barbat. cons.60.lib.2. Crass.in §.testamen-
tum, quæst.84. Ioseph.Ludouic. conclus.58.
col.3.in fin.ampliat.11. Guid.Pap.in decis.
200. hanc demũ tuetur Præs.Anell Amat.
in cons.51.post num.16. vsque ad finem,
vbi ad contraria conatus fuit respondere,
subdens, sic contra Bart. fuisse per Domi-
nos Iudices M. C. V. iunctis duabus Aulis
determinatum,& iuxtà hanc opinionem
decisũ in Rota refert Ludouis.in decis.446.
num. 2.

Pro opinione verò Bar. faciũt tex.l.mi-
litis, §.veteranus, ff.de mil.test. l.sancimus,
C.de testament.§.ex eo, Instit.quib.mod.te-
stam.infirm. Auth.hoc inter, C.de testam.

Et pro Baldo faciunt text. in l.hac con-
sultissima, §. si quis autem, C. de testament.
l.vnic. §. si hæres, ff. si tab. testam. null. ex
tab. l.cancellauerit, cum l.seq. ff.de his, quæ
in testam.delent.

Tamen quidquid sit de hac controuer-
sa quæstione (quòad me) non discederem
3 à Bart. opinione,tanquàm communiori,
& iuri magis consona, cùm ad hoc vt pri-
mum testamentum tollatur,necesse sit, vt
sequens dispositio talis sit,vt ex ea hæredi-
tas adiri possit, l. cùm in secundo, ff. de in-
iust.rupt.& irrit.testam. sed per simplicem
reuocationem non dicitur quis testamen-
tum tollere, & sic non videtur nouam in-
ducere dispositionem,vt concludunt Bart.
in l.si iure, nu.3. & eius sequaces, ac Ma-
scard. in citata conclus.1282.num. 32. &
Rol. cons.33.nu.4.lib.3. & Surd. cons.373.
num.23.lib.3. igitur.

Nec obstat quidquid alij dixerũt, quòd
Bart. in hoc communiter reprehẽditur ex
4 eo, quòd cùm per reuocationem deficiat
testamentum, illi,qui veniunt ab intestato
quasi in necessariam consequentiam vo-
cari, satis adire poterunt, nam illi loquun-
tur, quando verè testamentum esset reuo-
catum,& sic reincidimus iterum in discus-
sionem, si, vel nè sufficiat simplex reuoca-
tio absq; expressione, quòd vellet intesta-
tus decedere.

Et quòd talis reuocatio non substinea-
tur, clarè patet, nam licèt testator dixerit,
se velle primum testamentum cassare,non
5 tamen sequitur,ergo voluit,hęreditatem
suam deuenire ad venientes ab intestato,
cùm possit esse, quòd hoc fecerit, vt alios
hęredes instituere voluisset,vel vt ab insti-
tuto auferatur hęreditas,vel vt ab indigno,
vt pulchrè respondit Alex.in d.§.regula,
post num.3. vers. confirmatur alia ratione,
6 & sic non censetur voluisse quod non ex-
pressit,ad text.in l.vnic.§.penult.vbi Bald.
C.de caduc. tollend. & hoc videtur probari
ex aperto text. l.fin.ff.de his,quæ in testam.
delent. vbi si testator testamentum cancel-
let, hæreditas non defertur venientibus ab
intestato,nisi probent,testatorem fecisse
cancellationem,quia voluit intestatus de-
cedere, prout etiam expresse decidit glos.
in l.nostram, post medium,vers.tu dic, C.de
testament. quæ inquit, quòd si ideò testator
testamentum incidat, vt intestatus decedat,
& tunc veniunt agnati, sed si ideò quia hæ-
redes indignos reputat, & tũc venit Fiscus,
si verò non appareat,Fiscus venit, fauore
legatariorum soluet enim legata, quod non
facerent venientes ab intestato, prout hæc
sunt

ſunt formalia verba *gloſ.* & ſic colligitur
ex dicta *gloſ.* quòd quamuis per inciſionẽ
cenſeatur mutata voluntas teſtatoris, ta-
men non per hoc dici poteſt, contempla-
tione venientium ab inteſtato hoc feciſſe,
niſi quando inteſtatus decedere voluiſſet,
ſic etiam probatur in *l. proximè, §. ſed in*
re dubia, ff. de his, quæ in teſtam. delent. ibi,
& Aduocatis Fiſci dixit, vt etiam in nota-
bili caſu reſpondit *Rub. Alex. in conſil. 41.*
Ioannes Bonola, quem etiam allegat, & ſe-
quitur *Peregrin. in deciſ. Patau. 43. num. 2.*
verſ. vnde infertur, & proinde ex his clarè
patet reſponſio *text. l. 1. §. ſi hæres, ff. ſi tab.*
7 *teſtam. null. ex tab.* in quo inquit I.C. tunc
reuocationem valere, & venientes ab inte-
ſtato eſſe vocatos, quando conſtat, teſta-
torem voluiſſe ab inteſtato decedere, pro-
ut ſupponitur in dicto *text.* dum ibi dici-
tur, *voluitque inteſtato decedere*, cõproban-
tur prædicta per ea, quæ dixit *Imperator*
in l. ſancimus, C. de teſtament. quòd ſi quis
dixerit, teſtamentum à ſe factum nolle
valere, ſed potius inteſtatus decedere, ex
quibus contraria appareret eius voluntas,
non tamen cenſetur illud reuocatum, niſi
decennium fuerit elapſum, vndè ſi teſta-
mentum illo modo reuocatum non dici-
tur, niſi decennale tempus concurrat, cla-
rè ſequitur dicendũ in propoſita quæſtio-
ne, reuocatum non videri, prout iudicatũ
refert *Guid. Pap. in deciſ. 100. & Papon.*
lib. 20. tit. 1. arreſt. 3. & communem eſſe
ſententiã dicit *Metrer. de teſt. ſucceſſ. lib 4.*
tit. 11. n 4 & Barry de ſucceſſ. lib. 10. cap. 1.
ſub num. 33. Sim. de Prat. de interpr. vltim.
volunt. lib. 4 interpr. 3. dub. 2. num. 51.

Nec obſtat quidquid alij in hoc dicere
8 voluerunt, ſcilicet *text. d. l. ſancimus* loqui
quando reuocatio coràm tribus teſtibus
tantùm fieret, quia non per hoc ſequitur,
quòd ſi eſſent ſeptẽ teſtes, valeret ſimplex
reuocatio, nam *text.* ibi dicit, *non minus*
tribus, & ſic non præſupponit, quòd ibi
tantùm loquatur, quando interuenerit nu-
merus minor ſeptem teſtibus, cùm etiã ſi
interueniſſent decẽ, idem eſſet dicendum,
nam ſolũ vult *ibi Imperator*, quòd ad hoc
vt dicta reuocatio cum curſu decẽ anno-
rum ſufficiat, requiritur quòd facta fuerit
reuocatio coràm teſtibus non minus tri-
bus, aliàs neque per decennium inducere-
tur reuocatio, vt etiam pulchrè, ac ſubtili-
ter explicat *Facbin. in lib. 4. controu. cap. 8.*
& Theſaur. iun. in citata *quæſt. 56 num. 6.*
ac plenè *Vincent. de Franch. in deciſ. 287.*
num. 1. quamuis tale decennium currere
incipiat à tempore conditi teſtamenti, &
non à die reuocationis, ex *gloſ. d. l. ſanci-*
mus, in fin. quæ communiter eſt approba-
ta, vt teſtantur *Gulielm. de Benedict. in cap.*
Raynuntius, part. 1. fol. 158. num. 8. de te-
ſtam. Clar. §. teſtamentum, quæſt. 91. num. 4.
Argel. de acquir. poſſ. ff. quæſt. 6. artic. 10.
nu 289. & ſeq. Vinc. de Franch. deciſ. 287.
num. 1. & innumeri ab eis relati, & rece-
ptionẽ eſſe dicit *Craſſ. in §. teſtamentum,*
quæſt. 83. Petr. de Greg. ſyntagm. iur. lib. 4.
cap. 1. num. 7. & ſecundùm eam iudicatum
refert *Guid. Pap. in deciſ. 200. Papon. lib. 20.*
tit. 1. arreſt. 3. Maynard lib 5. cap. 23.

Neque etiam obſtat *tex. d. l. hac conſul-*
9 *tiſſima, § ſi quis autem*, qui vltrà quòd non
facit ad quęſtionem, ex illius caſu appare-
bat, per ſecundum teſtamentum, quàmuis
minus ſolemne venientes ab inteſtato eſſe
vocatos, & ſic ex eo apparebat voluntas
teſtatoris, quòd reuocauerat primum te-
ſtamentum fauore venientium ab inteſta-
to, vt in facto reſpondit *Fulgoſ. in conſ. 41.*
col. 4. Alex. conſ. 104. vol. 2. Angel. de Perigl.
in d. § regula, quem ſequitur idem *Peregr.*
in d. deciſ. 43. num. 3. verſ. aliud exemplum
eſſet, ſic demum reſpondet idem *Theſaur.*
iun. quæſt. 56. num 8. quamuis hoc proce-
deret, quando ex dicto minus ſolemni te-
ſtamento expreſsè vocati eſſent venientes
ab inteſtato, aliàs ſi tacitè, procederet ſu-
pradicta opinio *Bart.* cùm nõ debeat eſſe
tantus fauor veniẽtiũ ab inteſtato, vt te-
ſtamẽtum vno verbo reuocetur, *Theſaur.*
in citata *quæſt. num. 12. & 13.* dummodò
non eſſent liberi, qui tacitè vocarentur, vt
etiam conſuluit *Socin. in conſ. 145. vol. 2.*

Minus quoque refragari videtur *text. l.*
10 *cancellatio*, quoniam alia eſt cancellatio
facti, & alia verbi, vt plenè *Bart. in d. l. ſi*
iure, cùm cancellatio facti plus operetur,
quàm verba, *nolo teſtamentum valere*, vt
pulchrè *Caſtill. in deciſ. 59. num. 22.*

Et ampliatur ſupradicta concluſio,
quamuis in prædicta reuocatione fuiſſet
appoſita clauſula *omni modo meliori*, vt
ſatis doctè probat *Ruin. in conſ. 6. num. 7.*
lib 2. Peregrin. in citata *deciſ. num. 2 verſ.*
communis concluſio ampliatur, nam etſi
clauſula prædicta videatur operari tacitã
vocationẽ venientium ab inteſtato, vt ex
traditis per *Bald. in l quoties, num. 3. C. de*
hæred. inſtit. quia facit valere actum, quĩ
aliàs non valeret, vt poſt innumeros pro-
baui in *deciſ. 293. in 2. dub.*
11 Tamen ipſa benè procedit, vbi adeſſet
defectus ſolemnitatis, vt probaui in *d. de-*
ciſ. 293.

*decis.*293. secus verò voluntatis,& consensus,prout in quæstione proposita, cùm nihil operaretur, vt satis doctè tuetur in his terminis *Alex.Trentacinq in consil.*73. *lib.*1.& probaui in *decis.*292.*in fin.*sic quoque voluit *Menoch. cons.* 415. *num* 22. *& seq.* & post alios *Argel.de acquir.poss. q.*6. *artic.*3.*num.*371.

Quod eò magis procederet,quando testamentum esset factum tẽpore, quo erat sanę mentis,& postmodũ in articulo mortis fuisset facta reuocatio verbo,quia tunc
12 mera importunitate censeretur facta, vt tradit idem *Th.s.* in allegata *quæst. nu.*10. subdens, sic Senatum pro inualiditate reuocationis determinasse.

13 Sed hoc limitatur, quando testator iusserit, reuocationem extendi ad consilium Sapientis,vt ex *Rub.Alex.in d.cons.*41.*n.*5. voluit *Argel.in d.quæst.*6.*num.*355. cùm eo casu prædicta reuocatio substineretur in beneficium venientiũ ab intestato,quia Sapiẽti facilè fuisset addere illa verba,*quia nolo intestatus decedere*.

14 Item limitatur, quando ex aliquo iudicio appareat, testatorẽ fecisse reuocationem ad beneficium venientium ab intestato,vt determinauit *Rota* apud *Ludouis. in decis.*446.*nu.*1.*cum seq.*& firmarunt *Alex. cons.*104.*num.*3.*lib.*2 ac *Bero.cons.*4.*lib.*2.

15 Item,vbi in reuocatione adesset clausula codicillaris, cũ per eam colligatur voluntas decedẽdi ab intestato, prout tenuit eademmet *Rota* apud *Ludouis. in d. decis. num.*5.*&* 6. per ea,quæ dicit *Couarr. in rubr.de testament. part.* 2.*col.penult.vers.si in secundo testamento,* subdens,hoc præsertim esse,si etiam adesset clausula *omni modo meliori*,vel vbi in reuocatione adessent verba repugnantia, licèt *Couar.* loquatur in casu *Auth.ex causa, C.de liber. præter.*

16 Item limitatur, quando ageretur de reuocandis legatis, vel fideicommissis, quo casu sufficeret simplex reuocatio, vt tradunt citati DD. & *l.*3. *§.fin.& l. ex parte, ff.de adim.leg.glos.in l.militis, §.veteranus, ff.de milit. testam.*in quibus casibus nõ procedit opinio *Bart.*vt ipsemet dicit *num.*2. *in fin.*& hanc opinionem non habere contradictorem dicit *Bero. conf.* 428. *lib.*2. & sequitur *Surd. cons.*120. *num.*11. & tenuit eademmet *Rota* apud *Ludouis. d.dec.*446. *sub num.*12.

Verùm nota vnũ satis vtile, quòd adeò est vera opinio *Bartoli*,vt pendẽte discussione super viribus testamenti,si,vel nè di-
17 catur reuocatum, debet hæres in eo scriptus in possessionem mitti,vt in his terminis notat *Gratian.tom.*3.*discept.forens.cap.* 558.*num.*17.*& seq.* per ea, quæ dixit *Menoch. de adipisc. poss. remed.*4. *num.*698.
18 subdens,quòd si ab intestato aliquis missus fuerit in possessionẽ,illa erit retractanda, per ea,quæ idem *Menoch.*dixit in *d.remed.*4.*num.*891. *& in cons.*176.*num.*9. *ad fin. vers. quò circa cùm ex falsa causa,lib.*2. &videtur sentire idem *Argel.de acquirend. poss. quæst.*3. *artic.*6.*num.*315. sic quoq; *Io.Vinc.de Anna alleg.*9.*num.*7.

SVMMARIVM.

1 *Persona Religiosæ possunt in testes adhiberi in testamentis.*
*Amplia, etiam absque Superioris licentia, num.*2.
*Item etiam de Fratribus Capuccinis, nu.*3.
4 *Religiosi nũm dicantur de iurisdictione communi,& de districtu Ciuitatis.*
5 *Religiosi forenses habitantes in loco possunt interuenire pro testibus ciuibus in testamentis.*
6 *Testes subditi adhibendi in testamentis vigore statuti sunt etiam incola.*
7 *Testamentum extrà iurisdictionem statuẽtium factum cum testibus, qui non sunt ciues, est validum.*
8 *Testamentum factum in Monasterio an requirat solemnitates statuti.*
*Distingue, num.*9.10.*&* 11.
12 *Monasterium licèt sit infra fines territorij, tamen non est de territorio, & iudicatur aliud territorium distinctum, & separatum.*

DECIS. CXXIX.

Plura in hac decisione ab *Authore* quæruntur. Primum, an personæ Religiosæ possint in testes adhiberi in testamentis.

Secundum,nũm dicantur de iurisdictione communi,& de districtu Ciuitatis. Et demum, an testamentum factum in Monasterio exigat solemnitates statuti.

1 Quòad Primum videtur, communem esse opinionem, Religiosos etiam Mendicantes in testamentis posse in testes adhiberi,vt latè post innumeros firmarũt *Guid. Pap.decis.*517. *Zabarell.cons.*97. *Farinac. de testib. quæst.*61. *num.*126. *Molfes. in summa tract.* 73. *cap.*2. *num.*532. *Sanch. in summa tom.*2.*lib.*6.*cap.*13.*num.*10 *Rodriq. qq.regul. lib.*3.*quæst.*71.*artic.*2. *Thesaur.*

faur. lib. 4. qq. forens. quæst. 35. Mart. consil. 44. num. 3. quod in Regno seruari dicũt *Caraut. in rit. Magn. Cur. 144. num. 4. & D. Reg. Tapia in authent. ingressi, num. 63.*

2 *C. de sacros. Eccles.* etiam absque licentia Superioris, vt latè *Farin. de testib. quæst. 61. num. 134.* dicẽs, & si communis sit opinio, licentiam requiri, ad *text. in cap quanta 14. quæst. 2.* attamen cùm id sit inductum ex quadam condecentia, & honore Ordinis Religiosi, tanquam leuis solemnitas, non vitiat, sic etiam *Mascard. de probat. concl. 261. num. 13.* & hanc esse veriorem dicit *Carautt. in d. rit. 144. num. 33.* vt de

3 Fratribus Capuccinis in testes adhibitis absque Superioris licentia dicit *D. Regens Capycius Latro in decis. 10. sub num. 11. & per tot.* vbi sic pro immissione hæredis fuit in S. C. iudicatum, non obstante nullitate testamenti ex causa dictorum testium opposita, prout etiam pro immissione iudicauit idem S. C. in causa Io. Baptistæ Bonelli, & Bernardi Anconitani, penès Izzum Actor. Magistr. & iunctis Aulis in causa Ludouici, & Nicolai Rodulphi fratrum super testamento Marchionis Baselicis, de quibus quoquè mentio facta fuit in *d. decis. 10. num. 16. cum seq.*

4 Circa Secundum vide *Burs at. cons. 93. lib. 1. Valasc. decis. 100. num. 2. Ant. Scapp. tract. de iur. non script lib. 1. cap. 7. num. 1.* & post alios *Grass. de effect. cleric. in prælud. num. 361. vsque ad num. 381.* apud quẽ latè habentur omnia, quæ in hoc capite hinc indè dici possint.

5 Verù pro opinione nostri *Authoris hic,* in terminis dicti statuti dicit *Manent. in consil. 62.* quod Religiosi etiam forenses habitãtes in Monasterio sito in iurisdictione statuentium, in testamẽtis interuenire possunt, cum & ipsi dicantur ciues, ex traditis per *Surd. in consil. 2. num. 39. & cons. 301. num. 7.* cum alijs per eum congestis, qui

6 etiam in *cons. 34.* respondit, dictum statutũ verificari etiam in incolis, qui ratione incolatus facti dicuntur de iurisdictione statuentium, quẽ in vtroque casu reperi, quod sequitur *Mart. de success. legal. part. 4. q. 9. artic. 4. num. 18. cum seq.* qui ex codẽ *Ma-*

7 *nent. in cons. 32.* probat hoc statutum limitari in testamẽtis extrà locum iurisdictionis conditis, non quòd ciues conuocari nõ debeant, sed quòd præsumatur illos inueniri non potuisse, adeò vt dicenti contrarium incumbat onus probandi, vt in hac facti specie respondit *Paris. cons. 32. nu. 10. volum. 2.*

Quòad Tertium pro affirmatiua con-

8 cludit *Author hic,* quam etiam opinionem sequitur *Grattan tom. 1 discept forens. cap. 124. num. 15. cum seq.* contra *Roi. Natt. Angel.* & alios contrarium affirmantes.

Et licèt pro resolutione quæstionis recurrendum esset ad DD. distinctiones in *l. cunctos populos, C. de summa Trinit. &*

9 *fide cathol.* nempè, an statutum prouideat circa solemnitates actus, an verò circa habilitationem personæ, cùm in primo casu semper attendi debeat solẽnitas loci contractus, vt tenent *Cephal. cons. 170. nu. 12. et cons. 324. nu. 23 Gozadin. cons. 49 nu. 14. col. 3. Abb. cons. 52. col. 1. ad med. vers. sed hic non obstantibus, lib 2. Manent. cons. 112. num. 4. lib. 2. impress post suas decisiones,* sic quoque *Verall. in decis. 83. lib. 1. & decis. 206. lib. 3.* vbi subdit, ita fuisse decisum, *Puteus decis. 19. num. 1. lib. 2* prout quoque decisum testatur *Marescott. in lib. 2. var. resol. cap. 139. num. 5. & 6.*

In secundo verò casu secus (vt etiam supradicti omnes DD.) cùm vbi statutum

10 expressè disponeret, poterit subditum extra territorium testantem ligare, ad *text.* singularẽ in *l. fin ff. de decret. ab ord fac. & Salic. in l. 2. C. de vet. iur. enucl.* per quę iura sic voluit *Ang. in l. fin. col. fin. vers. hoc autẽ fallit, de iurisd omn. iudic.* & ibi *Castr. nu. 6.* vbi inquit, quòd potest statutum pœnam imponere subdito delinquenti extrà territorium, *Ruin. cons. 31 sub num. 8.* in terminis *Cephal. in d. cons. 324 nu. 23.* idem *Manent.* in citato *cons. num. 10.*

Tamen quidquid fit de hac quæstione, relictis nonnullis alijs distinctionibus, quę ad hoc adaptari possent, de quibus plenè *Bart.* & alij in *d. l. cunctos populos,* indistin-

11 ctè dicerem sic, quòd aut subditus statuto disponat de re supposita statuto, & tunc semper erit attendenda solemnitas statuti, quoniam in hoc casu subditus ligatur statuto, vbicunque contrahit, vt in specie *Alex. in consil. 41. sub num. 9. vol. 5. Paris. cons. 99. num. 57 & seq. vol. 1. Ias. cons. 48. nu. 8 vol. 1. Lambertęng. de contract. glos. 2. q. 15. vers. statuto Ciuitatis Rhegij, Author* noster *cons. 355. num. 1. 7. & 18. Gallia ad Consuetud. Alexand. in præfat num. 8. & 9. Put. decis. 365. lib. 3. Seraph decis. 746. nu. 2. & 3. & Manent.* in citato *consil. num. 10.* aut verò disponit de re non supposita statuto, & eo casu nõ procederet eorum opinio dicentium, requiri solemnitates statuti, sed semper erit seruandum statutum loci cõtractus, prout sic in specie conclu-

dunt

dunt communiter DD. post *Bart. in l. cunctos populos* 69. *C. de summa Trinit. & fide cathol.* communiter approbatum, *Alex. in consil.* 16. *lib.* 1. *& consil.* 64. *col.* 1. *versic. sed ad hoc, Dec. consil.* 226. *Corn. consi.* 85 *vol.* 1. *Ias. consil.* 163. *col.* 2. *lib.* 2 *Curt. iun. consil.* 108. *col.* 9. *lib.* 2. *Paris. consil.* 84 *col.* 8. *lib.* 1. *consil.* 85. *eod. lib. & consil.* 12. *lib.* 3. *Peregrin. consil.* 90. *lib.* 1. vbi inquit, hanc esse veram propositionem, & in praxi receptã, quam etiam sequutus fuit in *decis. Patau.* 117. *num.* 4. *&* 6. communem dicit *Rol. de lucr. dot. quæst.* 20. *num.* 14. *Lap. allegat.* 91. *num.* 2. *Rimin. iun. consil.* 5. *num.* 107. *lib.* 1. *& consil.* 437. *num.* 6. *cum seq. lib.* 4. sic, etiã decreuit Rota Romana, vt in *decis.* 777. *num.* 2. *part.* 4. *in nouiss. & decis.* 304. *nu.* 6. *part.* 1. *Magon. decis. Florent.* 107. *num.* 8. subdens, hanc etiã sequutam fuisse Rotam Florentinam, & *Put. in decis.* 355. *lib.* 1. prout quoquè decisum per Senatum fuisse testatur *Thesaur. iun. lib.* 2. *qq. forens. q.* 8. subdens; quòd neque inhabilitatis ratio semper habenda est, nam quando subditus cõtrahit, vel disponit de bonis alterius territorij, illa inhabilitas tanquàm de persona tempore contractus non subdita, in quam neque ratione loci, neque ratione bonorum statuentes iurisdictionem exercere possunt, non erit in consideratione, vt in specie sentit *Magon. in d. decis. nu.* 8. & latius *Camill. de Medic. consil.* 10. omninò videndus; sic quoquè *Io. Vinc. de Anna in allegat.* 85. *&* 70. *num.* 48. vbi *in fine* subdit, per S. C. fuisse determinatum, quòd *Constitutio huius Regni, In aliquibus* excludens fœminas propter masculos, non se extendit ad bona extrà Regnum, vt etiã *Capyc. in decis* 159. nec obstat *text. in l. is, cui bonis, ff. de verbor. oblig. & l. relegatorum, § interdicere, de interd. & releg.* quia ibi inhabilitas venit à declaratione iuris, & ideò illa est affecta vbicunque sit persona, secus in statuto, quod nõ procedit nisi limitatè in suo territorio, vt tradit idem *Camill. de Medic. in d. consil.* 10. *num.* 58. *& seq.* vbi latè.

Nec obstat, quòd hæc supradicta non possunt procedere in casu decisionis *Surdi*, qui loquitur in Monasterio, & sic in lo-
12 co territorij, quoniam licèt Monasterium sit intrà fines territorij, tamen non est de territorio, cùm sit exemptũ ab eo, & proindè censetur aliud territorium distinctũ, & separatum à territorio statuentis, vt in specie *Socar. in comment. Petr. Alber. in cap. si verò aliqui allodiarij, nu.* 17. *fol.* 171. & idem *Socar. in cap. si Castellanus, nu.* 39. *fol.* 141. in terminis *Iacob. Berrett. consi.* 83. *Rimin. consil.* 9. *Sola ad Const. Sabaudiæ de alien. minor. glos.* 2. *num.* 27. *cum mult. seqq.* & in *tit. de edict. anno. glos.* 8. *num.* 3. vbi statuta laicorum, vel Principum, quod non comprehendant actus gerendos in Ecclesia, vel locis sacris, sic etiam *Author* noster sibi contrarius in *cons.* 63. *nu.* 31. *lib.* 1. vbi concludit, statuta, & dispositiones, quę nõ sortiuntur effectum extra territorium, non habere locum in locis, quæ sint intra territorium, sed tamen exempta, prout etiam post infinitos alios hanc opinionem tuetur *Cancer. in lib.* 3. *variar. resolut. cap.* 13. *tit. de iur. Castr. à num.* 64. *vsque ad* 70. *& seq.* dummodò hoc in fraudem non fieret, vt latè *Sola d. glos.* 2. *num.* 33. videndus.

SVMMARIVM.

1 *Legitima consideratur respectu bonorum, quæ reperiuntur in morte testatoris.*

2 *Confessio testatoris dicentis, tantam esse legitimam, præiudicat hæredi non conficienti inuentarium.*

DECIS. CXXX.

AD hanc decisionem adde, quòd etsi hæres possit confessionem testatoris dicentis, legitimam tantam esse, reuocare, cùm illa
1 debeatur respectu bonorũ, quæ repetiuntur tempore mortis testatoris, *l. cùm quæritur, & l. parentibus, C. de inoffic. testam.* vt latè etiam probat *Peregrin. de fideicom.*
2 *artic.* 36. *num.* 8. tamen hoc est mediante inuentario, ad hoc vt doceatur de errore, prout in his terminis confessionis testatoris notat *Grattian. tom.* 3. *discept. forens. cap.* 570 *num.* 22. & quod hæres possit testatoris confessionem sub prætextu erroris reuocare, probat *Marta de success. legal. part.* 4 *artic.* 2. *num.* 7. colligens plures decisiones Rotæ Romanæ, vt etiam in eius *Digest nouiss. tom.* 1. *tit. de confess. cap. erronea confessio, & cap. hæres, & Seraphin. in decis.* 417. *num.* 6. vt etiam *Capr. consi.* 10. *num.* 10. *cum seq.* qui ait, duobus modis posse hæredem contrauenire confessioni defuncti, vbi esset erronea, vel prolata per verba enunciatiua, prout ante eos declarat *Afflict. in decis.* 233. sic etiam *Ioseph. Ludou. conclus* 18 *illat.* 19. *Farinac. tract. de reo conf. sso, quæst.* 81. *cap.* 1. *nu.* 18. *cum seq.* quamuis in tali confessione iuramentum

tum interuenisset, quia iuramentum non impedit reuocationem, quæ fit prætextu erroris, tradit *Iason. consil.* 160. *in fin. lib.* 4. & idem *Seraphin. in d. decis. num.* 5. *& Gratian. tom.* 4. *discept. forens. cap.* 706. *num.* 58. *& 59.*

SVMMARIVM.

1 *Locator prohibens, vel impediens, nè conductor vtatur re cõducta, ad quid teneatur.*
2 *Conductor tamen ex hoc cõsequatur interesse lucri cessantis.*
Amplia, num. 3.
Sed declara, num. 4.
5 *Mercedis remissio qualiter fit facienda, Iudicis arbitrio relinquitur.*
6 *Cõductori nũm pro eodẽ tempore, quo is nõ potuit vti re conducta concedatur retentio aduersus locatorem.*
Et quando habeat locum, declaratur nu. 7.
8 *Equus conductus si à conductore percussus intereat, tamen conductor ad interesse teneatur.*
Et quando num seq.
10 *Cautela ad hoc datur pro conductore.*
11 *Testes ad futuram rei memoriam possunt examinari etiam parte non citata.*
12 *Mors equi quomodò probetur.*
13 *Conductor in vltimo anno non potest exfructuare fundum in praeiudicium Domini, vbi decisio S.C.*

DECIS. CXXXI.

DE pluribus differitur *hic* ab *Authore*, & primum scilicèt, an locator teneatur conductori ad omnia dãna, & interesse, quando prohibet, vel impedit, nè cõductor vta-
1 tur re conducta, & cõcludit, quòd sic, prout quoquè voluit *Riminald. iun. in consil.* 282. *nu.* 59. *vol.* 3. *Verall. in dec.* 182. *par.* 1. *Mancin. de turam. part.* 4. *effect.* 152. *nu.* 7. *cum seq.* plenè etiam *Costa de remed. subsid. remed.* 114. *num.* 20. *& seq. & Camill. de Medic. in consil.* 23. imò consequitur id,
2 quod erat lucraturus per singulos annos, per *text. l. si fundus, versic. nam si colonus tuus, ff. locat. Pentsibman. in tract. de locat. & fort. cas. quaest.* 15. *num.* 1. *& 33.* idem *Costa* in citato *nu.* 21. vbi plenè, quod am-
3 pliatur, etiam si per ipsum locatorem non stet, quominùs cõductor vtatur re conducta, prout consuluit *Camill. de Medic. in consil.* 141. in quadam causa cuiusdã Arrendatoris Regiæ Curiæ.

4 Quod tamen intelligendum erit, quando impedimentum esset iniustum, secus si iustum, nam tunc non teneretur locator ad totale interesse, sed solùm ad remissionem mercedis, prout in *d. consil.* 141. *nu.* 2. quamuis læsio esset in tertia, vel in quarta
5 parte, cùm Iudicis arbitrio facienda sit remissio, vt iudicatum refert *Couarr. pract. quaest. cap.* 30. *post nu.* 3. *versic. vidi tamen non semel*, etiam in sexta tenet *Camill. de Medic.* in citato *consil. num.* 20. pro quo allegat *Neutzan. in consil.* 90. *nu.* 9. *& Cephal. in consil.* 257. *num.* 16. *& seq. vol.* 2. prout latè de hac quæstione in alia decisione tractaui. Et in materia excomputi ad fauorem Arrendamentorum latè *Ioan. Vinc. de Anna alleg.* 21. *per tot.*

Sed data pro vera opinione prædicta,
6 an in hoc casu pro totidem annis, pro quibus fuit impeditus vti re conducta, conductor ipse habeat ius retẽtionis contra locatorem, & quamuis *Vincent. de Franch. in decis.* 451. dicat, conductorem non posse vti retentione, sed præstanda sit cautio per locatorem de soluendo interesse, prout sic in Sacro Consilio decisum refert in causa Eminentissimi Cardinalis Iesualdi cum D. Marcello Cabaniglia, pro quo interesse fuit reseruata retentio, facta in causa publicatione.

7 Tamen hoc credo procedere, vbi conductor non haberet hypothecam in bonis locatoris, & signanter in illa re conducta, pro suo interesse, si patitur vim in re conducta, secus si haberet, quia tunc pro illa patientia, & pro illo interesse licitum esset conductori pignori incumbere, argumẽto *l. filiam fratribus, ff. ad Trebell. & l. Papinianus, §. si filius, ff. de inoffic. testam.* nec sufficeret cautio de soluendo interesse, vt post *Paul. de Castr. in l. emptionem, C. locat.* qui ait, ita ipsum obtinuisse, tenet *Molign. in tract. de retent. quaest.* 119. subdens, hanc esse magis communem, & in practica obseruari, sic etiam *Caroc. de locat. cap.* 71. *de sing. success. num.* 20. *& seq. part.* 2. maximè interueniente iuramento, vt per *Seraphin. de priuileg. iurament. priuil.* 158. prout de hac quæstione diffusè scripsi in *decis.*

Circa secundum dicit etiam *Author*, quòd si equus conductus à conductore
8 percussus intereat, conductor tenetur, si tamen fustigetur ligno, secus autẽ funiculo, vel calcaribus, quia tunc ad interesse non tenetur, prout etiam tenet *Vsuius in decis.* 1. *numer.* 8. *& Anna Pater in singu-*

singulari 172. & ibi etiam *filius*.

Sed circa hanc quæstionem nota, quòd
9 si equus in itinere moriatur, non præsumitur culpa conductoris, sed morte naturali, ita vt locator teneatur probare culpam conductoris, illum mortuum esse, vt quia imposuerit ei maius pondus, vel ad alium vsum, quàm ad quem conduxerit applicauerit, vel in itinere fatigauerit, vel plus fatigare coegerit, vel ità eum percusserit, vt indè mortuus sit, prout cum multis voluit *Cancer. in lib.1. variar. resolut. cap.14. tit. de locat. & conduct num.29. & seq.* qui etiā
10 dat cautelam pro cōductore, quòd si contingat conductori equum in itinere in morbum incidere, procuret eum hospiti consignare, vt eum diligēter curet, sic enim adhibita diligentia, si moriatur, ei non imputabitur, vt etiam notat *Bald. in consil.22. lib.3.* & si casu in medio itinere perierit equus, oportet vt conductor faciat examinare testes ad futuram rei memoriam super dicta morte equi, designando eum per signa, & qualitates, quæ testium examinatio in loco, vbi casus euenit plenè
11 probat coràm Iudice competente, quamuis dicti testes sint recepti absquè partis citatione, secundùm singularem doctrinā *Bart. in l.2. C. de naufrag. lib.11.* quem sequitur *Castr. in l. cùm hi, §. transactiones,*
12 *ff. de transact.* mors autem equi non probatur, nisi cum coiro, signo, & pilo, vt tradit *Dec. in cons.91. num.3. in fin.*

Circa verò tertium, & vltimū dicit *Author*, quòd conductor non debet in vltimo
13 anno exfructnare fundum in prejudicium Domini, adde quòd ità fuit per Sacrum Consilium decisum, prout notat *Vincent. de Franch in decis.96.* vbi conductores Gabellæ farinę fuerunt condemnati ad reficiendum secundo conductori exactum, ex quo ipsi in fraudem ipsius secundi conductoris in fine vltimi anni permiserunt, fieri farinam fatis vltra necessarium vsum, sic quoq; in colono vsufructuario, & alijs, vt ex dicta *decis. de Franch.* vbi ità etiam in hæredibus Prælati, qui videntes Prælatum moriturum, immaturos colligūt fructus, vt successores defraudent, & de hac quæstione latè *Marta in voto 149.*

SVMMARIVM.

1 *Hæres approbando testamentum non censetur renunciasse beneficio inuentarij, ità quòd teneatur vltrà vires.*

Quod amplia, num.2.3. & 6. vbi decisio.

4 *Voluntas tacita non debet extendi vltrà quā ex actu ipso de necessitate infératur.*

5 *Hæres mariti promittens soluere dotem secundo viro, non censetur renunciasse priuilegio, nè conueniatur vltrà quàm facere potest.*

7 *Promissio regulatur secundùm dispositionem legis.*

8 *Pater stipulans sibi dotem reddi soluto matrimonio, intelligitur, salua tamen parte, quam lucrari debet maritus.*

9 *Filius approbans testamentū patris, in quo prohibita fuerat detractio legitima, non censetur ab illius detractione exclusus.*

Limita, num.10.

DECIS. CXXXII.

IN hac decisione concludit *Surd.* hæredem cum beneficio legis, & inuentarij approbantem testamentum in
1 omnibus, & per omnia non censeri renunciasse beneficio inuentarij, vt non teneatur vltrà quàm sit in hæreditate, neq; falcidiæ. Ad quod adde circa primum quòad inuentarium, adeò verum esse hoc, quod inquit *Author hic*, vt etiam si hæres se obligauerit proprio nomine, & insolidū tàm creditoribus, quàm legatarijs, non teneatur vltrà vires hæreditarias, sed quatènus est in hæreditate, prout decisum refert *Vincent. de Franch. in decis.648.* post longam discussionem, de qua in *decis.313.* quidquid in contrarium dixit *Grat. tom.2. discept. forens. cap.264. nu.7. & multis seqq.* sic etiam *Anna pater in sing.234.* sic quoquè decisum fuisse testatur *Minad. in de-*
2 *cis.25.* vbi ait, quòd cùm quidam hæres cōuentus à creditore hæreditario, qui erat sibi coniunctus, opposuisset exceptionem cōpromissi vigore *Regiæ Pragmaticæ* huius Regni *Odia litium*, quòd cùm fuisset factum cum obligatione in forma de soluēdo quidquid per Arbitros fuerit iudicatū, & demùm cùm fuisset condēnatus ad soluendum dicto creditori, qui cùm institisset in S.C. pro exequutione laudi, fuit per dictum heredem opposita exceptio excussionis inuentarij, super qua exceptione facta hinc indè discussione, per S.C. indicatum fuit, exceptionem inuentarij admittendam

tendam esse, & licèt *D. Reg. Ronit.* in citata *pragmat. Odia litium*, quæ est *de arbitr. 1. num. 47.* dicat, contra *Minad.* obtinuisse pro Marchione Oriæ contra D. Ioannem Figueroa, tamen ipse inquit, hoc obtinuisse ex relatis per *Vinc. de Franch. in d. decis.* 323. tempore, quo non erat decisus casus ille, qui postea relatis scriptis per eundem *Vincent. de Franch. in d. decis.* 323. fuit per S. C. decisum iuxta *decisionem Minad.* vt refert ipsemet *Vinc. de Franch. in dec.* 648.

3 cùm obligatio illa intelligatur, prout de iure, & saluo beneficio inuentarij, nam nemo præsumitur iuri suo renunciasse, *l. si quis in conscribendo, C. de pact.* cùm voluntas tacita, quæ ex aliquo colligitur non debeat extêdi vltrà, quàm ex actu ipso de

4 necessitate inferatur, ad tradita per *Bart. in l. 1. §. si quis hoc interdicto, ff. de itiner. act. priuat.* prout in simili dicitur de hærede mariti, qui promisit secundo viro sol-

5 uere dotem, nam non censetur renunciasse priuilegio, nè conueniatur vltrà quàm facere posset, *l. si prior, ff. solut. matrim.* sic

6 etiam quando promiserit soluere legata, quòd nihilominùs deducere potest falcidiam, vt inquit *Cyn. in l. fin. C. ad l. falcid. & Merlin.* post alios in *tract. de legitim.*

7 *lib. 3. tit. 2. quæst. 9. num. 2.* cùm promissio reguletur secundùm dispositionem legis, *l. quæro, §. inter locatorem, ff. locat. l. quidâ cùm filium, ff. de verbor. oblig.* ita quoquè *Alex. in cons.* 133. *num. 4. & 5. vol. 5.* vbi post *Rayn. in l post dotem, ff. solut. matrim.* ad comprobationem huius nostræ quæ-

8 stionis dicit, quòd si pater stipulatus sit, dotem sibi reddi soluto matrimonio, intelligitur, salua tamen parte, quam lucrari debet maritus.

Hinc est, quòd si quis approbauerit testamentum, in quo fuisset prohibita detra-

9 ctio legitimæ, non per hoc censeretur exclusus ab illius detractione, quia non sufficit simplex testamenti approbatio, sed necessariò explicita legitimæ renunciatio requiritur, vt post *Bald. in cons.* 375. *num. 2. lib. 1.* damnando Natta opinione in *cons.* 321. *num. 5.* quem sequutus fuit *Cephal. in cons.* 272. *num.* 43. tenent *Peregrin. de fideicommiss. artic.* 36. *num.* 82. *in fin. Menoc. in lib. 4. præsumpt. præs.* 195. *sub num.* 22. sic quoquè hanc opinionem à multis fuetur *Merlin. in tract. de legit. lib. 3. tit. 2. q. 9. num.* 30. subdens, sic bis fuisse per Rotam decisum, & *Grattan. in d cap.* 264. *num.* 22. *& multis seqq.* sic demùm sæpius fuisse decisum per *Rotam* testatur *Farinac. in decis.* 200. 206. *&* 653. *part. 1. in vlt. impress.* & in Rota Florent. *Magon in dec.* 35. cùm illa approbatio censeatur facta, prout de iure, vt etiam probat *Mart. in cons.* 45. qui omnes tàm quoad trebellianicam, quàm quoad legitimam, vt etiam in trebellianica notat *Author* noster in *cons.* 522. *lib.* 4. hanc quoquè tuetur *Thesaur. lib. 4. quæst. forens. quæst.* 32. licèt subdat, Senatum contrarium iudicasse, quòd sufficiat simplex approbatio testamêti, sed hoc, inquit, procedere quoad trebellianicam, non autem quoad legitimam, prout etiam dixerat in *lib. 1. quæst.* 20.

10 Quod secus, quando fuerit approbatû testamentum cum clausula, *in omnibus, & per omnia*, nam tunc ipsa clausula in scriptura approbatoria inserta haberet vim specificæ expressionis legitimæ, vt ex traditis per *Cost. de fact. scient. et ignor. dist.* 58. *num.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Statutum exclusiuû fœminarum comprehendit etiam Hæbreos.*

2 *Hæbrei dicuntur de populo, cum illationibus.*

3 *Hæbrei possunt fideicommissa ordinare, & substituere, ac illorum effectum habere, obseruata tamen in eis forma à Iure cômuni tradita.*

4 *Lex Mosayca quãdo inter Hæbreos sit seruanda, cum illationibus, remissiuè.*

DECIS. CXXXIII.

AD hanc decisionem adde *Merlin. in tract. de legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 7.* vbi latè cû multis alijs *Authorem* comprobat, subdens

1 etiam, statutum fœminarum comprehendere Hæbreos, prout post *Stal. de consil. sapient. cap. 14. vers. patet Hæbreos adstringi, fol.* 35. sic in Rota Romana decisû refert,

2 cùm dicantur de populo, ad tradita per *Riminald. iun. in cons.* 275. *num.* 23. & per *Authorem in tract. de aliment. tit. 2. q.* 15. *num.* 71. & vtuntur omni cômodo, ac priuilegio iuris communis Romanorum, vt tradit idem *Author d. tract. de alim. tit. 3. quæst.* 96. *& Mantic. de tac. & ambig. lib. 21. tit. 8. num.* 61. & plenè *Alex. Trentacinq. lib. 1. variar. resolut. tit. de constit. resolut.* 3. adeò vt statutum loquens in pœnis pecuniarijs, comprehendat etiam eos, sicuti Christianos, *Barbat. cons.* 63. *colum. 1. & 2.*

vol.4. vbi loquitur de statuto imponente pœnam ducentum librarũ pro adulterio, vel stupro, *Alex.conf.13.vol.7.& conf.99. vol. 6.* item immunitas concessa incolis certi loci, complectitur etiã Indæos, *Bald. in l.spadonem, §.sam autem*, per illum *tex. ff.de excus.tutor. Marsil. conf 101. nu.47. Afflict.in Const.Regni, Si quis in posterum, num.39.& Aym.Crauett.conf.75.num.15.* imò etiam ius substituendi, fideicommissa

3 ordinare, ac eorum effectum illa habere, post *Menoch.de præsumpt.præs.189.nu.35.* concludit *Sfort. Odd. in tract. de fideicom. ex prohib.alien. quæst.40. artic.7. num.77.* quo casu debet obseruare formam testandi, & fideicommittendi, quæ à iure communi traditur, vt etiam inquit *Bald.in l.fideicommissa, ff.de legat.3.*

4 De lege autem Mosayca quando sit seruanda inter Hæbreos, per discursum idem *Alex. Trentacinq.* citata *resolut. 3. per tot.* cum multis illationibus.

SVMMARIVM.

1 *Vitriata in venditione domus quando contineantur, & num.5.*

2 *Vasa vinaria venditis ædibus an contineantur.*

Quid in legato, num. 3.

Quid de molis molendino legato, num.4.

6 *Equa vendita nùm contineatur pullus.*

7 *Vendito Castro quæ veniant.*

DECIS. CXXXIV.

1 Vitriatas in venditione domus contineri, vbi sunt ad perpetuũ vsum domus destinatæ, concluditur hic, prout voluit *Cepoll.de seruit.cap.63.* incip. *specularia*, sic etiam relatis opinionibus declarat *Thesaur.lib.1. qq. forens. quæst.84.* dicens, vasa vinaria

2 venditis ædibus in venditione contineri, quando sunt ad perpetuum vsum destinata, & vide *consil.de Ponte 63. num.46. cum*

3 *seq. lib.1.* prout etiam in legato, & hoc procedit, quamuis non sint affixa, sed sint pa-

4 rata pro renouandis veteribus, vt de molis in molendino legato decisum refert idem *Thesaur.in d.quæst.84.in fin.per text.in l.item legato 47. §.1. ff.de legat. 3. l. vino sum seq. ff. de tritico, vino, & oleo legat.* cùm res destinata ad vsum rei legatæ, veniat ipsa re legata, *l.si non sint, §.21. in princ. ff.de aur.& argent. leg. DD.in l.cætera, §.si parauerit, de leg.1.* multa circa hoc cumulat *Surd.* Author noster in *conf. 195.& Gizzarell.in decis.32. per tot.* & ibi etiã meus Collega valdè eruditus *de Angel. in addit.* vbi multa similia habes.

5 Secus autem, quando nõ sunt positæ res ad vsum, sed ad ornamenta, quia tunc non veniunt in domus vẽditione, licèt sint statuæ immobiles, vt inquit *Mohed.in dec.17. & decis. 114.* & tenet *Rota in decis. 822. part.3.in nouiss.* per *text.in l penult. ff.de verb.signif.* vbi *Alciat* notat, quòd si dicta ornamenta, quæ à domo separari possunt, eam ob rem nihil perfectioni deest, ędium non esse ædibus venditis, vel legatis, non deberi, verùm hæc omnia intelligi debeant iuxtà opinionem *Authoris huc*, scilicet ea omnia venire, quæ tempore venditionis emptori ostensa fuere, per *l. ædiles, §.Podius, ff.de ædilit.edict.* per quam ita in specie probauit *Fulgos.* qui negat, redhibitoriã competere, sed solùm agere ad ornamenta, licèt deinde cum *glos.* pertranseat.

6 Quid autem in pullo, an ipse contineatur in venditione, dic quòd sic, vt post *Ias.in §.actionum, nu.61. Instit.de action.* scribit *Amanell.de Clar.in sing.162.* & an

7 vendito Castro veniant ea, quæ inseparabiliter tantùm rei venditæ accedunt, non obstantibus amplissimis clausulis, latè *D. Reg.Capyc.Latro decis.37.*

SVMMARIVM.

1 *Notario asserenti, se falsum in testamento commisisse non creditur.*

Et de ratione, num.2.& 3.

Notarius nihil addere, vel detrahere potest in instrumento perfecto, ibid.num. 3.

Quod ampliatur, num.4.

5 *Notarius quando possit declarare, vel corrigere.*

Declara etiam num.seq.

7 *Dispositio duplex est, alia inductiua, & alia destructiua.*

8 *Solemnitas eadem requiritur in corrigẽdo, vel mutando testamentum, quæ in condendo idem, num.seq.*

10 *Notarius solus de reuocatione testamenti fidem facere non potest.*

11 *Instrumento magis credendum, quàm contra illud attestantibus, & num.seq.*

13 *Notarius, qui scripsit instrumentum ambiguum, potest illud declarare, sed non corrigere, & addere.*

Sed intellige, num.seq.

DE-

DECIS. CXXXV.

Notario, se falsum commisisse in testamento asserenti non creditur, hoc dicit, prout etiam in
1 puncto post *Alex. in conf.* 133. *lib.* 7. *num.* 16. *& Bart. in l. si quis in graui, §.* 1 *ff. ad Syllan.* per *l.* 1. *§. si quis filium, ff. de Carbon. edict. Bald. in auth. si dicatur, in* 3 *col. C. de testib.* voluit *Mart in consil.* 44. *num.* 23. *& seq.* in terminis etiam idem *Bald. & Salic. in l. generaliter, in vltim. not. C. de non numer pecun. Anguissol. in conf.* 3. *lib.* 1. *& conf.* 37. *num.* 8. *Castill. in decis.* 135.
2 *num.* 31. & ratio est, quia non est de pertinentibus ad eius officium, vt singulariter notauit idem *Marta* post multos in *vo-*
3 *to* 137. *num.* 6. cùm instrumento perfecto nihil Notarius addere, vel detrahere possit, vt post *Bald. in l. contractus, C. de fide instrum.* latè *Peregr. in decis. Patauin.* 112. sic etiam *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 2. *tit.* 1. *num.* 54 *& lib.* 3. *tit.* 1. *Gratian in de-*
4 *cis. Marchia* 161. *in princ.* etiam si dictus Notarius in articulo mortis fuisset constitutus, prout tradit *Morot in conf.* 69. *n.* 36. *Grammat. consi. ciuil.* 72. *num.* 5. *Carpan. ad statut Mediol. cap.* 344. *nu.* 23. *lib.* 1. *Graff. de except. except.* 29. *num.* 7. *& seq.* & latè *Petr à Plaz. in epitom. delict. cap.* 13. *nu.* 20. & ibi idẽ in Iudice, assessore, teste, & alijs.
5 Et licèt aliqui dicãt, quòd Notarius potest declarare, & corrigere, nihilominus id procedit circà cætera, & breuiaturas, scilicèt si dicat, *renunciatum, & cætera*, potest enim exprimere solitas renũciationes,
6 quod secus circa substantiam negotij, in qua nihil potest addere, vel declarare, vt notant *Bald. in rubr. C. de fide instrument. vers. quartò quæritur, nu.* 22. *Guid. Pap. in decis.* 119. *ad med.* & ibi *Addent. in verbo extendere*, prout sic etiam in puris terminis declarat quæstionem istam *Gratian. in tom.* 2. *discept. forens. cap.* 101 *nu.* 27. & pro hoc benè faciunt notata per *Ang. in conf.* 346. *num.* 2. veniendo ad indiuiduum, vbi
7 dicit, quòd duæ dispositiones esse dicuntur, vna inductiua, & omni solemnitate vallata, scilicèt testamentum, & altera destructiua ipsius testamenti, idest cancellatio, quæ dùm non apparet facta solemniter, nec de voluntate testatoris, si factum constat per Notarium, præiudicium nullũ affert, ex quo potuit fieri, vel dici à Notario corrupto, & ad hoc faciunt notata per *Surd.* ac ibi etiam per *me in decis.* 128. vbi
8 solemnitas eadem requiritur in mutando, vel corrigendo testamentum, quæ in condendo, *l. heredes palam, § si quid post, ff. de*
9 *testam.* cùm ea omnia ad destructionem actus requirantur, quæ debent ex necessitate adhiberi in constitutione, *Bart. in l. & ideò, ff. de condit. furt.* idem *Surd.* Author noster plenè quæstionem istam comprobauit in *conf.* 136. *nu.* 17. *& seq* & sue-
10 cessiuè Notarius solus de reuocatione testamenti iam perfecti fidem facere non potest, nisi totidem concurrant testes, & contestes sint, qui pro illius validitate interuenerunt, vt ex dicta *decis. Surd.* 128.
11 cùm magis credendũ sit instrumento perfecto, quàm cõtra illud attestãtibus, vt decisum refert *Minsynger. lib.* 2. *obseruat. obseruat.* 39. *centur.* 4. *Rota Spirensis in decis.* 137. *lib.* 3. & in puncto *Guid. Pap. in decis.* 540. vbi inquit, quòd semper ità vidit iudi-
12 cari, quòd magis credendum sit testibus pro instrumẽto facientibus, quàm ipsi Notario contrà illud deponenti, vt sic etiam pro hac opinione concludit *Lanar. in conf.* 49. *num.* 11. vbi ait, quòd dùm de ordine S.R.C. quidam Notarius extendere habuisset renunciationem secundùm stilũ, declarauit, dictã renunciationem nedùm fuisse factam masculis, sed etiam fœminis, quam declarationem, subdit, nullius robo-
13 tis fuisse, ea ratione, quia licèt Tabellio, qui scripsit instrumentũ ambiguum, possit illud declarare, tamen nõ potest eum corrigere, & addere, secundùm supra annotata, & *Bald. in cap. fin. num.* 17. *de constitut. Bart. in l. si librarius, ff. de regul. iur.* cùm
14 declaratio ita debeat fieri, vt verbis conueniat, nec ab illis, cùm clara sint, recedatur, aliàs reijcitur, ad tradita per *Bart. in l. ab exequutore, col.* 2. *vers. item si verba, ff. de appellat.* sed vide ad hoc quæ notat *Achill Pedroch. in consil.* 2. *num.* 89. *& seq.* vbi multa ad hoc propositum cumulat, &
15 signanter, quando Notarius post mortem testatoris possit per fidem separatam declarare mentem testatoris in testamento per ipsum condito, & standum sit dictæ declarationi.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio aduersus lapsum temporis an, & quando concedatur.*
2 *Affertur decisio Reg. Cam. Summar. in simili causa, quæ extenditur etiam in restitutione in integrum aduersus lapsum temporis statuti, num.* 2.
Contrarium, num. 3.

D E C I S. CXXXVI.

1 Licèt facerent ad hoc notata per me in decis.4. tamen adde, quòd iuxtà hanc opinionẽ nostri *Authoris* hic tenet *Alexand. Trentacinq. lib.2.variar.resolut. resol.4. nu.*10. *vers. contrariam verò opinionem*, vbi de cõmuni testatur eum *num. seq.* & sic iudi-
2 cauit Regia Camera Summariæ in causa Vniuersitatis Paulæ contra Ill.Marchionẽ, qui prætēdebat,non posse Vniuersitati prædictæ dari restitutionẽ aduersus reclamationem omissam, nisi infrà aliud biennium, infra quod fuit læsa, & tamen dicta Regia Camera iudicauit in fauorem dictæ Vniuersitatis, dùm admisit restitutionem infrà quatriennium, vt refert *Camill. de Medic. in cons.*164.*num.*18.ac in *cons.*103.imò in
3 *d. num.*17. *&* 18. inquit, quòd ita etiam aduersus lapsum tēporis statuti ad retractum competit restitutio in integrum, ex regula *text.cap.constitutus, extra de in integr. restit.* secundùm quã regulam ità obtinuisse subdit in causa domanij Vniuersitatis Salæ cum Ill. Marchione Burgentiæ, quicquid aliter sentiat *Gratian. tom.*4. *discept forens. cap.*601. *num.*41. *cum seq.* dicens,non posse Vniuersitatem, Ecclesiam, vel minorem restitui aduersus huius lapsũ temporis.

S V M M A R I V M.

1 *Subscriptio testium ad hoc vt sufficiat in materia* l.scripturas, C.qui pot. in pign. habb. *plura requiruntur*.
2 *Interuētus à Notario scriptus pro subscriptione habetur, quamuis extaret statutũ requirens subscriptionem*.
3 *Signum testis quando sufficiat pro subscriptione, iuxtà terminos* l.scripturas,C.qui pot.in pign.hab. *& num.*4.

D E C I S. CXXXVII.

1 Signum testis non sufficere pro subscriptione, ad hoc vt creditor possit vti beneficio *l. scripturas, C.qui pot. in pign hab.* concludit *Author*,cùm forma illius legis non solùm requirat subscriptionem, sed etiam testes debeant esse bonæ fidei,ac probatæ opinionis, & quòd talis qualitas sit omninò probata, & articulata,& quòd cognoscant contrahentes, & scribentes, vt docet *Genua in tract. de script. priuat. in* 3. *& vlt. concl.* desumpta ex *l.scripturas, num.*17. *& seq.* aliàs cessaret priuilegium *d. l. scripturas*, si omnia prædicta probata non fuissent; quod antè cum dixit *Amat.in decis. Ferrar.* 8. *nu.*13. *& seq.* & nouissimè *Pref. Amat.in cons.*45. *num.*15.

Tamen hoc non procedit, quando interuentus testium fuit à Notario scriptus, licèt subscriptiones nō interuenissent,quia
2 tunc valida diceretur apoca, cùm interuētus à Notario scriptus pro subscriptione habeatur, vt post hinc indè discussum sic conclusum fuisse refert *Gratian. in decis. Marchiæ* 186. quod ampliat,quamuis extaret statutum requirens testium subscriptionem.
3 Secundò non procedit, quando in loco vbi fuit confecta apoca, non adessent litterati, & scribere scientes, quoniam scriptura illa publica dicitur, iuxtà terminos
4 *d.l.scripturas*, quod secus, si adessent litterati, eo enim casu procedit opinio *Surd. hic*, per ea,quæ notat *Carauit.in rit. Mag. Cur.*166.*num.*9 post *Afflict.in Constitut. Regni, Instrumentorum robur, num.*4. dicens, instrumentũ subscriptum per testes illitteratos, facto ab eis signo Crucis, vbi adsunt litterati non posse in liquidatione præsentari, secus autem vbi adessent illitterati,quia tunc benè potest in liquidatione præsentari.

De reliquis me remitto ad *Gen.* qui integrum volumen scripsit *de script. priuat.*

S V M M A R I V M.

1 *Ius excludendi fœminas vigore statuti propter masculos,num illis decedentibus hereditate non adita transmittant ad suos heredes, & num.*2.
3 *Ius delatum ex legis prouidentia,vel dispositione statuti non agnitum, num transmittatur, quid in iure contractus, nu.*4.
*Quid de meditate vigore Consuet. Neapol. num.*5.
*Quid in marito, num.*6.
7 *Fœmina semel exclusa,semper censetur exclusa*.
8 *Fœmina mortuo patre per existentiam masculi censetur exclusa per statutum*.
9 *Transmissio hereditatis ad hoc vt fiat, sufficit ius semel fuisse quæsitum*.
10 *Hereditas quid sit*.
11 *Ius transmittendi transit cum eodem iure abstinendi*.
12 *Filius viuente patre dicitur quasi dominus*.

13 *Fi-*

13 *Filius fingitur eadem persona patris stante iure.*
14 *Patruum praeferri nepoti ex primogenito, talis opinio refutatur.*
15 *Haereditatem maternam non aditam num filius transmittat, ubi decisio S. G.*
16 *Filius haereditate materna non adita an habeat ius transmittendi in agnatum, ubi decisio.*
17 *Parentes non transmittunt haereditatem filiorum nō aditam, quicquid sit respectu legitimae, num. 18.*
Ampliatur in iure deliberandi, etiam quoad descendentes, ibid.
Etiam si ignorarent haereditatem, nu. 19.
20 *Portio à consuetudine filijs, vel agnatis debita non transmittitur absque agnitione.* Contrarium, nu. 24. *tam respectu filiorum, quàm agnatorum, num. 33. 39. & 55.*
21 *Portio à cōsuetudine debetur deductis fructibus ante moram.*
Intellige, num. 62.
22 *Verbum succedat in statuto positum quid importet, & quid verbum perueniat, num. 23.*
25 *Portio filijs ex consuetudine debita est ipsa legitima.*
26 *Legitima augeri, & diminui à statuto potest, sed non in totum tolli.*
27 *Legitima filij non debetur ex illa portione bonorum antiquorum, de qua potest parens liberè disponere, nisi adessent bona per defunctum quaesita.*
28 *Agnatus non potest à portione ei à consuetudine debita absque causa exhaeredari.*
29 *Legitima ipso iure debetur, & transmittitur absque agnitione, & num. 31.*
Intellige non iure statutis, sed ex priuilegio ipsius legitimae, num. 32.
30 *Legitima absque onere debetur.*
34 *Fratri legitima non debetur nisi turpi persona instituta.*
35 *Portio agnatis vigore cōsuetudinis debetur ipso iure.*
36 *Portio filijs, vel agnatis vigore consuetudinis debita, dicitur portio bonorum, & nō haereditatis.*
37 *Portio vigore consuetudinis debetur deductis oneribus, & aere alieno, & num. 56.*
38 *Transmitti potest absque agnitione, quae singulari titulo defertur.*
40 *Legitima est quota bonorum, & tamen iure haereditario defertur.*
Intellige, num. 41 & 47.
42 *Portio à statuto agnatis debita quando iure haereditario defertur.*
43 *Filius num possit repudiare haereditatem, & retinere legitimam, & num. 44.*
45 *Filius pro sua legitima propria authoritate possessionem ingredi non potest.*
46 Menoch. de adipiscend. possess. remed. 4. *refellitur.*
48 *Portio à statuto debita quomodo in subsidium ad onera obligatur.*
49 *Medietas an debeatur integra, vel deductis oneribus, & num. 50.*
51 *Verbum succedat in statuto positū quando inducit titulum haereditariū, & quid de verbo perueniat, num. 52.*
53 *In portione à consuetudine debita iure singulari succeditur, ex prouidentia consuetudinis, & num. 55. 58 & 60.*
54 Angel. in cons. 81. *impugnatur.*
57 *Condictio ex lege, & nō haereditatis petitio datur agnato.*
59 Bart. in l. in quartam, num. 12. ff. ad leg. falcid. *impugnatur.*
61 *Testator respectu portionis bonorum antiquorum efficitur intestabilis.*
63 *Fructus bonorum antiquorum debentur à die mortis.*
64 *Petitio non est necessaria ad finem transmittendi, vel acquirendi fructus, sed acquirendi irreuocabiliter, vel praescribendi, & num. 66.*
65 *Legatum recta via transit in legatarium.*
67 *Actio ex contractu, & non ex consuetudine datur, quando lucrum à statuto debitū in pactum deducitur.*

DECIS. CXXXVIII.

1 QVaeritur in hac decisione, si ius excludendi foeminas ex statuto propter masculum, illo decedēte haereditate non adita, transmittat ad suos haeredes, & licet *Salic. in l. 1. C. de adulter.* teneat, hoc ius transmitti non posse, cùm non sit eadem ratio, quem sequuti sunt *Socin* sibi contrarius in *consil. 116. col. 6. nu. 10. & seq. vol. 1. & cons. 128. ad fin. vol. 4. Angel cons. 81. col. 2. Calcan. cons. 82. col. 2. & 3.* plenè *Grammat. in decis. 63.*

2 Tamen contrariū verius est, scilicet hoc ius trāsmitti ad haeredes, prout voluit *Cyn. in d. l. 1.* quem communiter sequuti sūt reprobata *Salicet.* opinione *Tiraquell. in tract. cessante causa, limit. 12. Alexand. in l. cùm in antiquioribus, C. de iur. delib. Pinell. in l. 1. num. 36. C. de bon. matern. Aym. cons. 14 & 185.* plenè *Alexand. in cons. 20. lib. 1.* omninò videndus *Aretin. in l. si quis posthumos, §. si filius, ff. de liber. & posthum.* & in

& in *conf.143.col.2. Socin.sen.conf.153. in 2.dub. & conf.296.col.1. Roland. de lucro dotis, quæst.47. Phanuc. eod. tract. de lucro dotis, glos.4.num.8. Angel.de Perigl.de suit. quæst.9.num.81. inter tract.diuers. de success. ab intest.* latè etiam *Brun. de stat. exclus.fœmin.art.13.quæst.1. Camill.de Medic.in conf.20.nu.4. Gratian.in decis.Marchia.235. in addit. num.1. Cancer. in lib.3. variar. resolut. cap.21. num.149. Maxill. ad Consuet.Bar.tit.de iur.dot.§.dos à patre profecta,num.114.& seq. Vinc.de Franch. in decis.32. Mart.de success.leg.part.1.q.24. artic.2. Anna filius in conf.1.nu. ... Morot.in conf.51. Peregrin.in decis.Patau.87. nu.2. Molfes.ad Consuet.Neap.par.4 q.32. Paschal. de virib patr.potest. part.4. cap.1. num.47. de Ponte de potest.Proreg. in tit 9. de success. mulier.num.36. circ.med.* & latè nouissimè *Nicol. Noales* post hæc scripta visus *tract.de transmiss.casu 8. nu.30. cum multis seqq.* vbi probat, hoc ius transmitti
3 etiam ad extraneos, cùm ius delatum ex
dispositione statuti, vel consuetudinis, &
ex legis prouidentia, quamuis non agnitũ,
transmittatur, ad *text.in l.non solum, de restit.in integr.l.apud hostes,C.de suis,& legitim.hered. Gomes.ad l.53. Tauri, nu.79. Torniol. conf.6. num.65.vol.1.* fusè *Rol. à Valle* in citata *q.47.per tot.* qui in *num.12.*
4 subdit, in iure contractus nõ requiri agni-
tionem, vt fiat transmissio, & hoc etiam
de iuribus singularibus prouenientibus ex
legis dispositione, attestantur *Monter. in decis.53. num.83. & Gutierr. in canon.qq.*
5 *lib.2. cap.26.* prout de medietate debita
vigore nostræ Consuet. Neapol. quæ licèt
non sit agnita, tamen ipsa transmittitur,
notant *Napodan.in Consuet. Si quis, vel si qua, num.246.*& in *Consuet. Et si testator, num.33.*vbi latè *Scip.Bucein. in addit.fol.* mihi 181. *Anton.de Alex. in Consuetud.Si aliquis moriens, in princ.* etiam cum hoc iure excludendi sentit ipse in *Consuet. Si moriatur,lit.B.fol.69.*& *ibi* etiam *Barthol. Martial. liter. F.* licèt contrarium teneat *Vinc. de Franch. in decis.374.* quòd si non sit agnita hæc portio à Consuetudine debita, non potest transmitti, de cuius articuli veritate inferius dicemus, sic quoq; pro-
6 cedit in marito, qui si dotem lucratus es-
set, vel acquisiuisset ex statuto mortua
vxore in matrimonio, si illam non petierit, nequè acceptasset, trãsmittit, vt voluerunt *Alex.in l.si vir, ff.ad leg.falcid. Bart.* & alij in *l.si arrogator, ff.de adopt.Io.Pirr. Aurel. in tract.de suit.nu.7. inter tract. diuers.de success.tàm ab intest. quã ex testam. Maxill. ad Consuet. Bart, in d.§.dos à patre, num.115.*

Et ratio supradictæ primæ conclusionis
7 videtur esse, quia fœmina semel exclusa
perpetuò remanet exclusa, prout tenuit
Andr.in cap.1.§.quin etiam, Epis.vel Abb. Bursat. conf.63. num.17. in fin. Vasq.de success.part.1.lib.3.§.27 num.10.31.limit. Crot.conf.65.num.7. Philipp.Port.conf.13. num.19. Thob.Non.conf.1.num.41.& 50. Honded.conf.65.nu.56.lib.1. conf.9. nu.8. & conf.14. num.52. lib.2. Surd. conf. 502. num.14.lib.4. Mangil.tract.de imput.q.61.
8 *num.33. & quæst.69.* nam mortuo patre
per existentiã masculi, ipsa ex statuto excluditur, cùm exclusio referatur ad tempus mortis, quo tempore defertur successio, vt tradit *Minad.in Constit.Regni, In aliquibus, in 2. not. num.66.* & sic portio, quæ ad eam spectare poterat, defertur ad ipsum masculum, & cum eo incorporatur, & successiuè tanquam ius sibi delatum, & quæsitum transmittit, ad *text. in l.cùm in antiquioribus, C.de iur.deliber. l.1. C.de his, qui ante apert. tabul.* vbi etiam DD. & hoc probatur ex *tex.in l.videamus, ff.quod*
9 *metus causa*, vbi sufficit, ad hoc vt fiat trãs-
missio, ius semel fuisse quęsitum, sed sic est,
10 quòd hæreditas est successio in vniuersũ
ius, *l. nihil aliud, ff. de verb. signif.* meritò
eo decedente ipsius hæreditas cum omnibus suis iuribus transmittitur, *d.l.3. C.de iur.delib.* prout in his terminis notant *Morot.in d.conf.51. Gabr.conf.1.nu.16.vol.2. Fab.de Anna in d. conf.1. num.5. cum seq.* sic etiam *Bart.in l si infanti, num.10. C.de*
11 *iur.delib.* qui ait, quòd hoc ius transit cum
eodem iure abstinẽdi, quem etiam refert, & sequitur *Bursat.in conf.61. nu.14.lib.1.* & hoc etiam, si mater, vel nepos esset in medio, vt punctualiter concludit *Angel.de Perigl.in tract.de suit.quæst.9.num.82. inter tract.diuers.de success.ab intest.*

Nec in hoc obstare videtur, quòd filius
12 hæreditatem paternam non adiuit, quia
ipse viuente patre dicitur quasi dominus,
& sic eo mortuo non percipit eius bona tanquàm hæreditaria, sed magis bonorum suorum liberam administrationem consequitur, & successiuè dominium potiùs in eum conseruatur, quàm hæreditas noua delata videatur, *l si filius, qui patri, ff.de suis, & legit. hered. l. si quis filium, C.de inoffic.testament. glos.in l.miles, ff.ex quib. caus.maior. l fin ff.de bon.damnat.l.scripto herede, ff.vnde liber.*& hoc ex suitatis iure.

13 quo

13 quo fingitur eadem persona cum patre, &
14 ideò damnatur eorũ opinio dicentiũ, patruum præferri nepoti ex primogenito, ꝙ est iniquum propter repræsentationem resultantem ex ipsa fictione, qua fingitur filius eadem persona cum patre.

Et hanc conclusionem amplia proce-
15 dere etiã in hæreditate matris, nàm filius licèt eam non adijsset, tamen eam transmittit, etiam cum hoc iure excludendi, quamuis esset fœmina illa, quę succederet, prout sic reprobata *Salic.* opinione, ac recepta illa *Cyn.* iudicauit S. C. teste *Vinc. de Franch. in decis.* 32. vt etiam voluerunt *Ascan. Clem. in tract. de patr. potest. effect.* 13. *num.* 4. *Molfes.* qui ad partes hoc tuetur ad *Consuet. Neapol. part.* 4. *quæst.* 32. ità quoque *Paschal. de virib. patr. potest. part.* 4. *cap.* 1. *num.* 40. *& seq.* sed hoc non iure suitatis, *Bald. cons.* 204. *volum.* 5. *& Author* noster *decis.* 140. *num.* 2. cùm mater filios in potestate non habeat, *§. fœmina, Instit. de adopt. § materi, Instit. de hered. qualit. & differ.* sed iure sanguinis tantùm, *d. l.* 1. *C. qui ante apert. tab.*

Declara tamen hanc ampliationem,
16 quòd etsi filius non adita, nec agnita matris hæreditate, hoc ius transmittat, tamen hoc est quòad ipsos descendentes, tàm fœminas, quàm masculos, secus quòad agnatos penitùs extraneos quòad ipsam matrem, excepto si iure deliberandi ad eos transmitteret intrà annũ, sciens matris hæreditatẽ, vt ex traditis per *d. l. cùm in antiquioribus*, sic *Socin. cons.* 34. *num.* 7. *vol.* 4. *Angel. Aretin. cons.* 80. *num.* 3. *& seq.* quia esset contra dispositionem *text. l.* 1. *C. de his qui ante apert. tabul.* prout sic pro sorore contra agnatum obtinuisse, inquit *Peregrin in decis. Patauin.* 87. qui licèt in *fine* dictæ *decis* dicat, quòd fuit in alia causa iudicatum contra sororem in fauorem agnati, tamen ipse supponit, hæreditatem maternam à filio defuncto fuisse agnitam.

Verùm supradictã nõ procedunt è con-
17 tra, parentes enim filiorum hæreditatem non aditã, non transmittunt, vt refert *Grauett. in cons.* 36. *num.* 4. plenè *Casber. in cons.* 13. *nu.* 19. *& seq. Surd.* noster Author *cons.* 341. *num.* 15. *cum seq. lib.* 3. *Paschal. de virib. patr. potest. d part.* 4. *cap.* 1. *num.* 42. prout sic in matre scripsit *Thob. Nonius in cons.* 42. *num fin. Manent. in cons.* 126. impresso post suas decisiones, *Merlin. de legitim. lib.* 5. *tit.* 3. *quæst.* 10. *num.* 12. *Rota Romana decis.* 668. *num.* 3. *vers licèt diuer-*
18 *sa sit in tota hæreditate*, quicquid sit respectu legitimæ, circa quã eadem ratio est in ascendentibus, quæ in descendentibus, vt ex dicta *decis. Rota* 668. vt etiam concludit *Surd. in d. cons.* 341.

Quod ampliatur etiam circa ius deliberandi, si ignorent sibi hæreditates esse delatas, cùm tunc dicatur hæreditas delata, quando quis possit illam adeundo consequi, *l. delata* 151. *ff. de verb. & rer. signific.* prout optimè declarat idem *Manent.* in citato *cons.* vbi, vt neque aduersus talem ignorantiam competat restitutio in inte-
19 grum, quod procedit etiam in descendentibus, qui si ignorassent hæreditatem, non tamen illud transmitterent, vt etiam voluit *Vasq. de success. progress. tit. de transmiss. lib.* 1. *§.* 7. *num.* 3. *cum seq.* dummodò non non essemus in pupillo, quo casu scientia tutoris sufficeret, quamuis tutor adhuc nõ satisdedisset, vel inuentarium confecisset, vt tradit *Bart. in cons.* 75. *num.* 2. *& Ias. in l. cùm in antiquioribus, num.* 7. *C. de iure deliber.*

20 Et quia suprà diximus, portionem per nostram Consuetudinem Neap. filijs, vel agnatis debitam transmitti absque agnitione, cuius oppositum firmauit *Vinc. de Franch. in decis.* 374. *decis.* 89. *num.* 2. *decis.* 528. *num.* 8. *& decis.* 536. *in princ.* & antè eum *Minad. in Const. Regni, In aliquibus, in* 4. *not. num.* 15. *de Ponte cons.* 52. *nu.* 21. *& cons.* 73. *num.* 29. Dominus Præceptor meus *Reg. Capycius Latro in decis.* 112. *in fine*, idcircò operepretiũ duxi de hac materia latè tractare, ad hoc vt veritas magis elucescat, quæ nam ex vtraque opinione vera sit, affirmatiua verò, an negatiua. Pro negatiua, inquam, scripserunt *Vincent. de Franch. Minad. & de Ponte vt supra*, fundantes eorum opinionem in nonnullis notatis per *Napodan. in d. Consuet.* & præcipuè in *Consuet. Si quis, vel si qua, in verbo materna*, & in *verbo sed an bona, num.* 146. & in *Consuet. Et si testator, in verbo perueniat, num.* 33. & in *Consuet. Si qua moriens, in verbo saluo*, in quibus locis dicit, portionem istam à Consuetudine filijs, vel agnatis deferri iure successionis, & sic titulo vniuersali, & ob id illam non posse ad hæredes transmitti absque agnitione, in tantũ quòd ipsa portio debetur deductis
21 fructibus antè morã, vt dicit ipsemet *Napodan. in d. Consuet. Et si testator, num.* 28. fundamenta verò *Napod* ea esse videntur, quia Consuetudines prędictæ vocãt filios, aliosq; proximiores agnatos ad portionẽ
22 per eos reseruatam, per verbum *succedãt*, *& per-*

& peruениant, cùm verbum succedat in iure aliud denotare non videatur, quàm meram ab intestato successionē, l.3.§.de illo, ff.pro socio, Brun.de stat.exclud.fœm.art.8. num.31. & in materia statutaria sic voluit Paul.de Castr.in cons.81.num.2.vers.in illa ergo, volum.2. vbi sic in quodam casu consultum fuisse dicit, vndè cùm sit verbū commune adiunctum vniuersitati bonorum, importat titulum hæreditarium, vt in puncto considerauit Angel.in cons.81.per tot. dicens, quòd si statutū ad dotes maternas vocat solùm filios vltimi matrimonij, exclusis ex primo per verbū succedant, q; filij dicuntur venire iure hæreditario, & nō transmitterent successionem, si eam non agnouerint, sic etiam per dicta verba peruениāt, & succedāt, in statuto posita in hāc opinionem deuenire videntur Gasber. in decis.20.num.3. Thesaur.in decis.34.nu.2. & Anna alleg.62.num.15.

23 Sic etiam videtur dicendū de verbo perueniat, à statuto prolato, vt in puncto dicit Dec.cons.386.num.7. scilicet quòd significat hæreditarium titulum.

24 Pro affirmatiua verò nonnulla argumēta, & rationes ponderantur, quæ veriorem eam esse ostendunt, & incipiēdo à portione filijs debita tàm respectu nouem partium dotium maternarum, quàm medietatis bonorum antiquorum eis à consuetudine reseruata, dicitur illas spectare ad filium iure particulari, & ex prouidentia Consuetudinis, & non hæreditario, & vniuersali, & successiuè eas posse transmitti ad quoscunque hęredes absque alia agnitione, fundatur hæc opinio irrefragabili conclusione. Siquidèm certum est, hanc portionem filijs ex Cōsuetudine debitam
25 (siuè sit medietas, siuè nouem partes maternæ dotis) esse ipsam filiorum legitimā, vt in puncto idem Napod.in Consuet.Et si testator, sub num.5.fol.175. sic etiam D. Consil.Theodor.allegat.11.num.11.& seq. Molfes.ad Consuet.Neap.part.4.quæst.60. nu.11.& seq. & in puncto huius Consuetudinis Marescott.lib.2.variarum, cap.90. num13.Mart.de success.legal.part.1.q.25. art.2.nu.3.& seq.& part.2.quæst.3.art.12. num.8.& 9. & latiùs post innumeros probaui in l.hac edictali, quæst.22.nu.8.& seq. C.de secund.nupt. & dicitur legitima aucta
26 à statuto, quod fieri potest, licèt tolli non, §.prohibemus, Authent.de trient.& semiss. Suarez in l.quoniam in prioribus, in declarat.legis Regni, limit.2.num.7.& propterea filijs in alia medietate, vel decima parte,
27 de quibus parentes liberè disponere possunt, non debetur alia legitima, nisi adessent bona per defunctum quæsita, in quibus cùm non habeat locum Consuetudo, eis alia deberetur legitima, quod expressè voluit Napodan.in Consuet.Si qua morien, verbo saluo, dicens, duplex bonorum subsidium deberi, alterum in bonis Consuetudini subiectis, & hæc est medietas, seù portio, quæ ab ipsa Consuetunine defertur, alterum in bonis liberis per ipsum defunctum acquisitis, vt clariùs se explicauit in Consuetud. Et si testator, sub num.5. subdens, ab hac portione non posse quem
28 absque causa exheredari, cùm illa loco legitimæ subrogetur. Cur ergo portio hæc loco legitimæ subrogetur, & sit ipsa legitima, vt supra ostendimus? clarum est, eam posse transmitti absque alia agnitione, &
29 aditione, quia ipso iure debetur, l.scimus, & l.quoniam in prioribus, C.de inoffic.test. aliàs enim requireretur petitio, & declaratio, & esset onus, quod à legitima ipso iure reijcitur, cùm absque onere, & grauamine
30 filio debeatur, quāuis esset legitima aucta à statuto, dicit Roderic.Suarez in d.l.quoniam in prioribus, ampliat.14.num 1. vt pro transmissione sic in puncto respondet Fachin. disputato articulo controuers.iur. lib.2.cap.10.post princ.vers.fundamentum, sic etiam Vasq. de success. creat. lib.1.§.10. num.523. versic. confirmatur, ex Bald. & Paul.de Castr. in d.l.quoniam in prioribus, C.de inoffic.testam. & in l.suus quoque, vbi Imol.ff.de hæred.instit. dicens, quòd si talis necessitas declarandi requireretur, esset onus, quia impediretur transmissio, quod verum non est, & idcircò subdit, ad finem transmittendi agnitionem non esse necessariam.

31 Et quòd legitima transmittatur, licèt eam filius non agnouerit, vel petierit, est communis opinio tàm in scribēdo, quàm in consulendo, & iudicando, prout in scribendo tenet Salic. in d.l scimus, num.4. & ibi Ias.num.2.& Bald.C.de inoffic.testam. Aretin.Instit.eod.num.6.Anchar.qq.famil. lib.3.quæst.6.num.2. Mantic.de coniectur. vltim.volunt.lib.7.tit.8.num.10. de communi Crass.§.legitima, quæst.37. Suarez in d. l.quoniam in prioribus, ampl.10. Vasq. d.§.10.nu.522.Petra de fideicom. quæst.15. num.112.& 126. vbi de communi, ipso iure transmitti dicit Cuch. de legitim.fol. 131.num.91.de communi Gayll.lib.2.obseruat.120.num.17.Gomes. de transmiss. num.40.Simon de Prat.de interpret.vltim. volunt.

volunt. interpr. 1. dub. 5. num. 29. fol. 213. Peregrin. de iure fisci, lib. 5. tit. 5. num. 79. Scaccia de iudic. lib. 2. cap. 9. nu. 1131. Thomas. tract. var. tract. 4. tit. 3. nu. 45. Merlin. de legitima, lib. 5. tit. 3. quæst. 9. num. 1. Gratian. tom. 1. discept. forens. cap. 118. num. 36. & seq. & tom. 4. cap. 602. nu. 3 & cap. 743. num. 1. & tom. 5. cap. 983. num. 1. Costa de facti scient. & ignorant. sent. 2. distinct. 39. num. 2. in consulendo *Alexand. consil 55. num. 6. & cons. 150. num. 6. lib. 2. Ruin. consil. 26. num. 2. 12. & 16.* vbi de communi, *Laderch. cons. 60. num. 2. in fin. Natta cons. 199. num. 5. Dec. cons. 218. num. 4. Bursat. cons 92. nu. 10 Rimin iun. consil. 75. nu. 17. & cons 148. num. 7. Decian. cons. 18. nu. 22. & cons. 89. nu. 5. lib. 2. Paris. cons. 45. nu. 8. lib. 2. Menoch. cons. 64.* vbi de legitima, & trebellianica vnà cũ fructibus, & *cons. 97. num. 108. lib. 1. Peregrin. cons. 65. num. 5. & seq. lib. 1. cons. 71. num. 4 eod. lib. & consil. 20. nu. 11. lib. 3. Farin. cons. 159. nu. 58. & seq.* & in iudicando *Magon. decis. Florent. 10. nu. 12.* ex cõmuni idem *Gratian. in decis. Marchiæ 4. num. 22. Mastrill. decis. 181. num. 3. Rota Romana decis. 668. part. 1. in nouiss.* & apud *Farinac. in decis. 653. part. 1. nu. 4. Guid. Pap. decis. 93. Boer. decis. 250 num. 4.* & in legitima aucta à statuto, quòd transmittatur absque agnitione, tenet *Aluarad. de coniect. ment. defunct. lib. 2. cap 2. §. 1. num. 101.*

32 Et hoc non iure suitatis, vt existimat
Surd. in cons. 341. sed priuilegio ipsius le-
gitimæ, ità *Crass. d. quæst. 37.* & antè cum
*Bal. in l. si arrogator, col. 2. de adopt. Peralt.
in l. cùm proponas, num. 28. de leg. 2. Cuch.
de legitim. d. nu. 91. in fin. Fachin. d. cap. 10.*
etiam respectu legitimæ ascendentium, vt
in vtroque casu tradit *Gratian. d. cap. 118.
num. 36. & seq.* subdens, sic coràm Sanctis-
simo Rotam determinasse, prout in vtroq;
etiã casu tenuit *Rota in d. decis. 668. nu. 3.
part. 1. in nouiss.* dicens, quòd omnes, qui-
bus debetur legitima in hoc sunt pares,
non attento iure potestatis, quibus acce-
dit *Rol. cons. 78. num. 16. lib* [illegible]
33 Et hæc procedũt nedùm respectu filio-
rum, sed etiam agnatorum, aliorumq; pro-
ximiorum, quibus etsi medietas eis debita
34 non succedat loco legitimæ, cùm nulla
debeatur, nisi in terminis *l. fratres, C. de
inoffic. testam.* attamen cùm eodem modo
35 peruenire debeat, scilicet ipso iure absq;
onere, meritò fit transmissio absque agni-
tione, per ea, quæ tradunt *Fachin.* in dicto
*cap. 10. & Canter. lib. 3. variar. resol. cap. 2.
nu. 37.* dicentes, auferre facultatem trans-
mittendi esse onus. Quod ratione proba-
36 tur, quia in hac portione filij, vel proxi-
miores singularẽ habent titulum, est enim
portio bonorum, & non hæreditatis, vt in-
feriùs latè dicemus, cùm nec actiuas, nec
passiuas habeant actiones, vt in pũcto *Sci-
pio Bucc in. in Consuetud. Et si testator, fol.
181. lit. A. in nouiss.* & voluit idem *Napod.*
37 *ibi num. 27.* dùm inquit, hanc medietatem
habere proximiores, deductis oneribus, &
ære alieno, sic etiam *Marta de success. le-
gal. part. 2. quæst. 3. artic. 12. num. 8. & 9.* at
vbi portio à statuto delata singulari, & nõ
38 vniuersali titulo defertur, tunc communis
est conclusio, transmissionem fieri absque
agnitione, ita in puncto *Bart. in l si arro-
gator,* per illum *text. in 5. oppos. fol. 2. ff. de
adopt.* & ibi latè *Ias. num. 4. Alex. in consil.
150. num. 8. volum. 2.* qui latè contra *An-
gelum* contrarium sentientem, sic etiam
*Valasc. consult. 31. num. 7. & seq. Crauett.
cons. 185. num. 3. Pinell. de bon. matern. l. 1.
§. 1. num. 36. Gomes. in l. 53. Tauri, nu. 79.
Cancer. lib. 3. variar. resol. cap. 21. nu. 125.
& seq. Maluas. cons. 126. num. 66. & seq.
Gutierr. canon. qq. lib. 2. cap. 26. Monter. de-
cis. 35. num 83. Surd. cons. 341. num. 5.*

39 Et demùm hanc opinionem, quòd portio hæc à statuto filijs, vel proximioribus debita transmittatur ad quoscunque, licèt non agnita, vltrà *text. in l. si arrogator,* & ibi communiter *DD. ff. de adopt.* probat *text.* singularis in *§. si verò moriantur, auth. de nupt.* per quẽ ità in puncto tenet *Mierez super Constit. Cathalon. tom. 2. cap. 22. num. 4. & seq.* ac in *Constit. De los impuberes,* sic etiam vltrà DD. supra allegatos in specie firmarunt *Crauett. cons. 185. num. 3.* contra *Salic. in l. 1. C. de adult. & Calcan. cons. 82. col. 2. & 3. in fin.* contra quos, & signanter contra *Salic.* latè *Socin. cons. 296. lib. 2. & cons. 67. col. 2. lib. 4. Dec. cons. 203. antè finem, vers. ex quibus omnibus concludo,* sic etiam *Becc. cons. 76. num. 19. Natta cons. 507. num. 34. Alex. cons. 150. col. fin. in fin. lib. 2. Phanuc. de lucro dotis, glos. 4. nu. 7. & seq. Roland. de lucro dotis, quæst. 47.* vbi hanc veriorem, & magis communem ex multorum mente appellat, & latè etiam in *quæst. 90. Lup. in cap. per vestras, §. 62. nu. 31. de donat. inter vir. & uxor. Gomez variar. resolut. tom. 2. cap. 11. num. 41. Surd. cons. 81. num. 17. & cons. 153. nu. 33. Noal. de transmiss. cap. 8. nu. 23. & seq. Thesaur. lib. 1. quæstion. forens. quæst. 49. numer. 8.* & latè etiã dixi in *l. hac edictali, quæst. 46. num. 3.*

num.3. & seq. C. de secundis nuptijs.
Et quamnis in conrrarium dici possit,
quòd etsi portio hæc sit bonorum, & non
hæreditatis, tamen debetur iure hæredita-
rio, quia nouum, vel inconueniens non vi-
detur, quòd deferatur iure hæreditario, &
40 sit quota bonorum, cùm & ipsa legitima
sit quota bonrum, & tamen iure hæredita-
rio filio debetur, *Bart. in l.gerit, num.22.
ff.de acquir.hæred. Socin. in l.1 num.32. in
princ. ff. de vulg.* latè *Cuch. de legitima,
§.legitima est autem, nu.41.fol.23.* dicens,
hoc mirabile quidem, sed vetissimum, &
receptissimum dictum, quem etiam sequi-
tur *Surd.cons.341.num.26.*
41 Tamen respondetur, id verum esse, vbi
legitima filio debetur cum hæteditate,
tunc enim ipsa legitima titulo hęreditario
defertur, ob quod si non fuerit agnita, non
transmittitur, at vbi sola debetur, tunc ces-
sat titulus hęreditarius, quia particulari ti-
tulo defertut, & ideò transmittitur absque
42 agnitione, itá in puncto in portione á sta-
tuto delata contra *Angel.* respondit *Alex.
in d.cons.150.nu.8.in fin.lib.2.* scilicet tunc
portionem à statuto iure hæredirario de-
ferri, vbi vnà cum hæteditate deberetur,
sic etiã antè eum *Bald. in d.l.si arrogator,
col.2 ff.de adopt. Peralta in l.tùm patronus,
num.28 ff.de leg.2. Surd.cons.341.num.37.*
aliàs esset quid incompatibile, quòd por-
tio sit quota bonorum, & tamen iure hęte-
ditario deferatur, sic quoquè explicat *Rip.
in l.1.num.158.& seq. ff.de vulg.& pupill.*
dicens, quòd vbi filius esset vniuersalitet
institutus, tunc videtur inconueniens,
quòd eadem hæreditas diuerso iure cen-
seatur, & ob id communiter dixerunt DD.
43 filium non posse repudiare hæreditatem,
& legitimam retinere, per *text.in l.si liber-
tus patronum, ff.de bon.libert.* prout firma-
runt *Cyn. in l. hæres instituta, C.de impub.
& alijs substit. Bart.in l.quia poterat, nu.5.
vers.quæro, ff.ad Trebell. Castr.consil.296.
num.5.lib.1. Alex.cons.vlt.nu.9.lib.3. Cra-
uett.cons.420.num.5.lib.3. Crass.in §.legi-
tima, quæst.38.num.23. Vasq.in l.quoniam
in prioribus, num.244. C.de inoffic.testam.
Magon. decis. Lucens.83. num.3.* & magis
communem appellat *Mangil. de imputat.
quæst.116.num.25.* eamque sequitur *Mer-
lin.de legitima, lib.5. tit.3. quæst.2. num.6.*
& latè disputans prosequitur *Marta de
success.legal. part.1. quæst.25.artic.6.nu.7.
& artic.9.num.4.* non ob aliud, nisi quia
eo casu legitima dicitur quota hæredita-
tis ratione indiuiduæ dispositionis, aliàs
testator decederet pro parte testatus, &
pro parte non, quod iura vetant, nisi ades-
set substitutus, & onere legatorũ esset gra-
uatus, secundùm communem DD. distin-
ctionem.
44 At vbi particulariter in legitima insti-
tueretut, tunc non vniuersali, sed particu-
lari titulo eam haberet, & non diceretur
hæres sicut in primo casu, sed legatarius,
ad *text. in l.quoties, C.de hæred.instit.* quia
legitima est quota bonorum, nam debetur
ære alieno deducto, *l. Papinianus, §.quar-
ta, ff.de inoffic. testam. Curt, sen. consil.13.
nu.25.* vbi communem dicit esse opinio-
nem, & quota bonorum non facit hæredẽ,
vt ex multis probat idẽ *Marta de success.
legal. d.quæst.25. artic.9.num.1.& part.4.
quæst.16. artic.1.num.79.* adeò vt non ha-
beat remedium *l.fin. C.de edict. Diui Ha-
drian.tollend.* pro ea consequenda, firmant
*Alex. ibi num.6. Alberic.num.9. Iacobin.
num.11. Zuccard.num.196.* per regulam
*d.l.Papinianus, § quarta, Crass in §.legiti-
ma, quæst.1.nu.6.in fin.* quam opinionem
sequuta fuit Camera Imperialis, vt per
Gayll. lib.2. obseru.120. & latè etiam Præ-
ceptor meus *D. Reg. Capycius Latro in
decis.10.num.22.* vbi filium non posse pro-
45 pria authoritate possessionem ingredi pro
sua legitima, infinitos allegans, ergò mul-
tò minus potest immissionẽ petere, quic-
46 quid aliter sentiat *Menoch.* sequutus opi-
nionem *Bald. de adipisc.possess. remed.4.
numer.159. & 163.* cùm contra *Bald.* stet
Alberic. in d.l. fin. & contra *Menoch.* latè
*Marta de success.legal. part.4.quæst.16.ar-
tic.1.num.75.& seq. & d.part.1.quæst.25.
artic.9. num.3.& seq.* hanc partem etiam
firmat *Angel.de acquir.possess.quæst.17.ar-
tic.7.nu.170.* vbi tamen diuisam, & non in-
diuisam illam habere vellet, veluti si vellet
in se suscipere partem onerum, tunc enim
datur immissio, ex quo legitima quota hę-
reditatis diceretur, & nõ quota bonorum,
vt etiam priùs dixerat in *tract. de legitimo
contradictore, quæst.13.num.41.*
Prætereà quicquid sit in legitima, respe-
47 ctu portionis à statuto delatæ res esset
absque difficultate, siquidèm si in legitima
aliquis titulus hæreditarius consideratut,
hoc tantùm erit respectu duotum, scilicet
ad exclusionem querelæ, & ius accrescen-
di, vt optimè ponderarunt *Angel. in auth.
de triens. & semiss. §.1.num.2. Salic.in d.l.
scimus, Ias.in auth.nouissima, C.de inoffic.
testam.&* Gayll.*d.obseruat.120.lib.2.nu.2.*
qui ob id dixit, legitimã esse quotam bo-
norum,

norum, & non facere quem hæredem, neq; re vera hæres est, nisi quòad duo, scilicet ad exclusionẽ querelæ, & ius accrescẽdi, vt etiam dicit *Peregr. de fideicommiss. art. 36. num. 55. & Merlin. de legitima, lib. 5. tit. 2. quæst. 1. num. 8. & 9.* id autem quòad portionẽ Consuetudinis dici non potest, quia in ea nec querela, nec ius aliquod accrescendi consideratur.

48 Nec mouet, quòd ista medietas in subsidium sit ad onera obligata, ad tradita per *Capyc. in decis. 195. nu. 2.* & in *Consuetud. Et si testator, fol. 182.* incip. *Item Sacrum Consilij, in vltimo versiculo, & Stephan. de Gaet. in Consuet. Si aliquis moriês,* incip. *Tenet hic Napod. fol. 169.* quoniam non intelligitur de oneribus vltimi morientis in eius testamento relictis, quia ad ea nequaquam agnati tenentur, sed tantũ ad onera in vita vltimi morientis, ea ratione, nam in vita nõ est ei prohibita alienatio, sed solũ in morte, vndè si poterit alienari, tantò magis obligari, ad *text. in l. codicillis, §. mater, ff. de leg. 2.* ob quod si al-

49 tera medietas, de qua agnatus disponeret, ad ea non sufficeret, tunc in subsidium recurritur ad illã, de qua disponere nequeũt, & sic ista medietas agnatis debita remanet obnoxia ad onera prædicta, vt considerauit *Capyc. in decis.* per eum relata in *d. Consuetud.* in causa Don Angeli de Ragho, & *Pisanell.* post *Apostill. Stephani de Gaeta d. fol. 169.*

Et si hæc opinio non videatur vndiquè tuta, cùm contrarium decisum referat *Pisanell. ad d. Consuetud. Si aliquis moriens,*

50 incip. *Secundũ istam Apostillam, fol. 170.* in causa filiorum quondam Io. Baptistæ Cicinelli, scilicet onera prædicta deduci deberi indistinctè ab vtraque medietate, tamen ad præsentem casum non facit.

Nec etiã obstat, quòd Consuetudo tàm respectu medietatis, quàm nouem partiũ ad filios, & agnatos spectantium loquatur

51 per verba communia, scilicet, *succedant, perueniant, & obueniant.* Siquidẽ etsi verbum *succedant* meram ab intestato successionem significet, tamen erit quando vniuersitati bonorum, vel quotæ esset adiectum, at vbi rei singulari adiungitur, tunc erit secus, *l. cogi, § generaliter, & l. mulier, ff. ad trebellian.* & hanc partem reprobato *Angelo* communiter voluerunt *Alex. cons. 150. num. 6. vers. nec in hoc obstat, vol. 2.* & ibi *incertus Author, liter. A. Socin. in l. qui duos, §. si maritus, ff. de reb. dub. Ias. in d. l. si arrogator, num. 18. Roland. de lucro dotis quæst. 47. num. 16.* vbi idem ait tenuisse *Ruin. cons. 26. num. 16. lib. 1. & Phanuc. de lucro dotis, glos. 4. num. 10 & seq.* & eum communiter esse reprobatum dicit *Surd.* ex mente *Becc.* qui ex professo hanc tuetur *in cons. 81. num. 17. & seq.* dicens, non sufficere, quòd tale verbum iungatur verbo vniuersali, vt est *dos, peculium,* & similia, cùm tunc nõ importet titulum institutionis, sed oportet, vt referatur vniuersitati bonorum, vel quotæ, & latè idem firmauit in *cons. 253. num. 33.*

52 Sic etiam dicendũ de verbo, *perueniat,* vt contra *Dec.* qui contrarium firmauit, tenet in eodem casu *Ruin. cons. 132.* singulis eius argumentis respondendo, & *consil. 8. lib. 2.* aliàs si contrarium diceretur, sequeretur absurdum, quia vna, & eadem defuncti hæreditas diuerso iure deferretur, contra *text. in l. eum, qui ædes, ff. de vsucap.* vt subtiliter arguit *Ruin. d. cons. 8. num. 7.* & eum in puncto sequitur *Surd. d. consil. 81. num. 12.*

53 Et quòd in hac portione succedatur titulo singulari, in dubium reuocari nõ potest, siquidèm aut loquimur circa nouem partes filijs debitas, & in hoc non consideratur titulus hæreditarius, quoniam licèt nomen dotis sit vniuersale, tamen hoc erit impropriè, adeò vt ex eo non potest fieri illatio ad titulum hæreditatis, quia non benè infertur, relinquo dotem alicui, ergò dicitur hęres, nec si diceretur, relinquo peculium, cùm peculium dicatur ius vniuersale, *l. peculium nascitur, ff. de pecul.* ergò videtur institutus hæres, prout supponit *Angel. in d. cons. 81.* quem communiter impugnant DD. prout *Alexand. d. cons. 150.*

54 *num. 8. in fine,* dicens, eius rationes non esse efficaces, subdens, *Angeli* opinionem procedere, quando lucrum dotis à statuto defertur filijs iure hæreditario, vt vnà cum hæreditate, sic etiam *ibi incertus Author* ex traditis per *Io. de Imol. in cap. Raynuntius, in 6. col. de testam.* qui has, & similes rationes ex pluribus impugnat, sic etiam *Crauett. d. cons. 185. num. 3.* dicens, eius rationes esse satis debiles, cum alijs, vt supra citatis DD. qui contra dictum *Angeli consilium* magis communem esse opinionem profitentur, & de communi testatur quoq; *Becc. cons. 76. num. 19.*

55 Aut verò loquimur de medietate proximioribus ex dicta Consuetudine debita, & idem dicendum erit, siquidèm licèt *tex. Consuetudinum* dicat, quòd de medietate bonorum antiquorum agnatus possit dispo-

disponere, de altera verò non, & sic videtur restricta ad vniuersitatem bonorum, attamen hoc non est intelligendum secundū literam text. quia dispositio illius procedit tantùm respectu bonorum intra districtum huius Ciuitatis existentium, non autem vniuersaliter respectu omnium bonorum antiquorum, quia præter ea Consuetudo non habet locum, nisi per pactum inter contrahentes dictæ Consuetudini suppositæ sint, ità dicit text. d. Consuetud. in procem. in fin. incip. Per quod authoritatis nostra, & ibi Napod. in verbo districtu, & latè etiam in Consuetud. Si moriatur, vers. facultatem autem, num. 83. & sic consuetudinis dispositio restringitur ad bona particularia, vndè succedens in ea, dicitur succedere titulo particulari, & non iure hæreditario.

56 Hinc videmus, in agnatum non transire actiones nec actiuas, nec passiuas, & portio ista debetur deductis oneribus, & ære alieno, vt supra diximus, & pluriès in Sacro Consilio iudicatum testatur Pisanell. cæteriq; Addent. & Capyc in decis. 92. in 57 fine, imò pro ea non datur petitio hæreditatis, sed tantū condictio ex lege, vt dicit idem Napodan. in Consuet. Si quis, vel si qua, num. 222. & in Consuet. Si moriatur, num. 27. sic etiam Naucler. in addit. in fin. fol. 10. vbi expressè ait, proximiores istos 58 non venire vt hæredes, sed ex prouidentia Consuetudinis, late Surd. conf. 206. nu. 11. cum seq. vbi expressè dicit, in hac portione succedi vigore Consuetudinis, in tantùm quòd quis possit repudiare hæreditatem, & retinere portionem, impugnando opi-59 nionem Bart. in l. in quartam, num. 12. ff. ad leg. falcid. aliorumq; sequacium, asserentium, nepotes vti hæredes aui habere dotes sibi delatas ex Consuetud. Martini tanquā falsam; sic etiam Molfes. ad Consuetud. Neapol. part. 4. de success. ab intest. quæst. 65. ac Scipio Buccin. in d. Consuetud. Et si testator, fol. 181. vbi in specie quæ-60 rens, an ad istam medietatē veniant agnati ex testamento, vel ab intestato, tenet q. nec ex testamento, neque ab intestato, sed ex prouidentia Consuetudinis, & quòd acquiratur ignoranti, & ad heredes transmittatur, per ea, quæ dicit Castr. in l. si cum dotem, ff. solut. matrim. & allegat Napod. in d. Consuetud. Si quis, vel si qua, nu. 230. circa medium, vbi quòd ista portio, quæ debetur ex Consuetudine, non est de hæreditate, sed extrà hæreditatem, sic etiam in puncto tradit Paul. de Castr. in cons. 441. volum. 1. dicens, filios in tribus partibus dotis maternæ eis vigore statuti reseruatis, nō succedere tanquam hæredes, sed ex dispositione statuti, vt num. 5. in fin. sic quoquè latè Noal. de transmiss. casu 8. num. 23. & seq. vbi disputato articulo hanc veram opinionem esse dicit; à qua recedere nunquàm putat, multos pro eo colligens DD. & ponderatur ad comprobationem eorū, quæ dixit idem Napodan. in Consuetud. Si qua moriens, num. 13. & 14. & in Consuet.

61 Et si testator, scilicet quòd tàm respectu nouem partium dotis, quàm medietatis mater, vel alius agnatus habeat labia clausa, manus ligatas, ac arbitriū refrenatū, ità vt inrestabilis reddatur, adeò vt vllo modo valeat de illis disponere, ergo non iure successionis, sed ex ipsius legis, seu consuetudinis prouidentia in eis succeditur.

62 Nec etiam mouet quod Napodan. in d. Consuet. Et si testator, num. 28. dicat, istā portionem deberi deductis fructibus antè moram, & sic videatur requiri agnitionē, & petitionem, per text. in l. heredes mei, in princ. ff. ad Trebell. quoniam Napodan. ibi supponit, portionem istam deferri ad instar portionis hæreditatis, & sic titulo vniuersali, quo casu fructus non debentur nisi à die moræ, vt loquitur tex. d. l. heredes mei, quod verum non est; cùm illa singulari, & particulari titulo in agnatum trāsferatur, & sic ex prouidentia Consuetudinis, quod controuerti non potest, vt supra fundauimus, vndè respectu fructuum vlla mora cōsideratur, cùm illi à die mortis debeantur, vt inter vnum, & alterum casum benè distinguit Bart. in d. l. heredes mei, explicando textū illum, ac in l. Titius rogatus, & l. Balista, & ibi etiam Alexand. num. 6. ff. ad Trebellian. per text. in l. in fideicommisso, §. nonnunquam, ff. de vsuris, & hoc caret difficultate, quia dùm portio ista particulari titulo debetur, ipso iure in proximio-63 rem transfertur, & sic fructus à die mortis spectant, cùm verissima sit DD. sententia, quòd vbi dominium bonorum ipso iure in aliquem trasfertur, veluti in fideicommissarium, vel alium, quòd fructus fideicōmissario debentur absque alia restitutionis petitione, ità Bart. in l. fideicommissariam, ff. ad Trebellian. & ibi Ripa num. 14. Hieron. de Laurent. num. 29. Capr. conf. 33. dub. 2. Menoch. de arbitr. casu 256 à nu. 28. & seq. qui allegat Vincent. de Franch. in decis. 293. num. 10. Peregr. de fideicommiss. artic. 49. num. 88. & seq. vbi communem appellat, subdens, etiam si fideicommissarius

rius fuisset negligens in petendo restitutionem realem, sic etiam *Intrigl. de subst. centur* 3. *quaest.* 74. *num.* 128. *Alex. Rauden. decis.* 22. *num.* 65. *Surd.* plenè *in decis.* 25. *Cephal. consil.* 215. *num* 50. *& consil* 50. post alios per *Fusar. de subst. quaest.* 626 *nu.* 59. maximè vbi fideicommissum esset particulare, vt per *Simon. de Prat. de interpret. vltim volunt fol* 347. *num.* 7. *Surd. d. decis.* 25. *num.* 19. idem *Fusar.* dicta *quaest. num.* 65.

64 Minus deniquè refragatur, quòd requiratur petitio, quia non per hoc sequitur, quòd non possit trāsmitti absque agnitione, & quòd non debeatur fructus antè petitionem, siquidem petitio non requiritur ad finem transmittendi, sed solùm quò ad tollendam praescriptionem, & ad finem acquirendi incommutabiliter, quia antè petitionem potest repudiari, vt diximus in *addit. ad decis* 140. item etiam, quia si per triginta annos agnatus, vel eius heres hanc portionem nō petierit, excluderetur, cùm videatur illam repudiare, vndè petitio requiritur ad finem vt non possit praescribi, vel repudiari, vt de legitima filio debita dicitur, ad intellectum *l. scimus*, vbi *glos. in vers. ipso iure, C. de inoffic. test.* sm. latè *Gratian in decis. March.* 4. videndus *per totam*, & signanter *numer.* 20. *& seq.* vbi de hoc dubitandum non esse subdit, & latè diximus *in addit. ad decis.* 140. legitima, inquam, ipso iure est debita filio, & transmittitur absque agnitione, vt supra diximus, & tamen dicit *glos. in vers. ipso iure*, hoc intelligi, si petatur, scilicet non ad finem transmittendi, sed solùm quoad tollendam praescriptionem, vt communiter dicunt DD. prout voluerunt *Alex. Aym. Cephal. Natt. Ruin. Marzar. Angel. & Dec.* qui in *consil.* 103 *in princ.* dicit, de hoc non esse dubitandum, cum alijs per *Gratian. in d. decis.* 4. *& tom* 2. *discept. forens. cap.* 271. *Merlin de legit lib.* 3. *tit.* 2. *quaest.* 19. *nu.* 10.

65 *& seq.* sic quoquè dicimus de legato, cùm illud rectà via transeat in legatariū, *l. Titio, ff. de furt.* & trāsmittatur absque agnitione, & tamen perfectè non acquiritur absque acceptatione, cùm possit repudiari, & praescribi, & sic petitio requiritur, ad hoc vt acquiratur irreuocabiliter, vt post infinita iura ostendit *Surd. consil.* 253. *n.* 24. *& seq. & d. decis.* 25. *num* 14.

66 Item & secundò respondetur, petitionē non requiri ad finem consequendi fructus à die mortis, quia, vt supra diximus, sufficit, portionem istam ipso iure in agnatum deferri, nam vt in puncto dicit *Surd in d. decis.* 25. *num.* 25. 29. *& sequent.* quando agnatus petit, consequitur fructus à die mortis, quia petitio illa retrotrahitur, ac si à die mortis facta esset, fundans hoc multis authoritatibus, & exemplis, subdēs his verbis: *aliud esse, quòd petitio requiratur, aliud verò, quòd fructus ante petitionem nō restituantur, quia vtrumque simul esse potest*, & quòd sit necessaria petitio, & quòd nihilominus fructus debeantur.

67 Verùm hodiè tàm respectu nouem partium dotis, quàm medietatis ad filios, & agnatos spectantiū cessat difficultas, quia, vt plurimum, mulieres in capitulis matrimonialibus Cōsuetudines praedictas semper in pactum deducunt, eis reseruādo facultatem disponendi seruata forma dictae Consuetudinis, vndè portio illa non tàm vigore Cōsuetudinis, quàm pacti ad filios, aliosque proximiores peruenire dicitur, vt in puncto considerarunt *Surd. consil.* 253. *num.* 33. *Thesaur. lib.* 1. *qq. forens. quaest.* 49. *num.* 9 dicens, in hoc nō procedere Consuetudinem, sed pactum, & sic transmissionem fieri absque alia agnitione, sic quoq; videtur firmare *glos. in l. si arrogator, vers. restituere, ff. de adopt.* & antè omnes sic in specie voluit *insertus Author ad Dec. in consil.* 260. *in fin.* scilicèt actionem ex contractu, & nō ex statuto competere, & propterea non posse agnatum hanc portionē in fraudem creditorum repudiare, vt latè probaui in *l. hac edictali, quaest* 35. *C. de secund. nupt.* & signanter *num.* 35. & 36. & pro hac opinione plenè etiam scripsit eruditissimus *D. Reg. Capycius Latro in dec.* 8. *sub nu.* 12. vbi etiam meminit de hac mea opinione in *d. l. hac edictali, d. quaest.* 35. *C. de secund. nupt.*

SVMMARIVM.

1 *Frumento legato an veniat farina.*
2 *Statutum prohibens extractionem frumenti, prohibet etiam extractionem farinae.*
3 *Gabella si soluitur de frumēto, habet locum etiam in farina.*
4 *Frumento prohibito extrahi comprehenditur non solùm farina, sed panis.*
Intellige, num. 7.
Amplia, num. 8.
Limita, num. 9.
5 *Gabella si soluitur ex oleo, procedit etiam in sapone, vbi decisio R.C.S.*
6 *Gabella si soluitur pro serico, procedit in serico implicato in* trenette.

10 *Statutum prohibens extractionem frumenti an habeat locum in eo, qui aliunde emit frumentum, & deinde per locum statuti transit.*

DECIS. CXXXIX.

AD hanc decisionem adde *Grat. in decis.* 184. & signanter *nu. 7. & seq* qui in *addit.* meminit de hac *decisione*, & ait, idem esse
1 in legato facto de frumento, quod farina veniat, prout de alijs similibus idem *Grat. in d. decis. per tot.*

Sed an idem sit in statuto prohibente
2 extractionem frumenti, ita vt intelligatur prohibita etiã extractio farinæ, dic quòd sic, prout post *Surd. hic* notat *Bertachin. de gabell. in 8. part. in verbo secundo loco, q. 10. num. 14.* vbi ait, quòd si de frumento sol-
3 uitur gabella, solui etiam debet de farina, vt etiam in terminis voluit *Guid. Pap. in decis. 373.* dicens, pluries fuisse iudicatum,
4 quòd stante prohibitione extractionis frumenti comprehendatur non solùm farina, sed etiam panis indè confectus, quod post eum notauit *Camill. de Medic. in consl. 97.* subdens, quòd in Serenissimo Rege Portugalliæ, qui extraxit tot milliaria biscottorum, fuit eius Ministris iniunctum, quòd soluerent tractam pro quantitate frumenti in pane implicato, prout etiã in gabella,
5 quæ soluitur pro oleo procedit, licèt ex oleo fiat alia species, vt in sapone iudicatũ vidisse inquit idem *Camill. de Medic. in citato loco* per Regiam Cameram Summariæ pro rata olei in sapone implicati, sic etiam in gabella soluẽda de serico, pro-
6 cedit in conuerso, & implicato in vulgo *trenette, passamani, & vernili.* & alijs similibus, vt per *tot. illud consil.* qui latè respõdit *l. si cui lana, ff. de legat 3.*
7 Sed hoc non debet intelligi de eo, quod quis sui vsus causa portaret, vt notãt *Bart.* & alij in *l. cætera, §. sed etsi quis, ff. de leg. 1.* & est *text.* singularis in *l. vniuersi, C. de vectig. commiss & cap super quibusdam, ex-*
8 *tra de verb. signif.* quod amplia procedere, etiam si aliquis nomine alterius vehat, seù conducat, cùm etiam istud dicatur ad vsũ proprium, & non comprehenditur in statuto, vt est *glos. fin. in d. l. vniuersi*, secundũ quam iudicatum fuisse inquit *Guid. Pap. in decis. 4.*
9 Secus autem, vbi stante dicto statuto, quis reperiretur ducere frumentum per loca deuia, quia præsumitur, quod ducatur contra deuetum, & statim potest puniri, casus est notabilis, & ibi *Bald.* ponderat ad hoc in *l. penult. C. de naut. fænor.* & vide *text.* in simili, *& ibi* etiam *Bald. in l. non solum, §. annus, de excus. tutor.*
10 An verò dictum statutum habeat locũ in eo, qui aliundè emerat frumentum, & cum dicto frumento transiuit per territorium, vbi aderat statutum, ad finem transferendi ad alium locum, dic quòd non, vt est *text.* singularis in *l. si quis post hanc, C. de edific. public.* prout in frumento notat *Bartholom. de Capua in singul. 98.* cùm tale statutum debeat intelligi de frumẽto originaliter existente in Ciuitate, vbi dictum statutũ viget, vt post multos scripsit *Alex. in d. l. cætera, §. sed etsi quis, in fin. de leg. 1.* secus autem quando verba statuti essent clara, *vt ibi* per eum.

SVMMARIVM.

1 *Debitor potest hæreditatem non acquirere in præiudicium creditorum.*
Sed contra, num. 2.
Ampliatur, nedum in lucris purè delatis, sed conditionaliter, num. 3.
4 *Opinio Authoris est approbata.*
5 Text. in l. qui autem, ff. quæ in fraud. cred. *loquitur generaliter de omnibus creditoribus, tàm chyrographarijs, quàm hypothecarijs.*
6 *Debitor nedùm hæreditatem, imò legatum in præiudicium creditorum repudiare potest.*
Amplia, etiam trebellianicam, & falcidiã, num. 7.
8 *Legitimam, & eius supplementum, an possit filius repudiare in præiudicium creditorum.*
9 *Opinio affirmatiua approbatur.*
Et quid si expressè quis obligasset omnia bona sua, iura, & actiones, præsentia, & futura, num. 12.
10 *Ius petẽdi legitimam, vel eius supplementũ an sit in bonis filij.*
11 *Frater an possit simul admittere sororem à statuto exclusã ad æqualiter succedendum in præiudicium creditorum.*
13 *Legitima non dicitur debita in vita patris.*
14 *Legitima debetur de eo, quod remanet tempore mortis.*
15 *Hæres antè casum fideicommissi potest restituere hæreditatem fideicommissario cũ fructibus in præiudicium creditorum.*
16 *Filius an possit repudiare dotem maternã ad se*

ad se peruentā vigore Cōsuetudinis Neapol. (per quā mater efficitur intestabilis) in præiudicium creditorum.
17 *Ius delatum à Consuetudine non transmittitur absque agnitione.*
18 *Pater retinendo dotes maternas videtur adire nomine filij*
Limita, vbi poterit eas retinere ratione vsusfructus, num. 19.
20 *Vsusfructus patri debetur ex bonis aduentitijs, quamuis ea filius repudiaret.*
21 *Filius retinendo bona materna nō videtur illius hæreditatem adire, præsertim si esset creditor administratæ tutelæ.*

DECIS. CXL.

IN hac decisione concludit *Author*
1 noster, debitorem posse hæreditatē
non acquirere in præiudicium creditorum, vt ex *text.* vbi etiam *DD. in l. qui autem, ff. quæ in fraud. credit.*

Et licèt *Camill. de Medic. in cons.* 98. indistinctè, & pro absoluto teneat, debitorem
2 non posse hæreditatem sibi delatam non acquirere, vel effugere occasionem acquirendi in præiudicium creditorum hypothecariorum tantùm, etiam contra Fiscū, qui in hoc vtitur iure priuati, & sic limitat *text. d. l. qui autem*, subdens, & si ius adeundi non sit in bonis nostris antequàm adeatur, est ad illum finem, vt non sit mihi proficuum, nè locupletior fiam, sed benè erit ius tale, quòd sit obligatum creditori, in cuius fraudem non possit renunciari, secundùm opinionē *Anchar. in cons.* 101. quam veriorē esse inquit, vti æquitati consonam, & communem, & ab ea non esse recedendum in iudicando contra *Socin. in cons.* 124. *lib.* 3. quam *Anchar.* opinionem sequutus est *Peregrin. de iur. fisc. lib.* 6. *tit.* 6.
3 *num.* 38. qui ampliat, hoc procedere nedùm in lucris purè delatis, sed etiam conditionaliter, prout ex lucro dotis ex statuto præmoriente vxore sine communibus filijs spectante ad maritum, quòd ipse etiā viuente vxore non possit in præiudicium Fisci renunciare, & sic Fisci fauore iudicatum refert, vt in *num.* 40. vbi *in fin.* subdit, hoc fauore priuatorum creditorum etiam procedere, vbi adest pactum, licèt conditionale.

4 Tamen ab opinione *Surdi hic* non est recedendum, secundùm quam iudicauit S.C. teste *Vincent. de Franch. in decis.* 101. subdens, *Ancharani* opinionem falsam esse, prout sic facta hinc indè discussione resolutum fuisse refert *Grat. in decis. Marchiæ* 17. sic quoquè *Manent. in dec. Mant.* nouissimè impressa 38. *num.* 12. *Gutier. in lib.* 2. *pract. qq. quæst.* 127. & in *cap. quamuis pactum, nu.* 17. *vers. secundo, & nu.* 23. *de pact.* idē voluit *Ceruantes in l.* 6. *Tauri, num.* 86. *vers. denique non obstat, Martanto* 48. *nu.* 21. *Costa de retrotract. casu* 3. *in* 8. *cap. num.* 13. *& seq. fol.* 87. *Gratian. tom.* 1. *discept. forens. cap.* 132. *& lib.* 2. *cap.* 271. *Thorus in suo compend. decis. tom.* 1. *fol.* 298. qui etiam refert, sic decisum fuis-
5 se, cùm *text. in d. l. qui autem* loquatur generaliter in omnibus creditoribus, vt dicūt omnes supra citati DD.

6 Et ampliatur, vt non solùm hæreditatē, sed imò legatum repudiare possit debitor in creditorum præiudicium, vt latè *Gutier. in d. quæst.* 127. *Gomes. in* 2. *tom. variar. resolut. cap.* 14. *vers.* 3. *extende, fol. mihi* 368. & in *cap.* 4. *num.* 14. *fol.* 272. plenè *Annafilius in cons.* 113. *per tot. lib.* 2. vt etiā quoque *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 9. *par.* 5. *num.* 124. nec obstat, quòd dominiū rectà via transeat in legatarium, *l. Titio, ff. de furt.* quoniam intelligitur, si legatarius voluerit, sed quoties noluerit, tunc legatū habetur pro nullo, *l. legatarius* 38. *§.* 1. *ff. de leg.* 1. *l. hoc iure, §. non potest, ff. de donat. de Ponte in cons.* 147. *num.* 32. *lib.* 2. & hoc non per fictionem, vt sentiunt *glos. Bart* & alij in *d. l. qui autem*, sed secundùm veritatem, acquisitiones enim, rerumque dominia acquirunt robur, & nomen ab acquirentis animo, *l.* 1. *&* 2. *ff. pro derelict. l. nō statum, §. contra autem, ff. de pecul. d. l. hoc iure, §. non potest, de donat.*

Amplia etiam, Trebellianicam, & Fal-
7 cidiam, quibus renunciari potest in præiudium quorumcunque creditorum, *text.* est *in l. postulante*, vbi *Castr. ff. ad Trebell. Costa de remed. subsid. prælud.* 1. *nu.* 19. sic etiam aduertit *Paschal. de virib. patr. potest. p.* 2. *cap.* 4. *num.* 137. idem *Fontanell.* in citata *claus.* 4. *Merlin. de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 19. *num.* 4.

8 Amplia deniquè, vt etiam ipsam legitimam, & eius supplementū filius repudiare possit in præiudicium quorumcunque creditorum, vt plenè *Gutierr.* in allegato *cap. quamuis pactum, nu.* 24. *de pact.* & in *lib.* 3. *pract. qq. quæst.* 76. latè etiam *Annæus Robert. rer. iudic. lib.* 3. *cap.* 12. qui ait, sic in multis casibus iudicatum fuisse, quod etiā diffusè probat *Gratian. in tom.* 2. *disceptat. forens. d. cap.* 271. *Costa de re integr. dist.* 72. *nu.* 7. *& de remed. subsid. prælud.* 1. *nu.* 19.

quod cum multis tuetur *Papon. in consil. 129.*

Et quamuis contrarium teneant *Beroi. cons. 43. num. 1. lib. 1. Paschal. de viribus patr. potest. in d. cap. 4. Peregr. de fideicomm. art. 3. num. 128. & nouiter seqq. Mantic. de coniect. & ambig. lib. 13. tit. 38. num. 19. & Fontanell. in d. clauf. 4. glos. 9. part. 5. num. 122.* sequuti *Ancharanum in cons. 101.* dicentes, hæc procedere in his, quæ non acquiruntur, nec debentur ipso iure, vt in trebellianica, & falcidia, quæ sunt debitæ, si hæres voluerit, vt in quolibet relicto testatoris, secus tamen in his, quę ipso iure acquiruntur, & debentur, veluti in legitima, per *l. scimus, & l. quoniam in prioribus, C. de inoffi. testam.* hęc enim non possunt renunciari, & repudiari in fraudem creditorum, quia esset detrahere de proprio patrimonio, non autem nolle acquirere, cùm ipsa antè petitionem transmittatur, quasi ad eius acquisitionem non sit necessaria petitio, prout hoc cũ multis rationibus probat *Merlin. de legitima, in d. quæst. 29. à num. 10. vsque ad finem.*

Nihilominùs non est recedendum à prima opinione, quòd possit filius eam repu-
9 diare in præiudicium creditorum, nam licèt in eos videatur præsupponi ius in esse productum, & iam quæsitum, tamèn intelligitur quòad reiectionem grauaminis, cuius respectu repletio, & acquisitio fit ipso iure per legem, sed quòad effectum realis acquisitionis, & incommutabilis requiritur declaratio, & petitio, sine qua non est aliquod ius quæsitum, & ideò datur repudiatio, & præscriptio cum alijs, & similibus effectibus, vt per *Gomes. de testament. tit. 11. de succeff. contra testam. nu. 23. vers. item quæro, an filius, Roderic. Suarez in l. quoniam in prioribus, limit. 3. num. 2. & 3. ampliat. 10. C. de inoffic. testam.* prout cum infinitis rationibus sic respondendo contrarijs tuetur *Gratian. in decis. Marchiæ 4.* subdens, quòd ita loquuntur DD. dicentes, petitionem nõ requiri, scilicèt hoc esse ad effectum transmittẽdi istud ius ad hæredes, & si extraneos, sed non quòad prescriptionem inducendam, cùm requiratur petitio, & declaratio illius, & sic respectu realis acquisitionis requiritur petitio, & declaratio, vt ex aperta *glos. in l. scimus, vers. ipso iure, C. de inoffic. testam.* prout sic quoque notat *Rodir. Suar. in d. ampl. 10.* dicendo, impossibile est, quòd acquiratur, nisi petatur, quod latè etiam tuetur idem *Gratian. in d. cap. 271.* & sic pro opinione *glos. d. l. scimus*, quòd legitima non debeatur, nisi petenti, & sic filius possit illam repudiare in fraudem creditorum decisum fuisse refert *Thesaur. in lib. 3. quæst. forens.*
10 *cap. 74.* cùm istud ius petendi legitimam, vel eius supplementũ non sit in bonis filij, vt singulariter *Peregrin. in cons. 46. nu. 16. lib. 3.* idem *Vincen. de Franch. in d. decis. 101. num. 32.* ita quòd non requiritur repudiatio expressa, sed sufficit, quòd filius abstineat, vt etiam decisum refert idem *Thes. in loco* citato, & sic antè petitionem, & declarationem valida est repudiatio filij in fraudem creditorum, cùm adhuc nõ sit facta realis acquisitio, quod esset secus, si post petitionem, quia tũc tanquam diminuendo eius patrimoniũ creditores fraudaret, quod non permittitur, ad singulariter tradita per *Barz. in decis. 130. nu. 16.* vbi ait, edictum de creditoribus fraudandis nõ pertinere ad debitores, qui id agũt, nè locupleterentur, vel nè acquirant, sed diminuentes patrimonium suum, sic quoque notauit post eum *Cost. in d. dist. 72. num. 8. & de remed. subsid. in d. prælud. 1. num. 7.*

11 Sicuti potest masculus admittere sororem alioquin à statuto exclusam ad simul, & æqualiter succedendum in bonis paterni, etiam contradicentibus creditoribus masculi, sic *Bald. in l. 1. C. de his, qui ante apert. tabul.* & in *l. maximum vitium, C. de liber. præter.* in terminis etiam notat *Gabr. in conf. 20 num. 70. lib. 2. Seraphin. in decis. 396. num. 6.* & ratio est, quia non dicitur diminuere patrimonium, sed solùm nolle acquirere, cùm per statutum illud nõ censetur ius quæsitum filijs masculis, vt sic renunciando dicantur aliquid de patrimonio diminuere, prout ait *Fontanell.* veniẽdo ad indiuiduum huius quæstionis in *d. clauf. 4. glos. 9. part. 5. num. 94.*

Et licèt aliqui teneant, hoc non proce-
12 dere, quãdo quis obligasset expressè omnia bona sua, iura, & actiones, præsentia, & futura, quòd tunc etiam ius legitimæ censetur esse obligatum, & successiuè illa repudiari non potest in præiudicium creditorum, vt notat *Peregrin.* in citato *tit. 6. num. 39.* iuxtà *conf. Menoch. 77.*

Tamen *Bald.* veniendo ad indiuiduum huius quæstionis in *l. fin. num. 3. C. de pact.* post nonnullas distinctiones inquit, quòd hæc obligatio de futura spe, intelligitur de spe causata de præterito, non autem de causata de futuro, quia tunc hæc spes non potest deduci in pactum, quasi quid incertum,

13 num. sed sic est, quòd legitima non est debita in vita patris, vt *l. 1. §. imputari*, ibi, *præmiatura, ff. de collat. bonor.* vbi *Bartol. num. 2.* cum multis alijs per *Merlin. in decis. 55 inter tract. de legitim.* & per *Surd. in decis. 167. num. 1.* nam ipsa consideratur in
14 morte patris, & sic habito respectu ad bona, quæ reperiũtur tempore mortis patris, vt ex mulis probaui in *decis. 167.* cùm sit quota bonorum, *l. Papinianus, §. quarta, ff. de inoffic. testam. l. scimus, §. repletionem, C. eodem*, igitur cùm sit spes causanda de futuro, non potest in pactum deduci, sed benè potest illam filius repudiare, ad tradita per *Bald. in d. l. fin.*

15 Amplia etiam hanc conclusionem, vt procedat, quamuis aliquis grauatus esset restituere hæreditatem post eius mortem alicui certæ personæ, & ipsam restituat in vita vnà cum fructibus, nihilominùs non censetur facta restitutio in præiudicium creditorum, tanquam facta ante euentum cõditionis, *text.* est in *l. patrem 19. & l. seq. ff. quæ in fraud. credit. text. & glos. in l. post mortem, C. de fideicommiss.* sic determinauit *Bald. in rubr. de reuocand. his, quæ in fraud. credit. nu. 11. Rebuff. consil. 175. nu. 18. & seq.* & meliùs in *cons. seq. num. 10.* & ratio est, quia mortis dilatio in hæredis fauorem adiecta sit, ac si cùm volet, fuisset rogatus, cui fauori renunciare potest, vt post multos sic latè defendit *Peregrin. de fideicommiss. artic. 2. nu. 51. artic. 3. nu. 127. & artic. 49.* licèt contrarium tuetur *Fontanell.* respondendo mulris contrarijs ad *d. l. patrem* prout in *d. claus. 4. num. 95. & seq.* sic etiam *Merlin. in d. quæst. 29.* dicens, dubiam habere quòad fructus hanc ampliationem.

16 Amplia vltimò, hoc procedere etiam quòad nouem partes dotis spectantes ad filium vigore nostræ *Consuetudinis, Si qua moriens*, per quam disponitur, matrem nõ posse disponere de sua dote, nisi de decima parte, reliquæ verò nouem reseruantur filijs, cùm possit illas filius repudiare in præiudicium creditorum, vt ex traditis per *Vincent. de Franch. in decis. 374. à num. 9.*
17 *vsque ad finem*, vbi ad hoc vt transmitti possit hæc portio, requiritur agnitio, quãuis contrarium probani in *decis. 138.* & tamen verum est, vt dixi, quòd aliud sit ius esse acquisitum quòad transmissionem, & aliud quòad realem, & incommutabilem acquisitionem, igitur ad illam acquirendã requiritur petitio, prout ex traditis per eundem *Vincent. de Franch. in d. decis. 374.* vbi ponit differentiam legitimæ, quæ ipso iure ad filium peruenit, & portionis huius Consuetudinis, quæ iure hæreditario debetur, vt dicit *ipsemet in decis. 667. in fine, vers. de quibus dici potest, & in decis. 690. num. 8. & seq.* cùm non possit propria authoritate hanc portionẽ capere, dicit *Napodan. in Consuet. Et si testator, in verb. perueniat, num. 29. fol. mihi 181.* licèt loquatur de medietate debita agnatis per dictã Consuetudinem, & ad hoc facit *text. in l. emancipata, C. qui admitti, & l. 1. §. ibidẽ, ff. de collat. bonor.* vbi quod defertur iure speciali cõtra ius commune, tunc demùm acquiritur, si acceptetur. Nec obstant notata per *me in decis. 138.* nam iura illa loquuntur circa transmissionẽ, quæ satis differunt à reali acquisitione, vt dixi.

Limitatur tamen *text. l. qui autem* in iure ex contractu perueniendo, illud enim in præiudicium creditorum repudiari nõ potest, vt latè probaui in *l. hac edictali, quæst. 35. C. de secund. nupt. circ. fin.*

Et circa id, quod dicit *Author hic*, quòd
18 pater retinendo dotes vxoris, iudicetur adite nomine filij, si infans sit, secus si maior, cùm tunc ipsius filij voluntas requiratur, ex *Bart. in l. gerit, ff. de acquir. hæred. & in cons. 207. vol. 1.* incip. *quæst. vertente inter Franciscum Piccioli*, ad quam opinionem vel magis communem accesserũt inter Moderniores *Mascard. de probation. conclus. 44. num. 52. & 53. & concl. 51. Pacbin.* qui disputato articulo verissimam putat *lib. 6. controuers. cap. 51. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 12. tit. 13. Costa de port. rata. quæst. 205. Menoch. lib. 4. præsumpt. 101. num. 88. Marta de success. le-*
19 *gal. part. 4. quæst. 14. num. 46.* attamen nõ erit absolutè firmandum, vbi pater poterit eam retinere ratione vsusfructus, vt tenuit *Rota* apud *Farinac. in decis. 723. num. 14. in fin. part. 4. tom. 2.* quam etiam sequitur *Gratian. tom. 4. discept. forens. cap. 627. num. 26. cum seq.* cùm patri debeatur
20 vsusfructus, quamuis filius hæreditatem adire nollet, vt habetur in *l. cùm non solũ, C. de bon. quæ liber.* & dixi in *l. hac edictali, quæst. 35. num. 28. C. de secund. nupt.* item non procedit, vbi aditio tenderet in damnum filiorum, & ad beneficium creditorũ, vel vbi filij essent creditores matris ratione administratæ tutelæ, quamuis eorum creditum non esset liquidum, tunc enim per retentionem dotis non censetur adita hæreditas, prout ad beneficium filiorum per Sacrum Consilium determinatum fuit

sub die 9. Iunij 1634. iunctis Aulis ad relationem integerrimi, & doctissimi viri D.
21 Flaminij de Constantio meritissimi Regij Consiliarij, quod deinde fuit loco reclamationis confirmatum in causa Vincentij de Baldis cum hæredibus quond. Marcelli Sansoni, penes Carbonem Actor. Magistr. reijciendo exceptionem, *quem de euictione tenet actio, & cætera*, oppositam per heredes tutoris honorarij aduersus petitam rationem tutelæ administratæ per Alexandram Girardam eorum matrem, & Peregrinum Girardum, stante quòd ipsi non erant soluendo, de qua causa nouissimè compilata fuit decisio per doctissimum Dominum *Reg. Hectorem Capycium Latro*, quæ est 13. in ordine, & in ea multa adducit ad declarationē *Bart. in d. l. gerit*, scilicet quando ex mora sola in non soluendo inducatur aditio, & latè etiam habetur in *decis.* 117. *num.* 8. *&* 9.

SVMMARIVM.

1 *Mulier pauper, & vsufructuaria non tenetur cauere, sed sufficit eius iuratoria cautio.*

2 *Sed contrarium, cùm possessio omnium bonorum debeat consignari proprietario, qui satisdaret de soluendo vsufructuario omnes fructus ex illis percipiendos, vbi decisiones Sacr. Cons. & aliorum Tribunalium.*

3 *Et hoc an sit Iudicis arbitrio relinquendum.*

DECIS. CXLI.

1 IN hac decisione concluditur, mulierem pauperem, & vsufructuariam non teneri cauere fideiussoribus, sed sufficere eius solam iuratoriam cautionem, prout etiam notat *Gratian. in tom.* 5. *discept. forens. cap.* 901. *num.* 12.

Sed contrarium dicendum est, quòd quādo vsufructuarius esset pauper, & cautionem dare non posset, quòd tunc possessio bonorum deberet consignari proprie-
2 tario, qui satisdaret de soluēdo vsufructuario omnes fructus ex illis percipiēdos, prout hæc fuit opinio *Salyc. & Angel. in l. vsufructu constituto, de vsufruct.* & hanc tanquam veriorem, & benigniorem sequuti sunt *Minsynger. cent.* 6. *obseruat.* 48. *num.* 8. *& Andr. Clud. in tract. de sequestr. cap.* 10. *num.* 10. dicitque, hunc modum quotidiè in Marchia practicari. *Io. Koppen in decis.* *fuit, quæst.* 33. *num.* 17. prout sic decisum refert in *S. C. Vincent. de Franch. in decis.* 497. in causa Simeonis Galli hæredis, & Casteluinam Buccalupo vsufructuariam, hanc quoquè tuetur *Herring. de fideiussor. cap.* 5. *num.* 202. *& seq.* sic pluries decisum testatur *Cancer. lib.* 3. *variar. resol. cap.* 20. *tit. de legat. num.* 218. *& Pachin. lib.* 8. *controuers. cap.* 40. *Castill. de vsufruct. cap.* 18. *Gayll. lib.* 2. *obseruat. obseru.* 47. qui plenè examinat quæstionē istam, & videtur concludere cū distinctione, scilicet quòd existente vsufructuario homine frugi, & non suspecto, stetur iuratoriæ cautioni, aliàs nō stetur, sed non est recedendum ab opinione *Angel. & Salic.* tanquam æquitati consona, cùm confidere potiùs debeatur proprietario, qui mortuo vsufructuario est dominus irreuocabilis, quàm vsufructuario non satisdanti, cuius morte vsusfructus extinguitur, vt inquit idem *Vincent. de Franch. in fine d. decis.* prout sic nouissimè decisum fuisse in Senatu contra quandam mulierem refert *Fontanell. de pact. nupt. clausul.* 7. *glos.* 1. *part.* 1. *num.* 54. cùm tunc vtrique parti consulatur, quod non esset cum iuratoria cautione, sic quoquè vidi sæpè iudicari in nostris Tribunalibus.

3 Sed hoc est arbitrarium, quia Iudex si vult, potest admittere vsufructuarium ad iuratoriam cautionem, vt dicit *Fontanell. loco* citato.

DECIS. CXLII.

DVM multa proposueram in hac decisione notare, reperi *Galganett. in tract. de cond. & demonstrat. part* 2. *cap.* 2. *quæst.* 1. qui latè quæstionem istam disputat cum multis distinctionibus, de quibus aliquas notaui in *decis.* 161.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ad quem potest ad fauorem appellati sententiam Iudicis à quo reformare, & supplere.*
Intellige, num. 10. *&* 11.
Amplia, etiam in reuisione, num. 2.

2 *Appellatio in parte, & partibus non dicitur communis.*
Intellige, num. 12. *vbi decisio.*

3 *Appellatio in parte, et partibus nō deuoluit, neque suspendit totam causam.*
Intellige, num. 4. *&* 9.

5 *Vnicum capitulum quando dicatur, vt sententia*

tentia possit pro parte substineri.

6 *Sententia pro parte acceptata num possit exequutioni demandari, & num. 9.*

Et quid si actor renunciaret quoad aliam partem, num. 7.

8 Boer. decis. 73. *declaratur.*

13 *Fiscus licet in causis criminalibus non possit appellare, tamen si inquisitus appellauerit, censetur adhæsisse appellationi.*

Limita, num. 14.

D E C I S. CXLIII.

COncluditur hic, Iudicem ad quẽ
posse ad fauorem appellati sen-
tentiam Iudicis à quo reforma-
1 re, & supplere, quãdo altera pars
appellauit, prout *Rota* tenet in *decis. 23. de
sent. et re iud. in nouiss. & Marta cons. 85. in
princ.* dũmodò appellatio non sit limitata,
scilicèt quãdo fuerit interposita in parte,
& partibus contra se facientibus tantùm,
2 quia tunc cùm appellatio non sit commu-
nis, nõ censetur appellatum, adhæsisse ap-
pellationi, vt tenet *Vincent. de Franch. in
decis. 467. Gratian. tom. 1. disceptat. forens.
cap.* 11 in fortioribus, & plenè *Giurb.* post
infinitos omninò videndus in *decis.* 30. qui
loquitur nempè in reuisione, subdens sic
fuisse decisum, ità etiã *Costa de remed. sub-
sidiar. remed.* 56. *Peguer. decis.* 194. *Put. de-
cis.* 184. *part. 2. Castill. decis. 64. nu. 1. 2. & 3.
Scaccia de appellat. lib. 3. cap. 2. quæst. 17. li-
mit. 21. num. 19. & seq.* & ratio est, quia
3 appellatio in parte, & partibus nõ suspen-
dit totam causam, sed tantùm id, pro quo
fuit appellatum suspendit, & deuoluit, vt
ex traditis per *Rugenell. de appellat. §. 2.
cap. 4. num. 48. §. 6. glos. 1. cap. 1. num. 37.
Alexand. Trentacinq. lib. 2. variar. resolut.
tit. de appellat. resol. 8. num. 10. Lancellott.
de attentat. part. 2. cap. 12. limit. 44. num. 4.
& seq. Costa de facti scient. & ignor. cent. 1.
distinct. 31. num. 5. ac de remed. subsidiar.
de remed.* 56.

Sed hoc procedit, quando capitula es-
sent separata, quòd secus si essent cõnexa,
& annexa toti causæ, vel si esset vnicum
4 capitulum, nam tunc appellatio totam
deuolueret causã, vt decisum refert *Can-
cer. lib. 3. variar. resolut. cap. 17. tit. de sent.
& car. exequut. num. 74. & seq.*

5 Et dicitur vnicum capitulum, etiam
quando plures res, vel pecuniarum quan-
titates ex diuersis causis, & instrumentis
essẽt debitę, vnica tamen actione, vel peti-
tione essent cõprehensę, tũc enim propter
vnicam petitionem, & vnicam sententiam
dicitur vnicum, & indiuiduum capitulum,
adeò vt sententia non poterit pro parte
substineri, & pro parte non, sed tota per
appellationem in parte interpositam ad
Iudicem ad quem deuolueretur, *l. si ÿ, qui
separatim, § si quis cùm ità,* & ibi *Bart. ff.
de appellat, l. scire debemus, in princ. ff. de
verb. oblig.* vt per Rotam decisum testatur
Puteus in decis. 315. lib. 1. in nouiss. dicens,
quòd licèt summa sit diuisibilis, tamen
propter vnicam petitionem, & vnam sen-
tentiam videtur indiuiduum ex voluntate
disponentis, ob quod diuiduum efficitur
indiuiduum, ex *Bart. in l. Græci, § illud, ff.
de fideiuss.* sic etiam *Gabr. consil. 56. Ruin.
cons. 11. volum. 4. & D. Reg. Capyc. Latro
decis. 83. num.* 10.

6 Hinc est, quòd sentẽtia pro parte acce-
ptata non poterit exequutioni demanda-
ri, quamuis conuentus nullam in ea inter-
posuerit appellationem, veluti si quis pe-
tierit biscentum à Titio, & Iudex condem-
nauit reum in centum, actor appellando
ab eo, quod Iudex tacitè reum absoluerit,
non potest citra præiudicium appellatio-
nis pro quantitate à Iudice condemnata
exequutionem petere, quia cùm indiui-
duum sit capitulum, appellatio in parte, &
partibus totam deuoluit causam, adeò vt
non possit pro ea parte acceptata exequu-
tioni demandari, ità *Bart. cons. 150. Ioan.
Fab. Bald. & Salicet. in l. ampliorem,* & ibi
Alexand. ad Bart. C. de appell. idem *Bald.
in l. fin. C. quãdo prouoc. non est necess. vers.
quæro de tali casu,* & ibi *Salic. & Alberic.
l. 1. vers. item si aliquis, C. eodem,* quo casu
appellationem vnius sufficere volunt, sci-
licet rei, vel actoris, nec requiri vtrumque
appellare, quia si Iudex viderit reum con-
demnandum, in totum condemnabit, vel
absoluet, quam deniquè opinionẽ, immò
in fortioribus more suo sequitur *Anna
singul. 466. & 469.* vbi ait, quòd si senten-
tia M. C. condemnauit vltra 150. aureos,
sed actor pro habenda exequutione virtu-
7 te *Regia Pragmatica* contentatur exequi
infra summam 150. quòd non possit, al-
legans *Rebuff. de exequut. sentent. artic. 16.
glos. 4. in fin. nu. 5. & artic. 15. glos. 1. nu. 11.*
vbi sic decisum refert, & adstipulatur *Gu-
tierr. de iuram. confirm. part. 3. cap. 5. nu. 24.
Azeued. de Curia Pisana, lib. 4. cap. 6.* qui
num. 11. ait, id ante sententiam fieri posse,
cùm tunc sibi tantùm præiudicet, & sequi-
tur *Cancer. lib. 3. variar. resolut. cap. 17. tit.
de sentent. & car. exeq. nu. 317. & Vinc. de
Franch.*

*Franch.in decis.*308. vbi id locum habere ait, etiam si quãdo species petita esset, quæ habita æstimatione vltrà summam esset.

8 Et quamuis *Boer.in decis.*73.*num.*8. dicat, quòd ad hoc vt tota deuoluatur causa, opus sit vtrumque appellare, siuè super vno articulo separato ab alijs, siuè ab vno solum, vel coniuncto appellatum fuerit, aliàs non reformabitur, nisi in parte, à qua appellatum fuit, si reformari debeat, subdens, ita in casibus prædictis pluties fuisse in Curia conclusum, vt etiam firmat *Bellemer.cons.*18.*vers.confirmo.*

Tamen id procedit de stilo Galliæ, vt ipsemet *Boer.* testatur, vndè non videtur discedere à supradicta prima distinctione, scilicet quòd vbi vnicum, & indiuiduũ esset capitulũ, appellatio in parte, & partibus totam deuolueret causam, & cum casus iste nuper de hoc anno 1639. in Sac. Cons. in Aula Reg. Cons. Carauitæ occurrisset, fuit iuxtà hanc opinionem iudicatum, vt retulit mihi *Dom. Hector Capycius Latro* meritissimus Regens Regiam Cancellariam.

9 Quicquid esset, vbi capitula essent separata, tunc enim appellatio in partibus nõ retardat exequutionem in alijs partibus, prout decisum in Rota testatur *Ludouis. in dec.*552. *& ibi* etiã latè *Beltramin.lit.A.* vbi hanc distinctionem cum alijs eiusdem Rotæ decisionibus cõprobat, & sequitur.

Item dicendum est, vbi capitula essent
10 diuersa, & separata, & pars à tota sententia appellasset, nam tunc etiam Iudex posset ad fauorẽ appellati supplere, si aliquid primus Iudex omisisset, vt pro singulari notat *Vincent. de Franch. in d. decis.* 467. *nu.* 5. qui allegat *Rota Romana decisionem in tit. de appellat.* quæ incipit, *si à diffinitiua sententia, num.*365. & aliam decisionẽ, quæ est inter *decis. Rota Florent. num.*54. *sententia die* 11 *Octobris* 1589. *pends Proppulum*, dicens, quòd notandæ sunt rubricę dictæ sententiæ, & eius tenor, quia consultò factę fuerunt, & hoc etiam parte non petentę, sed ex officio potest suppleri, vt notat *Gacheran. decis.*1. *num.*42. dummodò causa non requirat formalem petitionem,
11 vel aliam exceptionem, vt per eundem *Gacher, in vers. hoc tamen.*

Verùm intellige primam conclusionẽ, quòd quamuis appellatio fuerit limitata in parte, & partibus, cui appellatus adhæ-
12 sisse non censetur, tamen non per hoc prohibetur eidem appellato in alijs parte, & partibus, quæ eum grauassent appellationem petere, prout in reuisione post longam discussionem decisum refert *Giurba in d. decis.* subdens, hanc petitionem posse infra biennium proponi, iuxtà *text. Auth. quæ supplicatio, C. de precib. Imper. offer.*

Et hoc procedit etiam in criminalibus
13 fauore Fisci, qui licèt non possit appellare, vt notant *Vincent. de Franch. in d. decis. num.*6. *Cancer. & Peguer. locis* citatis, tamen si inquisitus appellauerit, intelligitur adhæsisse appellationi, ità vt possit pœna etiam augeri, ac si non fuisset ad pœnam condignam condemnatus, de quo habemus *Regiam Pragmaticam* editã tempore Ill. & Excell. D. Proregis D. Ioannis de Zuniga, quam notat idem *Vinc. de Franch. & de Ponte de potest. Proreg. tit. de elect. offícial.* §.1. *num.*52 *& seq. & Thorus in suo compend. in verbo appellatio, tom.* 1. prout ità nouiter fuisse in Senatu conclusum, refert *Peguer. in d. dec.* 194 post factam hinc indè discussionem, quem omninò vide, cùm ipse totam istam materiã in criminalibus exornauerit.

Sed hoc limitatur, quando adesset pars,
14 quæ querelam exposuisset, & non appellasset, quoniam tunc nõ procederet *Pragmatica* illa, vt notant *de Ponte* citato *loco, num.*53. *& Vincent. de Franch. in vlt. vers. d. decis.* ac etiam Dominus meus *Reg. Rouit. in pragmat.* 8. *de appellat* licèt in contrarium adsit *decis. Senat. Lusitan. Cabed.* 190. *part.* 1.

S V M M A R I V M.

1 *Demonstratio falsa circa consanguinitatem an vitiet dispositionem.*
2 *Conditione in personam primi instituti, vel substituti purificata, cætera quoque substitutionis euanescunt.*
3 *Substitutio, quæ fit in contractu, non regulatur secundum regulas vltimæ voluntatis, & quamuis sit conditionalis, transmittitur ad hæredes pendente conditione, vbi decisio Senatus, & damnatur opinio* Alciat. & Peregr. *licet saluetur num.*5.
4 Text. in l. quod de pariter, ff. de reb. dub. *declaratur.*
6 *Generalis renunciatio facta per filiam in contractu matrimonij non comprehendit ius fideicommissi conditionalis.*
*Limita, num.*7. 8. *&* 9.
10 *Trebellianica non debetur ex substitutione facta in contractu, vbi decisio Senatus.*

DECIS. CCXLIV.

Plura continentur in hac decisione satis vtilia. Primò si demonstratio falsa circa consanguinitatem vitiet dispositionem, de qua quæstione plenè scripsi in decis. 104. Secundò
2 si conditio purificata in personam instituti, vel substituti, omnes cæteræ quoque substitutiones euanescant, de qua etiam quæstione plenè scripsi in decis. 85. num. 1. 2. 3.
3 & 4. Tertiò si substitutio, quæ fit in contractu, regulentur secundùm regulas vltimæ voluntatis, & quòd quamuis sit conditionalis, transmittatur ad hæredes conditione pendente. Quartò, & vltimò, si ex ea substitutione debeatur trebellianica.

In quantù ad Tertium & si *Alciat. consil. 3. lib. 8.* in causa Ill. Marchionis Vasti, quem etiam sequitur *Peregrin. de fideicom. artic. 51. nu. 20.* voluerit, quòd præmoriente substituto primo donatario, donationē quòad eum irritam esse, nec transmissam, quoniam in substitutione intelligitur conditio, si substitutus superuiuat grauato, vt etiam voluerunt *Ludou. Velazq. de Auend. l. 40. Taur. glos. 18. num. 25. & Valasc. consult. 122. vol. 2.* qui non obstare subdunt *text. in §. ex conditionali, Instit. de verbor. oblig.* cùm *text.* ille procedat antè defectū conditionis, vt ea pendente fiat transmissio, secus vbi conditio defecerit, per ea, quæ voluit *Bart. in l. quod de pariter*, per illum *text. ff. de reb. dub.*

Tamen contrariū verius esse puto, scilicet ius illud cōditionale ad hæredes premorientis trāsmitti, vt per *text. in d. §. ex conditionali* voluerunt *Bald. in l. quoties, in fin. C. de donat. qua sub mod. Oldrad. consil. 224. num. 27. & 28.* quem refert *Cathoran. decis. 24. nu. 2.* sic quoquè in terminis *Ias. in l. qua de legato, ff. de leg. 1. Zanch. in l. hæredes mei, §. cùm ita, part. 4. num. 18. Marzar. epitom. de fideicommiss. quæst. 2. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 4. glos. 25. num. 10. & 11. Gratian. tom. 2. discept. for. cap. 247. num. 6.* plenè *Cancer. lib. 3. variar. resolut. cap. 21. tit. de transmiss. nu. 95. cum seq.* vbi post multos hanc opinionem tuetur, dicendo *Peregrini, & Alciat.* opinionē falsam esse, subdens sic per Senatum fuisse iudicatum in quadam ardua causa, & ratio videtur esse, quoniam in stipulationibus semper quis censetur facere actum pro se, & hæredibus, *l. si pactum, ff. de prob.* & hoc habet locum siuè de hæredibus sit facta mentio, siuè non, *l. veteres, ff. de contrah. & comm. stipul.* & propterea nimia differentia est inter vltimas voluntates, & contractus, in vltima enim voluntate tantum factum testatoris interuenit, & non legatarij, & ideò ad hęredes conditionale legatum non transmittitur, in contractu verò interuenit factum stipulantis, & promittentis, quo casu quis videtur facere actum pro se, & hæredibus, vt *d. l. pactum.*

4 Nec obstat *text. d. l. quod pariter, ff. de reb. dub.* vbi *Bart.* quoniā in illo casu adest expresse conditio in stipulatione, si mater superuixerit filiæ, quę impedit trāsmissionem, secus verò in tacita, cùm illa trāsmissionem non impediat, prout sic declarant *Crass. in §. legatum, quæst. 47. & Bart. ibi. & Bald. Aretin. Valasc.* & alij apud *Cancer. in loco* citato, qui subdit, hunc esse verū
5 intellectum *d. l. quod de pariter*, etsi saluari possit opinio *Peregr. & Alciat.* in actibus inter viuos, habentibus vim vltimi iudicij, vt explicat *Molin. de primog. lib. 1. cap. 12.* & iuxta prædicta fuit iudicatum per S. C. sub die 11. mensis Nouembris 1633. in causa Aureliæ Saracenæ cum hæredibus Matij Tatalli, ad relationem doctissimi viri Andreæ Prouenzani Regij Consiliarij, penès Figliolam, dum fuit dictum, fideicommissum in contractu factum trāsmitti ad hæredes substituti mortui ante euentū conditionis, immò etiam in ea causa fuit
6 dictum, generalem renunciationem factā in contractu matrimonij per filiam non comprehendere ius fideicommissi conditionalis, *si sine liberis decesserit*, de qua causa post hæc scripta compilata fuit *decisio* per *D. Regent. Capyc. Latro*, quæ est 2.

Quamuis limitarem supradictam conclusionem in pluribus casibus, & primò, quando conuentum esset inter partes, vt conditionalis stipulatio non transeat ad
7 hæredes, vt notatur in *l. non solùm, §. tale, ff. de liber. leg.* ea ratione, quia contractus ex partium conuentione legem accipiunt, *l. 1. §. si conuenerit, ff. depos.*

Secundò, quando conditio esset pote-
8 statiua, cùm tunc nō transeat ad hæredes, & hoc est, quia dum stipulās potuit adimplere conditionem in vita, & non adimpleuit, præsumitur quòd voluerit acquirere emolumentum sibi, & hæredibus, vt aduertunt *Port. & Cyn. in d. §. ex conuentionali.*

Tertiò, quando illud, quod continetur
9 in stipulatione, non esset ad hęredes transmissibile, vt in *d. §. tale.*

Circa verò quartum, & vltimum, an ex substi-

substitutione, quæ fit in contractu debeatur trebellianica; adde *Fontanell. de pact. nuptial. claus. 4. gl. 5. num. 57.* qui inquit, trebellianicam non deberi ex substitutio-
20 ne facta in donatione inter viuos, sed solùm ex summa reseruata, si idem donatarius efficeretur hæres cum ijsdem substitutionibus, subdens sic Senatum in quadam causa decreuisse.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio probatur per nominationem factam in testamento, si contrarium non constaret.*

2 *Filiatio per nominationem factam in diuisione dicitur probata, donec de contrario doceatur.*

3 *Nominatio facta de aliquo vti filio quando dicatur blandiendi causa, & quando nō, explicatur, & num. 4. 5. & 7.*

6 *Nominatio filij constituit aliquem in quasi possessione filiationis, quæ sufficit pro obtinendo in possessorio.*

8 *Filiatio potest probari per testes ad effectum succedendi.*
Intellige, num. 9.

10 *Filiatio probatur per instrumentum dotis, per dotationem puellæ, maritationē, tractatum de maritando, lactationem, educationem, transmissionem ad Baptismū, si tanquàm filius educetur, vel domi detinebatur, vel ex traductione ad scholas, consignatione filij ad nutricem, vel denique ex datione tutoris.*

11 *Filiatio an probetur per similitudinem, & effigiem patris, & quando.*

12 *Filiatio dicitur probata, interuenientibus tractatu, nominatione, & confessione, nō solùm quoàd ipsum patrē, & alios sic denominantes, & tractantes, sed etiam quòad omnes hæredes, & successores, quamuis ageretur de filijs vulgò quæsitis.*

13 *Vulgò quæsitus potest agnosci pro filio.*

DECIS. CXLV.

IN hac decisione concludit *Author* noster, quòd per solam nominationem in aliquo instrumento probetur consanguinitas, & filiatio, prout de nominatione in testamēto facta docet
1 *Anna in conf. 88. num. 38.* nisi aduersarius contrarium doceat, vt cōcludit *Alexand. Trentacinq. in conf. 71. num. 13. lib. 1.* sic quoquè de parentela, & affinitate concludit *Natta conf. 59. num. 14. in fine,* relatus per *Petr. de fideicommiss. quæst. 11. num. 625.* dum inquit, q. si in instrumento diuisionis aliquis nominet eum, cum quo diuidit, fi-
2 lium talis, vel consanguineum suum, probatur inter eos parētela, donec de contrario doceatur, maximè quando hæc verba, licèt enunciatiuè essent prolata ab eo, qui præsumitur scire iura sanguinis super consanguinitate, seù paternitate, nam tunc illa verba plenè probant, vt inquit idem *Anna d. conf. 88. num. 23.* pro quo est *text.* singularis in *l. quidam, de probat.* prout etiam declarat *Manent. conf. 136. num. 14.* impresso post suas decisiones.

Et licèt in contrarium dici possit, quòd filiatio non potest oriri ex sola nominatione, ex quo ortū habet à natura, vt post multos notat *Mascard. de probat. conclus. 790. nu. 3. & 32.* vbi ait, quòd potiùs censetur facta blandiendi causa filio, quàm veritatis inducendæ, ad *text. in l. nemo, §. 1. de hæred. instit.*

Tamen hoc procedit circa nominatio-
3 nem factam blandiēdi causa filio, & absq; ministerio, videlicèt dicendo (fili mi veni huc, vadas illuc) quia tunc cùm sit facta absquè ministerio, & ad aliud, ei non statur, vt ex multis *Gozad. conf. 13. num. 13. & 52. Afin. in praxi part. 2. §. 1. cap. 21. 24. & 38. Petra de fideicomm.* citata *quæst. 11. num. 257.*

Secus autem, quando nominatio illa esset facta in actu, qui magis filio, quàm extraneo cōueniret, veluti vbi nominaret filium, instituendo hæredem suum, vel in actu emancipationis, exhæredationis, vel
4 legitimationis, & alijs, nam hoc casu talis nominatio absquè alio probabit filiationem ipsam, vt ex relatis per eundem *Mascard.* citata *conclus. nu. 45. & Afin.* citata *part. 2. § 1. cap. 61.* & latè *Alex. Trentacinq. lib. 1. variar resolut. tit. de filiation. resol. 1. num. 14. & d. conf. 75. num. 14. 23. & seq. & Barz. conf. vnic. num. 14. & seq. post decis. Bonon. impress.* quam sententiam coadiuuat *text. in l. quidam filium, §. 1. de verb. oblig.* vbi *Iurisconsultus* ait: *exhæredationem, & emancipationem pertinere ad filiū, quia hæc sunt, quæ solet pater facere contra ipsum filium.* Et rationem reddit *Decius in cap. per tuas, cum seq. de probat.* dicens, nam quando est facta nominatio in actu filio competenti, nominatus videtur in effectu tractari vti filius, quod etiam placuit *Peregrin. de fideicommiss. artic. 43. num. 77. & seq. Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 1. casu 89. cum seq.* cum multis comprobat *Manent.*

Manent. d. cons. 136. *num.* 25. sic quoque idem *Menoc. lib.* 6. *præsumpt. præsumpt.* 53. *num.* 39. plenè post multos alios *Gratian. tom.* 1. *discept. forens. cap.* 157. *num.* 7. *& seq.*
5 maximè quando hæc denominatio esset facta filio præsẽte, vt tenet *Felin. in d. cap. per tuas, num.* 12. *de probat.* licèt hæc semiplenam probationem induceret, si non essemus in antiquis, *Crauett. de antiq. tempor.* 1. *par. num.* 8. *& Meno. h. d. casu* 89. *nu.* 77. *cum seq.*

Et eo magis procedit, quando non solũ adest simplex denominatio (quæ licèt cõstituat filium in quasi possessione, quæ sufficeret pro obtinendo in petitorio, vt ex
6 relatis per *Mascard. in conclus.* 789. *nu.* 9.
7 *&* 19.) sed alia adminicula, vt puta communis tractatus, & reputatio, *Barz. d. cons. vnic. nu.* 52 *&* 53 subdens, hanc præsumptionem esse iuris, & de iure, ita vt in contrarium probationem non admittat, ex *Boer. decis.* 299. *num.* 1. *Bero. quæst.* 60. *nu.* 2. *& cons.* 161. *num.* 10. *&* 20. *vol.* 2. *Paleoth. de noth. & spur. cap.* 24. nisi aliquid huiusmodi afferatur, quòd necessariò rem aliter se habere demonstraret, & hoc non solùm per testes, qui sufficerent ad probandam filiationem ad effectum successionis, vt de-
8 cisum sæpe in Rota Romana testatur idẽ *Gratian. d. cap.* 157 *num.* 11. *& Menoch. in*
9 *citatis locis* (licèt hæc sola coniectura intelligatur contra patrem, matrem, & alios, qui tractarunt, & denominarunt, & tali tractationi, & denominationi consenserunt, secus in præiudicium venientium ab intestato, qui non consenserunt, vt declarat *Menoch. de præsumpt. præsumpt.* 53. *nu.* 23. *cum seq. lib.* 6. *Rebuff. de nomin. q.* 1. *num.* 4. *& Alexan. Trentaeinq. vbi supra.*)
10 Sed etiam per instrumentum dotis, quia tunc clara, & euidens dicitur probata filiatio, ad tradita per *Bald. in l. Imperator, la prima, col.* 2. *ff. de statu homin. Tiraquell. de retract. lignag.* § 2 *glos.* 1. *nu.* 20. *& multis seqq.* sic etiam per dotationem puellæ, & maritationem, ita vt etiam sufficiat tractatus de maritando, *Rota diuers. dec.* 238. *num.* 6. *part.* 1. *in nouiss.*

Sic deniquè ex lactatione, educatione, nec non transmissione ad Baptismum, si tanquàm filius educetur, ac etiã domi detinebatur, vel ex traductione ad scholas, & ex consignatione filij ad nutricem, vt plenè per *Surd. cons.* 1. *lib.* 1. prout etiam ex datione tutoris, *Alex. cons.* 88. *nu.* 11. *lib.* 7. *Rimin. sen. cons.* 289. *nu.* 5. *&* 32. *lib.* 2. *Roland. cons.* 96. *num.* 42. *&* 48. *lib.* 3. cùm in ista materia filiationis ob eius difficultatem sufficiant coniecturæ, & præsumptiones, *glos. in l. Lucius, in fin. ff. de condit. & demonstr. Rota diuers. decis.* 238. *nu.* 2. *par.* 1. quibus accedit similitudo, & effigies pa-
11 tris, quæ licet nõ plenè probet, quòd quis sit filius illius, cuius formam quis habet, *Bart. in l. Gallus, in princ. num.* 13 & ibi *Ias. in* 2. *lect. num.* 67. *de liber. & posthum.* cum multis alijs per *Mascard. de probat. conel.* 792. *nu.* 7. nihilominùs iuncta cum alijs coniecturis, vt supra narratis, multum facit ad probandam filiationem, vt latè *Rust c.* post multos in *l. cùm auus, lib.* 4. *cap.* 9. *nu.* 9. *& multis seqq. & cap.* 8. *nu.* 13. *vsque ad num.* 18. *eod. lib.* 4. ratio autem est, cur hæc sola coniectura non sufficiat, ex cogitatione enim mulieris tempore conceptionis contingit partum alteri assimilari, *glos. in l. quæro aliquis, de verb. sign.* & in *l. non sunt liberi, ff. de stat. homin. & Butrig in l. fin. C. de Carbon. edict.* vbi ait, filios patri similes non esse legitimos, cùm mulier adulterium committens ob timorem viri, ipsum semper in idea habeat, & per imaginationem contempletur conscia delicti, quod refert se ab excellentissimo Medico audiuisse, ad quod vide quę notat *Ias. in d. l. Gallus, in princ.* sic etiam è contra, aliquando quædam mulier parturit filium sibi, & patri dissimilem, qui non per hoc non dicitur eorũ filius, sed potest esse, quòd mulier cogitauit ad aliquam imaginem iacentem in eius cubiculo, prout ob istam tationem quandam mulierem quidam Medicus adulterij nota defendit, vt testatur quidam Doctor relatus per *Ias.* in citata *l. Gallus.*

Ex his igitur quando probatur tractatus cum nominatione, & cõfessione, non solùm dicitur probata filiatio quòad ipsũ patrem, & alios sic nominantes, & tractan-
12 tes, etiam si tractaretur de filijs vulgo quęsitis, sed etiam quòad omnes hæredes, & successores, etiam singulares, causam habentes ab ipsis denominãtibus, & tractantibus, cùm non debeant successores esse melioris conditionis, quàm eorum authores, vt *l. fin.* §. 1. *ff. ad Velleian.* & hoc tàm in petitorio, quàm in possessorio, vt post infinitos, quos colligit *Cardin. Paleoth. de noth. & spur. cap.* 22. *num.* 5. ità post plures propositiones fuit decisum ad fauorem filiæ exclusis omnibus per Rotam in vna Romana hæreditatis de Fuschis coràm R.P.D. Pirouano 25. Maij 1618. refert *Gratian. tom.* 4. *discept. forens. cap.* 653 *num.* 74. subdens,

subdens, fuisse etiam responsum ad *l. vulgo concepti, ff. de statu homin.* & sic quòd
13 vulgo quæsitus potest agnosci pro filio, cùm in eo cadat præsumptiua probatio filiationis, vt ibi latè.

SVMMARIVM.

1 *Redhibitoria competit emptori in omnibus animalibus morbosis, & vitiosis, etiam in seruis & mancipijs.*
Amplia, etiã in libris, & in alijs rebus mobilibus vitijs latentibus, saltim vtiliter, vel agi quanti minoris, num. 3.
Amplia, etiam in rebus permutatis, nu 6.
Et procedit, etiã si venditor fundus, qui herbas pestiferas ferat, num. 4.
2 *Consuetudo Neapolit. quæ permittit redhibitoriam spatio 40. dierum, est valdè rigorosa.*
5 *Venditor in vẽditione fundi tenetur exprimere, ibi adesse malos vicinos, aliàs tenetur ad interesse.*
7 *Redhibitoria habet locum in quolibet contractu oneroso, ex quo dominium transfertur, nõ autem in locatione, vel in contractu lucratiuo.*
8 *Emptor agens redhibitoria, recuperat etiam quod soluit pro gabella.*
9 *Redhibitoria ad hoc vt competat, quatuor requiruntur.*

DECIS. CXLVI.

Redhibitoriam cõpetere emptori, quãdo in equo vendito adeat vitium latens, cõcludit *Author hic*, ad quem adde, quòd hoc procedit in omnibus animalibus, etiã rationabilibus morbosis, & vitiosis, & sic
1 in seruis & mancipijs, *l. 1. & glos. in l. sciendum, ff. de adilit. edict.* prout circa seruorũ vitia intrinseca locum etiam habet in Cathalonia, refert *Oliban. de act. tom. 1. in repet. § præterea, num. 3. fol. mihi* 581. prout
2 etiam adest nostra Consuet. Neapol. quæ est valdè rigorosa, ex quo per eam permittitur redhibitoria emptori spatio quadraginta dierum post emptionem ob vitium, quod latens potest esse in equo, & in alio animali vendito, & habet etiam locum, saltim vtiliter in libris vitiosis, & in alijs rebus mobilibus vitijs latentibus, vel agi quanti minoris, vt est *text.* & ibi *glos. in d. l. 1. §. 1.* & tradit *Aretin. in § fin. Instit. de suspect. tutor. & Bald. in l si prædium, nu. 3. C. de adilit. edict. num. 2.*

4 Amplia, etiam in rebus soli, vt quando venditur fundus, qui ferat herbas pestiferas, *l. si prædium. §. idem obseruatur, C. de adil. edict.* & ibi *Bald.* ac *Parlador. lib. 1. rer quotid. cap. 3 §. 5. num. 4.* vt in simili dicitur, quando venditur fundus, qui ha-
5 bet malos vicinos, quòd venditor debet exprimere, aliàs tenetur ad interesse emptori, ad *text. cum glos. in l. quod sæpè, §. fin. ff. de contrah. empt.*

Amplia, etiam non solùm in rebus em-
6 ptis, sed in permutatis, ad *text. l. sciendum, ff. de adilit. edict.* & in summa in quolibet contractu oneroso, ex quo transfertur do-
7 minium, non autem in locatione, nec in contractu lucratiuo, cùm donatarius ex ipso contractu non damnificetur, vt sensit *Bald. in l. cùm proponas, num. 6. C. eod tit.* sic quoquè notat *Peguer. decis. 126. num. 5.*

Accedat prædictis, quod emptor agens redhibitoria recuperat etiam quod soluit
8 nomine vectigalis, quod notandum pro gabellis equorum, dicit *Ang in l. debet 27. in fin. ff. de adilit. edict.* quem pro singulari allegat, & sequitur *Gratian. tom. 2. discept. forens. cap. 343. num. 22.* & hoc licèt venditor ignorasset morbum, vt tradunt citati *Doctores.*

Verùm ad hoc vt hæc actio competat,
9 quatuor requiruntur, scilicet primò, quòd interueniat vẽditio, secundò, quòd animal morbosum apparuerit, tertiò, quòd morbus sit latens, nec tempore venditionis, quartò, quòd morbus ille fuisset antè venditionem, prout refert *Peguer. d. decis. per tot.* dicens, iuxtà hanc declarationem iudicasse Sacrum Regium Consilium.

SVMMARIVM.

1 *Dominus potest præcipere vasallis, nè corãm alio Iudice, quàm à se deputato litigent.*
Amplia, nequè ad Regia Tribunalia, nu. 2.
3 *Vasallus nõ potest in præiudicium Domini iurisdictionem prorogare, quamuis efficiatur contumax alterius Curiæ, vbi decis. S. C. & aliorum Tribunalium, licèt offenderet aliquam Curiam in resistendo eius exequutioni.*
4 *Remissio vasalli delinquentis quando fiat non obstante præuentione Regiæ Curiæ.*
5 *Iurisdictio aliquando ex qualitate delictorum abdicatur à Baronibus, vel determinatur, quòd procedatur in Ciuitate nomine Baronis, sed hoc à Dño. & Excellentiss. Prorege cum voto Reg. Coll. Cons.*
6 *Vasal-*

6 *Vasallus in quibus casibus potest in praiudicium Baronis iurisdictionem prorogare, remissiue.*

DECIS. CXLVII.

1 INter alia quæritur in hac decisione, si dominus præcipere possit vasallis, nè coràm alio Iudice, quàm à se deputato litigent, & tamen *Author* concludit, quòd sic, prout etiam affirmauerūt *de Ponte de potest. Proreg. in tit. 3. de elect. offic. §. 1. num. 21. Anna pater in sing 631. Grammat. decis. 103. num. 133. Capiblanc. de author. Baron. fol. 211. nu. 127. & 227. tom. 1.* & hoc secundùm *Andr. in cap. Imperialem, num. 78. vers. sed si dominus. de prohib. feud. alien. per Frederic.* vbi *Afflict. in § præterea inter duos fratres, & Cancer. in lib. 2. variar. resolut. cap. 2 nu 93. Dom. Reg. Rouit. in rubr. pragm. de iurisd. inuit. non turband. num. 1.*

2 Quod ampliatur, nequè ad Regia Tribunalia, vt notat idem *Anna in singul 62. & Thorus in suo compend. in verbo Baro, tom. 1.* quod etiam videntur sentire *Giurb. in decis. Siul. 96. num. 22 & seq.* & idem *Cancer. in lib. 3. variar. resol. cap. 10. tit. de content. iurisd. num. 31. & seq.*

3 Hinc est, quòd vasallus nō potest iurisdictionem prorogare, & proindè licet effectus sit contumax, & amittat declinatoriam fori, & sic videatur prorogata iurisdictio, tamen hoc nō procedit respectu Baronis habentis illam cum clausula abdicatiua, ad tradita per *Capye. in decis 9. in 1. limit. & Cresцent. de foro compet. decis. 3. Giurba d. decis 96. nu 19. de Ponte in citato §. 1. nu. 22. Anna singul 120.* prout sic pèr Sacr. Cons. decisum fuisse refert *Fab. de Anna in cons. 107.* in causa Magni Admirati circa remissionem causæ cuiusdā eius subditi contumacis pèr Magn. Cur. Vic. & confirmatum per idem Sacr. Cons. iunctis Regijs Consiliarijs trium Aularum; de qua etiam decisione testatur *Vincent. de Franchis in decis. 417.* vbi ad comprobationem multa posuit in eius *addit. ad d. decis.* sic quoquè iudicatum refert *Castill in decis. 248. tom. 3.* in eo, qui cum alijs deliquerat coràm Principe, & tamen fuit remissus ad Curiam Magni Admirati, prout etiam *Vincent. de Franch. in decis. 722.* de eo, qui offenderat Magn. Cur. Vic. in resistendo ipsius exequutioni, prout etiam post longā discussionem decisum in Senatu fuisse pro Barone, inquit *Thesaur. in decis. 266.* quidquid in contrarium dixerat *de Ponte de laudim. quæst. 24.* quod non erat amplius locus remissioni causæ, quandò Fiscus in cognitione præuenerat, quo non obstante per dictum Senatum fuit contrarium decisū, vt ibi, sed hoc videtur declarare *Minad. in decis. 18.* vbi ait, quòd quando iurisdictio est concessa in vasallos, non circumscripto territorio, nulla iurisdictione per concedentem retenta, quòd tunc fit

4 remissio, non obstante præuentione Regię Curiæ, prout per Sacrum Consilium decisum testatur, secus autem vbi iurisdictio esset territorio circumscripta, vt ibi, licèt aliquando ob grauitatem, & qualitatem delictorum, & causarum, ac ob exorbitantiam aliud requiratur propter publicum bonum, & propter exemplum, nam tunc

5 causæ abdicantur, nec remittuntur ad Curias Baronum seruato tenore priuilegiorū illorum, sed determinantur, facta priùs relatione Domino, & Excellentissimo Proregi Principem repręsentanti in Collaterali Consilio, quòd pro illa vice tantùm, citrà præiudicium priuilegiorum Baronalium, causa remaneat, vel licèt remittatur, prouideri solet, quòd procedatur in Ciuitate nomine Baronis, prout de stilo testatur *Reg. de Ponte de pot. Proreg. tit. de elect. officialium d. §. 1. tit. 3. num. 19. & seq.*

6 In quibus autem casibus vasallus in pręiudicium Baronis possit iurisdictionem prorogare, latè *Capibl. de author. Baron. Boer. decis. 114. Batard. ad Clar. quæst. 42. Grat. decis. Marcb. 78. & 145.* vbi quando in causa appellationis, plenè *Camill de Curte in diuersor. iur feudal. §. quoque potest,* in quibus etiam locis habes quæstionem illam, quando dicatur iurisdictio priuatiuè, vel cumulatiuè concessa.

SVMMARIVM.

1 *Annus intra quem vasallus in feudo succedens, inuestituram petere tenetur, currit à die scientiæ.*
2 *Iuramentum sufficit ad probandum iustissimam ignorantiam.*
3 *Agnatus in Regno si non petat inuestiturā intra annum, & diem, non cadit in commissum, sed soluere debet duplicatum releuium, quod est medietas fructuum feudi illius anni, sublata penitùs pœna deuolutionis.*
4 *Releuium nō debetur ex feudo perueniente ad agnatum iure accrescendi.*

DECIS. CXLVIII.

AD hanc decisionem adde, quòd etsi succedēs in feudo intrā annum, & diem teneatur inuestituram petere, aliàs in commissum incidit per *text.in cap.1. in princ. qua fuit prim.cauf.benef.amitt.* vt tradit *Curt.*
1 *de feud. part 4.cauf.23.num.45.* nihilominùs iste annus non currit nisi à die scientiæ, quæ debet esse probabilis, *glos. in cap.1. quo temp.miles*, & est probanda per Dominum directum, prout sic post longā discussionem resolutū fuisse in Rota Romana, testatur eadem *Rota in decis.795.*
2 *part.4.in nouiss.* subdens, quòd in tali casu stetur iuramento succedentis, quod sufficit ad probandam iustissimam eius ignorantiam, ex *glos.*communiter recepta in *§. namque, in verbo dicit, Instit. de act.* & tradit *Anchar.in cons.174.num.4.vers.iustissima*, quidquid in nostro Regno Neap. in quo aliter practicatur, cùm agnatus si non petierit inuestituram infra annum, & diem, vt dispositum est de iure communi, non per hoc cadit in commissum, & con-
3 sequenter feudo priuatur, sed loco dictæ pœnæ soluitur duplicatum releuiū, vt post *Andr.in cap.sanctimus, vers.sed quaro, quo tēpore miles*,notauit *Grammat.in dec.130. num.124.*quos etiam post multos alios sequitur *Camill.de Medic. in cons.14.nu.16.* prout sic resolutum fuisse testatur *D.Reg. Reuit.ad pragmat.4. de feud. nu.89.& seq.* quòd successor in feudalibus mortuo prędecessore, non tenetur petere inuestiturā, sed soluere releuium, quod est medietas fructuum feudi illius anni, quod si non soluerit infrā annum,& diem, tenetur soluere duplicatum, sublata pœnitùs pœna deuolutionis, quæ imposita erat de iure communi, vt explicat *Prосс. de subfeud. lib.2. auth.3.per tot.*

Circa illam aliā quæstionem, quæ tan-
4 gitur ab *Authore hic*, scilicet an renouatio inuestituræ requiratur, quando feudum ad agnatum peruenit iure accrescendi, adde *Præsid. Ancll. Amat. in consil.14.* vbi pro negatiua parte satis doctè consuluit contra Fiscum pretendentem releuium,& *Capan.de iure releuij, quæst.29. part.4.*

SVMMARIVM.

1 *Testator potest ab hærede stipulari legatario, & fideicommissario.*
2 *Legatarius in re sibi legata pro hærede habetur.*
3 *Promissio facta testatori ab hærede de restituendo alicui hæreditatem, transit in contractum, et probatur duobus testibus.*
4 *Confessio facta in testamento parte præsente, num eo reuocato substineatur.*

DECIS. CXLIX.

CVM opinione nostris *Authoris*,
1 scilicet testatorem posse ab hærede stipulari legatario, & fideicommissario trāsit *Mantic.* post multos in *tract. de tacit. & ambig. lib.14. tit.18. nu 45.* sequutus *Bart.in l.nemo potest, ff.de legat.1.*subdens, *Bartoli* opinionē esse cōiter receptam contra *Ias.in d.l.*cùm
2 legatarius in re sibi legata quodammodò quasi hæres sit, *l.id tempus,in fin.de vsucap.* Hinc est, inquit *Grat. in tom.4. discept.*
3 *forens. cap.650.num.32.* promissionem factam testatori ab hærede de restituēdo alicui hæreditatem transire in contractum, & non requiri plusquàm duos testes.
4 Et circa id, quod quæritur ab *Authore hic*, num confessio facta in testamēto parte præsente reuocetur, reuocato testamento, latè dixi in *decis.127.* quicquid dixerit *Boer. in decis. 353. num.4.* ex *Rom.* quòd confessio prædicta sit irreuocabilis.

SVMMARIVM.

1 *Legatum omnium librorum Iurisconsulti, an libri legales veniant.*
2 *Legatis libris an veniant armaria.*

DECIS. CL.

1 AD hanc decisionem adde *Petr. de Rauenna in singul. 329.* omninò videndum, & hanc decisionē in puncto sequitur *Barry de success. lib.9. tit.de legat.lib.* qui in *nu.5.*
2 ex *Papon.* subdit, legatis libris, armaria etiam, & capsas librorum contineri, si non sint affixa ipsi domo, quicquid aliter senserit *Mascard.de probat.concl.192.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Creditor in diem an possit antè diem agere, remissiuè.*

2 *Creditor in diem si non compareret, diceretur exclusus stantibus proclamantibus, quòd pretendês ius aliquod, vel si aliquis sit creditor, compareat ad deducendum iura sua intrà certum tempus, aliàs intelligatur exclusus.*

Intellige, si incusata sint contumacia. nu. 3.

Declara, in illis rebus in dicto iudicio annotatis, & non in alijs, num. 4.

5 *Proclamata vbi bona alicuius subhastâtur praeiudicat creditoribus, & ius pretendentibus, & non Dominis.*

DECIS. CLI.

1 DVO quaeruntur in hac decisione, primum nempè, si creditor in diem possit antè diem agere. Secundum, si ipse ligetur proclama, quòd praetendens ius aliquod, compareat intra certum tempus ad deducendum iura sua, aliàs intelligatur exclusus.

Quòad primū plenè scripsi in *dec.* 120.

2 Quòad verò secundum, licèt pro opinione *Authoris hic*, quòd talis creditor sit exclusus, si intrà tempus statutum non deduxerit iura sua, teneāt *Bouius de statut. vrb. praescript. glos.* 19. *nu.* 300 *Raudens. de analog. lib* 1. *cap.* 15. *num.* 144. *Rimin. iun. consf.* 564. *Sola ad Constit. Sabaud tit. de form. & solemn. glos.* 1. idem *Surd. dec.* 183. *num.* 19. cùm ipsi non minus quàm puri creditores dicantur, quod amplia, quamuis statutum dicat, quòd si aliquis sit creditor compareat, vt iudicatū refert *Curt. iun. in l.* 1. *ff. si cert. petat. num.* 76. tamen hoc procedere credo, praeuia incusatione contumaciae creditorum non comparen-

3 tium, aliàs secus, quo casu dicta proclamata non solùm non praeiudicarent creditoribus in diem, imò neque puris, vt satis doctè tuetur *Manent. in dec. Mant.* 36. *à num* 24 *vsque ad finem*, subdens, sic saepè fuisse iudicatum in facti contingentia, sic etiam *Sola loco* citato, *num.* 41. & dato

4 quòd essent incusatae contumaciae, tamen illi excluduntur solùm ab illa re subhastata, non autem ab alijs debitoris bonis, vt ex dicta *decis. Manent.*

Sed omnia procedunt solùm in creditoribus, non autem in Dominis, qui semper comparere possunt, & vendicare bona

5 proclamata tanquàm propria, licèt in eis non comparuerint, vt ex traditis per *Peregrin. de iur. fisc. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 102. *& seq. & Author in decis.* 174. *num.* 4.

DECIS. CLII.

DE quaestione ista, quando vulgaris substitutus excludat coniunctum, plenè post *Farinac. in decis.* 463. *Pusar.* omninò videndus in *tract. de substit. quaest.* 53. *per tot.* vbi quasi omnes habes declarationes, cum infinitis alijs *Doctoribus* per eum collectis.

SVMMARIVM.

1 *Testes non obstante scientia testificatorum an de nouo produci possint.*

Et quid si fuerunt visa attestationes per transcursiuam tantùm lectionem, nu. 2.

3 *Iudex an possit ex officio nouos testes recipere, non obstante scientia testificatorum.*

4 *Qualiter autem in praxi hodiè obseruatur.*

DECIS. CLIII.

1 AD hanc decisionem adde notata per *me in decis.* 59. *&* 126. *D. Reg. Rouit. in pragmat.* 2. *de ordin. iudic. nu.* 4. *& mult. seqq. & Menoch. de arbitr. iudic. lib.* 1. *quaest.* 34. ac *Troys. ad pragm.* 2. *de refrenat. test.* ma-

2 ximè si fuerint visae per transcursiuam tantùm lectionem, vt notat idem *Rouit. loco* citato, qui allegat *Gemin. in cap. cùm persona, in princ.* per *glos. ibi, de priuileg. in* 6. *num.* 7. sed plenè *Costa de facti scient. & ignor. dist.* 72. *cent.* 1. *per tot.* vbi multas affert distinctiones, omninò videndus.

3 Verùm ex officio Iudex potest ad fundandam partis intentionem illos recipere, cùm in eo cesset timor subornationis, *cap. cùm clamor, de testib.* iuncta *l. final. C. de appell.* vbi *Bald.* dat cautelam circa hoc, quem etiā sequitur idem *Troys. nu.* 2. quāuis hoc multis modis limitetur, vt per *Ann. in singul.* 332. *&* 423. ac per *Menoch. in loco* citato, & per *Vinc. de Franch. in decis.* 371. *& Thesaur. decis.* 28.

4 Sed in praxi seruatur, quòd si testes fuerunt in termino citati, possint recipi etiam publicatis attestationibus partis aduersae, cum decreto, quòd de eis habeatur ea ratio, quae de iure habenda erit.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter virum, & vxorem, secundũ magis communem iuramento confirmatur, & num.10.*
Intellige, num.17. & 18.
Limita, in confessione dotis recepta, nu.18.
2 *Iuramentum seruandum est non obstante, quòd sit interpositum super cõtractu nullo, contra legis prohibitionem gesto.*
Amplia, quamuis lex, vel statutũ aliter disponeret, num.5.7. & 8.
Intellige, concurrentibus quatuor, num.3, & num.6.
4 Cap. non est obligatorium, de reg. iur. in 6. *declaratur.*
9 *Iuramentum quãdo mutet naturã actum, super quo interponitur.*
11 *Iuramentum dicitur appositum de voluntate partium, non autem de stilo Notariorum, & ideò si reperiatur omissum, nõ potest à Notario suppleri.*
12 *Iuramentum supplet defectum insinuationis.*
13 *Iuramentum supplet defectum Iudicis decreti, & cuiusuis solemnitatis, ac patriæ potestatis.*
14 *Donatio inter patrem, & filium iuramento confirmatur, & num.15.*
Amplia, vt præmoriente filio, illa non reuertatur ad patrem donantem, sed in ea succedãt alij fratres simul cum patre, iuxtà dispositionem Authent. defuncto, C. ad Tertull. *num.16. vbi decisio S.C.*

DECIS. CLIV.

AD hanc decisionem, an donatio
inter virum, & vxorem iuramẽ-
to confirmetur, adde quòd li-
cèt duæ sint opiniones ad inui-
1 cem contrariæ, tamen vera, & communis,
ac maioris pondere, & numero est illa af-
firmatiua, prout communiter *Canonistæ*
in cap. cùm contingat, de iure iur. Panorm.
in cap. donatio, de donat. inter vir. & vxor.
& magis communé dicunt *Biro. conf. 208.*
num.5. lib.3. Roman. conf 44 num.4. vers.
non obstat. Alex. conf. 3. num 3. lib.2. Socin.
in tract. fallent. reg. 104. in 2. fallent Dec.
conf.202. & conf. 240. in princ. Clar. in
§. donatio, quæst. 9 plenè *Couar. in part 2.*
rubr. de testam. num.10. Gabr. commun. con
clus. concl. 3. tit. de donat. Ambar. conf 307.
Io. Ant. Rub. Alexand. conf. 25, num. 5. &
conf. 130. num. 6. Paris. conf. 86. nu. 19 46.
& seq. vol. 3. Silu. conf. 40. num. 20. Billon.
consil. 4. num. 2. Roland. à Valle consil. 98.
num. 51. & 54. vol. 1. & conf. 25. num. 15.
vol. 2. Cephal. consil. 61. per tot. vol. 1. Sfort.
Odd. conf. 24. num. 16. vol. 1. Barthol. Veronensis in caut. 122. & conf. 8. Genuid. commu.
opin. contra commun. quæst. 12. Seraphin. de
priuileg. iuram. priuil. 71. vbi *Add. Mancin. de iurament. part. 4. effect. 40. num. 1.*
Corn. de absolut. iuram. part. 3. quæst. 14.
num. 86. & seq. Gutierr. de iuram. confirm.
part. 1. cap. 3. nu. 7. Laur. Chircor. commun.
opin. conclus. 77. centur. 1. Michael Graff.
lib. 1. cap. 8. quæst. 5. Petr. Cenett. collect. iur.
canon. part. 2. collect. 82. num. 2. Mensynger.
obseru. 33 num. 5. centur. 2. Guyll. pract. obseruat. lib. 2. obseruat. 40. num. 2. latissimè
Cancer. lib. 2. variar. resolut. tit. de donat.
cap. 8. num. 60. dicens, quòd prõ hac parte
Regia Audientia Cathaloniæ consueuit
semper ferre sententiam, & pro hac. alle-
gat singulare *conf. Cels. Hugo. 115. nu. 7. ad*
fin. quod etiam prosequitur *Fachin. lib. 3.*
controuers. cap. 81. facta priùs opinionum
discussione, sic etiam post multos *Borrell.*
in summa decis. lib. 3. tit. 9. de donat. nu. 46.
& 47. Bors. decis. 92. num. 6. Grammat. decis. 103. num. 73 & seq. Capell Tholos. vbi
Aufrer. decis. 261. Milanens. decis. Sicil. 9.
num. 89. lib. 1. Nicol. Vigell. decis. 42. cent. 1.
Peregrin. decis. Patau. 91. num. 16. sic deci-
sum in S.C. refert *Vincent. de Franch. in*
decis. 59. num. 3. sic decisum per Senatum
relatis omnibus opinionibus testatur *Thesaur. in decis. 32. Viu. dec. 421. lib. 3. & 514.*
lib. 4. Farin. decis. 377. tom. 3.

Et hoc siuè donatio à traditione, siuè à
promissione incęperit, vt latè *Sanch. de*
matrim. tom. 1. lib. 6. disput. 11. num. 4.

Et ratio fundamentalis huius commu-
nis opinionis est, quia de Iure Canonico
2 iuramentum seruandum est, non obstan-
te quòd sit interpositum super contractu
nullo, contra legis prohibitionẽ gesto, pro-
ut firmant *Host.* & alij in *cap. quemadmo-*
dùm, de iure iuran. & sequitur *Imol. in l. si*
quis inquilinos, §. fin. ff. de leg. 1. sic etiam
relata contraria opinione post *Marian.*
Socin. Io. Fabr. Io. de Platea, Bart. Bald.
Ang. Salic. Aretin. Hippol Rimin. Io. And.
Io. Monac. Geminian. & alios innumeros
affirmat *Alex. Trentacinq. lib. 2. variar.*
resolut. tit. de iure iur. resol. 1, num. 5. in fin.
vers. ex prædictis patet, subdens, hanc esse
3 veriorem, quod tamen intelligendum est,
concurrentibus quatuor, scilicèt primò,
quòd tale iuramentum possit seruari sine
interitu salutis æternæ, *cap. cùm contingat,*

extra

extra de iure iurand. secundò, quòd non sit contra publicam vtilitatem principaliter, licèt secundariò sic, *cap. si diligenti, de for. compet. l. 1. ff. solut. matrim.* tertiò, quòd nō tendat in alterius præiudicium, quàm iurantis. quia alias esset iniquitatis vinculū, *cap. 2. de pact. in 6.* quartò, & vltimò. quòd non sit contra bonos mores, *cap. non est obligatorium, de reg. iur. in 6.* sed vbi actus, seu contractus non prohibetur à lege, eo quia sit contra bonos mores naturales, nō autem contra bonos mores ciuiles, idest per leges positiuas institutos, vt declarant *Canonist. in d. cap. cùm contingat, Bald. & Modern. in l. pactus, C. de collat.* & in terminis *Socin in cons. 77. num. 16. vol. 1.* tunc
4 iuramentum seruandum esset, quia *d. cap. non est obligatorium* intelligitur de naturalibus, non autem de ciuilibus, vt ex citatis DD. & sic quamuis contractus de iure communi sit nullus, & inualidus, ipse tamen authoritate, & vi iuramenti substinetur, vt probatur in *d. cap. cùm contingat, & in cap. quemadmodum, de iure iuran. & cap. mulieres, eod. tit. in 6. & cap. 2. de pact. in 6.* prout declarat *Paul. de Castr. in auth. Sacramenta puberum, C. si aduers. vendit.* sic etiam *Abb. in d. cap. cùm contingat, & Bart. in l. si quis pro eo, ff. de fideiuss.* sic etiā plenè idem *Alex. Trentacinq. in citata resolut. 1. nu. 5.* addo *Piguer. decis. 134. nu. 3. Cartar. decis. 18. num. 4.* & hoc procedit,
5 quamuis lex, vel statutum vlteriùs prouideat, vt nedùm ad irritationē, imò ad annullationem iuramenti, vt putà quia præscribit formam contrahendi, & ea forma, seu solemnitate non seruata, vult, contractum esse nullum, & iuramentum ei adiectum similiter non valere, quia quoties-
4 cunquè solemnitas illa non sit fundata principaliter, vt dixi, super publica vtilitate, non potest statutum impedire ex mero fauore alicuius obligationem iuramentalem, quæ acquiritur Deo, cùm esset contra *clem. nè Romani; de elect.* vbi inferior non potest superiori legem imponere, prout etiam cū alijs rationibus hoc tuetur *Abb. in d. cap. cùm contingat,* qui imò aduertit, quòd non sit facienda vis, an statutum dirigat verba prohibitiua in personas, aut in
7 rem, quod ampliatur, quamuis statutum vltrà irritationem actus disponeret, quòd in contractu aliter celebrato præsumatur dolus, vel metus, si verisimilis coniectura præsumendi fraudem, dolum, vel simula-
8 tionem non appareret, ad tradita per eundem *Abb.* prout ita sentit *Thesaur. iun. in* decis.

addit. ad suum Genitorem in decis. 66. in fine, subdens, ita determinasse Senatum in quadam causa, & tradit *Thesaur. pater in decis. 223. num. 10.*

Nec huic conclusioni refragatur communis illa DD. regula, dicentiū, quòd iuramentum non mutat naturam actus, sed eam sequitur, & secundum eam censetur, & regulatur, atquè recipit conditiones, & limitationes, quæ illi actui conueniunt, ad *text. in l. fin. C. de non num. pecun. & l. fin. ff. qui satisd. cogant.* prout in simili tradit *Thesaur. in decis. 166 num. 4.* dicens, iuramentum non tollere beneficium excussionis competens ex contractu fideiussionis, subdens, sic per Senatum fuisse determinatum, & proindè dùm donatio inter virum, & vxorem morte confirmatur, accedente tamen iuramento nō mutat naturam contractus, & consequenter non potest dici irreuocabilis antè mortem.

Nam hoc procedit vbicunque per eam interpetrationem iuramentum nihilomi-
9 nùs viribus non euacuatur, sed habet effectum suum, & aliquid operatur, & sic vbi contractus non est incompatibilis cum ipso iuramento, at secus quando iuramentum redderetur inutile, & vanum, & nihil, vel parum operaretur, quia iuramentum sēper addere debet dispositioni, super qua interponitur, & facit valere actū eo modo, quo valere potest, vbi non potest substineri eo modo, quo agebatur, ad *text.* singularem in *l. cùm pater, §. filius matrem, ff. de leg. 2.* etiam in terminis prosequitur notando dictum *text. Alexand. in l. si conuenerit, num. 3. ff. de iurisd. omn. iudic. Bald. in l. 1. col. 8.* & ibi etiā *Salic. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest, Mantic. de tacit. & ambig. lib. 14. tit. 33. num. 3. Gabr. commun. concl. tit. de iure iur. conclus. 10. num. 5.* vbi ait, quòd tunc iuramentum recipit conditiones eiusdē actus, super quo interponitur, quando conditiones tendunt ad validandum ipsum actum, nō autem quando tendunt ad inualidandum, quia tunc ipsas nō recipit, multos ad hoc colligens.

Vltrà quòd hæc fuit quæstio inter *Dec. & Crauett.* nam *Dec.* in citato *cons. 240. & 536.* tenuit hanc opinionem, scilicet talē donationem cum iuramento substineri in vim vltimæ voluntatis, contrarium autem
10 tenuit *Crau. in cons. 102.* .f. quòd hæc donatio valeat à principio irreuocabiliter, & in vim contractus, secundùm quam opinionem contra *Dec.* decisum per Senatum Gracionopol. idem *Crauett.* testatur in *cons.*

conf.245.in fin & eum fequuti funt *Couar. de teftam. part.2 rubr.num.16. & var. refolut lib.2.cap.7 Roland.conf.7.num.14.& conf.77. nu.8 lib.1. Cephal.conf.61.nu.22. lib 2. Add. ad Caftr. confil. 75. lib.2. Alb. conf.4. Purpur.conf.236. Burfat conf.183. lib.1. Gabr.conf 63.lib.1.& in tract. comm. opin.tit de donat. conclus. 3.num.19. Gayll. lib.2. pract.obferuat.obferu.40. Thefaur. decif.32.num.13. Vafq. de fucceff.creat. lib.3. §.29.num.13. Cotta in verbo donatio caufa mortis, Reg. de Ponte conf.19.lib.1. Gutierr. de iuram.confirm. cap.41.nu.8. Fontanell. de pact nupt. clauf.7.par.2.num.62. Confiliar. de Georg. alleg.17. Sanch. de matrim. lib.6. difput.11.num.3. Vin.decif.421. Seraphin. de priuileg iuram. priuil.71.nu.47. Gratian. decif. Marchia 41.* fic pluries decifum in S.C. teftatur *Vrfill.ad Afflict. decif. 315. in fine*, ac in Senatu *Faber in fuo Codice, lib.5. tit.11.definit.1. de donat. inter vir. & vxor, & Vincent.de Franch.decif 59.*

Nec vltimò obftat, quòd iuramentum
cenfeatur appofitum potiùs de ftilo No-
tariorum, quàm de partium voluntate,
quia effe aliquid de ftilo nõ eft in caufa, vt
appofitum non operetur, fed eft in caufa,
vt omiffum à partibus adijciatur, & fup-
pleatur, cùm ab initio contractus cenfea-
tur rogatus Notarius apponere omnes
claufulas, quæ funt de ftilo, ad tradita per
Capyc.decif.159.num,39 & ex *Iaf.in l.certi condtio, §.fi nummos, ff. fi certum petat,*
& in *l. gallus, §.idem credendum, ff. de lib.*
& pofthum. & in *l. vt liberis, C. de collat.*
Afin.de exequut.§.4.cap.2.num.5. Mantic.
de tacit. & ambig. lib.14. tit.3. numer.21.
11 *Mafcard de probat.conclus.*1103 fed iura-
mentum non eft de illis claufulis de ftilo,
quæ à partibus omiffæ à Notario suppleri
poffunt, cùm iuramentũ à partibus omif-
fum fuppleri non poffit à Notario, *Butr.*
in cap.penult. & ibi *Abb.de iure iur.* & hoc
fequitur *Socin. in l. gallus, §. idem creden-*
dum, col.2 & feq. ff. de liber. & pofthum. vbi
etiam fi effet confuetum in contractibus
apponi, vt poft omnes, & alios fic affirmat
Gabr.lib.4.commun.conclus. tit.de confuet.
conclus.3.num.24 fic etiam *Seraphin. de*
priuileg.iuram. priuil.22.num. 100.cum
feq. & Mancin. part.4. effect.252. & hanc
effe veriorem inquit *Graff. de except. ex-*
cept.10. num 49. igitur fi in aliqua dona-
tione illud interpofitum fuerit, cenferi de-
bet de ipfarum partium voluntate adie-
ctum, & non de ftilo Notarij.

Imò tanta eft vis huius iuramenti, quòd
fi talis donatio excederet fummam duca-
torum quingentum, & non fuerit infinua-
12 ta, nihilominùs ipfo interueniente talis
donatio valeret etiam vltrà dictam fum-
mam abfquè infinuatione, prout commu-
nis conclufio *Canoniftarum* eft, vt tradunt
Abb. Anton.de Butr. Io.de Imol. Panormit.
Alciat. & alij in *d.cap.cùm contingat,* idem
Abb. in conf.95. num.3. in 2. & conf.107.
Calder.conf.1.de donat. Alex.conf.4.& pe-
nult.vol.1. vbi refert, ita confuluiffe, *Rol. à*
Valle conf.25.nu.12.vol.2. Bellon.conf.60.
num.19. Alba conf.8.nu 20. Crauett.conf.
118. num.1. Parif.conf.16.num.32.vol.2.
& latiùs *conf.33. nu.45. & conf.69.nu.97.*
vol.3. Dec.conf.31.num.79 lib.1. Reg.de
Ponte conf.84. lib.1. & conf.131.num.30.
lib.2. Corn. de abfolut. iuram. d. quaft.14.
num.85. Seraphin de priuileg.iuram priui-
leg.73. vbi multos alios colligit *Addit.* pro-
ut fic iudicatum refert *Guid. Pap. in decif.*
350. Ioseph.Ludou in decif. Perus.66.nu.6.
Capyc.in decif.159.num.31. fic etiam iudi-
catum teftatur poft infinitos *Peregrin. in*
decif. Patau.91. Vincent.de Franch.in d.de-
cif.59. Barz in decif.25.num.63.& multis
13 *feqq.* vbi etiam tenet, iuramentum prædi-
ctum fupplere decreti Iudicis defectum,
& cuiufuis follemnitatis, fic etiã *Tell Fer-*
nandan l.17. Tauri, num.108. cum feq. vbi
14 ait, fupplere tale iuramentum etiam defe-
ctum patriæ poteftatis, vt quoquè voluit
Vinc de Franch. in citata *decif.59.* dicens,
donationem inter patrem, & filium iura-
mento vallatã valere, fic demum *Caualer.*
in d. lib.2. variar. refol. tit.de donat. nu.57.
Fachin. loco citato, *Seraphin.de priuileg. iu-*
rament. priuileg.22. & 72. vbi etiam *Add.*
Vin.decif.421 & 453.lib.3 Gayll.lib.2 ob-
feruat.38. num.11. Gutierr.de iuram.con-
firm. part.1. cap.4. in princ. qui inter alios
allegat *Iaf.in l. frater à fratre, in 1. lectur.*
num.44 & in *repet.nu.43. ff. de cond.indeb.*
15 dicentem, temerariũ effe ab hac opinio-
ne tàm in iudicando, quàm in confulen-
do recedere, latè etiam *Clarus §.donatio,*
quaft.8. Menoc.de præfumpt.lib.3.præf.29.
num.fin. Cofta de retrotract. monit.12. ad
cap 2. num. 8. & feq. fic pluries in Senatu
decifum refert *Thefaur.* in allegata *dec.32.*
num.10. prout etiam determinatum fuiffe
in Senatu Sebuf. teftatur *Faber in fuo Co-*
dice, lib.8. tit 34. de donat. diffin.1. Peregr.
in d.decif. quidquid in contrarium dixerat
Maccrat. in lib.2. var.refolut.refol.49.n.6.
& mult. feqq.

16 Adeò

16 Adeò vera est hæc conclusio, quòd si filius, cui fuit facta huiusmodi donatio iurata decesserit viuête patre, nô tamen ipsa reuerteretur ad patrem donantem, at in illa succederent alij fratres simul cum patre, iuxtà dispositionem *authent. defuncto, C. ad Tertull.* vt tenent *Th.saur in d. decis. num. 3 Gutierr. in citato loco, nu 8. Vinc. in d. decis. 4 . . lib 2.* prout iunctis duabus Aulis Sacri Consilij hoc fauore fratrum determinatũ fuisse refert *Vinc. de Franch. in d decis. 59 num. 3.* nam si ad donationis validitatem requireretur, quòd donator priùs moreretur, iuramentum nihil operaretur.

17 Verùm intellige omnia dicta in hac *additione* procedere, quando iuramentum generaliter fuerit appositum de non contraueniendo ex quacunque causa, non autem limitatiuè, prout explicant *Barz. in d decis. 25. nu. 63. Peregr. d. decis 91.* & omnes alij, vt supra cit. DD. & *Seraphin. in decis. 1184. num. 14.* vbi sic refert fuisse decisum.

18 Secundò intellige, procedere in mera donatione facta, secus autem si esset confessio dotis receptæ, nam similis confessio non firmatur iuramento, prout firmant post infinitos *Gyll. lib. 2. pract quæst. q. 40. num. 7. Borrell. in summa decis. tit. 9. lib. 3. num. 49 Seraphin. de priuileg iuram. priuileg. 71. & ibi Addent.* plenè *Fontanell. de pact. nupt. cl. sus. 4 glos. vnic. part. 1 nu. 70. & seq. Sanch. z. de matrim. disput. 6.* sic etiã omnes vt supra alij citati DD.

S V M M A R I V M.

1 *Colonus duorum Dominorum quando pro rata teneatur de fructibus respondere.*

2 *Locatio prædiorum diuersarum personarũ an vnica censeatur.*

3 *Emptor à pluribus non tenetur retrouendere, nisi omnibus volentibus.*

D E C I S. CLV.

AD hanc decisionem, an colonus duorum Dominorum pro rata vtrique parti teneatur de fru-
1 ctibus respondere, & quando, latissimè *Costa de port. rata, quæst. 190.* & ibi, quid si inter ipsos locatores pro exactione contenderetur, & subdit, consilium conductoris esse, vt ipse depositum faciat, litatis ambobus locatoribus, quam quæstionem quoque explicat *Caroc. de locat. part. 2. tit. de colono duor. & ead. part. 2. tit. ne lite pendente.*

2 Circa illud aliud, quod dicit *Author hic sub num. 8.* quòd locatio prædiorum diuersarum personarum vnica censetur, vide *Bart. in consil. 195. Io. Vinc. de Anna in alleg. 38. & Grat. tom. 4. discept. forens.*
3 *cap. 715. num. 10. & 11.* prout in emptore à pluribus, quòd non teneatur retrouendere, nisi omnibus volentibus, vt inquit post *Bart. in d. consil. 195.* idem *Anna in singul. 371.*

S V M M A R I V M.

1 *Emptor non debet esse sollicitus, vt pretium rei empta ab exequutore testamentario (cui erat concessa facultas vendendi, vt dictum pretium cõuerteretur in emptionem aliorum prædiorum, vel annuorũ redituum) realiter in dictam emptionem conuertatur, vbi decisio.*

Sed contra, num. 3.

Limita in mutuo, num. 4.

2 *Emens ab exequutore testamentario habente mandatum à testatore, censetur emisse ab ipso testatore.*

5 *Emptor rei minoris, vel Ecclesiæ an, & quando debet esse curiosus de versione pretij.*

D E C I S. CLVI.

COncluditur hic per *Authorem*, quòd emptor non debet esse sollicitus, vt pretium rei emptæ ab exequutore testamentario, (cui erat cõcessa facultas vendendi, vt dictum pretium conuerteretur in emptionẽ aliorum prædiorum, vel annuorum rediruum) realiter in emptionem dictorum prædiorum, vel annuorum introituum conuerta-
1 tur, ad quem adde *Gutierr. in alleg. 1.* qui hanc opinionem disputando tuetur, subdens, pluries pro emptore fuisse decisum, prout decisum etiã refert *Statil. Pacif. decis. 16. post tract. de Saluian. interd.* qui omninò videndi, sic etiam *Giurb. decis. 88. nu. 15. & decis. 79. num. 18. Castill. decis. 205. num. 6. part. 3.* hanc quoque sequitur *Gratian. in tom. 1. discept. forens. cap. 45. nu. 25. & seq. Molin. lib. 4. de Hispan primog. c. 4. num. 20. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 8. tit. 14. num. 10. vers. quartus casus est,* prout etiam in terminis, quòd emptor nõ debet esse sollicitus, vt pretium fauore filiorum in tuto collocetur, tenuit *Rot. Rom.* relata

relata per *Cencium in decis.8.nu.10.& 11. decis.25.num.1. decis.29.nu.1.& decis.287. num.3.& 4. post tract. de censibus*, & ratio communis huius conclusionis est, quia sufficit emptoribus, exequutorem habere mandatũ vendendi in causam expressam, & recipere pretium illorum in illam causam, licèt enim exequutor pecuniam illã dilapidauerit, non tamen nocet emptori-
2 bus, cùm ipsi vigore dicti mandati dicantur emisse ab ipso mandante, aliâs emptor remaneret deceptus ex potestate data exequutori,& fide, quam de eo habuit, ad tradita per *Castr. in l. si pretium, C. de procurator.* vt dicit *Statil. Pacific. in locis* citatis,& *Gutierr. in d. allegat.* eò magis, quia istud onus fuit appositum exequutori, non autem emptoribus, & sibi imputetur, qui talem elegerit exequutorem.

Quod procedit, quamuis testator dixerit, vt de pretio illorum satisfieret suis creditoribus, vt est casus dictæ *decis. Statil. Pacific.*

3 Licèt contra hanc decisionem expresse iudicatũ fuisse in Senatu referat *Manent. in decis. Mant. 31. num.24.* prout etiam tuetur in *cons.17. lib.1.* sic quoque *Roderic. de ann reddit. lib.1. quæst.14. num.42. vers. & hoc est generale, quòd creditor debet esse curiosus, Peregr. in cons 82. vol.4.* sed Ego non recederem à priori opinione in facti contingentia, cùm DD. allegati per *Ma-*
4 *nent.* loquantur in diuersis casibus, scilicet in mutuo, in quo speciale est, vt con-
5 stet de versione. Quando autem emptor debet esse curiosus de versione pretij rei minoris, vel Ecclesiæ, latè *Ludouis. in decis. 511.* & ibi *Beltram. in addit. Parmæ. decis. 681. part.2. Seraphin. decis.366.* & ibi quando alienatio rei fieret ex causa voluntaria, vel necessaria.

S V M M A R I V M.

1 *Rei vendicatio competit venditori, stante pacto, quòd pendente pretij solutione dominium non transferatur, si pretium nõ fuerit solutum, num.6. vbi decisio Sacr. Consil.*
Limita, si fuerit petitum pretium, nu.11.
Sed contrarium, num.12.
2 *Emptor pretio non soluto fructus suos non facit.*
3 *Pactum, quòd pendente pretij solutione dominium non transferatur, est de natura contractus venditionis.*
4 *Dominium non abdicatur à venditore pendente pretij solutione, supposito pacto prædicto.*
Amplia, etiam stantibus clausulis, ad habendum, tenendum, & possidendum, cum constituto, & iurium omnium cessione, & trãslatione tàm vtilium, quàm directorum, num.5.
Amplia, quamuis res reperiatur penès tertium possessorem, num.7.
6 *Venditio cum tali pacto locatio est pendente solutione pretij.*
8 *Emptor alicuius rei cum hoc pacto, non potest super eâ censum imponere, & si fuerit impositus, erit nullus, & potest agi ad pretij restitutionem.*
9 *Venditor supposito pacto prædicto antè pretij solutionem poterit rem alteri vendere, absque pœna falsi, nec competeret primo emptori remedium spolij, & recuperandæ, & num.10.*
13 *Remissio mercedis fieri non debet, si vendita esset res cum pacto, quòd pendente pretij solutione res dicatur locata, vbi decisio Sacr. Cons.*
14 *Pactum, quòd pendente pretij solutione dominium non transferatur, resoluitur in quandam specialem hypothecam.*
15 *Venditio cum pacto prædicto dicitur pura.*
16 Text. l. procurator, §. plenè, ff. de tribut. act. declaratur.
17 Alex. consil.121. lib.5. *ad intelligentiam* text. l. sicut emptio, §.1. ff. locat. *reprehenditur.*

D E C I S. CLVII.

NON minus vtilis, & in praxi versata, quã perardua est quæstio ista, de qua noster *Author hic*, scilicet an pactum in venditione appositum, quòd pendente pretij solutione dñium nõ trãsferatur, operetur eius effectu retentionẽ ipsius dominij, ita vt pretio non soluto competat venditori rei
1 vendicatio, pro cuius resolutione prima facie videretur affirmandum per *text.* satis apertum in *l. procurator, § plané, vers. sed si res, ff. de tribut. act.* cum quo concordat *text. in §. pretio, Instit. de empt. & vend.* vbi emptio non dicitur absque pretio, & licèt DD. intelligant quòad incertitudinẽ pretij, tamen ibi *glos.* quòad vtrumque dicit, scilicèt quòd pretium sit certũ, & quòd
2 sit in pecunia numerata, nam pretio non soluto emptor fructus facere non potest. *l. fistulas, §. qui fundum,* vbi notat *Bart. ff. de contrah. empt.* & facit *text. in l. Iulianus, §. offerri,*

§. offerri, ff. de act. empt. cum alijs simili-
3 bus concordantibus, vndè ex his videtur,
hoc pactum esse de natura ipsius contra-
ctus venditionis, vt determinat *Bald. in rubr. C. de contrah. vel empt. 13. quæst.* per
quam decreuit S. C. teste *Afflict. in decis.*
4 338. & successiuè pretio nõ soluto, domi-
nium nunquàm abscessit à posse vendito-
ris, vt tradiderunt *Camill. de Medic. consil. 301. Io. Franc. de Ponte de potest. Proreg. tit. 8. §. 3. Vinc. de Franch. in decis. 506. & decis. 540. Gratian. decis. Marchia 13. à nu. 1. vsque ad num. 6. Amat. decis. Marchia 6. num. 3. Merlin. decis. Lucens. 33. num. 41.*
& si dubitet *Anna in singul. 372.* pulchrè
Manent. in consil. 129 impresso post suas
5 decisiones, vbi inter alia dicit, quod non
est facienda difficultas in tot clausulis ap-
positis in instrumento, nempè illæ, *ad habendum, tenendum, & possidendũ, & quicquid, & cætera, cum constituto, & iurium omnium venditoris cessione, & translatione tam vtilium, quàm directorum*; cùm
per tale pactum reseruationis dominij nõ
trãsferatur nisi vtile dominium in empto-
rem, ex quo illa emptio resoluitur in con-
tractum emphyteuticum, tot clausulæ nè
sint frustratoriæ positæ, si non possint ob
illud pactum omne dominium transferre,
tamen habiles sunt ad transferendum vti-
le tantùm. quod etiam videntur sentire
Surd. in decis. 305. num. 32 & Mantic. de tacit. & ambig. lib. 2. tit. 2. nu. 14. dicentes,
6 quòd interim locatio est, ità quòd si pre-
tium nõ soluatur, datur venditori rei ven-
dicatio, ad *text. l. 2. ff. de leg. commiss. & d. l. procurator, §. sed si res, ff. de tribut. action.*
vt etiam in terminis tradit *Rota Romana in decis. 728. circa finem, vers. nec refragatur, part. 4. in nouiss.* & ita fuit per S.C. ad
relatiónem Reg. Consil. D. Francisci Sauij
decisum in causa Notarij Felicis Vlmi, &
iterùm iunctis duabus Aulis ad relationẽ
Reg. Cons. Varellæ in causa Pompei Bouij
cum Marchione de Tertia, penès Sarrum
Actor. Magistr. sic quoquè nouissimè vo-
luit *Marta in cons. 166 nu 22. & 23.* adeò
7 vt hæc reseruatio operetur etiam contra
tertium, vt ille non possit acquirere ius li-
berũ, ad tradita per *Tiraquell. de retract. consang. §. 1. glos. 2. num. 39. in fin. & Corn. cons. 297. num. 3* hinc dixit *Cene. de censib.*
8 *part. 1. cap. 2. quæst. 3. artic. 4.* quòd emptor
rei cum hoc pacto non potest super ea
censum imponere antè pretij solutionem,
& si fuerit impositus, erit nullus, & sequitur
Gratian. in decis. Marchia 13. vbi ait, quòd
hoc casu potest emptor dicti annui cen-
sus agere ad pretij restitutionem tanquàm
super re non libera, hinc etiam dixit *Surd. in decis. 220. num. 16.* ad notata per *Bald. in l. quoties, num. 2. C. de rei vendic.* quòd si
9 pretium non fuerit solutum, possit vendi-
tor rem illam alteri vendere absquè pœna
falsi, quod etiã videtur affirmare *Bertazz. in cons. crim. 540. lib. 2.* vbi Dominus ven-
dens rem reseruato dominio, & posteà il-
lam locans emptori, non committit vsurã,
10 sic etiam *Magon. in decis. Lucens. 31.* vbi
si vẽditor elapso tempore solutionis pre-
tij alteri vẽdiderit, quod illi primo empto-
ri non competeret remedium spolij, & re-
cuperandæ possessionis contra secundum
emptorem.

Sed hoc limitatur, quotiescunque pete-
11 retur pretium, quo casu non poterit ven-
ditor ad rem agere, quia petitio pretij se
non compatitur cum resolutione contra-
ctus, vt tradit *Paul. de Castr. in l. 1. sub n. 9. C. de pact.* & post eum *Manent. in consil. praecit. num. 7. 8. & seq.* nam qui vult præ-
tium, vult, vt contractus firmus maneat, cũ
non possit habere rem, & pretium.

Contrarium tamen verius semper exi-
12 stimaui, scilicet quòd hæc reseruatio do-
minij, illius retentionem non operetur, sed
solùm specialem rei venditæ hypothecã,
& hoc tanquàm iuris terminis magis con-
sonum, quoniam si vera esset contraria
opinio, sequeretur quod si pendente solu-
tione res vendita periret, cederet in dam-
num venditoris, dominium reseruantis,
quod esset absurdũ, & contra *text.* expres-
sum, & ad hoc singularẽ in *l. sicut emptio, cum glos. & l. seq. ff. locat.* vbi disponitur,
quòd si vendidi rem pro certo pretio, cum
pacto, vt solutione pendẽte res vendita di-
catur locata, non per hoc desinit esse em-
ptio, & vẽditio, nam si res perierit, in dam-
num emptoris, & sic conductoris, & non
in damnum venditoris, & sic locatoris ce-
13 deret, & proinde (inquit *ibi I.C.*) remissio
mercedis fieri non debet, prout decreuit
S.C. in quadã causa piscium, patrocinan-
te R. P. D. Antonio Mele tunc Aduocato,
nunc Clerico Regulari, penès Carbonum,
de quo *text.* obstupuit *Boss. de remiss. merced. num. 102.* vbi inquit, hoc esse multùm
notandũ, nam quilibet non viso dicto *text.*
contrariũ diceret, vt etiã tradit *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4 tit. 24. nu. 18.* cùm res
Domino pereat, *l. pignus, de pignor. actio.*
& facit etiam *text. in l. serui emptio, ff. de perse. & commod. rei vendit.* nam si domi-

nium

nium non esset translatum, non poterit di-
ci vẽditio, inquit I.C. in l. cum manu sata,
§. fin. ff. de contrah. empt. sed potiùs con-
tractus locationis, vel alterius generis, di-
cit ibi glos. & sic dicta reseruatio videtur
contradicere ipsi venditioni, vt in specie
Rota apud Cene. decis. 2. num. 4. post tract.
de cens. cùm intentio venditoris non
sit nisi rem vendere, & pretium habere,
vndè quando reseruatur dominium tem-
pore, quo emptor pecuniam non habet,
non fit propter aliud, nisi vt securus rema-
14 neat pro pretio, & sic habendi rem vendi-
tam specialiter hypothecatam, ad hoc vt
præferatur creditoribus emptoris, sine qua
esset posterior, ad text. l. licèt, C. qui potior.
in pignor. habeant. vt satis doctè probat
Couar. lib. 3. variar. resolut. cap. 11. Cepoll.
caut. 125. post med. Thesaur. lib. 2. qq. forens.
quæst. 74. in princ. prout sic fuisse in Rota
Romana decisum refert Gratian. tom. 1.
discept. forens. cap. 175. num. 12. & seq. ac
tom. 3. cap. 523. vbi ad partes hanc opinio-
nem tuetur, respondendo multis contra-
rijs, subdens Rot. Roman. in vna Roma-
na Affictus 23. Iunij 1606. declarasse, talẽ
reseruationem dominij nihil aliud opera-
ri nisi specialem quandam hypothecam,
per quam reseruans præferatur cuicunque
creditori anteriori, vt etiam voluit tom. 4.
cap. 730. ac tom. 5. cap. 900 num. 15. & 16.
& sequitur Marta voto 43. in fin. idè Cene.
in d. decis. num. 7. Farinac. decis. 138. nu. 2.
tom. 2. in posthum. Reg. Rouit. decis. 7. & latè
hanc partem tuetur Fontanell. de pact. nu-
ptial. claus. 7. glos. 2. part. 9. num. 14. in fine,
prout sic decisum fuit in Regia Iuncta
coràm Illustrissimo D. Visitatore generali
ad relationem eminẽtissimi viri Casanate
Præsidis Regiæ Cameræ Summariæ, nunc
meritissimi Regiam Cancellariã Regentis
in causa Palottæ Barlettę cum illis de De-
gno, penès Hieronymũ de Donato Actua-
rium dictæ Regiæ Cameræ, vbi dùm pro
parte venditoris in concursu creditorum
emptoris fuisset petita rei vendicatio cu-
iusdam rei venditæ, stante pacto reserua-
tionis dominij, tandem fuit dictum, quòd
procedatur ad venditionem, & in pretio
audiatur, & hoc nõ sine ratione, quoniam
sequuta traditione, emptionis contractus
resolui non potest prætextu pretij non so-
luti, l. inciuile, iuncta glos. ff. de rei vendic.
vt in specie quòd non sit locus rescissioni,
etiam stante pacto prædicto reseruationis
dominij, tradit Corn. cons. 293. col. 3. in
princ. lib. 3. in emptione enim prædicta
omnia concurrunt requisita, scilicèt res,
pretium, & consensus, vndè si pretium fue-
rit à principio conuentum, quamuis dila-
tata eius solutio, non tamen potest dici,
non esse factam venditionẽ, cùm contra-
ctus perfectus esset, & dominium transla-
tum in personam ementis, vt latè Fachin.
lib. 2. controuers. cap. 32. vers. secundò aut
dicimus, licèt pretium non sit numeratum,
paria enim sunt, pretium solutum fuisse,
vel habitam esse fidem de pretio quòad
dominij translationem, §. vendita, Instit.
de rer. diuis. cùm sufficiat pretium esse cer-
tum, § pretium, Instit. de empt. & vend. l. 2.
C. eod. tit.

Imò non potest negari, talem venditio-
15 nem etiam cum hoc pacto non esse pu-
ram, vt ex text. & glos. d. l. sicut emptio, &
glos. in l. statuliber 38. ff. ad leg. falcid. pro-
ut etiam voluerũt Couar. in citato cap. 11.
nu. 6. Mantic. de tacit. et ambig. lib. 4. tit. 29.
num. 3. Vinc. de Franch. in allegata decis.
506. num. 3. Gratian in citato cap. 175. nu.
11. dominium autem purę venditionis est
penès emptorẽ, cùm illud in suspenso sta-
re non possit, ad text. singularem in l. si ex
duobus, §. sed & Marcellus, ff. de in diem
adiect. l. final. C. commun. prædior. Fachin.
lib. 4. controuers. iur. cap. 88. vers. posterius
sententia, igitur.

Nec obstat quicquid multi dixerunt,
quòd stante pacto prędicto cõtractus ven-
tionis resoluatur, quia id procedit, quan-
do essemus in pacto legis commissoriæ, ad
tex. in l. 1. & 2. ff. de leg. comm. l. item si pre-
tio, ff. locat.

Minus quoq; refragatur text. d. l. procu-
16 rator, §. planè, ff. de tribut. act. quia ille lo-
quitur in casu, quo venditor noluit fidem
de pretio habere, credens statim emptorẽ
sibi soluturum, ibi in creditum non iuit,
scilicet fidem de pretio nõ habuit, vt post
glos. declarat Franc. Stephan. decis. 68. sic
etiam Io. Franc. de Ponte in cons. 70. n. 32.
at secus quando venditor scit, emptorem
pecuniam præ manibus non habere, & di-
latat eius solutionem, cùm tunc fidem de
pretio habere dicatur, l. si quasi, ff. de pi-
gnor. actio. & tradit Grass. de exception. ex-
cept. 13. num. 35. quæ dilatatio loco pretij
habetur, ex quo cariùs vendidit, ad tradi-
ta per Scacc. de camb. §. 1. quæst. 7. part. 2.
ampliat. 8. nu. 162. & d. §. 1. quæst. 7. part. 1.
num. 80. vers. comprobatur tertiò, in fine,
& vers. comprobatur quartò, Tiraquell. de
retract. lignag. §. 1. glos. 18. num. 3. imò tex.
prędictus d. §. planè penitùs intellectus pro
hac

hac opinione facit, cùm enim venditor, ibi *qui in creditum non sunt*, excludatur ab exceptione indemnitatis, & in tantū vendicari possit, in quantum indemnitas sibi non permittatur, ad *text. in l. si diligenter, ff. mandat* & contra verum dominum vendicantem non detur aliqua exceptio siuè oblationis pretij, siue indemnitatis, cùm aliàs cogeretur vendere rem suam, contra *l. nec quasi, ff. de rei vendit. l. non enim, & l. denique, ff. rer. amot.* cùm nullus regulariter nec vendere, nec emere cogatur, nec locare, nec donare, nec alia similia facere, *l. nec emire, C. de iur. delib. l. inuitum, & l. dudum, C. de contrah. empt. l. sicut, C. de action. & oblig. l. inuitos, C. locat. & l. quamuis, C. de pignor. act.* cum concord. *in glos.* necessariò sequitur ex prædictis, dictum dominium reseruatum non operari effectiuam illius reseruationē, vt verba sonant, sed resolui in dictam specialem hypothecam vice promissionis prædictæ indemnitatis, cuius etiam sensus fuit *Balduin in d. §. vendita, Instit. de rer. diuis.*

Et deniquè non obstat *cons. Alex. 121. lib. 5.* qui conatus fuit respondere *d. l. sicuti*
17 *emptor, §. 1. ff. locat.* dicens, *text.* illum non supponere, fuisse translatum dominium, & possessionem, sed solùm illud fuisse prorogatum ad tempus finitæ locationis, & sic pretij soluti, & quamuis interim periculum spectaret ad emptorem stante perfecta emptione. *glos. d. §. 1.* tamen hoc erat respectu consensus interuenientis in venditione, putà qui sufficit, vt periculum ad emptorem spectet, cùm nō requiratur rei traditio, *§. cùm autem emptio, Instit. de empt. & vendit. l. necessariò, ff. de peric. & commod. rei vendit.* non autem respectu possessionis, quæ intelligitur tradita ex causa locationis.

Nam respondetur, quòd si dominium, & possessionem locator, & vēditor sibi retinuisset, sequeretur quòd semper ipse venditor, & locator teneretur obligatus ad præstandam patientiam fruendi, imò ad faciendam rem locatam vti frui, quæ est tota obligatio locatoris, vt per *Carroc. de locat. 4. part. tit. de euict.* quod non est verum, & contra dispositionem *d. l.* quæ absolutè negat, locatorem, & venditorem obligari, vt etiam tradit *ibi glos. in vltim. vers.* vnde necessariò dicendum erit, tale dominium fuisse translatum in emptorē titulo emptionis, & venditionis, non autē locationis, prout tenet *Boss. de remiss. merced. conduct. num. 102. & Surd. cons. 198. num. 28.* latè *Roderic. de ann. reddit. lib. 3. q. 7. nu. 76.* subdens, falsum esse prædictum *cons. Alex.* sic etiā *Grat. tom. 4. discept. for. cap. 730 num. 24 & tom. 3. cap. 523. nu. 17. & 22.* cùm talis locatio tanquàm accidētalis non sit habenda in consideratione, vt in terminis inquit *Dec. cons. 311. num. 4. circ. med. & Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 25. num. 6. & 7.*

SVMMARIVM.

1 *Statutum, quòd elapsis 20. annis creditores petentes eorum credita non debeant audiri, non est seruandum, quando debitor esset in mala fide.*
Contrarium, num. 2.
Sed prima opinio verior, num. 4. maximè vbi debitum esset iuratum.
3 *Emphyteuta an præscribat solutioni canonis.*

DECIS. CLVIII.

1 Statutum, quòd elapsis 20. annis creditores petentes eorum credita nō debeant audiri, non esse seruandū, quando debitor esset in mala fide, cōcludit *Author hic*, ad quem adde *Menchac. de success. creat. §. 1.* qui plenè explicando hanc materiam hoc tuetur, cùm huiusmodi statutum tanquàm genitiuum peccati præbeat materiam peccati debitori, qui est in mala fide, sciens se esse debitorem, vt etiam latè *Gutierr. in repet. l. nemo potest, de legat. 1. num. 480. cum seq.* etiā in vniuersali successore probat *Balb. de præscript. 2. par. tertiæ partis principalis, quæst. 14. nu. 4.* & in specie *Rebuffan tract. de mercat. minut. venden. art. 1. glos. vltim.*
2 *num. 3. & 4.* quidquid in contrariū videatur affirmare *Thesaur. decis. 114. & decis. 179. & ibi eius filius in addit.* quòd em-
3 phyteuta. præscribit canones præteritos aduersus Dominum directum, vbi sic in pluribus causis decreuisse Senatum probatur, concurrente tamen tempore 30. annorum, quod etiam post multos admittit *Amic. de iure emphyt. quæst. 52.* & in specie in materia præscriptionis statutariæ voluit *Cancer. lib. 1. variar. resolut. cap. 15. tit. de præscript num. 6. 7. & seq.* ea ratione, quia non dicitur propriè præscriptio, sed potiùs pœna legalis inducta in odium creditoris non petentis, & sic debitor nō dicitur liberari præscriptione, sed pœnali dispositione statuti, subdēs hanc esse communē.

Sed

Sed pro opinione nostri *Authoris hic*
4 latè *Ludouis.d.c.Rot.Roman*.419. sed melius *Scacc. de commerc. §.1. quæst.7.par.2. ampl.19. nu.135. per tot.* qui hoc indistinctè admittit, quando debitum esset iuratum, vbi multas decisiones Rot. Roman. adfert, omninò videndus, in quam opinionem tanquàm tutiorem videtur etiam inclinasse *Cancer d.cap.15.num.9.in fin.* vbi relatis omnibus cõtrarijs subdit, prior tamen intellectus mihi magis quadrat.

S V M M A R I V M.

1 *Solemnitates inuestituræ in nostro Regno sunt sublatæ respectu agnatorũ, & aliorum successorum, secus autem respectu emptorum.*

2 *Annus concessus à Regia Pragmatica emptoribus ad præstandum iuramentum fidelitatis, an currat statimatque fuerit expeditum priuilegium assensus in forma Regiæ Cancellariæ, quàmuis priuilegium fuisset expeditum infra biennium, remissiuè.*

3 *Ratificatio æquiparatur mãdato in ijs, quæ exigunt speciale mandatum.*

D E C I S. C L I X.

1 AD hanc decisionem adde, quòd solemnitates inuestituræ in nostro Regno sunt sublatæ, quã in feudo succedunt agnati, vel alij successores, vt notat *Andr.in cap.1.§.feudum, quib.mod.feud.amitt.pot* & post eum latè *D. Reg. Rouit. in pragmat.26. de feud. num.* 10. secus autem, quando feudũ alienaretur, quia tunc emptor teneretur infra annum expedire literas assecurationis vasallorum, & præstare iuramentum fidelitatis post expeditionem priuilegij assensus in forma Regiæ Cancellariæ, iuxtà dispositionem dictæ *Pragmaticæ*, vbi *D. meus Reg. Rouit.* doctissimè, vt more suo, examinat controuersiam illam, quæ cadit in di-
2 cta *Pragmatica*, scilicet nunquid annus concessus à dicta *Pragmatica* emptoribus ad præstandum iuramentũ fidelitatis, currat statimatque fuerit expeditũ priuilegiũ assensus in forma Regiæ Cancellariæ, quãuis dictum priuilegium fuisset expeditum infra biennium, concludens pro affirmatiua cum multis decisionibus Reg. Collat. Cons. respondendo multis contrarijs, omninò videndus.

3 Circa verò illud aliud, quod dicit *Author hic*, quòd ratificatio æquiparatur mandato in ijs, quæ exigunt speciale mandatum, adde *Dec. in l semper qui non prohibet, num.7. & 8. de regul.iur. Tiraquell. de retract.consanguin. §.1.glos.10. nu 61. Alex.cons.146.num.3.vol.5.* idem *Author decis.215.num.6. Schrader.de feud part.4. cap.1. num.69. & part.6. cap.3. num. 52.* eleganter *Polydor.Rip. obseruat.123. in fine*.

S V M M A R I V M.

1 *Emphyteusis Ecclesiæ an veniat in generali obligatione fauore dotis.*

2 *Emphyteusi aperta Domino an intelligatur absque onere.*

Affertur distinctio num.3.

Limita, si Dominus à principio consenserit obligationi, num.5.

4 *Resoluto iure datoris ex causa voluntaria, resoluitur seruitus, & hypotheca.*

6 *Emphyteuta cadens à re emphyteutica ob eius culpam, perdit etiam meliorationes, vbi decisio S.C.*

Limita, si tertius meliorasset, cùm ille non obstante deuolutione, nõ perderet, vbi decisio S.C. num.7.

8 *Aedificium quando cedat solo.*

9 *Dominium vtile, quod est penès emphyteutam Ecclesiasticum, an sit quid Ecclesiasticum, vel priuatum.*

D E C I S. C L X.

DVO quæruntur ab *Authore hic*, primum nempè, si emphyteusis Ecclesiastica veniat in generali obligatione fauore dotis sine licentia Domini, secundum verò, si dominium vtile, quod est penès emphyteutam Ecclesiasticum sit quid Ecclesiasticum, vel priuatum.

Quòad primum iam scripsi in *decis.93.*
1 *num.9. & 10.* vbi affirmatiuam opinionẽ tenui, qua supposita incidit alia quæstio, quid si res aperiatur, & deuoluatur directo Domino, an per hoc mulier possit recurrere super ea pro recuperatione dotis, &
2 videtur dicendum, quòd non, quia libera ab omni obligatione Domino aperitur, text. singularis est in *l. lex vectigali, ff. de pignor.* vbi notat *Bald. in 1.not.* quem pro singulari notat *Camill. de Medic. in consil. 166. num.121. & seq* verùm pro pleniori
3 intelligentia distinguendum est, quòd aut res emphyteutica peruenit ad Dominum

non

non iure directi dominij, sed vti priuatum,
quia emit, vel in solutum accepit ab em-
phyteuta, & tunc transit cum onere hypo-
thecæ, aut verò iure directi dominij, quia
res incidit in commissum, vel finita fuit li-
nea, vel ex alia legitima causa, & tunc ipsa
aperitur libera ab omni hypotheca, prout
cōmuniter voluerūt *Bald. in d.l. lex vecti-
gali, Iaf. in l. fin.* C. *de iur. emphyt. num.* 117.
& mult. seqq. Corbul. *de iur. emphyt. in tit.
de caus. priuat. ob non solut. can. ampl.* 34.
per tot. Tusc. tom. 3. lit. E. concl. 212. *&* 10.6.
lit. R. concl. 272. *nu.* 17. latè *Amat. cons.* 10.
subdens, sic fuisse decisum, prout quoquè
plenissimè *Fabius de Anna cons.* 81. *lib.* 1.
Amic. de iur. emphyt. quæst. 18. *Boer. decis.*
181. *Seraphin. decis.* 1290. *num.* 13. *Frece. de
subfeud. lib.* 2. *author.* 29. *num.* 9. & in ter-
minis, quòd nec fauore dotis subsitineatur
obligatio, licèt maritus nihil aliud habeat,
voluit *Pinell. de bon. matern. l.* 1. *part.* 3. *nu.*
72. cùm resoluto iure datoris resoluatur
ius acceptoris, vbi tamen ab initio inest
resolutionis facultas, vt dicunt citati DD.

Nec obstat, quòd si res incideret in cō-
missum culpa emphyteutæ, scilicèt in non
soluendo canonem, resolutio esset volun-
taria, non autem necessaria, quia sufficit,
vt ab initio inesset facultas resolutionis,
cùm etiam resoluto iure datoris ex causa
4 voluntaria resoluatur seruitus, vel hypo-
theca desuper contracta, vt ex dicto *con-
silio Amati*, prout in vasallo fidem Domi-
no non adimplente, licèt resolutio ex sua
voluntate oriatur, tamen cùm ab initio
inesset, resoluitur omnis hypotheca; vt latè
Guid. Pap. in decis. 575. *Iacob. de feud. in
verb. qui quidem inuestiti, num.* 62 *vers. ad
argumentum, Bertrand. consil.* 3. *num.* 58.
vol. 3. idem *Fab. de Anna* allegato *cons.* 81.

Quæ tamen intelligenda sunt, quando
à principio dictæ obligationi, & hypothe-
5 cæ Dominus non consenserit, alioquin nō
resolueretur dicta hypotheca creditoris,
etiam si res deuolueretur ad Dominum
iure directi dominij, vt declarant *Addent.
ad Guid. Pap. in d. decis & Boer. d. dec.* 181.
num. 4. 5. *&* 6. vbi etiam in feudo ad Do-
minum deuoluto.

Amplia, supradictam primam cōclusio-
nem procedere etiam quòad melioratio-
nes super re emphyteutica factas, cùm
illæ etiā ad Dominum deuoluantur, dum-
6 modò ex culpa, & delicto emphyteutę de-
uoluatur emphyteusis, vt latè *Vincent. de
Franch. in dec.* 191. *per tot.* vbi refutat opi-
nionem *Fulgos. in cons.* 9.

Quod tamen intellige, quando ipse em-
7 phyteuta meliorasset, secus autē si aliquis
tertius, quia tunc nō obstante dicta deuo-
lutione tertius ille non perdit melioratio-
nes, prout plenè *Anton. de Amat. variar.
resolut. resol.* 3. *per tot.* & signanter à *nu.* 76.
vsque ad finem, & ad hoc faciunt scripta
per *D. de Ponte in dec.* 4. ac per *Alb. Man-
dell. in cons.* 210. omninò videndum, prout
sic in hanc opinionem inclinauit Sacrum
Consilium in causa Angelæ de Ferraro, vt
in Bāca Fabritij Verusij, in qua dùm com-
paruisset Margharita Spissa vxor emphy-
teutæ post sententiam relaxationis (quam
obtinuerat prædicta Angela directa Do-
mina,) & opposuisset, non posse procedi
ad relaxationem, nisi priùs solutis melio-
rationibus per eam de pecunia dotali fa-
ctis in dicta re emphyteutica, per S.C. post
maximam discussionem fuit dictum, benè
fuisse prouisum per Sacrum Consiliū, ve-
rùm respectu prætensorum per Margharī-
tam Spissam infrà quatuor dies audiantur
partes, sic etiam in creditore mulieris de-
creuit Sacrum Consiliū in causa Pruden-
tiæ Aurea cum Monasterio Incoronatorū
Camaldulensium, ad relationē Reg. Cons.
Octauij de Piccolellis, penes Romanum
pro Ferrarijs.

Nec in hoc obstaret motiuum illud,
quòd ædificium cedat solo, nàm id pro-
cedit respectu proprietatis ipsius, quia
demoliri non potest, cùm publicæ inter-
sit, ædificia ad Vrbis decus non destrui,
l. 2. C. *de ædific. priuat. l. Prætor, §. hoc in-
terdictum, ff. de nou. oper. nunciat. Gratian.
tom.* 1. *discept. for. cap.* 32. *num.* 10. latè *Au-
thor* noster in *decis.* 78 & ibi DD. per me
notati, non autem cedit solo respectu ex-
pensarum, quę necessariæ, vel vtiles admo-
dùm sint, vt pretium amittat is, qui melio-
rauit, vt ex traditis per *Giurb. in Consuet.
Messan. cap.* 15 *glos.* 13. *nu.* 4. & in *decis.* 63.
nu. 19. *& Thesaur. lib.* 1. *qq. forens. q.* 71.

9 Circa verò secundum plenè scripsi in
decis. 1. vbi opinionem nostri *Authoris hic*
cùm multis cōprobaui, & videas in dicta
decis. 1. à *num.* 1. *vsque ad num.* 7.

SVMMARIVM.

1 *Falsa demonstratio quando vitiet dispositionem, remissiuè.*

Et quid in cōtractibus, an falsa demonstratio vitiet, num. 2.

Et quid in legato pio, num. 3.

DECIS. CLXI.

1 De hac quæstione, quando falsa demonstratio vitiet dispositionem vide eundem *Authorem in dec.337.& ibi* scripta per *me*, ac *Galgan.in tract. de condit. & demonstr. part.2. cap.2. quæst.1.* vbi plures habes di-
2 stinctiones, & quid in contractibus, plenè idem *Galgan.in quæst seq.* & quid in lega-
3 to pio, an habeat priuilegium, vt clausula taxatiua resoluatur in demonstratiuam, latè *Rouit.in decis.57.*

SVMMARIVM.

1 *Filij in conditione positi regulariter non dicuntur dispositiuè vocati.*
2 Glos.in l.Lucius 2. ff.de hæred. instit. *procedit tàm in descendentibus, quàm in transuersalibus.*
3 *Filij in conditione positi censentur dispositiuè vocati, quando sunt de descendentibus testatoris.*
4 *Item si testator digressus esset ad plures gradus substitutionum.*
5 *Item si exprimeretur qualitas masculinitatis.*
6 *Item si grauarentur.*
7 *Item si expressè testator vocauerit filios substituti, vel alterius remotioris gradus.*
8 *Item si pluriès fuissent positi in conditione.*
9 *Item si sine filijs legitimis, & naturalibus ex legitimo matrimonio procreatis.*
10 *Item si in defectum legitimandorum vocati essent filij naturales.*
11 *Item si fuissent positi in conditione ratione conseruationis agnationis, & nominis familiæ.*
12 *Item si agatur de fideicommisso particulari.*
Sed intellige, quòd singula coniecturæ segregatim ad vocationem non sufficiunt, nu. 13.14.15.19.20.21.22.23.24.& 25.
16 *Transmissio inter positos in conditione quando fit.*
17 Glos.in l.vnic. in verbo derelictis, C. de his, qui ante apert.tab. *declaratur.*
18 *Substitutio non transit de persona ad personam.*
26 *Filij in conditione positi in contractibus an, & quando censeantur dispositiuè vocati.*

DECIS. CLXII.

1 Circa quæstionē, de qua in hac decisione, an filij positi in conditione dicātur vocati adde, quòd licèr regulariter in conditione positi non dicanrur dispositiuè vocati, vt ex *glos.in l.Lucius 2. ff.de hæred.instit.* quā sequuntur *Oldrad. consil.21. Ias.consil.43. num.3.lib.2. Ruin.cons.119.num.3.& seq. lib.2. Cephal.cons.17 nu.13.lib.1.* post infinitos *Peregr.de fideicommiss.art.28.nu.26. & art.1. num.52. Gabr. commun. conclus. tit.de fideicommiss.conclus.4. Crass.§.fideicommissum, quæst.13.& 14. Menoch.lib.4. de præsumpt. præs.76. Thob.Non. cons.31. & 32. Aym. cons.763. vol.5. Bursat. cons. 52.vol.2.& cons.1.num.8.vol.1.* idem *Peregrin.d.artic.28.num.2.* vbi testatur, fuisse sic pluries iudicatum, quod etiam plenè *Thesaur. in decis.96. Peguer. decis.216.* & ita post multos semper fuisse obseruatum refert *Castill.decis.18 nu.61.* quæ *glos.* pro-
2 cedit tàm in descendentibus, quàm in transuersalibus, vt aiunt citati *Doctores, & Curt. sen. in cons 42.& 45.nu.5.& Socin. cons.73.post num.30.lib.4.* afferentes, dictā *glos.* in transuersalibus esse multum communem, & indubitatam in consulendo, & iudicando, quos etiam sequuti sunt *Clar. in §.testamentum, quæst.77.vers.contrariā*, & post eam nouiter *Peguer.dec.100.nu.6. Thesaur. d.decis.num.7.* vbi *num.8.* subdit, sic fuisse per Senatum decisum, sic etiam *Mantic. decis 120. nu.6. Riccius collectan. 360.part.2.Castill.decis.151 num 9.par.2.*

Tamen procedit, quando alitèr ex con-
3 iecturis nō appareret, secus si ex coniecturis contrarium appareret, nam tunc & si positi sint in conditione, dispositiuè vocati censerentur, quæ quidē coniecturæ multæ sunt, vt latè apud *Mantic. de coniectur. vlt.volunt.lib.11.tit.2.& 3.* de quibus aliquas earum breuiter enarrabo, nè remissiuè pertranseam quæstiònem istam.

3 Prima autem cōiectura est, quando positi sunt in conditione descendentes testatoris, nam in isto casu censentur vocati, vt latè *Rustic.in suo tract.par.2.cap.1.Rimin. iun. cons.739 num.70.lib.7. Panzirol.consil.69.num.71. Honded.cons.54.nu.8.lib.2. Roger.cons.25.num.2.lib.1.& cons.59. nu. 57. & cons.38.nu.7. Fachin.lib.4.controu. cap. 51.* plenè *Thesaur. filius in addit. ad Genitor.decis.95.lit C.Rouit.cons.54.nu.7. Peguer.decis.216.nu.11.Mantic.decis.120. num.3.Petra de fideic quæst.9.num.156.*

4 Secun-

4 Secunda est coniectura, quando testa-
tor digressus est ad plures gradus substitu-
tionũ, vt post Anebar. in cons. 74. & alios,
quos refert, & sequitur Mantic. in d. tit. 3.
num. 32. tuetur Menoch in cons. 135. nu. 5.
& cons. 530. num. 10. Milanens. decis. 1. nu.
135. & hanc quoquè amplexam esse Rot.
coràm Cardin. Mantic. in Nucerina fidei-
commissi 14. Aprilis 1591. refert Seraph.
decis. 1329. nu. 10 & ibi addit. in lit. B. Ale-
xand. Trentacinq. cons. 1. num. 28. lib. 2. Pe-
guer. decis. 100. num. 8. vers. ex antea dictis,
prout etiam Amat. in cons. 100. num. 12.
idem Peguer. decis. 216. num. 11. subdens,
hanc esse veram, & magis communem, &
ab ea non esse in iudicando recedendum,
Fab. de Anna cons. 9. nu. 7. Alex. Raudens.
decis. 31. num. 249. Borrell. cons. 33. nu. 29.
Honded. cons. 54. num. 33. & seq. lib. 2. De-
cian. cons. 103. num. 17. vol. 2. plenè Marta
de success. leg. part. 1. quæst. 9. art. 2. per tot.
& cons. 37. num. 10.
Tertia coniectura est, vbi exprimitur
5 qualitas masculinitatis, excludendo fœ-
minas, vt ex traditis per Amat. in allegato
cons. 100. num. 23. & per Alex. Trentacinq.
in citato cons. 1. num. 19. vers. ex prædictis,
lib. 2. Peguer. decis. 100. num. 16. D. Regens
Rouit. cons. 54. num. 7. Farinac. decis. 266.
part. 1. & decis. 105 & 646. num. 3. tom. 2.
in posth. Franeisc. Niger lib. 1. controu. 96.
& lib. 2. controu. 302. num. 42. Christoph.
Mart. decis. Senens. 8. Thesaur. dec. 96. Viu.
decis. 262. & 393. D. Regens Capyc. Latro
decis. 1. num. 8.
Quarta est, quando filij positi in condi-
tione grauarentur, in hoc enim casú cen-
6 seretur eos honorasse, & successiuè vocasse
testator, iuxtà Bart. opinionem in l. centu-
rio, nu. 37. ff. de vulg. & pupill. motus ra-
tione, quòd qui vult consequens, necessa-
riò censetur velle antecedens, sine quo il-
lud consequens esse non potest, l. illud, ff.
de acquir. hæred. l. ad rem mobilem, & l. ad
legatum, ff. de procurat. & pro hac opinio-
ne Bart. possunt adduci infrascripti text.
secundùm intellectũ Cancerij infrà citan-
di, videlicèt l. ab eo, C. de fideicom. l. Titio
Seia, §. Seia libertis, ff. de leg. 2. l. denique,
§. interdum, ff. de pecul. legat. sic etiã Guid.
Pap. dec. 39. in vers. nisi, qui sequitur Bart.
Gabr. de fideicommiss. conclus. 4. num. 17.
Marzar. de fideicommiss. quæst. 20. num. 1.
eandem sequitur Gomes. variar. resolut. tit.
de fideicommiss. num. 2. versic. sed certè, vbi
istam sententiam profitetur se semper se-
quuturum in iudicando, & consulendo,
plenè Mart. cons. 94. num. 18. & sic factã
lõga hinc indè discussione pro dicta Bart.
opinione fuisse in Senatu iudicatũ, testa-
tur Thesaur. d. decis. num. 14. & ibi eius fi-
lius in addit. in lit. B. sic etiam Alex. Tren-
tacinq. citato cons. 1. num. 27. Peguer. dicta
decis. num. 8. & decis. 216. num. 9. plenè
post multam disputationem respondendo
multis contrarijs hanc Bart. opinionẽ
amplexus est Cancer. lib. 1. variar. resolut.
cap. 1. tit. de subst. à nu. 36. vsque ad nu. 44.
& secundùm eam consuluit, & iudicatum
fuisse inquit per Regiam Audientiã, prout
eam in pluribus supremis Tribunalibus se-
qui testatur Maynard. dec. Tholos. 71. lib. 5.
vt decisum etiam refert Barz. in decis. Bo-
non. 8. & deniquè ità pluries iudicatũ
refert Fontanell. de pact. nuptial. claus. 4.
glos. 24. nu. 5. latè Petr. Gregor. in syntagm.
iur. vniuers. part. 3. lib. 42. casu 28. nu-
mer. 31. vbi veniendo ad indiuiduum hu-
ius quæstionis, quando dicantur dispo-
sitiuè vocati, inquit, non esse grauamẽ,
quando dicitur, si filius meus sine liberis,
& liberi eius etiam sine liberis decesse-
rint, sed quando dicitur, instituo filiũ
meum, & si sine liberis decesserit, volo, vt
restituat hæreditatem, Sempronio, & si
filij nati, vel nascituri ex ipso filio meo in-
stituto paritèr sine filijs decesserint, volo
vt restituant hæreditatem meam eidẽ
Sempronio, in hoc enim casu dicũtur gra-
uari, & non honorari, & sic non vocati.
Quinta coniectura est, quando testator
vocauit expressè filios substituti, vel alte-
7 rius remotioris gradus, tunc enim cense-
tur etiam filios instituti, & aliorum substi-
tutorum præcedentium vocasse, prout est
casus allegatæ decis. Peguer. 216. quod etiã
notauit in decis. 100 num. 12. prout sic plu-
ries in Senatu decisum fuisse refert Fonta-
nell. in citata glos. 24 num. 7 & 8. licèt in
vers. idem Senatus approbauit, dicat, quòd
in illis vltimis casibus in aliquibus ex di-
ctis decisionibus notatis aderant etiã
aliæ coniecturæ, nihilominùs inquit, quòd
fuit in eis expressè sumptum motiuum hu-
ius coniecturę, quod etiam plenè voluit in
decis. 136. in princ. cum decis. seq. quam con-
iecturam quoquè approbauit Sese in de-
cis. 65. num. 9. & 18. prout decisum refert
Cancer. in lib. 3. variar. resol. cap. 21. nu. 91.
& hanc vrgentissimam coniecturã ad be-
neficium filiorum esse dicit D. Reg. Capyc.
Latro in decis. 110. num. 20. & in ea intre-
pidè persistit Senatus apud Fontanell. in
decis. 136. num. 12. & decis. 137. in fin.

8 Sexta est, vbi testator bis, ter, & pluriès
eosdem filios posuit in conditione, vt post
Mantic. in d. tit. 3. num. 27. sic ait *Modern.*
Aquilanus in suo tract. lib. 5. cap. 7. num 8.
& Seraphin. in decis. 1329 *num.* 11. *Barz.*
decis. 5. *nu.* 12. *Fusar. de substit. quæst.* 437.
num. 101. *Ger. Spin. cons.* 14. *num.* 21. *Ma-*
strill. decis. 121. *num.* 14. *D. Reg. Capyc. La-*
tro decis. 1. *num.* 22.

Septima est, quãdo dicti filij positi fuis-
sent in conditione, si sine filiis legitimis, &
naturalibus ex legitimo matrimonio pro-
9 creatis, vt est casus decisionis nostræ hic,
maximè quando positi cum conditione
essent de descendentibus testatoris, vt di-
cam inferiùs.

Octaua est, si in defectum filiorum le-
gitimandorum vocauit filios naturales, &
10 spurios legitimandos, vndè cùm istos mi-
nus dilectos vocauerit, verisimile est, ma-
gis dilectos vocare voluisse, argumento
text. in l. publius, §. Titia, de condit. & de-
monstrat. latè *Mandell. cons* 86. *num.* 12.
& cons. 476. plenè *Menoch cons.* 393 *n.* 29.
& cons. 152. *nu.* 11. post *Ruin.* qui latè etiã
testatur de communi in *cons.* 142. *num.* 11.
lib. 3. *Sanchez in repetit. l. filiusfamilias, §.*
diuus, de leg. 1. *num.* 7. *&* 54. *Rustic. in*
tract. an & quando, lib. 5. *cap.* 6. *num.* 19. &
sic determinatum fuisse in Rota testatur
Seraphin allegata *decis. num.* 4. & etiam in
addit. in lit. A.

11 Nona, quãdo filij fuerint positi in con-
ditione ratione cõseruationis agnationis,
& nominis familiæ, vt ex traditis per eun-
dem *Rustic. Seraph. & Reg. Rouit. in locis*
citatis, ac per *Vinc. de Franch. in decis* 91.
num. 27 *in fin & Peguer. in d. dec.* 100. vbi
ait, hanc esse communem, & firmissimam
conclusionem, secundùm quam sẽper so-
let Regia Audientia iudicare.

12 Decima coniectura est, quando agitur
de relicto, vel fideicommisso particulari,
in quo casu positi in conditione censentur
vocati, vt notat *Rustic.* latè *in lib.* 3. *cap.* 2.
num. 11. *Roger. cons.* 38. *num.* 8. *lib.* 1. plenè
Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. *tit.* 1.
nu. 34. *Bero. cons.* 110. *nu.* 41. *&* 242. *lib.* 2.
Decian. cons 41. *nu.* 45. *& seq. lib.* 1. *Intrigl.*
de substit. cent. 3. *q.* 26. *num.* 126. *Magon. de-*
cis. Flor. 16. *num.* 20 *Coler. decis.* 90. *Carot.*
decis 4 *Ricc. collect.* 306.

Benè verum aduertendum est, quòd sin-
gulæ coniecturæ superiùs relatæ segrega-
13 tim ad vocationem non sufficiunt, vt ex
citatis DD.

Nam quòad primam dicunt DD. in di-
cta prima coniectura allegati, quòd suffi-
ciant leues coniecturæ, ad hoc vt descen-
dentes positi in conditione censeantur
14 vocati, igitur de per se sufficiens ipsa
non est, prout etiam voluit *Puteus in de-*
cis. 215. *Rimin. iun. cons* 661. *num.* 24. *lib.* 6.
Menoch. cons. 334. *nu.* 8. *vol.* 4 *Bimius cons.*
149. *numer.* 1. *&* 5. *lib.* 2. & hanc opinio-
nem, quòd vbi tractatur de descendenti-
bus testatoris filij positi in conditione
cum alia leui coniectura sufficiant, ad hoc
vt dicantur vocati, tenuit Sacrum Consi-
lium, vt habetur per *D. Reg. Hector. Capyc.*
Latr. in decis. 1. *& decis.* 110. *num.* 15.

Sic quoquè dicendum quòad secundã,
scilicèt ipsam solam nõ sufficere ad indu-
cendam vocationẽ, nisi cum ea aliæ con-
15 currerent cõiecturæ, vt voluit *Thesaur. in*
d. decis. 96. *num.* 17. *in fin.* qui licèt *ibi* di-
cat, hanc solã sufficere, tamen videns con-
trarietatem opinionum, subdit quòd res
erit in tuto, & absquè difficultate, si cum
ista coniectura aliæ concurrerent, prout
inquit *Peguer. in decis.* 216. *num.* 11. *versic.*
quarè licet; subdens, quòd secundùm hanc
coniecturam concurrentibus alijs fuit de-
claratum per Regiam Audientiam facto
verbo, vbi specificè ponit verba sententiæ,
& coniecturas, quæ ibi interuenerunt, quæ
quidèm opinio satis placuit *Fontanell. de*
pact. nupt. claus 4 *glos.* 24. *num.* 10. dicenti,
quòd in hac sola cõiectura se nihil firmat,
sed remittit se ad *Thesaur. loco* citato, &
ad *Magon. in decis. Flor.* 73. *Sese decis. Ara-*
gon. 65. & deniquè ad *Maynard. in decis.*
Tholos. 72. *lib.* 1. omnes dicẽtes, hanc con-
iecturam solam de per se sufficientem non
esse, prout sic etiam post infinitos affirmat
Gratian. in tom. 3. *discept. forens. cap.* 536.
nu. 19. nec in hoc obstat quod dixit *Mar-*
ta in tract. de success. leg. part. 1. *quæst.* 9. *d.*
artic. 2. quoniam si benè aduertatur, ille
hanc solam coniecturã sufficere probat,
quando vltimo loco hæredes extranei in-
stituti fuissent, cum qua declaratione per-
transit *D. Reg. Capyc. Latro in decis.* 1. *n.* 20.
qui sic ad contraria respondet multorum
authoritate, ergo cum ea concurrit hæc
alia coniectura, sic etiam voluit *Can-*
cer. in lib. 3. *variar. resolut. cap.* 21. *de*
transmiss. num. 91. *in fine*, vbi ait, quòd
opinio hæc, quòd sola ista coniectura suf-
ficiat ad inducendam vocationem, non
fuit omninò in Senatu canonizata, nisi aliæ
cum ea concurrerent, vt etiam late *Codex*
Fabr. in lib. 6. *tit.* 20. *de fideicomm. definit.* 1.
licèt in eo casu adsit tantùm transmissio,

16 vt

16 vt docet idem *Faber in d.tit. defin.*14. *& defin.*3. quod confirmat idem *Peguer.in decis.*100. *per tot. & Sese in decis.*65.*nu.*15.
maximè quando essemus in casu, quo si
non fieret transmissio, extraneus præferre-
tur descendentibus testatoris, prout pro-
cedunt allegata per *Mart.* in citato *art.*2.
per *text.in l.cùm acutissimi, C.de fideicom.*
*l.cùm accusare, de cond.& demonstr. Man-
tic. in d.decis.*120.*num.*3.

Quod intellige, quãdo dicti filij positi in
conditione essent de descendẽtibus testa-
toris, aliàs non fieret transmissio, & sic nõ
procederet *text.d.l.cùm acutissimi*, vt deci-
sum fuisse per Rotam testatur *Mantic. in
d.sua decis.*120.*num.*6.*&* 7.

Nequè in hoc obstat *glos.* communiter
recepta in *l.vnic.in fin. in verbo de relictis*,
& ibi *Bald.C.de ijs, qui ante apert. tab.* vbi
17 probatur, quòd fideicommissum antequã
conditio alterius decedentis sine liberis
existat, ad filios nõ transmittitur, & exem-
plum ponit, vtputà si testator duos reli-
quisset filios, quos adinuicem substituisset,
si alter sine liberis decesserit, succedat al-
ter, nam si vnus decedat relictis liberis, an-
tequàm conditio alterius decedentis sine
liberis existat, quòd tale fideicommissum
non dicitur transmissum ad filios quòad
portionem patrui, quæ *glos.* communiter
est approbata, vt per *Alex. in l. ex filio, ff.
de vulg. & pupill. substit.* & improbatur
glos.in l.is, cui, ff.de act. & oblig. quæ con-
trariũ determinat, vt per *Dec. in cons.*394.
cum alijs per *Durant de arte testandi, lib.*5.
*caut.*23.*& Dyn.in singul.*111. idem *Dec.in
cons.*55. *num.*7. *post vers quartò responde-
tur*, sic etiam *Vinc.de Franch. in decis* 91.
*num.*28.*& Mantic.* in cirata *decis num.*8.
prout ità tenuisse Rotã, inquit *Marescott.
lib.*1.*variar.cap.*27.*num.*9.*& seq* subdẽs,
quòd hanc *glos. d. l.*1. sequutus est totus
Mundus.

Et ratio est, quia alius filius testatoris
est substitutus, in cuius præiudicium non
censetur testatorem voluisse fideicommis-
sum trãsmitti, vt inquit *Socin.in l.haredes,
§. cùm ità, num.*13.*vers.ad istum textum
respondeo, ff. ad Trebell. & Curt. iun. in
cons.*135.*num.*15. *vers.nec dicat quispiam*,
& potest dari alia ratiò, scilicet quòd in
dicto casu dictæ *glos.* non erat inductum
fideicommissum, ità vt testator voluisset,
bona in familia conseruari, & sic habita
fuisset ratio agnationis, vt ait idem *Vinc.
de Franch.in d.decis.* sed imò erat quædam
substitutio, cuius spes antè euentum con-
18 ditionis non transmittitur, cùm non tran-
seat de persona ad personam, vt decidìtur
in *l.si ex pluribus* 9.*ff. de suis, & legitim.
hæred.*

Nequè minus obstare videtur tertia
coniectura, scilicet quòd tunc dicãtur vo-
cati, quando positi sunt in conditione cũ
qualitate masculinitatis, & sic quòd hæc
19 sola de per se sufficiens sit, cùm in contra-
rium magis communis opinio sit, de qua
latissimè *Clar. in §.testamentum, in q.*79.
*vers.prosequendo, Cephal. cons.*517. *nu.*73.
*lib.*4. vbi ait, hanc coniecturam masculini-
tatis non esse veram, sed magis communi-
ter damnatam, vt sic quoquè inquit *Grat.
tom.*3.*discept.forens.cap.*536.*nu.*57.*& seq.*
& demùm pro hac opinione infinitos col-
ligit *Amat. d.cons.*100. *num.*20. eò magis
hoc procederet, quàndo fœminæ à statuto
excluderentur, vt nòtat *Gabr. lib.*4. *comm.
conclus.de fideicom num.*6. *Bursat. cons.*1.
*num.*6.*vers.quaro, quod eò magis, volum.*1.
*Mantic.de coniectur.vltim.volunt.d.lib.*3.
*num.*4.*Viuius decis.*262.*num.*8. qui etiam
ait, hanc opinionem esse indubitatam, &
receptissimam, reiecta contraria opinio-
ne, vt decisum refert *Thes.in d.decis.nu.*23.
imò fortius, etiam si transgressum fuerit
ad plures gradus substitutionum, & man-
datum, fœminas dotari, non dicuntur vo-
cati, nisi ab vltimo sit factum fideicõmis-
sum in tota hæreditate, quia tũc inter gra-
dus diceretur inductum reciprocum fidei-
commissum, vt Rotã tenuisse inquit *Ant.
August. decis.*8.*lib.*1. quem refert, & sequi-
tur *Marescott. lib.*1.*variar.resolut.cap* 27.
*num.*5.*& seq.* quàmuis qualitas masculini-
tatis esset geminata, & importaret virtute
geminationis dispositionem, ad tradita
per *Rustic. in d.lib.*2. *cap.*4.*nu.*2. *& cap.*5.
*num.*10. qui in terminis statuti ait, talem
demonstrationem esse inefficacem.

Nequè mirandum est de quarta conie-
ctura, de qua *Bart in l.centurio, num.*37.
20 nam illa amplectenda est, si aliqua alia
vocationis adminicula concurrant; vt ex
*Put.in decis.*215.*part.*3.*Barz.decis.*8 *The-
saur.d.decis.*96 *num.*14.*Mart.cons.*94 *nu.*
22. ac in *Digest.nouiss. tom.*5. *tit. conditio,
cap.quando testator.*

Sic quoquè dicendum est de quinta,
21 quæ absque alijs non est omninò tuta, vt
inquit *Scam. in decis.Bonon.*2. *num.*91. &
antè eum *Cancer.d.cap.*21.*num.*91.*&* 92.
& hoc propter multas fallentias, quas ha-
bet coniectura ista, vt latè per *Oddum
cons.*66.*num.*113. & signantèr quando filij

vltimi substituti, licèt remotiores, esset vocati per nomina propria, in hoc enim casu non censentur etiam dispositiuè vocati filij instituti in conditione positi, & aliorũ substitutorum præcedentium vocatorum per nomina collectiua, licèt proximiorũ, cùm in eis non cadat singularis affectio, sicuti in vocatis per nomina propria; & proptereà non est inconueniens, quòd remotiores sint melioris conditionis, quàm proximiores, prout inquit *Honded cõs. 56. nu. 35. vol. 2.* vt in terminis *Ruin. cons. 134. num. 23. vol. 2. & cons. 115. num. 19. lib. 3. & Paris. cons. 9. num. 22. lib. 2.* per illum *text. in l. cùm ita, §. in fideicommissis, ff. de legat. 2.* sic quoquè pòst omnes concludit idem *Cancer. loco* citato.

Et licèt sexta videatur de per se suffi-
22 ciens, tamen hæc coniectura sic simpliciter deducta cõmunitèr reprobatur, vt inquit *Ripa in l. centurio, nu. 165. ff. de vulg. & pupill.* sic etiã post alios tenet *Peguer. decis. 100. num. 14.* cùm aliæ debeant concurrere.

Neque obstat septima, vt tenet *Surd. in*
23 *hac decisione*, cũ aliæ concurrere debeant, vt in terminis dictæ cõiecturæ inquit *Fontanell. de pact. nupt. d. clausul. 4. glo. 24. nu. 12. & 13.* vbi subdit, quòd si vera esset hæc opinio *Surd. hic*, q; censeantur vocati filij positi in cõditione cũ illis qualitatibus, si sine liberis legitimis, & naturalibus ex legitimo matrimonio, vix esset in Cathalonia de hac difficili materia disputandum, subdẽs etiam, nunquã ipsum vidisse, nequè audiuisse, quòd propter huiusmodi qualitates conditioni appositas pro vocatione fuisset declaratum, & proindè semper aliæ simul, quando casus occurrerit, concurrere debent, prout etiam tenent *Thesaur. decis. 96. num. 26. Pres. Amat. cons. 91. Griuell. decis. Dolan. 125. num. 77. Fab. de Anna consil. 9.* licèt *Dom. Reg. Capycius Latro in decis. 1. nu. 15. & 17. in fin.* dicat, id procedere vbi positi in conditione non essent de descendentibus testatoris.

Verùm de octaua, & nona valdè dubi-
24 tatẽ, maximè quando adesset prohibitio alienationis vsquè in infinitum, vt ex citatis DD. quia tunc dicti filij nec indigerẽt remedio transmissionis, vt inquit *Peguer. d. decis. 100. nu. 13.* & hoc etiam si tantummodò fuerint in conditione positi, tamen censẽtur vocati, & hanc esse communem, & firmissimam conclusionem, secundùm quam iudicatum refert in Regia Audientia, quã quoquè approbant *Paris. cons. 16. lib. 3. Ruin. cons. 130. nu. 6. vol. 2. Iul. Clar. §. testamentum, d. quæst. 79. vers. quintò vocati ab ipso*, etiam vbi prohibitio esset facta institutis, & in ea adesset clausula annullans alienationem, tunc, inquam, hanc coniecturam sufficientem esse pro vocatione dicit *Celsus Hugo cons. 20. post n. 41.* & eam sequitur *Rustic. Menoch. & Intrigl.* cùm alijs per *D. Reg. Capyc. Latr. in decis. 110 num. 19.*

Neque subsistit decima cõiectura, quia
25 illa etiam procederet concurrente alia coniectura, vt latè *Rustic. in lib. 3. cap. 2. num. 10. & 11. Bero. consil. 110. num. 44. libr. 2.*

Vltrà quòd hoc procedit in legatis puris, & meris, non autem in institutione in re certa, secundùm *Rustic. d. cap. 2. num. 16.* quẽ etiam sequitur *Fusar.* nupèr post hæc omnia scripta ad me peruentus in *tract. de substit. in quæst. 437. num. 105. & seq.* qui latè per totam quæstionem hunc articulum examinat.

Sed circa hæc, an idem dicendum sit in contractibus, vt ex eisdem coniecturis, vt supra relatis, appareat voluntas cõtrahentis, filios in conditione positos esse voca-
26 tos, vel sufficiat, filios in contractibus in conditione positos esse tantùm, & videtur dicendum, sufficere filios positos in conditione, per *text. l. inter socerum, §. cùm inter, ff. de pact. dot.* prout tenet *Mantic. de tacit. & ambig. in lib. 2. tit. 14. nu. 19.* & sic refert fuisse in Regia Audientia decisum *Cancer.* in citato *lib. 1. cap. 1. num. 43. & Maynard. in decis. 67. lib. 5.* vbi quamuis dicat, contrariũ seruari, nihilominùs subdit, quòd id difficultatẽ patiatur propter dictam *l. inter socerum*.

Sed contrariũ decisum fuisse refert *Fontanell. de pact. nupt. d. glos. 24. num. 19.* scilicèt non censeri vocatas filias positas in conditione, ex eo, quòd in contractu, quæ opinio non displicet *Cancer.* quamuis contrarium decisum referat, vt ait in dicto *cap. 1. num. 43.* sic quoquè idem *Maynard. decis. 66.* cùm valeat argumentum de contractibus ad vltimas voluntates, vt *l. si seruum filij, §. eum, qui chirographum, ff. de leg. 1. Euerard. cent. loc. arg. loco de contract. ad vltim. volunt.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Obligatio creditoris semel extincta amplius non reuiuiscit.*
Intellige cum distinctione, num. 2.
3 *Intellectus* l. Paulus, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu.
4 *Consensus creditoris præstitus in alienatione, seu obligatione pignoris ad fauorem vnius creditoris, præiudicat quoad alios.*
Intellige, num. 5.
Limita, num. 6. & 7.

DECIS. CLXIII.

DVO concludit *Author hic*, primò, quòd obligatio creditoris semel extincta ampliùs non reuiuiscat, si res, quæ fuerit consentiente creditore alienata, iterùm perueniret in posse debitoris.

Secundò, quòd cōsensus creditoris præstitus in alienatione pignoris ad fauorem vnius creditoris non præiudicat consentienti quoad alios.

1 Qnòad primum adde, quòd etsi obligatio creditoris consentientis alienationi rei sibi obligatæ dicatur adeò extincta, vt si eadē res iterùm peruenerit in posse eiusdem debitoris, non reuiuiscat, per *text. l. fin. C. de remiss. pign.* etiam tanquàm bona futura, cùm per similem consensum videatur creditor remittere vtramque obligationem, vt post *Bald. & Salycet.* sic voluit *Gratian. tom. 1. disce pt. for. cap. 38. num. 17. & seq.* ex rationibus adductis per *Authorem hic num. 3. & 4.*

Tamen hoc non simpliciter intelligendum est, cùm contrarium disponatur per *text. in l. voluntate, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. & glos. fin. in l. fin. C. de remiss. pignor.* sed cum distinctione, scilicet aut
2 res redit ad debitorē ex eadem causa, veluti ex pacto de retrouendendo, ex pacto legis commissoriæ, adiectionis in diem, vel quia res fuit redhibita, & tunc creditoris obligatio, quæ priùs erat extincta reuiuiscit, & res distracta reincidit in eam hypothecam, prout erat antè venditionem, & in hoc casu procedit *d. l. voluntate*.

Aut verò ex causa dissimili, vt putà si vendidit, & ad eum eademmet res reuersa sit ex causa donationis, dotis, legati, hæreditatis, vel simili, & eo casu procedit *d. lex fin.* cum qua concordat *l. sicut, § superuacuum, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu.* cū qua distinctione sic concludunt communiter DD. vt per *Neguf. de pignor. part. 6. 9. membr. num. 21. Grauett. cons. 435. nu. 4. 34. & seq. Cephal. cons. 460. Marcabr. ab anguill. cons. 26. num. 192. & seq. Molin. de contract. disput. 537. num. 16. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 31. num. 60. vers. proinde Bart.* cum alijs *num. seqq. Magon. decis. Florent. 127. nu. 11. Vinc. de Franch. decis. 64. nu. 6. & 8. Milanens. decis. 9. nu. 44. & seq. lib. 2. Rot. Roman. decis. 175. nu. 9. par. 1. in nouiss. Io. Franc. de Ponte cons. 92. num. 4. vol. 2.*

Quòad verò secundum prædictæ conclusioni nostri *Authoris* obstare videtur *text. in l. Paulus, ff. quib. mod. pign. vel hypothec.*
3 *solu.* qui *text.* licèt debeat intelligi secundùm *tex. l. creditor, § fin. ff qui potior. in pignor. hab.* scilicèt pignus remissum non esse, sed tantùm prælationem pignoris, vt decidit *Salic. in l. 3.* vbi etiam *glos. fin. C. de remiss. pign.* quod etiam pro singulari notat *Roderic. de ann. reddit. lib. 2. q. 9. nu. 48.* subdens, hanc esse veritatem, tamen non per hoc talis creditor consentiēs erit po-
4 sterior solùm illi, cui consensit, sed immò omnibus alijs, qui hypothecam habebant tempore consensus, vt ex dicta *l. Paulus* sic firmat *Salic. in d. l. 3. Bart. in d. l. creditor, § vlt. Menoch. de præsump. lib. 3. præs. 119. nu. 2. Mascard. de probat. concl. 1178. num. 40. Papon. lib. 11. tit. 3. de hypoth. arrest. 10. fol. 367. col. 1. in fin.* vbi sic decisum refert, idem *Roderic. d. lib. 2.* citata *quæst. 9. num. 49. Molin. de contract. d. disput. 537. num. 2.*

5 Sed hoc intellige, quando consensus obligandi rem sibi pignoratam absolutè fuerit cōcessus, secus verò si alicui in particulari, quo casu posterior erit illi tantū, cui consensit, prout sic post *Bart. Salicet. Neguf.* & alios concludunt *Mascard.* citata *conclus. 1178. num. 41. Molin. d. nu. 2. in fin.* & ita loquuntur *Papon. & Menoch. in locis* citatis, si benè aduertatur.

Quamuis hoc limitari possit in duobus
6 casibus, primò in muliere, quæ licèt absolutè consenserit, tamen eius particulari priuilegio non erit omnibus posterior, sed illi tantū, cuius fauore fuit præstitus consensus, vt sic indistinctè concludunt *Menoch. d. præsumpt. 119. num. 3. & Molin. in fin. d. num. 2.* per *text. in l. iubemus, C. ad Vellean.* quamuis hanc distinctionem inter masculum, & fœminam reprehendat *Roder. d. quæst. 9. num. 49.*

7 Secundò, quando consentiens deceptus fuisset ab vltimo creditore affirmante,

te, non esse aliam hypothecam interme-
diam, quia eo casu ratione doli non pro-
derit consensus, vt tradit idem *Roderic. d.
quæst. 9. num. 50.*

SVMMARIVM.

1 *Mulier non potest fideiubere, seu intercede-
re pro alio.*
2 *Priuilegium S.C. Velleiani etiam ad hære-
des mulieris transit.*
3 *Mulier pro marito intercessisse dicitur,
quamuis ipsa sit principalis, & vir fi-
deiussor.*
4 *Mulier potest se obligare in causam do-
tis, etiam prætermissis solemnitatibus sta-
tuti.*
5 *Nouerca obligans se pro dote priuignæ dici-
tur pro viro intercedere, vbi decisio.*
6 *Beneuolentia non præsumitur inter nouer-
cam, & priuignam.*
7 *Nouerca est causa separationis patris, &
filij.*
8 *Pater præsumitur ad instigationem nouer-
cæ filiu exhæredasse, & propterea ei suc-
curritur aduersus tale testamentum.*
9 Lex fin. C. ad Velleian. *non procedit vbi est
color quæsitus.*

DECIS. CLXIV.

IN hac decisione concludit *Author*,
nouercam non posse pro eius mari-
to in causam dotis priuignæ se obli-
gare, (licèt causa hęc remanserit in-
1 decisa, vt ipse refert,) cùm regulariter mu-
lier non possit pro alio fideiubere ex pe-
culiari priuilegio S.C. Velleian. vt *toto tit.
ff. & C. ad S.C. Velleian.* etiam pro mari-
to, *Auth. si qua mulier, C. eodem,* pro quo
quãplurimos collegerunt *Marescott. lib. 2.
variar. resolut. cap 5. num. 1. Graff. de ex
2 cept. except. 27.* quod priuilegium etiam ad
hæredes transit, *l. hæredes,* vbi *DD. C. eod.*
idem *Graff. loco* citato, *num.* 44 vbi post
innumeros, hanc subdit esse communem,
& hoc etiam si mulier principaliter, & vir
pro fideiussore obligationi accederent, cũ
3 si obligatio non tenderet in vtilitaté vxo-
ris, pro marito intercessisse censeretur, vt
latè *Thesaur.* post multos in *decis. 223. n. 6.
& Cenc. decis. 32. post tract. de censib.*

Sed hæc & si vera sint, tamen nõ viden-
tur procedere in quæstione huius nostræ
decisionis, in qua mulier pro dote videa-
4 tur se obligasse, & ideò validam esse obli-
gationem, ad *text. in l. dotare, & l. fin. C. ad
Velleian.* prout tradiderunt *Bald. Nouell.
de priuileg. dot. priuileg. 12. part. 6. num. 1.
& 2. Zanger. de except. part. 3. cap. 9. nu. 42.
Alex. Trentacinq. lib. 3. variar. resolut. tit.
de fideiuss. resol. 2. vers. tertiò declara, Her-
ring. eodem tract. cap. 7. num. 453. & seq.*
dicentes, hoc procedere, quamuis illa, pro
qua se obligauit esset extranea, prout quo-
què *Thesaur. decis. 223. num. 15. Honded.
cons. 45. num. 23. Fab. Areas Rom. in decis.
dotalib. 2. Gomes. ad l. 36. Tauri, nu. 2. vers.
tertiò quòd si mulier, Corasius l. qui liberos,
num. 122. ff. de ritu nupt. Vinc. de Franch.
decis. 182. num. 1. & 12. cum seq. & decis.
237. num. 2. Gratian. tom. 2. discept forens.
cap. 233. nu. 44.* & ita se respondisse inquit
*Caniers lib. 3. variar. resol. tit. de action. &
obligat. cap. 1. num. 154.* subdens, hoc posse
fieri etiam inscio marito, quamuis vigeret
statutum, vt mulier non possit se sine viri
consensu obligare.

Verùm non est recedendum ab opinio-
ne nostri *Authoris hic,* ea ratione, quia no-
uerca nõ intercessit principaliter pro do-
5 te, sed pro marito ex causa eius debiti, ad
quod ipse vir tenebatur, scilicèt suam filiã
dotare, & successiuè cùm obligatio prædi-
cta non modò in beneficium priuignæ,
quàm in commodum eius viri facta sit, &
in eius vtilitatem versa, nulla, & inualida
esse cẽsetur, prout in specie sic pro nouer-
ca decisum fuisse testatur post longam
discussionem *Ann. Robert. rer. iudic. lib. 3.
cap. 11. fol.* mihi 653. omninò videndus, &
videtur etiam esse de mente *Honded. in
cons. 45. num. 23. & 24. cum seq. lib. 1.* vbi
mulier pro marito etiam pro dote inter-
cedere non potest, vndè potiùs dicendum
sit, donationem fuisse inter virum, & vxo-
rem per indirectum inductã, vt in his ter-
minis hanc partem affirmando notat *Pi-
cus in decis. Rot. Roman. inter stat. vrb. de-
cis 1. à num. 10. vsque ad 15. cum seq.* etiam
non obstante iuramento, quod tanquàm
per fraudem, & dolum extortum annul-
latur.

Et quòd hæc obligatio sit facta contẽ-
platione viri, & non priuignæ, clarè patet,
6 nàm inter nouercam, & priuignam nul-
la præsumitur beneuolentia, sed potiùs
odium, & maleuolentia, ad *tex. in l. 4. ff. de
inoffi. testam.* cùm ipsa semper sit priuignis
infensa, & infesta, eosque solita in patris
odium ponere, ob quod satis contra eam
exclamant *Magon. in decis. Flor. 18. nu. 6.
Surd.* Author noster *de aliment. quæst. 40.
num. 2. tit. 4. & Molfes. ad Consuet. Neap.
part. 5.*

*part.5.quæst.2.num.*16.*&* 17. dicens, ipsā quoque esse causam separationis patris,& filij, imò solent Nouercæ insidiosè priuignos occidere, vt legitur de exemplo Sancti Euerardi Brittaniæ Regis, Nouercę dolis necati, de quo mentionē facit *Martyrolog. Rom. die* 18.*mensis Martij*, quæ No-
8 uercarum iniquitas cùm tanta sit, succurritur filio exhæredato aduersus patris testamentum, eò quòd Nouercam habebat, cùm pręsumatur, patrem ad instigationem ipsius filium exhæredasse, vt inquit *I.C. in l.3. cum seq.* vbi etiam *Accurs. ff. de inoffic. testam.*

Nec obstant in contrariū adducta per dictū *tex. l. fin. C. ad S.C. Velleian.* cùm iura prædicta procedant, quando vxor simpliciter promittit dotem alicui dare, tunc enim dos reperitur specialiter priuilegiata, vt possit mulier pro ea obligari, iuxtà terminos dictæ *legis*, prætermissis quibuscunque sollemnitatibus à statuto requisitis, vt in terminis statuti Vrbis considerauit *Put. decis.*160.*lib.*3. *Maz Zol. consil.*15. *nu.* 26. ità refert iudicatū *Achill. Pedroch.*
9 *in consi.*25. secus verò quādo prò alio promittat, licèt in causam doris, cùm eo casu intercedere dicatur, quæsito tamen colore, ob quem inanis est obligatio propter S. C. Velleian. ad tradita per *Vincent. de Franch. in decis.*279.*&* 578.

SVMMARIVM.

1 *Venditio potest rescindi ex eo, quòd res vendita non esset libera.*
*Contrarium, num.*3.*&* 5.
2 *Venditor sciens, rem venditam non esse liberam dicitur in dolo, & contractus irritatur.*
4 Glos. in l. si rem, ff. de euict. *declaratur.*
6 Text. in l. ex ijs prædijs, C. de euict. *procedit etiam re tradita;*
7 *Res libera dici non potest, qua ab alio auocari potest.*
8 *Venditor an teneatur rem venditam in totum liberare, an verò sufficiat satisdatio, si ipsa res vendita nō reperiatur purè alteri obligata, sed sub conditione, varia recensentur opiniones.*
9 *Emptor statim potest agere ad rem venditā liberandam, vel quanti minoris, non expectata euictione.*
10 *Emptor non tenetur ad interesse conuentū, donec res vendita ab obligatione liberetur, sed solùm ad interesse fructuum recompensatiuum.*
*Amplia, etiam si res vendita reperiatur sub conditione obligata, num.*11.
*Item si venditor ignorasset, rem illam non esse liberam, num.*13.
12 *Instrumentum venditionis liquidari non potest pro pretio, si res vendita reperiatur alteri obligata, etiam sub conditione, & num.*19.
14 Lex si post perfectam, C. de euict. *declaratur.*
15 *Euictio non dicitur, nisi res eum effectu amittatur, & abdicetur à dominio emptoris per sententiam.*
16 *Debitor pendente lite super nullitate contractus tenetur vsuras soluere.*
17 *Emptor non potest instrumenti liquidationem pro pretio impedire sub prætextu euictionis, quæ immineret in limine contractus, quāuis produceret fidem authenticam litis motæ, si venditor fideiussorem praestet de generali euictione.*
18 *Venditor diues nō tenetur fideiussores præstare in casu euictionis.*
20 *Actionem euictionis satis differre ab actione ex empto, vt res vendita liberetur, vel quanti minoris.*
21 *Actio quanti minoris quomodò æstimāda.*

DECIS. CLXV.

NON minus pulchra, quàm praticabilis in dies est quæstio hæc, quæ infertur ex decisione nostri *Authoris hic*, scilicet nùm
1 emptor reperta re vendita non libera possit agere ad rescissionem contractus, pro cuius resolutione videtur prima facie affirmandū, per *glos. in l. si rem, verbo agentem, ff. de euict.* vbi inquit, quòd in hoc casu emptor potest solutum pretium repetere, quæ *glos.* communiter est recepta, vt tradit *Ruin. cons.*141.*nu.*5.*vol.*1. qui subdit, non esse ab illa recedendum, sic etiam *Bero. cons.*158.*nu.*21.*vol.*1. *Surd.* Author noster *cons.*13.*num.*17.*&* *cons.*36.*nu.*12. *Marzar. cons.*57.*num.*14.& in specie *Dec. cons.*102.*in fin.* per *text. in l. emptorem, ff. qui autem, circa finem, ff. de action. empt. Petr. Caball. consil. ciuil.*94. *num.*4.*&* *seq. lib.*1. *Pras. Amat. cons.*58.*num.*8. *Nauarr. de vsur. quæst.*27.*num.*116.*in fin. Mares. cott. lib.*1.*variar. resolut. cap.*90.*nu.*5.*circ. med.* vbi subdit, sic pro rescissione Rotam Romanam determinasse, vt etiam tenuit eadem met *Rot.* apud *Seraphin. decis.* 724. apud *Cenc. decis.*46. *num.*2. *post tract. de censib.* & apud *Gratian. tom.*1. *discept. for. cap.*

cap.175.num.23. & seq. & tradit in *decis. Marcb.13. num.18. Milan.decis.2.nu.94. cum seq.lib.2.*

2 Et ratio esse videtur, quia vēditor sciēs rem nō esse liberam, & asserens contrariū, dicitur esse in dolo, ratione cuius debet irritari contractus, & tanquàm nullus iudicari, ad *text. in l.eleganter, in princ. ff. de dol.* vbi *glos. verbo si in boc ipso, ad med.* emptor enim si sciuisset, rem non esse liberā, vtiquè eam non emisset, quam rationem consideraauit Rota, vt testatur *Marescott. d.cap.90. num.7.* & hoc quamuis venditor cōuenerit, se nolle de euictione teneri, ad *glos. d.l. emptorem, §.qui autem, in fine,* vt etiam tradit *Card. Mantic. de tacit. & ambig.lib.4.tit.24.num.4. & tit.27.nu.20.eod. lib. Vincent.de Franeb.decis.239. Thesaur. lib.1.qq.forens. quæst.77.*

3 Sed contrarium verius per *text. & glos. in l si pater, verbo liberentur, C. de collat.* vbi notat *Bald.* in puncto, voluerunt *Alex. cons.65.num.5.vol.5.* & ibi in *addit. verbo liberam, & cons.63.nu.9. & 10. lib 6. Dec. cons.483.num.18.* sibi contrarius, *Bologn. cons.31. Pancirol. cons.73.* nouissimè *Marta cons.39.nu.19. Neguf. de pignor. 5.part. membr.1. num.28. Scaccia de commerc. & camb. §.1.quæst.1.num.182. & seq. Roderic. de ann.reddit.lib.2.quæst.7.num.7. Cauall. commun.contra commun. quæst.469. nu.8. Ofasc. decis.24. Gamma decis. Lusitan.349. num.1. Gratian. decis 54.num.3.* & ibi in *addit. Amat. decis. Marchia 20. num.24. Barz. decis Bonon.85. Giurb.decis.113.* qui subdit, sic contra emptorem fuisse iudicatum, saluis iuribus se meliùs diligendi, sic quoq; iudicauit Rota Romana apud *Seraphin. decis.1275. num.2.* apud *Cenc. decis.6.num.5. decis 13. & decis.282. num.2. post tract. de censib.* eadem met *Rota decis. 586.num.5.6. & 7.cum seq.par.1.in nouiss.* sic decisum quoquè refert *Gutierr. pract. quæst. q.169 num.3* & hoc indistinctè tàm in fundo, quàm in annuo censu vendito procedit, cùm sufficiat, vt liberetur ab obligatione, maximè offerente venditore, vt per *Gutierr.* & alios citatos DD.

Nec obstant in contrarium adducta, quoniam illa procedunt, vbi res vendita esset in totum aliena, & venditor nullum
4 ius in ea haberet, prout loquitur *glos. d.l. si rem,* & alij citati DD. at secus si ius aliquod in re vendita venditor haberet, tunc enim excluderetur dolus, & actio tantùm emptori contra eum rem liberam tradi competeret, vt tradunt DD. pro secunda opinione allegati, & signanter *Gratian. d. cap.175. num.25.* vbi inquit, quòd si quis vendidit aliquem fundum vti liberum, & tamen compertum sit, esse fideicommisso suppositum, & sic prohibitum alienari, & venditori cōpetit aliquod ius, vt putà detractionis legitimæ, aut trebellianicæ, quòd tunc excluditur dolus, & datur actio ex empto ad rem liberandam, vel quanti minoris.

5 Item procedunt supradicta, quando super re aliena, vel alteri obligata esset impositus census, ità vt emptor annuum censum percipere non posset, cùm res non sit tanti valoris, vt latè omnium censuum sic capax, quoniam tunc rescissio locum haberet, vt censuit *Rota in Tudertina census Ven.26. Maij 1600.* teste *Scaccia de commerc. & camb. d.§.1.quæst.1.num.182. in fine,* at vbi res, licèt non sit in totum libera, sed pro parte tantū, quæ sufficeret pro annuo censu, secus cùm eo casu substineretur impositio census, nec ad illam dissobligandam teneretur venditor, ex quo emptor nullum patitur damnum, vt satis doctè probarunt *Roderic. de ann. reddit.d.q.7. num.7. Scaccia de commerc.d.quæst.1.num. 183.* & tenuit *Rot. Roman. decis.126.par.1. in nouiss.* & apud *Cenc. decis.49. num.18. decis.57. num.5. decis.64. num.1. decis.65. num.1. decis.66.in fin. & decis.67.num.1.* & hoc iure in praxi vtimur.

Item quādo sumus in aliquo fundo, vel alio simili vēdito vt libero, & cum effectu reperiatur alteri obnoxius, & obligatus, tunc actione quanti minoris, vel ad rem liberandā cōtra venditorē agi pōt, *l. ex ijs prædijs, C. de euict.* & casu, quo ille, cui res vendita obligata sit, nollet cōsentire, satis est, vt vēditor fideiussores præstet, qui rem liberare promittant, ità vt emptor securus remaneat, nec aliquod damnum patiatur, vt *d l si pater,* vbi *glos. Bald. Alex.* & alij, sic etiā *Neguf. de pignor. loco* citato, ac *Cancer. lib.1. variar. resolut. cap.13. tit. de empt. & vendit. num.22. circa finem, Gratian. decis. Marchia 54. nu.30. & in addit. nu.10.* vbi subdit, sic per Rotam fuisse determinatum, quòd sufficiat, vt venditor per æquipollens adimpleat, ità vt emptor securus remaneat, & iuxta hanc opinionem iudicauit S.C. in causa V.I.D. Ioannis Nicolai de Fusco cum Iulia Catula de mense Maij 1642. me patrocināte pro dicto de Fusco, penès Actuarium Bernardum Speram, in processu Creditorum de Catula, dum fuit dictum ad relationem D. Consiliarij Va-

rela (maxima interueniente discussione) quod infra mensem venditores præstent idoneam fideiussionem de eximendo dictum de Fusco emptorem ab obligationibus super domo vendita existentibus, qua facta procedatur ad discussionem nullitatum, quas proposueram nomine dicti emptoris aduersus decretum latum per idem S. C. quòd faceret depositum pretij domus emptæ, quæ verò opinio apud me vera existimatur in terminis *l. si post perfectam, C. de euict.* non autem in terminis *l. ex ijs prædijs, C. eod.* cùm inter vnum, & alterum casum magna sit differentia, vt inferiùs dicemus, vbi enim agitur actione ex empto, tunc venditor præstando fideiussores non liberatur, emptore nolente, nisi res libera tradatur, aliàs daretur rescissio contractus, vt satis claré determinauit *Imperator in d. l. ex ijs prædijs*, qui ob id aduersus venditorem ad pretium agentem doli exceptionem admittit, quia cũ contractus prædictus ratione doli venditoris sit nullus, tanquam deficiens in substantialibus, scilicet in consensu emptoris, qui vtique nõ emisset, si sciuisset, rem venditam alteri esse obnoxiã, non potest em-
6 ptore nolente per cautionem substineri, qui *text.* secundùm *glos.* opinionem communiter receptæ procedit, etiam re tradi-
7 ta, vt dicit *Vinc. de Franch. in decis.* 200. *num.* 15. *& D. Consil. Merlin. lib.* 1. *controuers. forens. cap.* 45. *num.* 2. cùm libera res dici nequeat, quæ ab alio auocari potest, *l. non videtur, ff. de acquir. poss.*

Hinc *Vincent. de Franch. in decis.* 200.
8 *num.* 15. inquit, quòd si obligatio rei sit conditionalis, quòd tunc sufficiat satisdatio, cùm dubium sit, conditionem posse euenire, aut verò esset pura, & secus, nam in totum res vendita reddi debet libera, & si *Cancer. loco* citato *nu.* 23. dicat, quòd vbi res esset obligata sub conditione, venditor non tenetur præstare cautionem, & allegat *Bald. in l. ex ijs prædijs, C. de euict.* sed hoc intelligitur, quando ipsa res esset obligata in generali obligatione, & quòd sint alia bona, quæ sufficerent ad tollendũ debitum prædictum, vt declarat ipse *Bald. in fin. d. l.* vt etiam videtur sentire *Alex. in addit. ad ipsum Bald. lit. A.* & declarat *Afflict. in decis.* 241. *in fin.* nam *l. ex ijs prædijs* non extenditur ad generalem hypothecã, quamuis puram, vt tradit idem *Cancer. nu.* 25. *in fin. vers. & idem censeo.*

Quamuis *Bolognet. in cons.* 31. *num.* 14. indistinctè teneat, quòd siuè obligatio sit pura, siuè conditionalis, quòd in vtroque casu non sufficiat satisdatio, sed venditor teneatur rem venditam liberare, vel actione quãti minoris, subdens, hanc esse communem, & veriorem, quam amplexus est *Amatus consil.* 58. per *text.* singularem in *l.* 1. *§. si hæres, ff. ad Trebell.* quod æquitati niti videtur, inquit *Osasch. decis.* 24. *num.* 6. cùm eueniente casu possit emptor rem, & pretium amittere, reperto venditore non soluendo.

Verùm hæc omnia procedere dicerem, quando cum effectu res libera reddi posset, aliàs daretur distractio, & rescissio cõtractus, volente emptore, nec venditor offerendo illud quãti minoris obtineret, emptore non volente, ex defectu suæ voluntatis, qui vtiquè si sciuisset, non emisset, ex traditis per *Marescott. lib.* 1. *variar. resol. cap.* 90. *num.* 7.

Quæ actio ad rem liberandã, vel quanti
9 minoris, si emptor fuisset empturus, potest statim exerceri non expectata euictione, *l. si hominem* 69. *ff. de solut. & l. creditor, §. prædiũ*, & ibi *Paul. de Castr. ff. de act. empt. Vincent. de Franch. d. decis. in fin.* vbi sæpè fuisse decisum testatur, competere actionem, etiam si lis super auocatione rei non sit mota, vt etiam idem *Osasc.* in citata *decis. & Gratian. d. discept.* 175. *num.* 20.

Donec autem res ab obligatione liberetur, non tenebitur emptor ad interesse conuentum, cùm venditor ex sui parte nõ adimpleuerit, *l. Iulianus* 14. *§. offerri*, vbi *Bart. ff. de action. empt.* inest enim conditio, dummodò fides ex aduerso seruetur,
10 *l. quaero* 46. *§. inter locatorem, ff. locat.* sed benè tenebitur ad interesse fructuum recompensatiuum, idest iuxtà fructuũ quantitatem, iuxtà terminos *l. curabit, C. de act. empt.* vt notat *Alexand. in cons.* 147. *num.* 3. *vers. & tales vsura, lib.* 5. *Couarr. lib.* 3. *variar. resolut. cap.* 4. *num.* 6. *vers. duodecimò hic infertur, Amat.* allegato *cons.* 18. *nu.* 21. vbi allegat *Lupum in repet. l. curabit, §.* 7. *num.* 142. *C. de action. empt. sub tract. de vsur.*

Sic etiam in terminis *Pachin. lib.* 2. *controuers. cap.* 32. *lit. D. vers. altera est controuersia, & Afflict. in decis.* 20. *in fin.* & plenè *Scacc. de camb. §.* 1. *quæst.* 7. *part.* 2. *ampl.* 8. *num.* 160.

Et procedit, vbi res vendita non reperi-
11 tur obligata purè, sed sub conditione, vt ex dicto *text. l.* 1. *§. si hæres*, per quem notat *Angel. ff. ad Trebell.* vt etiam in his terminis sequutus *Angel.* notat *Alex. consil.* 63. *num.* 11.

num. 11. *vers.* 6. & facit *text. in l. si seruus, ff. de condit. furt.*

Hinc dicit *Frecc. de præsent. instrument.*
12 *part.* 7. *quæst.* 5. quòd si obligatio penderet ex futuro euentu, instrumentum venditionis prædictæ liquidari nō posset, cùm possessio non censeatur tradita, ex quo de iure ab aliquo auocari potest, ad *text. in l. non videtur, ff. de acquir. possess.* quia aduersus tale instrumentum obstaret exceptio implementi non sequuti, cùm res non sit libera, vt latè *Grass. de except. except.* 13. *num.* 37. *& seq.* vbi hoc multis modis ampliat, prout etiam plenè *Giurb. decis.* 100. *num.* 22. *& seq.* apud quos infinitos DD. habes, qui enim ex contractu agit, pacta priùs in eo contenta adimplere debet, vt ex *d. l. Iulianus, §. offerri,* vbi *Bart. ff. de act. empt.* & hoc non obstante statuto exceptiones reijciente, vt per *Grass. loco citato.*

Et procedunt omnia, etiam si venditor
13 ignorasset, rem illam non esse liberam, cùm non debuit facilè quod ignorauit asseuerare, vt ex *l. Iulianus, §. quid tamen,* vbi etiam *glos. ff. de action. empt.* quod etiā notauit *Ruin. cōs.* 141. *in princ. lib.* 1. *Amat.* in citato *cons. num.* 7. *Grat. in d. decis.* 13. *num.* 21.

Nec in hoc obstat *text. l. si post perfectā, C. de euict.* vbi solutio ab emptore retardari non potest sub prætextu, quod res sit aliena, præstita tamen cautione per vendi-
14 torem, nam id procedit, quando emptor
15 ageret de euictione, quæ nunquàm dicitur, nisi cum effectu res vendita amittatur, & abdicetur à posse, & dominio emptoris per sententiam, vt tradit *Bald. in l. iure licere, ff. de euict. & Ann. cons.* 15. ac *Minsyng. centur.* 1. *obseruat.* 36. & proindè antequàm talis euictio sequeretur, non potest emptor, licèt ipsa immineat in limine cōtractus, solutionem impedire, cùm contractus sit perfectus, dum omnia requisita adsint, scilicet res, pretiū, & consēsus, & sic venditor nihil adimplere habet ex parte sua, dùm rem tradidit, pro quo faciunt notata per *Vincent. de Franch. in decis.* 373.
16 vbi pendente lite super nullitate contractus, interim debitor tenetur canones soluere, de cuius decisionis intelligentia latè scripsit *Giurb. in decis.* 100. *per tot.* & ideò obseruatur hic, quòd vbi venditor vellet instrumentum liquidare contra emptorē pro pretio rei vēditæ, non potest ipse emptor excipere contra ipsum venditorem, quòd in re vendita imminet euictio in li-
17 mine contractus, quamuis produceret fidem authenticā litis motæ, si venditor cū effectu fideiussorē præstet de generali euictione, quāuis esset diues, vt latè *Carau. in*
18 *Rit. Magn. Cur.* 173. *in fin.* licèt contrariū decisum fuisse per Mag. Cur. & deindè per Sacr. Cons. confirmatum, referat *Vrsill. ad Afflict. in decis.* 171. *num.* 5. scilicet quòd satisdatio non requiratur, quando est notorius diues, de qua quæstione plenè scripsi in *decis.* . . .

Secus autem, quando quis ageret actione ex empto, vt rem venditam venditor liberet, vel interesse quanti minoris præstet,
19 nam tunc non potest instrumentum venditionis pro pretio liquidari contra emptorem, cùm contractus ex parte venditoris nō fuerit adimpletus, dum asseruit rem esse liberam, & proindè antequàm contractus per venditorem adimpleatur non dicitur perfectus, cùm deficiat vnum ex requisitis, scilicet cōsensus emptoris, qui vtiquè si sciuisset, non emisset, vt dixi, & sic differt vna actio ab altera, vt dicit *text.* & ibi *glos. in l. creditor, §. si prædium, ff. de action. empt.* cùm prima non possit inten-
20 tari, nisi sequuta euictione, secunda verò statim, quod res non appareat esse libera, prout sic in indiuiduo distinguit *Caroc. in decis.* 96. *nu.* 6. *cum seq.* omninò videndus, vbi inquit, quòd vbi venditur res alteri obligata, aut venditur res aliena, in primo casu non instant requisita euictionis, cùm statim ex empto, vel quāti minoris ob detectam obligationem, vel absolutè res liberetur, vt etiam latè *Surd. cons.* 36. *vol.* 1. *& Costa de fact. scient. & ignorant. dist.* 5. *cent.* 1. *num.* 4. in secundo verò casu secus.
21 Actio verò quanti minoris vbi intentatur, quanti erit æstimanda, latè *Thesaur. tun. lib.* 3. *qq. forens. quæst.* 115. *num.* 5. *cum seq.* qui inquit, fuisse per Senatum taxatam ad quartam partem pretij conuenti.

SVMMARIVM.

1 *Anuli, vestes, & alia ornamenta missa à sponso sponsæ non præsumuntur donata, sed tantùm ad vsum, & hoc etiam inter virum, & vxorem, num.* 2.

Amplia, quamuis sponsus vsus fuisset verbis habentibus donationis significationē, num. 3.

Et quid de anulo, cum quo fuit desponsata, num. 4.

Limita, quando vigeret consuetudo, numer. 5.

Item,

Item, quando sponsus esset senex, & sponsa iuuenis, num. 6.

7 *Donata sponsa à consanguineis viri an acquirantur viro, remissiuè.*

DECIS. CLXVI.

1 ANulos, vestes, & alia ornamenta non censeri donata sponsæ à sponso, concludit *Author hic*, licèt cum distinctionibus, ad quē adde *Ludouis. decis. Rot. Roman.* 474. vbi refertur, sic fuisse determinatum de anno 1600. post longam discussionem, cùm ei non censeantur donata, sed tantū ad vsum, etiam si essent data à socero, &

2 hoc indistinctè tàm in sponsa, quàm in vxore, prout etiā reprobata distinctione inter sponsam, & sponsum, maritū, & vxorem concludit *Farinac. decis.* 113. *part.* 1. qui hoc procedere inquit, etiam si versaremur inter nobiles, cùm ad hoc vt ex nobilitate inducatur donatio requirantur diuitiæ in sponso, licèt arbitrio Iudicis sit relinquendum (inquit) circa nobilitatem, &

3 diuitias, imò ampliat, etiam si maritus, seù sponsus vsus fuisset verbis habentibus significationem donationis, veluti *per le gioie presentateli*, cùm hoc casu verba debeant impropriari, itā vt donatio censeatur facta ad vsum tantùm, & sic censuisse Dominos de Rota testatur, vt etiam de communi *Honded. cons.* 30. *num.* 28. *&* 29. *cum seq. lib.* 2. sic etiam de donatis in faciē Ecclesiæ inquit *Sanchez de matrim. lib.* 6.

4 *disput.* 23. *num.* 9. *&* 19. quamuis *Castillus* quoad anulum, cum quo fuit desponsata contrarium teneat, dicens, illum donatum præsumi ex mente *Rom. Crauett. Caualc.* & aliorum in *decis.* 93. *num.* 14. prout tenuit *Author hic*, addo *Thesaur. iun. lib.* 3. *qq. forens. quæst.* 15. *num.* 2. vbi sic pluries Senatum decreuisse testatur.

5 Quod limitatur, quando consuetudo vigeret, vt vltrà citatos DD. sic probat *Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 26. *num.* 11. *Gratian. tom.* 1. *discept. forens. cap.* 189 *num.* 21. *& seq. Georg alleg.* 45. *nu.* 44. *& seq.* & hoc quamuis consuetudo vigeret in loco domicilij vxoris, cùm illa attendenda sit, *Loffred. cons.* 42. *num.* 6. & in specie *Georg. loco* citato, *num.* 45. maximè in nostro Regno, vbi viget Pragmatica Excellentissimi Ducis Offunæ Proregis, per quam disponitur, quòd pro quolibet centenario doris debeātur sponsæ pro donatiuis ducati octo, dummodò dos sit infrà summam ducatorū 4000. aliàs si excederet, sex pro centenario, vel si excederet 20000. quinque, vel 30000. quatuor, & hoc iure vtimur.

6 Itē, quando spōsus esset senex, & sponsa iuuenis, vt tradit *Palat. Rub. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §.* 10. *Honded.* dicto *consil. num.* 56. *lib.* 2. *Farinac.* dicta *decis. num.* 14.

De hac quæstione, ac de distinctionibus nostri *Authoris hic* latè scripserunt *Gutierr. pract. qq. quæst.* 120. *Molin. de ritu nupt. lib.* 3. *quæst.* 38. *Sanchez de matrimon. lib.* 6. *disput.* 26. *Pater Molina de contract. disput.* 430. *Hieron. de Leo decis Valent.* 36. *lib.* 1. *Font. anell. de pact. nupt. clauf.* 7. *glo.* 3. *part.* 6. *nu.* 65. *& seq. Georg.* citata *alleg.* 45. *num.* 37. *cum seq. Castill. decis.* 93. *lib.* 1. *per tot.* ac *Thesaur. lib.* 3. *qq. forens. quæst.* 15.

7 De donatis à consanguineis viri plenè scripsi in *decis.* 118.

SVMMARIVM.

1 *Legitima debita filio post mortem patris nō venit in confiscatione ob eius delictum viuente patre.*

Amplia, quāuis pater eam filio assignasset, cùm posset iterùm reuocare, num. 3.

Item, si filius esset rebellis, num. 13.

2 *Filius viuente patre non habet ius in legitima.*

4 *Supplementum legitimę debetur filio non obstante assignatione ei à patre facta, si facultates paternæ post illā essent aucta, quamuis filius per pactum patrem quietasset, vbi decisio S.C.*

Amplia, etiam interueniente iuramento, num. 5.

Contrarium, num. 6.

Intellige, num. 7.

Amplia, quamuis augmentum veniret ex causa de præterito, num. 8.

Declara, num 9.

5 *Pater aliam legitimam filio dare tenetur, si filius ipsam consumpserit, non obstante expressa renunciatione cum iuramento.*

8 Afflict. decis. 382. *reprobatur.*

10 *Legitimæ liquidatio an fieri debeat habito respectu temporis mortis, vel nè ipsius liquidationis, remissiuè.*

11 *Legitima filio assignata per patrem reuocatur pro rata, diminutis deindè facultatibus paternis.*

12 *Confiscatio ad bona futura nō extenditur, sed tantùm ad præsentia, & num.* 13. *vbi decisio Reg. Cam. Sum.*

Amplia, quamuis bona deberentur ex contractu, num. 14.

15 *Successio non cadit in filium condemnatum.*

16 *Fiscus delinquente herede grauato per fideicommissum ex eius persona non potest nec trebellianicam, nec legitimam deducere, si filius hæreditatem adiuerit, nec cōtradixerit prohibitioni.*

17 *Legitima filij stante statuto, ob eius delictũ publicari potest viuente patre, & quod tempus sit inspiciendum, delicti, vel ne cōdemnationis.*

Intellige, dummodò statutũ expressè disponeret quòad legitimam, num 18.

Limita, quando extarent filij ex filio, num. 19.

DECIS. CLXVII.

1 LEgitimam filio debitã post mortem patris non deberi Fisco ob
eius delictum viuẽte patre, concluditur hic, prout sic quoquè
voluerunt *Gulielm. de Bened. in cap. Raynuntius, part. 1. decis. 5. in verbo & vxorem nomine Adelasiam, num. 284. Bart. in l. 1. §. impuberi, ff. de collat. bonor.* & in *l. omnimodò, §. 1. ff. de inoffic. testam. Io. de Imol. in l. si filio, la seconda, ff. solut. matr. Ias. in l. lex Cornelia, num. 6. ff. de vulg. & pupill. & in §. actiones autem, num. 91. Instit. de act. Specul. de exequut. sentent. § sequitur, vers. quid si filius, nu. 11. Iul. Clar.* post multos *§. fin. quæst. 86. nu. 3. & 8. Padill. in l. si emancipata, C. de tur. & fact. ignor. num. 33. Cassan. in consuet. Burgund. tit. des successions, rubr. 7. §. 2. num. 3. & seq. Cancer. lib. 1. variar. resolut. cap. 3. tit. de legitim. num. 25. Peregrin. de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. num. 133.*

Er ratio est, quia patre viuente non est
2 realitèr filio debita, nec in ea ius habet,
cap. cũ sumus, de regular. l. 1. §. si impuberi, ff. de collat. bonor. Bald. & DD. in l. si qua pœna, ff. de his, qui sunt sui, Cepoll. caut. 18. num. 29 Dec. cons. 4; 8. num. 8. Bald. cons. 7. Roland. à Valle cons. 97. num. 5. Menoch. cons. 77. num. 26. Fachin. lib. 6. controu. cap. 13. Seraphin. dec. 815. nu. 4. Bece. plenè *cons. 34 Guid. Pap. decis. 486.*

Et hæc conclusio procedit, etiam si pa-
3 ter assignasset legitimã filio, nec ipsa venit
confiscanda, illam enim semper reuocare posset, ad notata per *Ripam in cap. cùm Marcus, antè num. 39. extra de constitut.* quem sequitur *Peregrin. de fideic. artic. 36. num. 15. & artic. 6. nu. 43. & seq. Farinac. de crim. læs. maiest. quæst. 116. nu. 112.* cùm ipsa in morte consideretur, vt per dictum *Peregr. in d. art. 36. num. 18.*

Et hoc adeò verum est, vt si post factã
assignationem filio augeantur facultates
4 paternæ, adhùc in augmento supplemen-
tum deberetur, quàmuis filius per pactum patrẽ quietasset, *text.* est clarus in *l. si quando, §. illud, C. de inoffic. testam.* vt etiam concludit *Cassan.* in citata *rubr. 7. § 2. n. 7. fol.* mihi 230. reiecta opinione *Iac. Butrig. in l. pactum, C. de collat.* quæ tanquam falsa cõmuniter reprobatur à DD. per *d. l. si quando*, vt affirmat *Peregrin.* in citato *artic. 36. num. 17* & itá aliás fuisse in S.C. decisum refert *Afflict. in Constit. Regni Fratribus, col. 3. num. 12.* in quadam causa Grandilli de Foromagnate, quam quoquè opinionem sequutus est *Io. Castill. tract. de vsufruct. cap. 64. nu. 13.* imò si legitimam
assignatam in vita patris filius consum-
5 pserit, pater tenetur iterùm aliam dare, nõ
obstante expressa renunciatione per filiũ facta, vt cõsuluit *Camill. de Medic. cons. 14.* in causa Eminentissimi Cardinalis Iesualdi, quamnis adesset iuramentum, vt tenet
Afflict. in citata *Constit. Fratribus*, cum
6 multis per eum adductis, licèt in hoc con-
trarium teneant *Alex.* in pulchro suo *cons. 180. vol. 5.* & meliùs *cons. 181. eod. vol Paris. cons. 33. vol. 3. Bertazzol cons. 7. num. 4. & cons. 15. num. 125.* vbi ait, hanc esse magis communem distinctionem contra *Iacob. Butr. Seraph. de priuileg iuram. priuil. 112. Costa de port. rata, quæst. 164 num. 4. Cacher. decis. 125. Boer. decis. 62.*

7 Sed hoc intellige, quando iuramentum
interuenit cum expressa renunciatione supplementi legitimę, vt tenet *Cassan.* in citato *loco, fol.* mihi 230. *d ter. nu. 4. & 5.* per doctrinam *Bened.* in citato *cap. Raynuntius, in verb. duas habens filias, nu. 266.* prout etiam sic relatis hinc indè opinionibus concludit *Boer. in d. decis. 62.* respondendo ad *cap. cùm M Ferrariensis.*

Amplia supradictam conclusionem,
8 quamuis augmentum venjret ex causa de
præterito, contrà ea, quæ dixit *Afflict. in decis. 382.* vt tenet *Vrsill in d. decis.* dicens; contra illam in S.C. fuisse iudicatum, de qua decisione testatur *Vinc. de Franch. in decis. 61.* declarando *text. in l. si patronum, §. fin. ff de bon. libert.* & falsam etiam illam *Affl.* decisionem esse ait *Ladercb. cons. 125. num. 7.* quam etiã reprehendit *Costa de retrotract. casu 15. cap. 9. in fin.*

Et

Et quamuis contrarium teneat *Camill. Salern. in Consuet. Neapol.* simpliciter sequutus *Affl.ct.* vt in *Consuet. Si moriatur, lit. C. fol.* mihi 96. *& Peregrin. in d. art. 36. nu. 20.* per *d. l. si patronum*, tamen ea procedunt, quando ex eo augmento hæredi-
9 tas non fieret locupletior, secus autem quando fieret locupletior, vt declarat idē *Peregrin.* in citato *loco, num. 24.* vbi valdè dubitat de dicta *decis. Afflict.* vel quando veniret augmentum facto temporis, nam tunc supplementum non deberetur, vt notat *Vrsill. in decis. 382. num. 4. in fine*, licèt de hoc oriretur alia quæstio, scilicèt num in liquidatione legitimæ sit inspiciendum
10 tempus mortis, vel liquidationis, veluti si res tempore mortis valebat decē, & tempore liquidationis viginti, & sic esset diminutio, & augmentum temporis intrinseci, & cùm hæc non sit quæstio nostra, satis est me remittere ad DD. de hoc tractantes, veluti ad *Mastrill. decis. 251. Vincent. de Franch. decis. 61. Amat. consi.* 49. in causa Illustr. Principis Sancti Boni, latè etiam *Manent. consil. 121. lib. 2. inter decis. suas, Consiltar. de Georgio allegat. 40. Surd. consil. 128. volum. 1. Lanar. cons. 70. de Ponte cons. 79.*

Sic etiam è contra diminutis facultati-
11 bus paternis pro rata reuocantur assignata per patrem in causam legitimæ, vt tenent *Alex. in l. in ratione, la seconda, nu. 7. ff. ad leg. falcid. & Corn. in cons. 238. col. 3. vol. 1.* vbi inquit, habita per filium conferenda, & omnium æstimationem faciendā esse, inspecto rerum valore tempore mortis patris, quem etiam sequitur *Petr. Plac. in tract. de fideicommiss. probib. quaest. 15. sub num. 148.* idem *Peregr. in loco* citato, *nu. 18. Costa de port. ratæ, quaest. 164. Paul. de Castr. cons. 210. lib. 1.* licèt hæc opinio non sit omninò tuta.

Sed redeundo ad cœptam questionem, ex supradictis clarè patet, filio legitimam nō deberi, nisi post mortem patris, & successiuè ipsam Fiscus viuente patre appre-
12 hendere non potest, cùm confiscatio ad bona futura non extendatur, sed tantùm ad præsentia, ex aperto *text. l. si mandauero tibi, §. si, cuius ff. mandat. l. eius, §. 1. ff. de testam. & l. in certa forma, C. de iure fisci, lib. 10.* vbi *Bart.* & alij, latè *Farinac. de delictis, & pœnis, quaest. 24. num. 19.* cùm neque in foro conscientiæ possit tutè Fiscus legitimam, & alias pœnas à filijs exigere, vt notant plenè *Cauall. commun. contra commun. quaest. 653. nu. 38. vers. & pœnam*, idem *Farinac. de crimin. læsæ maiest. quaest. 116 num. 145.* vbi ait, ita Rotam Romanā declarasse, sic quoquè *Merlin. de legitima, lib. 3. tit. 1 quaest. 33. num. 5.*

13 Quæ conclusio procedit, etiam si esset rebellis, vt inquit *Padill. in l. si emancipatus, C. de iur. & fact. ignor. num. 33. in fine*, subdens, falsum esse quidquid in contrariū dixerit *Mart. Laud. in tract. de crim. læsæ maiest. vers. 24.* vbi scripsit, filium committentem crimen læsæ maiestatis, legitimam viuente patre sibi obuenturam perdere, cùm contrariū sit verius, vt iudicauit Regia Camera Summariæ in causa illorum de Ruffis, in Banca Cæsaris Rapari, scilicèt Fiscum non venire ad hæreditates rebellium in futurum deferendas, de qua supradicta etiam decisione testatur *Vrsill. ad Afflict. in decis. 127.*

Et licèt contra hoc possit responderi, quòd etsi Fiscus non veniat ad bona futura, intelligi possit quòad bona, quæ perueniunt ex vltima voluntate, non autem ex cōtractu, prout post aliquos notat *Grammat. cons. crimin. 7.* per *text. in l. inter, §. fin. ff. de pact. dotal.*

14 Tamen contrarium verius est, quòd iura etiam conditionalia, quæ debentur ex contractu, ad Fiscum non veniant, vt tenet *Nell. in tract. bann. 1. part. quaest. 30. & 31.* cuius opinionem sequutus est *Vrsill. decis. 127. in fin.* quod etiā affirmauit *Ruin. cons. 123. vol. 4.* vbi sub *num. 7.* intelligit, acquisita post confiscationem Fisco non deberi, etiam quòd acquirantur ex causa de præterito, quod pulchrè comprobat *Natta cons. 472. num. 7.* sic quoquè *Farin.* in citato *tit. de delict. & pœn. d. quaest. 24. num. 20. Gomes tom. 3. variar. resol. tit. de confisc. bonor. num. 1. cum seq.* ea ratione, quia tēpore delatæ successionis filius red-
15 ditur incapax, cùm sit condemnatus, & in eum proprio iure non cadat successio, vt latè *Mangil. de imput. & detract. legit q. 4. num. 34. cum seq. vers. sunt alij.*

Amplia, hoc procedere etiā delinquente filio mortuo patre, habente bona ex ordinatione patris fideicommisso subiecta, cùm nec in hoc casu Fiscus legitimam de-
16 ducere possit, quādo de mente patris prohibendi detractiones aliquo modo apparere possit, & filius hæreditatem adiuerit, nec contradixerit prohibitioni, vt plenè *Laderch. in cons. 101. ad finem, Costa de port. rat. quaest. 233. in fin.* & latè post alios *Merlin. in tract. de legit. lib. 3. tit. 1. quaest. 32. num. 1. & 2.*

Bb 2 Benè

Benè verum limitatur supradicta conclusio, quando per statutum caueretur, legiti-
17 mam filij viuente patre publicari, quia tunc essemus in claris, & legitima comensurabitur ad bona tempore delicti, vt post *Bald. in d. l. si qua pœna* notat *Peregr. de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. nu. 133. in vers. & idem est in legitima, in fin. Cassan.* in citata *rub. 7. fol.* mihi 230. *in 5. limit.* latè *Ias. in Auth. nouissima, num. 12. C. de inoffic. testam.* vbi ait, quòd ponderāda sunt verba statuti, an se referant ad delictum, an ad condemnationem, nam si dicat, quòd pater teneatur soluere legitimam pro delicto filij, quòd tunc inspiciatur tempus delicti, si verò dicat, pro condemnatione, inspiciendum sit tempus condemnationis, sic etiam in puncto *Farin. de delict. & pœn. quæst. 24. num. 187.* ac *Mangil. de imput. & detract. q. 41.* quamuis *Merlin. lib. 3. tit. 1. quæst. 39. nu. 3.* dicat, in praxi per Rotam Romanam vidisse semper obseruatum tempus condēnationis.

Sed declara, dummodò statutū expres-
18 sè disponat quoàd legitimam, secus si nō disponat de legitima, licèt generalissimè disponat, veluti si per eum filij delinquentes reddantur incapaces successionis, & nullam de legitima mentionē faciat, tunc enim Fiscus eam capere non potest, licèt ipse mortuo patre erit incapax etiam legitimæ, vt fuisse iudicatum in Rota Romana refert *Farinac. in cales consil. lib. 2. decis. 17. num. 1.* cùm hoc statutum vti crudele, & inhumanum sit strictissimè intelligendum, vt tradunt *Menoch. cons. 99. num. 119. Tob. Non. cons. 94. num. 11. Vlpell. cons. 100. in princ. Caberan. decis. 88. nu. 4. & 5. Magon. decis. Lucens. 27. num. 1.*

Declara, etiam quando non extarent
19 filij ex filio, secus autem si extarent filij ex filio, tunc enim legitima illis debetur, filio sublato de medio, vt notat post *Bald. in d. l. si qua pœna, num. 4. vers. quæro pater habens filios, & ex eo nepotem*, vbi *Fulgos. & alij, Peregrin.* in citato *tit. 1. sub* dicto *num. 133.* prout sic decisum in puncto per Rotam Romanam refert *Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 36. num. 3.* & antè eum *Farinac. de delict. & pœn.* dicta *quæst. 24. num. 172.*

SVMMARIVM.

1 *Aedificium constructum in alieno pariete non est demoliendum.*
2 *Intellectus* l. quemadmodùm, §. 1. ff. ad l. Aquil.
3 *Aedificans in alieno solo quando non censeatur donare.*
4 *Aedificium quando cedat solo, & num. 5.*
6 *Aedificium constructum super pariete communi an efficiatur commune, remissiuè.*
7 *Paries quando dicatur communis, & quando ad altius eleuandū destinatus, & possit inuito socio eleuari, remissiuè.*

DECIS. CLXVIII.

IN hac decisione cōcludit *Surd.* ædificium constructum in alieno parie-
1 te non esse demoliendum, quando facienti prodest, & Domino parùm nocet, sed ædificantem teneri ad medietatis valorem muri, & hoc supposita consuetudine, quòd soluta muri parte liceat superędificare, cùm valeat cōsuetudo, quòd teneatur quis rem suam vendere, quam decisionē de verbo ad verbum cum multis comprobādo sequitur *Grat. tom. 3. discept. forens. cap. 541. à nu. 3. vsque ad 14. & tom. 4. cap. 752. nu. 54. & seq. & tom. 1. c. 32. nu. 18. 19. & seq.* & sic decisum refert *Thesaur. decis. 41. num. 7.*

Nec obstare videtur *text. l. quemadmodùm, §. 1. ff. ad leg. Aquil.* cùm *text.* ille
2 procedat, quando de facili Iudicis copia haberi non posset, & damnum indè emergens graue admodū sit, *l. nullus*, vbi *glos. in verbo altiorem, C. de Iudæis, l. si quis ad se fundum, C. ad l. Iul. de vi publ. l. generali, C. de decur. lib. 10. Capoll. de seruit. cap. 30. colum. penult. in fin. tertij casus, & Bart. in l. si altius, §. bellissimè, ff. quod vi, aut clam, Innocent. in cap. cùm olim, de restitut. spoliat.* & post omnes ità *text.* dictæ *l. quemadmodùm* procedere dicit *Thesaur. in decis. 41. num. 17.*

Quod secus esset, quando Iudicis copia de facili haberi possit, cuius officium potiùs implorari debetur, cùm nec quidquā sine eius authoritate sit faciendum, ne ad arma veniatur, & à ciuili in criminali controuersia discedatur, vt dicunt *Thesaur. & Capoll. in locis* citatis.

Et licèt ædificans in alieno solo censea-
3 tur donare, tamen id non procedit, quando ædificans ipse haberet aliquam spem in re ædificata, scilicet aliquo tempore

ad se

ad se pertinere, vt plenè *Gratian. tom. 1. disc. forens. cap. 32.*

4 Item procedit, quando scientia expressa ædificantis probetur, quòd voluerit in solo alieno ædificare, & quòd ipse sit in mala fide, & quòd ædificium sit immobile, & quòd sit factum ex materia propria, nam tunc ædificiũ cedit solo, & successiuè ædificans operas suas recuperare non posset, prout secundùm hunc intellectum refert fuisse decisum in Regia Audientia sub die 5. Aprilis 1593. *Peguer. in decis. 97.* facta hinc indè discussione.

Item procedit respectu proprietatis ip-
5 sius, quia demoliri non potest, non autem respectu expensarum, quæ necessariæ, vel vtiles admodùm sint, vt pretiũ is, qui meliorauit amittat, vt dixi in *decis. 160. num. fin.* quam vide.

Circa illud aliud, quod quæritur per *Authorem* nostrum in hac decisione, scili-
6 cet an ædificium constructũ super pariete communi efficiatur commune, vide pulcherrimam *decisionem Thesaur. 41. per tot.* qui ad saturitatem quæstionem disputat, & declarat cum multis ampliationibus, & limitationibus, cum pluribus decisionibus adiectis, vide etiam *Vtu. decis. 217. lib. 2.*

7 Et quando paries dicatur communis, & quando in dubio, ad altius eleuandum destinatus videatur, & possit inuito socio eleuari, latè idem *Thesaur. decis. 23. per tot.*

SVMMARIVM.

1 *Dos data ab auo nepti ex filio, venit imputanda nedùm in legitimam debitam filio in bonis dotantis eius filiam, sed etiã ipsi nepti in legitimam ex bonis eius patris, nulla data distinctione, si auus esset pauper, & filius diues, & è contra, & num. 2.*

3 *Relictum vltrà quantitatem legitimæ an imputandum sit in lucrum à statuto delatum, remissiuè.*

4 *Dos in eo, quod excedit legitimam, donatio est, & super illo onus imponi potest.*

DECIS. CLXIX.

DVO quæruntur ab *Authore hic*, primum nempè, an dos data ab auo nepti ex filio sit, vel ne imputanda nedùm in legitimam debitam dicto filio in bonis dotantis eius filiam, sed etiam ipsi nepti in legitimam ex bonis eius patris.

Secundò, si relictum vltrà quantitatem legitimæ imputandum sit in lucrum à statuto delatum.

Circa primum per extensum scripserũt DD. post *text. in l. dotem dedit, ff. de collat. bonor. Caput. ad Consuetud. Neap. part. 2. §. 10. Versic. ad Afflict. in decis. 178. in 9. dub. & decis. 393. num. 7. Maxill. ad consuetud. Bar. in tit de iur. dot. § dos à patre, à princ. vsque ad med. Graff. in § legitima, quæst. 20. & seq. Surd.* Author noster *cons. 361. num. 31. lib. 3.* latè *Mangil. de imput. & detract. quæst. 19 per tot. & quæst. 20. & 21. Merlin.* quoque plenè *tract. de legitim. lib. 2. tit. 2. quæst. 9. & 10. & lib. 2. tit. 2. q. 14.*
1 qui omnes communiter concludunt, quòd siuè auus sit pauper, & filius diues, siuè è contra, quòd semper præsumatur gratia filij dotare, & successiuè sẽper veniret imputanda in legitimam vtriusque, nulla data distinctione, an fuerit legata, vel inter viuos data, cùm in vtroque casu pro imputatione satis doctè probet *Merlin. in d. tit. quæst. 8. à nu. 29. vsque ad nu. 41. & quæst. 10. per tot.* eo maximè absque difficultate hoc procederet, vbi extaret statutum in Ciuitate, quòd dos ab vno data excludat fœminam, nõ solùm à successione dotantis, sed etiam aliorum, vt notat post *Mangil. in loco* citato *Merlin. in d. quæst. 14. in fin.* & quamuis *Peregrin. de fideicommiss. artic. 37. à num. 17. vsque ad fin.* indistinctè affirmet, quòd quando legatũ pro dote esset certę quantitatis, quòd eo casu imputaretur nepti in legitimam debitam in
2 bonis patris sui tantùm, & non quòad filiũ, patremque neptis in eius legitimam, subdens, hanc esse verissimam opinionem, tamen ille loquitur, quando concurrũt coniecturæ, ex quibus non appareret, esse relictum, vt imputaretur filio, patrique neptis, veluti quando auus ordinasset, quòd præmoriente nepte antè matrimonium legatum reuertatur ad suos hæredes institutos, & substitutos, vel alijs similibus, de quibus latissimè idem *Merlin. quæst. 9. d. lib. 2. titul. 2.*

Quò verò ad secundum vide quę scripsi
3 in *decis. 119.* verùm pro corroboratione eorum, quæ dixit *Author hic*, adde, quòd
4 dos licèt succedat loco legitimæ, hoc tamen erit vsque ad quantitatem legitimæ, in eo verò, quod excedit, dicitur mera donatio, ob quod super excessu omnes conueniunt DD. onus imponi posse, ex *text. l. final. § filia, ff. de leg. 2.* tradunt *Thesaur. lib. 1. quæst. 65. nu. 5. Milan. decis. 10. nu. 21.*

lib.1.Pontanell.de pact.nupt.clauf.5.gl.10. part.1.nu.29. Marescott.lib.1.cap.28.nu.1. & 2. etiam post dotis constitutionem dicit *Farinac. decis* 381, *part* 4. dummodò actio ex stipulatu filiæ non sit quæsita, dicit *Thesaur. d.quaest.65. num.5.& 6.*

SVMMARIVM.

1 *Creditor censetur priùs de mobilibus sibi soluisse.*

2 *Creditor succedens debitori, statim videtur sibi soluisse.*

Contrarium, quòd eius actio confusione tollitur, num.3.

Intellige respectu actionum personalium, licèt pro rata, si cohæredem haberet, nu.4. non autem respectu retentionis, nu.5.

6 *Actio hypothecaria nõ confunditur per successionem, quàmuis inuentarium nõ fuerit confectum, vbi decisio S.C.*

Intellige cum distinctione, nu.7.& seq. vbi decisio Reg.Cam.Sum.

8 Vinc.de Franch.in decis.80. *declaratur.*

9 *Succedens vigore nostræ Consuetud. Neap. succedit tanquàm fideicommissarius.*

10 *Hæres grauatus non potest deducere eius creditum aduersus legatarios, & creditores, si inuentarium non confecerit, licèt aduersus fideicommissarium vniuersalem sit.*

11 *Hæreditas consistit in iure, & non in corpore.*

12 *Actio hypothecaria non dicitur extincta per aditionem hæreditatis, quàmuis inuentarium non fuerit confectum, quando hæres, & creditor defuncti pro suo credito rem hæreditariam vẽdiderit, & post venditionẽ prædictam alter creditor dicta hæreditatis, & posterior ipsius hæredis, vellet hypothecaria molestare emptorem, & sic possessorẽ, sub prætextu, quòd actiones dicti hæredis, à quo causam habet dictus emptor, fuissent confusa per aditionem absque inuentario, vbi decisio Sacr.Consf.*

13 *Aditio quando habeat vim solutionis.*

14 *Exequutio fieri debet priùs in bonis mobilibus, deinde in stabilibus, ac nominibus debitorum.*

15 *Exequutio si priùs fuerit facta in stabilibus, an erit nulla tanquàm iuris forma non seruata, & quando.*



DECIS. CLXX.

DVO concludit *Author hic*, primum scilicet, quòd creditor, qui successit debitori statim videatur sibi soluisse pro suo credito.

Secundò, quòd censeatur sibi soluisse priùs de mobilibus, & non stabilibus, ac nominibus debitorum, de quo plenè *Peregrin.de fideicommiss.artic.31.num.22.& seq. & artic.49. num.4. Manent. decis.34. num.38.* prout in exequutione, quæ fit ad instantiã creditoris in bonis debitoris seruata forma iuris.

Circa primum infertur, quòd quando creditor succedit debitori, illa aditio, vel
2 successio loco solutionis habetur, vt in *l.si ei, cui, §.1.ff.de euict. l.Stichum, §.aditio, ff.de solut.* vt fructus, quos habuit ex hæreditate, seu ex alia causa, pro qua illi successit, dicatur habuisse alio titulo, quã hæreditario, etiam si grauatus fuerit restituere hæreditatem, contra ea, quæ dixit *Sim.de Prat.*tradit *Gratian.* sequutus *Authorem hic lib.1.discept.for. cap.129.nu.25. & 26.* per *text.in l.peculium, la seconda,* & ibi *Castr.ff.de pecul.*sed hoc per fictionem, vt ex notatis per *Cost. de retrotract. reg.6. ad cap.3.num.7.DD. in l.si debitori,C.de pact.* ac in *l. Vranius, ff. de fideiuss.* quasi ipse creditor videatur sibi soluisse antè de bonis hæreditatis, vt ex *text. & glos.in l.1. §.si debitor, ff. ad leg. falcid.* & ità distinguendo ait *Napodan.in Consuetud Neap. Si quis, vel si qua, num.236.fol.*mihi 141. quòd aut creditor succedit debitori, & tũc procedunt supradicta, aut debitor succedit creditori, & tunc aditio non habetur pro solutione, sed actio tollitur confusione, qua etiam distinctione vtitur *de Ponte in consf.8.num 9.lib.1.*

3 Et licèt multi teneant, creditoris actionem esse confusam per successionẽ debitoris, & sic esse extinctam, vt per notata per *Vincent. de Franch. in decis.80. & decis.39.* & per *DD. ibi* adductos, quamuis ipsa aditio non confundat debitum omninò, sed tantùm pro rata, etiam si inuentarium non fuerit confectũ, vt tuetur *Costa de port.rata, quaest.45.*

Tamen hæc confusio procedit respectu actionum personalium spectantium ad se
4 ipsum, pro rata tamen, si cohæredem haberet, vt est *text.in l.1.C.de hæred.act.Cost. de retrotract.*in citato *cap.3.num.8. & de port.rata, d. quaest.45. num.15. de Ponte d.consf.*

d. conſ. 8. num. 3. cum ſeq. Gratian. tom. 2. di-
ſcept. forenſ. cap. 203. in 1. concluſ. Theſaur.
lib. 3. qq. forenſ. quæſt. 44. Mart. de ſucceſſ. le-
gal part. 4. quæſt. 12. artic. 3. num. 2. & 3.
5 Secus vero quòad retentionem, qua vti
poteſt hæres pro ſuo credito, vt pro hoc
multos colligit DD. Coſta de portion. rata,
quæſt. 237. num. 3. latè Molignat. tract. de
retent. quæſt. 189. & 190. & 179. vt ſic de-
ciſum fuiſſe in Sacr. Conſ. refert Vinc. de
Franch. citata deciſ. 39 num. 3.
6 Nequè demùm cõfunditur actio hypo-
thecaria, etiam ſi quis inuentarium non
conſecerit, vt conſuluit Camill. de Medic.
in conſil. 162. & ſic deciſum refert in S. C.
Capyc. in deciſ. 191. in cauſa Antoniæ Caie-
tanæ cum Berarda Coca, de qua deciſio-
ne reſtatur Piſanell. in addit. ad Conſuet.
Neap. Si quis, vel ſi qua, lit. A. fol. mihi 141.
ſubdens, ipſum patrocinaſſe in cauſa præ-
dicta, prout etiam ità in eodem S.C. iudi-
catum teſtatur Anton. de Alex. tunc Preſes
in addit. ad d. Conſuet. lit. C. & D. & Affl.
deciſ. 237. & ibi multa per Piſanell. & Vr-
ſill. ſic quoq; nouiter ſacta hinc indè lon-
ga diſcuſſione determinatum fuiſſe in S.C.
inquit Vincent. de Franch. deciſ. 80. per mi-
rabilem doctrinam Bald. in l. ſi vxor tua,
num. 1. & 2. C. de bon. auth. Iud. poſſ. ità
etiam Cartar. deciſ. Rot. Ianuenſ. 124. non
obſtante d. l. debitori, C. de pact. Neguſ. de
pignor. 1. memb. 5 part. nu. 49. & ſeq. Grat.
conſ. 63 num. 14. lib. 1. & faciunt pulchra
notata per eundem Camill. de Medic. in
conſ. 24. num. 23. & ſeq. qui allegat Paul.
de Caſtr. in conſ. 198. vol. 1.
Benè verum hoc intellige cum diſtin-
ctione, ſcilicèt actionem hypothecariam
eſſe extinctam per aditionem hæreditatis,
quæ obuenit irreuocabiliter creditori, ea
ratione, quia ipſe hæres adeundo eſſicitur
dominus bonorũ defuncti, ſibi priùs obli-
gatorum, ex quo dominio hypotheca ex-
tinguitur, quia res ſua non poteſt eſſe ſibi
obligata, l. vti frui, ff. ſi vſusfruct. pet.
etiam ſi propria ſit in parte tantùm, l. in
re communi, ff. de ſeruit. vrb. præd. Neguſ.
de pignor. 1. memb. 5. part. num. 49. & ſeq.
7 at ſecus vbi obuenit reuocabiliter, tunc
enim non dicitur extincta, vt communiter
aiunt Neguſ. 3 part. 1. memb. num. 56. Ca-
pyc. d. deciſ. 191. idem Surd. deciſ. 266. nu. 2.
Milan. deciſ. 14. num. 7. cum ſeq. lib. 1. Pere-
grin. de fideicommiſſ. artic. 35. num. 1. cum
ſeq. Alexand. Trentacinq. lib. 3. variar. re-
ſolut. tit. de ſolut. reſol. 5. in fin. Mareſcott.
lib. 1. variar. reſol. cap. 37. Morot. conſ. 81.
num. 10. artic. 7. Theſaur. lib. 3. quæſtion.
forenſ. cap. 44. hoc eſt, quãdo creditor per
hypothecam hæres factus adiuit hæredi-
tatem, quæ ſibi auocatur à creditore ante-
riore, quo caſu aditio non erit extinctiua
hypothecæ, ſed illa reuiuiſcit, l. ſextante,
§. latinus largus, ff. de except. rei iudic. vbi
Bart. Angel. cæteriq; DD. firmant, quòd
hypotheca non extinguitur, quando cre-
ditor efficitur dominus reuocabiliter, pro-
ut probat latè Morot. de ſecund. credit. of-
fer. poſt ſua conſil. q. 33. cum ſeq. & eſt in
puncto caſus, de quo agitur, de Ponte dicto
conſ. 8. num. 3. ſic etiam latè Gratian. d. cap.
203. nu. 20. ac Mart. de ſucceſſ. legal par. 4.
8 quæſt. 12. artic. 3. num. 4. & ità loquuntur
citati DD. in addit. ad Conſuet. Si quis, vel
ſi qua, & Vincent. de Franch. in d. deciſ. 80.
dicentes, hypothecam non eſſe extinctam
per aditionem, licèt inuentarium nõ fue-
rit conſectũ, & ratio eſt, nam dùm ſumus
in materia noſtræ Conſuetudinis, per quã
quis efficitur inteſtabilis (licèt pro medie-
tate, ſi filios non haberet) ſuccedentes vi-
9 gore ipſius ſuccedunt tanquàm fideicom-
miſſarij, ſecundùm Napodan. in Conſuet.
Si moriatur, in verbo ſuccedunt, num. 92.
fol. mihi 103. & 104. prout ſingulariter
Piſanell. & Vrſill. in addit. ad deciſ. Afflict.
237. dicentes, quia ex conſuetudine de-
fertur, ergo per fideicommiſſum, & ſic ac-
quirens aliquam hæreditatem, conditio-
naliter acquirit, ſcilicèt ſi filios habuerit,
nam ità demùm remanet hæreditas, ſi ad-
ſint filij, qui actus cùm ſit conditionalis, ni-
hil ponit firmum, l. ſub conditione, ff. qui
omiſſ. cauſ. teſt. & ſucceſſiuè acquiſitio cum
ſit facta reuocabiliter, (vt ſic indubitanter
tenendum eſt,) actiones hypothecarias
non confundi per aditionem hæreditatis
ſuppoſita dicta Conſuetudine Neapolita-
na, inquit Vrſill. citato loco, nu. 3. ſubdens,
ſic omni tempore fuiſſe iudicatum, & ſi-
gnanter in Regia Camera Summariæ in
cauſa Magnificorũ Lucij, & Fabij de Loſ-
fredo, cum Magnifico Io. Antonio Man-
ſella, & Regio Fiſco, prout quoquè ſic ſẽ-
per fuiſſe obſeruatũ poſt multos dicit Ca-
mill. de Medic. conſ. 162. num. 29. & ſeq.
Sed ex hoc infertur, quòd hæres licèt in-
uentarium non conſecerit, non teneatur
vltrà vires, & ſic permitteretur fraus, quod
abſurdum eſſet, & contra text. in l. fin. §. in
computatione, C. de iur. delib.
Reſponde, quòd hoc eſt verum, quando
hæres grauatus non conſecto inuentario
vellet retinere ſuum creditum aduerſus
lega-

legatarios, & creditores, nam tunc retentio minueret legata, & debita, quod facere non potest, cùm etiam de suo teneatur, vt singulariter declarat *Castr. in l. ab omnibus, §. fin ff. de leg. 1.* at secus, subdit, ad hæres fideicommissarium vniuersalem, quo
10 casu benè procedũt supradicta iura, quòd hæres non confundit creditum suum, quia non minuit de fideicommisso, cùm consistat potiùs in iure, quã in corpore, si enim grauatus sit restituere dimidiam hæreditatem, licèt deducat quod sibi debebatur, & restituit dimidiam eius, quod restat, non minus dicitur restituisse dimidiam, ac si
11 nihil detraxisset, cùm hæreditas consistat in iure, & non in corpore, & si nihil remaneret, adhuc posset restituere dimidiam, licèt inutilem, quod menti tenendum est, dicit *Castr. ibi*, quia vidit Viros, quamuis excellentes ettare, dicentes, quòd per non confectionem inuentarij hæres perdit deductionem, quæ sibi debetur aduersus fideicommissarium vniuersalem, per *§. in computatione*, quod est falsum, & sic consuluisse, cuius consilio posteà acquieuerunt, vt sic quoquè passum hunc explicat *Molignat. de retent. quæst.* 179. & 190. & antè eum *Ias. cons.* 28. *lib.* 3. *Roland. consil.* 65. *num.* 13. *lib.* 2. *Socin. cons.* 44 *vol.* 3. latè etiam *Grat. tom.* 2. *discept. forens. cap.* 203. *num.* 11. *& seq* & ratio est, nam de iure veteri hæres tenebatur insolidum creditoribus, & tamen aduersus fideicõmissarium poterat deducere quod sibi debebatur, *l. imponenda, & l. irrita, ad leg. falcid.* in hoc autem ius nouum *l. fin § in computatione, C. de iur. deliber.* non correxit ius antiqnum, cùm solùm prospexerit contra hæredem, qui recusat soluere legata integra, & debita creditoribus, sub prætextu, quòd hæreditas non sit soluendo, & sic dictum ius antiquum firmum remansit.

Secundò declara, quòd tũc actio hypothecaria non dicitur extincta per aditionẽ hæreditatis, quàmuis inuentarium non
12 fuerit confectum, quando hæres, & creditor defuncti vendiderit rem hæreditariam pro suo credito alicui, & post venditionẽ prædictam alter creditor dictæ hæreditatis, & posterior ipsius hæredis vellet hypothecaria molestare possessorem, & emptorem dictæ rei emptæ à dicto hærede, sub prætextu, quòd actiones dicti hæredis, à quo causam habet dictus emptor, fuissent confusæ per aditionem absque inuẽtario, prout hic est casus *decis. Vinc. de Frãch.* 80. qui in *num.* 21. subdit, sic per Sacr. Consil. fuisse iudicatum in beneficium tertij possessoris causam habentis ab hærede, dum fuit absolutus, quem casum vtilem esse ait, quando agitur in præsẽti causa contra tertium possessorem, licèt respectu hæredis esset inutilis.

13 De hac quæstione, quando aditio habet vim solutionis, latè scripsi in *decis.* 224.

Circa verò secundum, quod concludit
14 *Authbor hic*, quod hæres censeatur priùs soluisse de mobilibus, & deindè in stabilibus, ac nominibus debitorum, prout in exequutione, quæ fit ad instantiam creditoris in bonis debitoris, & sic iuris forma seruata infertur, quòd exequutio si fuerit facta priùs in stabilibus, quàm in mobilibus, erit nulla.

Responde, quòd licèt fuerit facta exe-
15 quutio priùs in stabilibus, tamen illa erit valida, dummodò ab ea exequutione facta in stabilibus non fuerit appellatum, cùm sit necesse ab ea appellari, vt est decisio *Bart. in l à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic.* quicquid in contrarium sentiat *Vrsill. ad Afflict. in decis.* 358. quem reprehendit *Vinc. de Franch. in decis.* 441. dicens, *Bartoli* opinionem esse veram, & pro vera habita fuit in S.C. & eam tanquã magis communem sequutus est *Gauin. a decis. Lusit.* 199 idem *Surd. cons* 39 *nu* 22. & secundùm eam in S.C. iudicatum refert *Iacob. de Franch. in addit. ad Alex. in d. §. in venditione*, dummodò in subhastatione ipsorum æstimatio præcesserit, aliàs exequutio esset nulla, *Castill. decis.* 91. *nu.* 14. *part.* 1. vt in hoc casu loquitur *Afflict. in d. decis.* 358. quam quæstionem per extensum disputat *Manent. in dec. Mantuat.* 19. vbi quando exequutio sententiæ facta iuris forma non seruata, sit, vel nè valida, & ibi habes infinitos DD. ac decisiones.

SVMMARIVM.

1 *Relictum vltrà modum* l. hac ædicali, C. de secund. nupt. *an sit vnà cum fructibus restituendum à die mortis testatoris.*

DECIS. CLXXI.

1 Relictum vltrà modum *l. hac ædictali, C. de secund. nupt.* esse restituendum vnà cum fructibus à die mortis testatoris, concludit *Authbor hic*, ad quẽ adde, quòd hanc quoquè opinionem sequutus est idem *Surd. in tract. de aliment. tit.* 9. *quæst.* 9 *n.* 2.

Cauale.

Casale.decis.29.num.59.& seq par.3. cum nonnullis per eum relatis, sic etiã *Molfes. ad Consuetud.Neapol.part.3.tit.de success. ex testam. quaest.19.& Pontanell.* qui etiã meminit de hac nostra decisione, eam sequutus, ac comprobans cum multis alijs *de pact.nupt.claus.5.glos.8.part.4.num.54. in 5.annotat.*

Verùm hunc articulum plenè examinaui in *tract. d.l.hac edictali, quaest.30.*

Et de hac materia *l. hac edictali, C.de secund.nupt.* latè scripsi in *decis.8.*

DECIS. CLXXII.

De hac quæstione plenè scripsi in *decis.40.& 52.* & latè in *decis.225.*

SVMMARIVM.

1 *Reiuendicatio permutanti nõ competit aduersus tertium possessorem, re permutata euicta, vbi decisio S.C.*
Contrarium, num.5.
2 *Ius offerendi competit tertio possessori hypothecaria conuento.*
3 *Datio in solutum quando primaeua iura extinguit, & num.4.*
6 *Assensus non requiritur in pacto, quòd detur regressus, re permutata euicta.*
7 *Assensus requiritur in reseruatione dominij pendente solutione, vbi decisio S.C.*
Contrarium, num.8.
9 *Assensus requiritur in pacto de retrouendendo, non obstante alio assensu impetrato super venditione feudi.*
Amplia, quamuis feudum esset planum, & de tabula, num.11.
Limita, fauore minoris, num.12.
10 *Vtile in feudis per inutile vitiatur.*
Limita, num.13.
14 *Pactum nullum non derogat contractui valido.*
15 *Pactum quando dicatur correspectiuum ad contractum.*
16 *Emphyteuta potest rem emphyteuticam Ecclesiasticam, vel priuatam permutare absque Domini licentia.*
Intellige, num.17.

DECIS. CLXXIII.

TRia requirit *Author* in hac decisione, primò an permutanti cõpetat rei vendicatio aduersus tertium possessorem euicta re permutata.

Secundò, an in pacto, quòd detur regressus re permutata euicta necesse sit assensus impetratio.

Tertiò, an emphyteuta possit rem permutare absque licentia Domini.

1 Circa primum, dubium non est, permutanti reiuendicationem non competere aduersus tertium possessorẽ, re permutata euicta, per *glos.* singularem in *l.eum precibus, in verbo nullam, C.de rer.permutat.* ibi *nullam in rem, vel in personam, quia cum eo non contraxisti,* secundùm quam iudicauit Sacrum Consilium, teste *Vinc. de Franch.decis.34.nu.1.* & sequitur *Episc. Minorens.verbo permutatio, fol.177. Ricc. collectan.28.* quicquid de æquitate decisũ referat *Franc.Steph.in decis.44.* post *Boer. decis.13.& 15.* quod secus si in instrumento permutationis alter alteri euictionem promiserit, cum obligatione bonorum vtriusque, præsentium, & futurorum, tunc enim licèt non detur rei vendicatio contrà tertium possessorem, tamen datur hypothecaria vigore obligationis, in qua venit ipsa res permutata, prout sic etiã fuisse decisum in S.C. refert idem *Vincent. de Franch. in d. decis. in fine*, licèt ipsi tertio
2 possessori hoc casu competat ius offerendi, iuxtà terminos *l. mulier, ff. qui potior. in pignor.hab.* vt notat *Neguz.de pignor.in 5.part. princ. 3.membr. num.28. & seq. & Surd.decis.174.num.22.*

Sed ex hoc infertur, quòd creditor in genere si fuerit ei in solutum datum aliud
3 genus, & deindè ipso euicto, non poterit ad primæua iura redire, sed actione euictionis agere, & tamen verum est, talem in solutum dationem quandam permutationem esse, vt latè probaui in *decis.266.* quod esset contra *text. in l.deferre, §. Papinianus, ff.de iure fisci,* vbi pignoris causa non est mutata per dationem in solutum, sed illa in suspenso remãsit, & proindè dicta re in solutum data euicta potest ipse creditor ad primæua iura redire, quod procedit, quando fuerit datum genus pro genere, vel species pro specie, cùm sit quadam permutatio, vt dixi in *d.decis.266.*

Et ratio est, quia in permutatione tradens tenetur facere rem perfectè recipientis, & verum dominũ irreuocabiliter, quod
4 secus in venditione, & emptione, in qua sequuta traditione ad nihil ampliùs venditor tenetur, & proindè re illa vendita euicta agitur actione per euictionẽ, vt *l.2. ff.pro empt. l.fin. ff.de bon.auth. iud. possid.* prout in indiuiduo distinguit *glos. in l.si pradium,*

prædium, C *de euict. glos. in l. libera*, C. *de sentent. & interloc.* quam conclusionem communiter sequuti sũt infiniti DD. à me relati in allegata *decis.* 266.

Verùm quidquid sit de hac cõtrouersia dicam in alia quæstione.

Licèt *Dec. in cons.* 187. dicat, dari regres-
5 sum aduersus tertium possessorem, vbi ille fuisset reseruatus, pro quo facit *text.* singularis in *l. 3. ff. de contrab. empt.*

Quòad secundum videtur, in tali regressus reseruatione non esse necessariam as-
6 sensus impetrationem, cùm ipse regressus sit de natura ipsius permutationis, vt ex *text. & glos. & DD. ibi in l. 1. C de rer. permutat* & expressè etiam notat *Becc. in cons.* 83. quem sequitur *Manent. in dec.* 24. *num.* 3. sic quoque sequutus *Authorem hic* cum multis comprobat *Mangil. in tract. de euict. quæst.* 141. *per tot.* nouissimè impresso, & successiuè cùm hoc pactum sit de natura contractus, nihil de nouo inducit, sed exprimit quod ab intellectu iuris in contractu continetur, vt ex notatis per *Bald. in rubr. C. de contrab. empt.* & sic frustrà imploramus ab homine quod à lege conceditur, vt per *text. d. l. 1. C. de thesaur. lib.* 10. & notata per *Surd. hic, num.* 18.
7 prout in simili diximus in reseruatione dominij pendẽte solutione feudi vẽditi, licèt *Vinc. de Franch. in decis.* 540. dicat, venditionem feudi factam cum reseruatione dominij pendente solutione, non dato assensu in reseruatione, nullam esse, subdens sic fuisse decisum in S. C.
8 Tamen contra dictam decisionem tenet expressè *de Ponte de pot. Proreg tit.* 8. *de refut feud. §. 3. per tot. fol. mihi* 163. vbi declarat *Pragmaticam* huius Regni editã in anno 1531. *nouem capitum*, super qua est fundata dicta *decisio Vinc. de Franch.* prout etiam tuetur *Mart vot.* 43. dicens, contractum prædictum esse purum, & nõ conditionalem, sed circa hoc vide quæ scripsi in *decis.* 344. *& in decis.* 157. secus autem in venditione facta cum pacto de
9 retrouendendo, cùm illa nulla sit, si assensus sit super venditione, & non super pacto de retrouendendo, secundùm *Freec. in lib. 2. auth. 1. quæst.* 16. cùm contractus deficiat ex indiuiduo voluntatis, sine quo contractus ille celebratus non fuisset, &
10 successiuè vtile in feudis per inutile vitiatur, vt post *text. in l prædium, ff. de arbitr.* voluit *Bart. in l gracè, §. illud, num. 3. ff. de fideiuss.* latè *Camer. in repet. l. Imperialem, part.* 58. & cumulatissimè per *Lanar. consil.* 73. *de Ponte de potest. Proreg. tit. 8. de refutat. §. 1.* multi recollecti *ibi per Thorum in addit.* ità etiam *Camill. de Medic. consil. 56. nu.* 38. subdens, secundùm hanc opi-
11 nionem sępe fuisse iudicatũ, & procedit, quamuis feudum sit planum, & de tabula, vt fuisse decisum per S. C. testatur *Vinc. de Franch. decis. 126. num.* 5. sed ad hoc vide pulchrũ *cons. Fab. de Anna* 113. *vol. 2.*
12 Quod verò limitatur fauore minoris, ad *text. in l. 1. §. fin. ff. de reb. eor. eum l. seq.* prout post eum notat *Camer. in rep. l. Imperialem, fol* 59. *lit.* C. & rationẽ assignat, quia minor non potest habere in intentione, nisi res suas agere, & acquirere, & non alienare, nec obstat, quòd contractus defi-
13 ciat ex indiuiduo voluntatis, nam cum maioribus contractus non potest claudicare, sed cum minore sic, ad *text. in l. Iulianus, §. si quis à pupillo, ff. de action. empt.*

Et hoc procedit, etiam si pactum subsequeretur emptionem, cùm illa valeat reiecto pacto, vt notat *Alber. in l. ad resoluendam*, C. *de præd. minor.* quia factum fuit sine solemnitatibus, *Simone. de decret. lib. 2. tit. 6. insp. 1. sub n.* 17. *Castr. cons. 112. vol. 1.*
14 cùm pactũ nullũ non deroget contractui valido, *glos. in l. si venditor, §. sed si pupillus, in verbo emptio, & in glos. seq. ff. de in diem adiect.* imò à primo contractu per secundum nunquam dicitur recessum, nisi secundus valeat, vt notat *Surd in decis.* 51. *num.* 15. cùm non dicatur contractus cor-
15 respectiuus, quia pactum tũc dicitur correspectiuum ad contractum, quando tale est, quòd tollatur ipso contractu sublato, aliàs si non tollitur, non dicitur correspectiuum, ex notatis per eundem *Surd. in cons. 217. nu. 15. & Mantic. de tacit. & ambig. lib. 2. tit. 3. num.* 10. tantò magis in contractu pupilli vel minoris, vbi cessat correspectiuitas, quidquid sit inter maiores, vt ex traditis per *Bardell. in cons. 23. num.* 17.

Amplia, etiam si pactũ præcederet emptionem, vt ex *text. cum glos. in l si ad resoluendam, in verb. emisit*, C. *de præd. minor.* Cald. latissimè *de restit. in integr. vers. contractum fecisti, sub num. 7. versic. secundò infertur, fol. mihi* 125. idẽ *Surd. decis.* 344. *num.* 1.

Circà verò tertium licèt non deficiant
16 DD. tenentes, emphyteutam non solùm rem emphyteuticam Ecclesiasticam, sed nec priuatam absque licẽtia domini posse permutare, cùm prohibita alienatione videtur etiam prohibita permutatio, cùm sit spe-

ſit ſpecies alienationis, vt in *cap. nulli, de reb. Eccleſ. non alien. l. fin. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.* infinitos colligit *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 25. tit. 1. num. 4. & 8.*

Tamen contrarium verius eſt, ſcilicèt emphyteutam non ſolùm rem priuatam,
17 ſed etiam Eccleſiaſticam permutare poſſe abſque dòmini licentia, cùm hoc caſu non habeat locum ius prælationis, ex quo non interuenit pretium, licèt requiratur ſecundus conſenſus quòad probationem emphyteutæ, antequàm poſſeſſionem capiat, & ſic ad hoc vt dominus directus habeat laudimium pro recognitione, vt poſt *Imol. in cap. potuit, de locat. num. 16. & ibi Bero. num. 96. Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. tit. de laud. §. iſta autem, in princ.* tenet *Amod. de laudim. quæſt. 28. num. 2. Cuiac. in l. vlt. C. de iur. emphyt. Molin. de contract. diſput. 461. num. 1. & ſeq. Laur. deciſ. 143. Vitus deciſ. 495. num 9.* per extẽſum *Amic. de iur. emphyt. quæſt. 13. per tot. & ibi* habes multas declarationes, ſcilicèt hoc procedere in proprijs terminis permuta-
18 tionis, dummodò pecunia non ſuperaddatur rei, quæ tamen multum excedat, quamuis actum ſit, vt eſſet permutatio, vel quando res, quæ permutatur datur æſtimata, cum alijs ſimilibus, nam tunc eſſet emptionis, & venditionis contractus, de quibus etiam latè idem *Amod.* in *dicta quæſt. 28.*

SVMMARIVM.

1 *Debitor quis verè dicatur.*
2 *Creditor in actione reali propriè creditor non dicitur, vbi deciſio Regia Cameræ Summariæ.*

DECIS. CLXXIV.

1 AD hanc deciſionem adde *text.* ſingularem in *l. debitor 108. ff. de verb. ſignificat.* vbi debitor, ſtrictè intelligendo, dicitur ille, à quo pecunia inuito extorqueri poteſt, largè verò qui reali actione tenetur, prout etiam *ibi gloſ.* & facit *text. in l. fideicommiſſa, §. ſi rem, ff. de leg. 3. Anna alleg. 145. num. 5. Manent. in deciſ. 44. num. 22. Vincent. de Franch. in deciſ. 714.* vbi etiam inquit, ita quoquè dicendum de creditori-
2 bus, quòd creditor in actione reali non dicitur propriè creditor, ſed abuſiuè, per *text. & gloſ. in l. creditor, ff. de verb. ſignific.* & ideò (ſubdit,) quòd ſub ſtatuto de creditore non comprehenditur creditor in actione reali, prout ità fuiſſe in Reg. Cam. Sum. deciſum, nemine diſcrepante teſtatur *vt ibi*, ſic demum *Scapucin de Salutano interdicto, lib. 2. quæſt. 23.*

SVMMARIVM.

1 *Appellatio an, & quando deuoluat ſolum articulum, ſuper quo fuit interpoſita.*

DECIS. CLXXV.

1 OPinionem noſtri *Authoris hic* latè proſequitur *Gratian. tom. 1. diſcept. forenſ. cap. 6. per tot.* vbi cum multis alijs eam cõprobat, & de hac quæſtione latè *Stacc. de appellat. quæſt. 17. limit. 47. membr. 2. & 3.* ac *Riginell. de appellat. §. 6. gloſ. 8. cap. 8. num. 19. & 20. & ibi* plures habes DD.

SVMMARIVM.

1 *Transactio quamuis generalis ſemper reſtringitur ad cauſam expreſſam, & regulatur à cauſa, ex qua fuit facta.*
Sed intellige, ſi ſalua ratione recti ſermonis verba generalia reſtringi poſſint, aliàs ſecus, num. 10.
Cautela pro debitore, num. 11. & 12.
2 *Transactio annullatur ſi ipſa cauſa tranſigendi eſſet falſa.*
3 *Renunciatio, licèt generalis, ſemper reſtringitur ad cauſam, propter quam fuit facta, & non extenditur ad incogitata, & num. 5. & 7.*
Intellige, num. 10.
4 *Verba vniuerſalia nihil operantur in renunciatione, quando certa cauſa fuit expreſſa.*
6 *Renunciatio facta in diuiſione hæreditatis, cum ceſſione omnium iurium quæ quis habet, vel ſperet habere præſens, vel futurũ quomodocunque, vel qualitercunque, nõ comprehendit ius fideicommiſſi conditionalis de futuro.*
8 *Renunciatio ſororis nuptæ bonis paternis, maternis, fraternis, & ſimilibus, non extenditur niſi ad bona dotantis tantùm, & num. 9.*

DE-

DECIS. CLXXVI.

1 AD hanc decisionem adde, quòd
transactio quantumuis genera-
lis semper restringitur ad cau-
sam expressam, *l. si de certa, C.
de transact.* vt per eam sic affirmat *Crau.
cons.16.num.5.& cons.171. num.13.* cùm
illa debeat regulari à causa, ex qua fuit fa-
cta, ad tradita per *Paris. cons.88. in fine
lib.1.* prout pulchrè notat *Alex. in cons.46.
num.7.lib.1.* vbi inquit, quòd quando du-
bitatur, quid actũ fuerit, recurritur ad cau-
2 sam finalē, ità vt si ipsa causa finalis transi-
gendi esset falsa, transactio annullatur, vt
notat *Seraphin. decis.275. num.5. & 6.* &
post eum *Mantic. de tacit. & ambig. lib.26.
tit.8.num.29. Manent. cons.149.* post eius
decisiones impresso, sic etiam resoluit idē
3 *Surd decis.217.* dicens, renunciationem
quantumuis generalem restringi ad cau-
sam, propter quam fuit facta, & verba vni-
4 uersalia nihil operari, quando certa causa
fuit expressa, vt ex hoc inquit *Canc. lib.3.
variar. resolut. cap.15. num.293.* quòd de-
ber respici causa, ex qua fuit facta transa-
ctio, nam quotiès voluntas contrahentiũ
est per ipsos explicata per verba clara,
quæ cadunt in quemlibet imperitum, si
posteà sequantur verba obscura, tunc ver-
ba illa, seù clausulæ subsequentes dicun-
tur potiùs positæ ex Notariorũ stilo, quā
ex mente contrahentium, vt pulchrè tra-
dit *Gabr. commun. conclus. tit. de consuet.
conclus.4. & Peguer. in decis.146. circa fi-
nem,* maximè quando illud, quod non est
clarè expressum, est magni ponderis, quia
tunc non erit verisimile, quod si pattes de
eo cogitassent, nõ expressissent, argumen-
to *cap. sedes, de rescript. Caroc. decis. 22.
Mantic. decis.245. num.13. Surd. cons.431.
num.12.* & post eos *Merlin. in decis. Lu-
cins. 45. num. 6. & 8. Marcobr. cons. 76.*
idem *Mantic. de tacit. & ambig. d. lib.26.
tit. 6.*

Quod procedit etiam in renunciatio-
5 nibus, cùm illæ nequè trahantur ad inco-
gitata, *l. qui cum tutoribus, & l. cum aqui-
liana, ff. de transact. Bart. in l. qui Roma,
§. duo fratres, num. 18. de verb. oblig.* vt in
diuisione hæreditatis, in qua vnus alteri
omne ius pręsens, vel futurum cum cessio-
ne iurium omnium, quæ habet, vel spetat
habere, quomodocunque, vel qualitercun-
6 que renunciet, tamen sub dicta renuncia-
tione ius fideicommissi conditionalis de
futuro comptehenditur, vt consuluit cum
multis per eum adductis *Camill. de Me-
dic. cons.35.* in causa Beatricis Pignatellæ,
ad hoc enim vt dicatur fideicommisso re-
nunciatum, debent attendi rationes, qui-
bus moti diuidentes, ad concordiam ve-
nerunt, vt post *Paris. consil.70. numer.60.
lib.3.* ita fuisse iudicatum in Senatu, refert
idem *Cancer.* in citato *loco, num.270.* vbi
7 inquit, fuisse ptonunciatum, renuncia-
tionem quantumuis generalem debere
restringi ad rem, super qua est facta renun-
ciatio, licèt adessent clausulæ prægnantes,
per *d. l. si certa,* ptout etiam post longam
hinc indè discussionem iudicatum refert
Peguer. in citata *decis.146. & Surd. decis.
217.* idem *Mantic.* citata *decis. 245. nu.5.
& Merlin.* allegata *decis. num 8.* prout di-
cimus de sorore nupta, quæ cùm dotem
à patte habuisset, renunciauit bonis pater-
8 nis, maternis, & fraternis, & tamen si acci-
dit, quòd ftater moriatur, non per hoc ex-
cluditur ab eius successione ab altera so-
rore in capillo vigore nostræ *Constitutio-
nis Vt de successionibus,* prætextu dictæ re-
nunciationis, prout excluditur à successio-
ne dotantis, vt aiunt *Commentarij* ad dictā
*Constitutionem, & Thesaur. in lib.1. qq. fo-
rens. quæst.42. Afflict. decis.161. Costa de
port. rata, quæst.66. num.5. & 6. Morot.
cons.7. num.13.* nam hæc renunciatio non
valet, nisi in patetnis, tanquàm facta cum
causa, dùm fuerat ab ipso patre, vel de eius
bonis dotata, secus in fraternis, tanquàm
sine causa, prout hæc fuit singularis do-
ctrina *Marin. in addit. ad d. Constit. Vt de
successionibus,* prout etiam affirmat *Cumia
in cap. volentes, de success. feud.* sic etiam
*Dec. cons.379. num.10. & Vrsill. ad Afflict.
in decis.161.* hanc demùm sequitur *Man-
tic. de tacit. & ambig.* citato *tit.6. num.18.*
dicens, hanc renunciationem restringi de-
bere ad bona patris, de quibus fuit dotata,
quia dos fuit causa, cur fieret renunciatio,
subdens sic in facto respondisse *Aretinum
cons. 161.* incip. *verum est, quòd Conicus
dixit, col.3. vers. hoc præmisso.*

9 Quod limitatur, si de bonis fratris ali-
quid teceperit, licèt minimum, nam tunc
non procederent supradicta, ex quo dice-
retur facta cum causa, & sic excluderetur
etiam ab extraneo hærede, prout *Roman.*
in illo doctissimo *cons.22. & Vrsill.* in ci-
tata *decisione.*

Benè verũ omnia supradicta iura pro-
cedunt, quando salua ratione recti sermo-
nis verba generalia restringi possunt, vt lo-
quuntur *Surd. Peguer.* & omnes alij supra-

10 citati

10 citati DD. secus autem vbi restringi non possent, nisi ostẽsa ratione recti sermonis, veluti si Titius egisset cõtra Sempronium ad decem ex causa mutui, & deinde transigisset pro quinque, liberando dictum Sempronium à debito petito, & à quacunque alia causa ex quocunque alio debito, nam tunc non restringitur clausula generalis ad specificatam tantùm causam, prout communiter concludunt *DD. in d. l. si de certa, C. de transact. & Bertrand. consil. 72. num. 4. vol. 3. & consil. 172. col. penult. vers. praeterea praesupposito, eod. vol. 3. Ruin. consil. 33. col. 2. in fin. vol. 2. & consil. 41. nu. 6. vers. nec isto, volum. 5. Mantic. de tacit. & ambig. d. lib. 26. tit. 6. nu. 17. Surd. decis. 217. & consil. 167. vol. 2.* qui inquit, quòd quando partes non stant in puris terminis transactionis, sed vtuntur verbis praegnantibus, & quae salua ratione recti sermonis non possunt restringi ad illa, quae erant in controuersia, tunc veniunt omnia, etiam non pertinẽtia ad transactionem, iuxtà distinctionẽ *Bart. in l. Aurelius, §. Caius, nu. 10. ff. de liber. legat. & in d. l. si de certa, num. 5.* prout sic declarasse *Rotam* dicit *Gratian. tom. 3. discept. forens. cap. 506. nu. 67. & seq.* quam communem esse ait *Paris. cons. 20. num. 77. vol. 1.* de communi quoquè *Venafr. cons. 12. col. antepenult. vers. nouissimè, Afflict. decis. 285. nu. 7.* sic demum de communi etiã testatur *Alex. Trentacinq. lib. 3. variar. resol. tit. de transact. resol. 2. nu. 10.* quicquid aliter senserint *Honded. cons. 49. num. 24. lib. 1. Eugen. cons. 413. nu. 16.* cum alijs per *D. Regent. Capyc. Galeot. lib. 1. controuers. cap. 40. num. 14.* quę conclusio probatur per *text. in l. pluribus. ff. de acceptil.* vbi *Bart.* licèt cautela in hoc pro debitore

11 te sit, ad hoc vt sit tutus, quòd in generali quietatione faciat apponi illa verba, *quòd trahatur etiam ad incogitata*, quia tũc erit securus in perpetuum, vt docet *Angel. in l. qui iure militari, ff. de milit. testam.* quem notat, & sequitur *Mantic.* in citato *loco, num. 17. circa medium*, quae transactio non solùm valet vt pactum, prout concludit *Surd. hic*, sed vt trãsactio, & hanc esse communem post multos refert *Alex. Trentacinq.* in citata *resolut. 2. num. 11.*

Quamuis ad euitandam difficultatem

12 cautela sit secundùm *Bart. in l. si causa cognita, C. de transact.* quòd Notarij apponant illam solitam clausulam, *partes ipsa deuenientes ad infrascriptas conuentiones, transactiones, & pacta.*

Verùm circa hanc quaestionem vide quae scripsit doctissimus Dominus *Regens Fabius Capycius Galeota lib. 1. controuers. cap. 40. & 42.*

SVMMARIVM.

1 *Seruitus impeditur per intermedium praedium.*

DECIS. CLXXVII.

1 PRO hac opinione nostri *Authoris hic*, scilicèt seruitutẽ impediri per intermedium praedium, adde *text. in l. hoc iure, §. si aquam, ff. de aqua quotid. & aestiu.* vbi etiam *glos. & Capoll. de seruit. rustic. praed. cap. 4. num. 35. & 36.* ac latè *Menoch. de retinend. possess. remed. 6. quaest. 30. per tot.*

SVMMARIVM.

1 *Anni appellatione sẽper totus, & perfectus annus venit.*
2 *Filia, quae in corpus peccauit, ad hoc vt poenam exhaeredationis euitaret, vigesimus quintus annus debet esse completus, non autem coeptus.*
3 *Dies vltima anni an statim atquè fuerit inchoata, habeatur pro completa in professione alicuius Religiosi à die suscepti habitus.*
4 *Dies coeptus an, & quando habeatur pro completo.*
5 *Dies termini quando computetur in termino.*

DECIS. CLXXVIII.

IN hac decisione concludit *Author*, statutum permittens minoribus vigintiquinque annis, qui tamen essent in aetate viginti annorũ facere omnem contractum, quòd intelligatur de vigesimo anno completo, nõ autem coepto, rationibus, de quibus *Sfort. Odd. in tract. de in integr. restit. part. 1. quaest. 2. artic. 8.* prout sic quoquè sequutus *Surdum hic* tenet *Gratian. tom. 5. discept. forens. cap. 946. num. 30. & seq.* subdens, quòd tàm in praescriptione, quàm in quacunque alia dispo-

1 sitione appellatione anni semper venit totus, & perfectus, cùm nõ possit dici annus in rerum natura, nisi sit completus, prout etiam dicimus de filia, quae in corpus pec-

2 cauit, vigesimus quintus annus debet esse completus, ad hoc vt euitet poenam exhę-

redationis, vt notat *Aretin. in l. si cui legetur, num. 1. ff. de leg. 1. Sanchez de matrim. disput. 24. num. 9. lib. 4. Merlin. de legitim. lib. 4. tit. 1. quæst. 5. num. 26.*

Et in tantum est verũ quod dixit *Surd. hic*, quòd vbi tempus designatur per annũ, tunc annus debet esse completus, ex quo
3 fuit dubitatũ, an vltima dies anni statimatque fuerit inchoata habeatur pro completa in professione alicuius Religiosi à die suscepti habitus, cui deficiebant quinque horæ pro complemento totius anni, & tamen post maximam discussionem *Gratian. tom. 3. disceptat. forens. cap. 413. à num. 20. vsque ad 32.* ingrediendo in hanc quæstionem concludit, haberi talem annum pro completo, eo quia erat in fauorabilibus.

4 Verùm de hac quæstione, nùm annus cœptus habeatur pro completo, plenissimè tractatur in *decis. Rot. Roman. 72. part. 2. in nouiss.* vbi impugnat distinctionem illam in fauorabilibus, vel odiosis, quamuis sit magis communis, *& ibi* quod dicitur de anno cœpto, quòd habeatur pro completo, nùm locũ habeat in die cœpto, & quando dies cœptus habeatur pro completo, discurrendo per quadragintasex numeros,
5 *ibique* etiam an, quãdo dies termini computetur in termino.

SVMMARIVM.

1 *Emptor bonorum minoris non seruatis solemnitatibus, dicitur in mala fide, & tenetur restituere bona cum fructibus perceptis, percipiendis, & qui percipi potuerunt.*
Amplia, quamuis alienatio fuisset in vtilitatem minoris, num. 6.
Amplia, etiam si Iudicis decretum interuenisset, sine tamen expressione causæ, nu. 7.
2 *Restitutio dicitur in pristinum statum repositio.*
3 *Ius congrui non competit emptori bonorum minoris sine solemnitatibus.*
4 *Error iuris bonam fidem inducit quoàd acquisitionem fructuum.*
Intellige, num. 5.
8 *Pater tanquàm legitimus administrator absque Iudicis decreto bona filij alienare potest.*
Contrarium, num. 9.
Prima opinio verior, num. 10.
Intellige, interueniente vtilitate, & filij necessitate, num. 11. vbi decisio Sacri Consilij.
12 *Pater est legitimus administrator filij in bonis, in quibus habet vsumfructum.*
Contrarium, num. 13.
Distinctio affertur, num. 14.
Declara, num. 15.
16 Camill. de Medic. cons. 99. *declaratur.*
17 *Minor aduersus alienationem sine solemnitatibus factam restitutus non tenetur pretium emptori restituere, nisi quatenus ex eo locupletior factus esset.*
Limita, si bona fuerunt adiudicata creditori ipsius minoris, luèt absque solemnitatibus, num 18.
19 *Minor petens restitutionem rei absque solemnitate suo creditori adiudicatæ debet audiri, quamuis debitum cum interesse non offerat, si à parte non fuerit oppositum.*
20 *Emptor rei minoris absque solemnitate licet sit in mala fide, an teneatur nedùm ad fructus, sed ad valorem quanti plurimi.*

DECIS. CLXXIX.

DVO quæruntur ab *Authore hic*, Primum, si emptor bonorum minoris non seruatis solemnitatibus dicatur in mala fide, & teneatur restituere bona vnà cum fructibus perceptis.

Secundũ verò, supposito quòd sit in mala fide, an teneatur non solũ ad fructus, sed ad valorem quanti plurimi.

Quòad primum cõcludit *Surd. hic* pro affirmatiua, subdens sic per Senatum fuisse
1 se iudicatum, vt *num. 1.* pro qua leges sunt apertæ, vt in *l. si contra, C. si quis ignor. rem minor. esse, & l. si pr adium, C. de præd. min.* vbi habetur, quod non solùm de extantibus, sed etiam de consumptis, imò etiam de percipiendis, & de ijs, qui percipi potuerunt, vt *text.* est in *l. patri pro filio. §. ult. ex diuerso, vbi glos. & Bart. & §. si pecuniã, in fin. ff. de minor. l. demum, C. de rei vendic.* vbi *glos.* subdit, *sed & damna resarciet*, hoc quoquè *glos. & text. in l. fructus, & l. si nauis, §. 1. ff. de rei vendic.* & sic quando minor, vel maior in integrum restituitur aduersus huiusmodi alienationem, restitutio facienda est, ita vt rem cum fructibus recipiat, ad *text. in l. quòd si minor, § restitutio, & d. l. patri, §. si pecuniam, ff. de minor.* prout sic decisum refert *Gram. decis. 79.*
2 *num. 8. & seq.* cùm restitutio dicatur in pristinum statum repositio, ad tradita per *DD. in d. l. quòd si minor*, & dicitur malæ

fidei

fidei possessor, quia emit, licèt à tutore,
vel curatore, tamen sine decreto, & sic iu-
ris ordine non seruato, vt ex traditis per
Surd. in cons. 115. & per *Vinc. de Franch.*
decis. 242. dicentē, quòd ideò hæc venditio
non valet, quia dominium non recessit à
minore, & facit dicta *l. si prædium*, ita vt
3 huic emptori non possit competere ius
congrui rei collateralis vēditæ, prout quo-
què *Anna in alleg.* 87. cùm ad hoc vt quis
in iure congrui obtineat, debet esse domi-
nus, & bonæ fidei possessor, vt ex notatis
per *Afflict.* & alios *Addentes in tract. de*
iur. prothomis. vbi *Benedell. pag. 6. num.* 41.
ponit probanda in iure congrui.

Et licèt in contrarium videatur obstare
text. in l. igitur sciendum est, § potest, ff. de
liber. caus. vbi habetur, quòd nullus, & pu-
tatiuus titulus ex errore, etiā iniusto cau-
4 satus, bonam fidē inducit quòad fructus,
maximè quando erratur in iure, vt in isto
emptore rei minoris absque decreto, pro
quo infinitos colligit *Menoch. de recuper.*
possess. remed. 15. *num.* 30. *& multis seqq.*
Cacher. decis. 160. *num.* 5. vbi de communi
testatur post alios, cùm ad fructus acqui-
sitionem titulus non requiratur, sed suffi-
ciat bona fides ex iuris errore producta,
glos. in l. sed si lege, § scire, vbi *DD. ff. de*
petit. hered. Plot. in repet. l. si quādo, nu. 291.
C. vnde vi, de Ponte cons. 28. *nu.* 15. *& seq.*
Mart. in cons. 18. *& cons.* 84. *nu.* 19. *& seq.*
cum alijs per *me* adductis in *decis.* 281.

Tamen hæc procedunt in titulo causa-
5 to à iure non resistente, secus à iure resi-
stente, vt in hoc casu, & ita respondet *Me*
noch. in d. remed. 15 & sic respondisse Sena-
tum inquit *Cacher.* qui plenè materiam
istam examinat in *d. decis.* 160. dicens, fuis-
se iudicatum, emptorem teneri ad restitu-
tionē rei vnà cum fructibus à die eius tra-
ditionis, idem *Grammat. d. decis.* 79. *Fab.*
de Anna cons. 51. *nu.* 27. *& seq. lib.* 1. *Gam-*
ma decis. Lusit. 311. *num.* 2. *Roderic. de ann.*
reddit. lib. 1. *quæst.* 17. *num.* 83. & dixi in *de-*
cis. 281. & per S.C. nemine discrepante de-
cisum refert *Afflict. in decis.* 87. subdēs, hoc
procedere, quamuis ipsa alienatio fuerit
6 in vtilitatem minoris, cùm præiudicium
possit in futurum venire, prout ipse consi-
derauit *ibi*, secundùm *glos. & Archid. in*
cap. sine exceptione 12. *quæst.* 2. sic etiam la-
tè *de Ponte cons.* 7. *Roland. à Valle cons.* 28.
lib. 2. *& cons.* 7 *lib.* 3. *Menoch. de arbit. Iud.*
casu 171. *Roman. sing.* 534. *Crem. sing.* 134.
& 135.

Et hoc adeò verum est, vt neque suffi-
ciat, quòd in venditione rei minoris inter-
7 ueniat licentia Iudicis, nisi Iudex declaret
causā, quarè alienet, vt ex doctrina *Alex.*
ad Bar. in l. 1. *C. de præd. minor.* & facit *tex.*
in l. lex, quæ tutores, ibi *per inquisitionem*
Iudicis, & probationem causæ, vbi notat
glos. quarè vendas, C. de administr. tutor.

Amplia, hoc procedere etiam in patre,
qui licèt vti legitimus administrator filij
8 eius bona alienare posset absque Iudicis
decreto, vt in *l. quacunque, C. de bon. quæ*
liber. Azo in d. tit. num. 11. *versic. nec puto,*
Bald. in l. Præses, 1. *quæst. C. de transact. &*
ibi Fulgos. num. 2. *Paul. num.* 5. *Alexand.*
num. 7. & de communi *Curt. sen. num.* 14.
vbi *Alciat. num.* 16. ait, receptam esse opi-
nionem, quam etiā refert, & sequitur *Pa-*
dill. in d. l. Præses, num. 22. & ita fuisse de-
cisum testatur *Pinell. de bon. matern. l.* 1.
part. 3. *nu.* 21. cui adstipulantur *Tiraquell.*
in l. si vnquàm, in princ. num. 28. *C. de reuo-*
cand. donat. Couarr. lib. 1. *variar. resolut.*
cap. 8. *num.* 5. *Gomes. ad l.* 48. *Tauri, nu.* 18.
Gayll. lib. 2. *obseruat.* 2. *& ibi Grauti, nu.* . . .
Afflict. decis. 343. *num.* 1. *Franch. decis.* 665.
Paschal. de patr. potest. part. 1. *cap.* 2. *num.* 2.
Lopez l. 24. *tit.* 13. *part.* 9 *glos.* 5.

9 Et licèt contrarium teneat *Salic. in d. l.*
Præses, quem sequitur *Crotus in l. frater à*
fratre, num. 31. *ff. de condict. indeb. & Cas-*
san. in Consuet. Burgund. rubr. 6. *§.* 5. *nu.* 14.
vers. credo tamen indistinctè.

10 Tamen non erit recedendum à prima
opinione, vt latè tuetur idem *Pinell. in*
d. num. 21. *&* 22. *vers. ego à communi*, dum-
modò alienatio ex necessaria causa fieret,
prout in his terminis procedit *Azon.* opi-
nio secundùm eum, vltrà quòd etiam vti-
litas requiritur, aliàs si vtilitas, & necessi-
tas non concurrerent, alienatio erit nulla,
& filio semper competeret rei vendicatio,
11 vt de vtilitate loquitur *glos. in verb. inter-*
dicta d. l. quacunque, & de necessitate lo-
quitur, *l. fin. § sin autem æs alienum, eod. tit.*
de bonis, quæ liber. sic etiam affirmat *Vinc.*
de Franch. in decis. 665. *nu.* 1. vnà cum fru-
ctibus, prout decreuit S.C. in causa Annæ
Marię Victorię, & aliorum de Casaro cum
Antonio Romano, Actuario Cioffo, in
anno 1630. licèt ad fructus à die litis con-
testatæ, vt ex dicta sententia.

Sed hoc absolutè non transit, cùm id in-
12 telligi debeat respectu bonorum, quorum
pater haberet vsumfructum, cùm quòad
ea dicatur legitimus administrator, vt ca-
uetur ex *l. cùm oportet, C. de bonis, quæ lib.*
& expressè notauit *glos. in auth. excipitur,*

C.eod.& in l.1.C.de bon.matern.& est communis conclusio, vt per Iosvph. Ludouic. in decis.13. num.8 Vinc.de Franch. decis.10. nu.6. Fab.in suo Codice, tit.de bon.qua lib. tit.33.defin.5.lib.6. Mastrill.decis.82.nu.1. & 2. vbi ex Capyc.decis.73.num.10.inquit, quòd in his, in quibus patri non quæritur vsusfructus,authoritas curatoris defectum non supplet,sic etiam Ann. cons.1.nu.37. Camill de Medic.cons.99 num.57.cum seq. adeò vt etiã commoditate priuetur, vt ex multis alijs per me relatis in l.hac edictali, quæst.3.num.2.& 3. C.de secund.nupt.

Et quamuis nonnulli contrarium sen-
13 serint, scilicet quòd pater etiam in his, in quibus sibi vsusfructus non quæritur,nedũ non priuatur legitima administratione, immò etiam commoditate, vt latè dixi in d.quæst.3.num.4.5.& 6. cùm legitimam administrationem pater habeat ratione patriæ potestatis, cuius hunc esse effectũ, ex traditis per glos.in §.1. Inst.de patr.pot. pro ista opinione innumeros allegaui.

Tamen nonnulli has opiniones cum di-
14 stinctione concordare conati sunt,videlicet quòd prima opinio verior sit, vbi patri in odium quasi suspecto prohibitus esser vsusfructus,quòd tunc licèt gubernium haberet, hoc erit extraiudiciale, non autẽ iudiciale,& hoc siuè à lege, siuè ab homine facta sit dispositio,at vbi in odium patris omni illius suspitione cessante ei non acquiritur vsusfructus, sed pro maiori vtilitate filij id factum appareat, & tunc legitimam administrationem patri non esse interdictã censuerunt, vti latè hanc distinctionẽ similiter notaui in d. l. hac edictali, d.quæst.3.num.9.qui hoc modo declarant text.l.fin.§.fin autem in secunda ætate,C.de bonis, quæ liber. in quam distinctionem nouissimè deuenit D. Reg. Capyc. Galeota lib.2.controuers.cap.41. ex cons.Camill.de Medic. 99. etsi Ego ibi in d. l. hac edictali, quæst.3. numer.13. aliter senserim, scilicet
15 quòd ea sola vsusfructus prohibitione nõ censeatur prohibita commoditas, ex qua pater legitimus erit filij administrator,nisi etiam sit ei prohibita commoditas,in quo casu prohibita erit legitima administratio, vt ibi nu.14.& sic respectu vsusfructus erit legitimus administrator ipso iure, & ita intelligi potest id,quod dixit Camill.de Medic.in d.cons.99.num.53. cum seq dum
16 voluit, quòd vbi patri non quæritur vsusfructus, quòd non erit legitimus administrator ipso iure,sed eo volẽte,scilicèt prętio decreto Iudicis,adimpletis adimplendis,quod verum erit respectu proprietatis, & non vsusfructus, cuius commoditas remanet apud patrem, & ob illam est ipso iure legitimus administrator, quod nota, quia vtile est.

Et sic redeundo ad quæstionem, minor restitutus aduersus hanc alienationem, quamuis factam à tutore,vel curatore,ne-
17 què pretium emptori restituere tenetur, nisi quatenùs ex eo locupletior factus esset, l. patri, §.item ex diuerso, ff. de minor. l. penult. §. fin. ff. de reb. cor. l. si sine hærede 33. §. interposito, ff. de administr. tutor. l.prædiorum, C.de præd.minor.vbi pro illa parte tantùm tenetur minor, quam in eius vtilitatẽ versam esse constiterit, quod emptor probare tenetur, vt etiã notauit Cacher. decis.171.num.9.

Quod tamen limita, quando bona fuissent adiudicata creditori minoris, licèt
18 absque solemnitate, cùm eo casu etsi minor restituatur aduersus alienationẽ prædictam, seu adiudicationẽ,tanquam absq; solemnitatibus,tamen pecuniam debitam vnà cum legitimo interesse restituere tenetur,vt decisum inquit Cacher. in allegata decis.160. num.16. omissa disputatione dictarũ legum, vt supra, licet subdat, quòd in hoc casu locum habere posset æquitas, l.curabit, C.de act.empt.subdens,etiam ta-
19 lem minorẽ debere audiri, licèt debitum cum interesse non offerat,vt in fin. d.decis. & sic conclusum fuisse, inquit, dummodò à parte non fuerit oppositum.

Circa verò secundam quæstionem non est quid addendum,dùm latissimè ipsam
20 noster Author examinet,sed solùm est addere alios DD.de hac loquẽtes,prout plenè Fab.de Anna in cons.95. lib.2. Gratian. tom.1. discept.forens.cap.42. Costa de port. rata, quæst. 110. cumulatè Rot. Ianuens. decis.164. Crauett. cons.827.vol.5. Bauer. tract.de mor. part.3.tom.6.part.2.tract. ad quos me remitto.

SVMMARIVM.

1 Emphyteuta nùm cadat ob non seruata pacta, quæ rem, vel vsum rei non respiciũt.

DECIS. CLXXX.

1 AD hanc decisionem latè Amic.in tract.de iur.emphyt.q 78.per tot. qui opinionem nostri Authoris hic sequitur,respondẽdo omnibus argumentis in contrarium faciẽtibus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Caducitas non dicitur remissa per receptionem canonis factam à procuratore.*
Amplia in Rectore, & Prælato, dummodò Ecclesia esset collegiata, num. 2.
Item in tutore, & administratore, etiam Ciuitatis, num. 4.
Limita, si is, qui recipit pensionem, potestatem haberet de nouo inuestiendi, nu. 3.
Limita, etiam in patre recipiendo pensionem tanquàm legitimus administrator filij, num. 5.
Item limita, si dominus à procuratore recipiat pensionem, num. 6.
Intellige, num. 7.

DECIS. CLXXXI.

1 IN hac decisione concluditur, procuratorem, vel alium negotiorum gestorem nō posse caducitatem remittere per receptionem canonũ, quando dominus ignorauit caducitatē, vt plenè defendit *Amic. de iure emphyt. in q.* 36. *per tot.* respondendo multis contrarijs, & antè eum *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 22. *tit.* 33. *Tusc. in 6. tom. lit. P. concl.* 837 idem *Surd. in decis.* 148. *num.* 8. *& seq. Costa de port. ratæ, quæst.* 135. *num.* 29.

2 Et hæc decisio procedit etiam in Prælato, & Rectore, dummodò Ecclesia esset collegiata, aliàs per receptionem canonis cenferetur remissa caducitas, vt tuetur idē *Amic.* in citato *tract. in quæst. præcedenti*, quæ est 35. *Gamma, & ibi add. in decis. Lusitan.* 268. *num.* 4. *idem Mantic. num.* 13. *Corbul. in vltim. tit limit.* 21. *num.* 5. *Capyc. decis.* 18. *num.* 10. *Costa de facti scient. & ignor. inspect.* 39. *nu.* 13. *& seq.* & ratio est, quia Prælatus in Ecclesia non collegiata solus concessionem facit, quod non procedit in Ecclesia collegiata, cùm totum Capitulum concessionē faciat, vt inquit *Gabriel. in consil.* 88. *num.* 15. *lib.* 1.

Verùm limitatur, quando Prælatus Ecclesiæ collegiatæ, qui solutionem recepit, potestatem haberet de nouo inuestiendi,
3 satis enim videtur tunc per receptionem Ecclesiæ præiudicatum, vt adest *decis. Crescent.* 2. aliàs 135. *sub titulo de locat. & conduct.*

Idem in tutore, & in alio administrato-
4 re, etiam Ciuitatis, ad *glos.* singulatem in *l. preces, C. de transact.* sic etiam *Dec. consil.* 72. *nu.* 4. *circa medium, & consil.* 97. *nu.* 4. idem *Costa* in citata *quæst. num.* 30. *Castill. decis.* 74. *nu.* 28. *lib.* 1. *Gamma d. decis. nu.* 4. sed ad hoc vide notata per *Socin. fin* in specie in *consil.* 66. *nu.* 20 *lib.* 3. vbi contrarium inquit, scilicèt hoc non procedere in patre, qui recipiēdo pensionem tanquàm
5 legitimus administrator filij, ei præiudicat circa caducitatem, & sequitur *Corbul. in tit. de caus. priu. ob non solut. canon. lim.* 21. *num.* 17. *& seq.*

Sed limitatur prima conclusio, si dominus à procuratore recipiat pensionem,
6 cùm præsumatur ratificasse, & sibi præiudicat, vt notat *Ruin consil.* 151. *num.* 12. 13. *& seq. lib.* 1. quod tamen intelligerē procedere, vbi dominus non ignorasset caducitatem, secus si ignorasset, & ad hoc fa-
7 ciunt notata per *Cæsar. de Graff. decis. Rot. Roman.* 109. *de appellat.* vbi procurator in præiudicium domini non attentat, nisi probetur scientia principalis, qui non reuocauerit.

DECIS. CLXXXII.

CIrca hanc quæstionem scripsi in *decis.* 173.

SVMMARIVM.

1 Lex si post perfectam, C. de euict. *non habet locum, vbi nulla lis fuerit mota.*

DECIS. CLXXXIII.

1 AD hanc decisionem, quòd *text. in l. si post perfectam, C. de euict.* non habet locum, vbi nulla lis fuerit mota, adde *decis. Rot. Roman.* 281. *part.* 2. *in nouiss.* vbi sic decisum fuisse probatur, & scripsi in *decis.* 295.

De reliquis notatis in hac decisione per extensum scripsi in *decis.* 165. *& decis.* 295.

SVMMARIVM.

1 *Tutor conuenitur ad restituendum bona in inuentario descripta antè redditam vniuersalem rationem.*
Intellige, num. 3.
2 *Inuentarium paratam habet exequutionem.*
4 *Iuramentum tutorem ad factum obligat.*
5 *Tutor non potest vti retentione antè redditam rationem.*
6 Socinus in consil. 24. volum. 1. *declaratur.*

7 Cauale.de tutor.& curat. num.214. *declaratur.& num.*10.

8 Author *noster* hic num.12.*confutatur*.

11 *Retentio dotis an competat pupillo aduersus matrem tutricē, vel auiam antè redditam rationē, variæ recensentur opiniones, num.*13.*&* 14.

12 *Et quid quoad interesse dotis, vel alimentorum.*

14 *Dispositioni* l.vnic.§.taceat.C.de rei vxor. act. *an dicatur renuntiatum per generalem renuntiationē omni legum auxilio.*

D E C I S. CLXXXIV.

IN hac decisione concludit *Surd.* tutorem posse conueniri ad restituen-
1 dum bona in inuentario descripta antè redditam vniuersalem rationē, quod prius notauerat *ipse in cons.*296.*nu.*22.*&* 23. respondendo *Purpur.* ac sequutus *Socin.* opinionem in *cons.*24.*num.*36. *vol.*1. repetitam in *cons.*26.*vol.*2. quam contra *Crauett.& Neguſ.* magis communem esse testatur *Benint.decis.*90 *in fine*, *Rot. Ianuens.decis.*91.*num.*6 *Ricc.collect.*2027. *Foller. ad Marant. de iudic. part.*6. *act* 8. *sub nu.*3. *Petr. Sanz de diuis.bonor. lib.*2.*cap.*9 *num.*15. *Mut.in Consuetud.Panormit.*50 *num.*60 & melius, ac plenè *Cumia in rit. Regni Siciliæ* 19. *num.* 68. latè *Paschal. de virib.patr pot.st. part.*3. *cap* 9. *num.*41. *& seq. Mart. cons.*153 *num.*9.*& omnibus seqq Fontan.ll. de pact. nuptial. claus* 7 *glos.*3.*part.*12.*num.*49.

2 Cum inuentariū paratam habeat exequutionem, ad notata per eundē *Cumiam* in citato *rit* 19. *num.*44. *versic.*6. *nota*, & post eum *Mauson.de caus. exequutiu. q.*5. *num.*33. etiam si sit minus solemne, ad tradita per eundem *Mut. in rit.*114.*num* 12. qui sic aliàs refert in M. R. C. fuisse decisum.

Licèt intelligenda sint iura prædicta, ac decisio hæc *Surdi*, quādo tutor per instrumentum guarentigiū ad dictorum bono-
3 rum restitutionem se obligasset, tunc enim omni exceptioni renūciasse videtur, vt satis doctè probat *Cancer. in lib.* 3. *variar. resolut. cap.*15. *tit.de renunc. à num.* 314. *vsque ad* 320 quod cum multis comprobat respondendo *Bart. in l.*1. *C.si aduers. rem iudic* quam quoquè opinionem relatis hinc indè opinionibus *Cauale.& Socin.*
4 sequitur *Molignat.* infra citandus, cùm propter iuramentum in ipso cōtractu appositum præcisè ad factum tutor obligetur, vt per *Abb. in cap.veniens, de iure iur. ibique* plena *Apostill.* & ideò necesse habet dictus tutor dictas res restituere, & deindè creditum suum petere, ad tradita per *Negusant de pignor in* 5.*membr.*5 *par.nu.*15. *vers.adde etiam, quòd veritas, Afflict.in decis.*38. *Boer.cons.*14.*Cacher.decis.*92. cum alijs per *Molignat.in tract. de retent.* vbi latissimè quæstionem examinat in *q.*323. subdens, quòd neque beneficio retentio-
5 nis tutor vti posset, quod etiam contra heredes tutoris procedit, vt per *Angel.in cons.*326. *Socin cons.*38 *lib.*3 *Bauer.de virtauram. vers.*45. *idem Afflict.* in citata *decis. num.* 8. *Capyc. decis.* 174. *num.* 11. *& seq.*

Et in hoc casu *Socini* opinio locum habere posset, inquit *Giurb.in decis.*15.*nu.*9. *vers. aut nullus*, (licèt loquatur in socie-
6 tate,) quòd si à principio in contrahenda societate expressim id cautum fuerit, vt ea finita pro data pecunia exequutio peti valeat.

Et licèt in contrarium videatur sentire *Cauale.de tutor.& curat.num.*214.dicens,
7 retentionem competere tutori, tamen id verum puto (licèt sint qui dissentiant) vbi contemplatione bonorum pupilli fecisset expensas, tunc non cogitur ea dimittere, nisi ea, quæ expendit recuperet, ad *text.in l.si in area, ff.de cond.indeb.l.bis consequenter, §.fin.ff de condit.& demonstr.* ad notata quoquè per *Vinc de Franch.in dec.*112. & per *Capyc. decis.*17.

Quidquid in contrarium teneat *Surd. hic num.*12. quòd vbi non datur compen-
8 satio, neque admittitur retentio, cùm illa sit species compensationis, qui tamen in hoc refellitur per *Cancer* in citato *cap.*15. *num.* 321. compensatio enim satis differt à retentione, ad tradita per *Sebast. de Medic.de compens. part.*2. *quæst.*28.*num.*5. & faciliùs permittitur, quàm compensatio, vt tradit *Molignat. de retent. quæst.*6. *Rot. decis.*115.*num.*11. *part* 2. *in nouiss. Grass. de except. except.*16.*num.*16.*& seq. Mart.*
9 *cons.*66. *num.*12. cùm materia retentionis sit odiosa, compensatio verò fauorabilis, *Coras. in l qui liberos, num.*259. *ff.de ritu nupt.* imò retentio fit in speciebus, *d.l.si in area*, compensatio verò in quantitate, vel in genere, *l si conuenerit, ff.de pignor.act.*

Declara etiam, decisionem istam non procedere, si non de bonis, sed de pecunia
10 esset quæstio, quia tunc verior esset opinio *Cauale. Neguſ.* & aliorum, vt benè ad declarationem istius decisionis aduertit *Giurb.*

Giurb in decis. 15. *num.* 9. qui latè de tota hac decisione *per totum*.

Sed circa hoc quæro, an mater tutrix possit ante redditam rationem eius dores
11 accipere, an verò filij possint eam retinere, donec illa fuerit reddita, respondeo, quòd licet duæ fuerint opiniones adinuicem contrariæ, scilicet *Neguf. de pignor.* 1 *membr.* 5. *part. princ. num.* 36. *& seq* concludentis pro tutrice, per *text. l.* 1. *§. taceat, C. de rei uxor. act.* cuius opinionem veram esse sicut Euangelium inquit *Caualc. de tutor. & curat. num.* 219. subdens, ità per Rotam Florentinam fuisse iudicatũ, prout similiter iudicatum refert *Viuius in decis.* 317. *lib.* 2. sic etiam indicatum fuit in S.C. testatur *Vincent. de Franch. in decis.* 641. *sub num.* 2. quam etiam opinionem nouissimè sequitur *D. Reg. Capyc. Galeota lib.* 2. *controuers. cap* 60. *num.* 12 *cum seq.* qui id
12 extendit etiam respectu interesse dotis, & alimentorum per virum legatorum, licet quoàd interesse aliter fuerit in S.C. indicatum, vt refert idem *de Franch.* facta discussione, ac distinctione inter fructus, & interesse, vt in *d. decis* 641. *in fine*, & quoàd dotem, ità pluriès fuisse iudicatum testatur *Mastril. decis.* 189. sic fuisse ad beneficiũ mulieris iudicatum dicit *Mut. ad Consuet. Panorm.* 50 *num.* 71. & in pluribus causis ità vidisse seruari dicit *Castill. decis.* 31. *num.* 1. *lib.* 1. altera fuit opinio *Socin. in consil.* 126. aliàs 180. *lib.* 2. quem sequuntur *Dec. consil.* 349. *num.* 10. *Roland. consil.* 17. *lib.* 4.

Tamen eorum variæ opiniones cõcordantur per *Thesaur. cun. in lib.* 2. *quæst. for.*
13 *quæst.* 28. dicentem, quòd aut ratio tutelæ esset liquida, quia constaret in promptu, mulierem ex tutela esse debitricem, & tũc daretur retentio, aut verò esset illiquida, & tunc secus, cùm de liquido ad illiquidũ non fiat compensatio, subdens, cum hac distinctione plurièṡ fuisse in Senatu decisum, quamuis etiam, inquit, fuisse in eodẽ Senatu iudicatum, quòd quando dicta ratio non esset liquida, soluitur dos mulieri mediante cautione, vel in ea mittitur in possessionem iure pignoris, & hypothecæ, cum prohibitione impetrationis dominij, & alienationis, donec ratio sit reddita, cum qua etiam distinctione priùs se iudicasse in Ciuitate Vercellarum dixit *Molignat.* disputato articulo in *tract. de retent. cap.* 41. prout etiam sic determinasse dicat *Mastrill. decis.* 189. *nu.* 13. eamque sequitur *Castill.* infra allegandus, & si *Mugnoz in tract. de ratioc. cap.* 21. *num.* 27. *cum seq.* ex
14 *Molignat.* dicat, quòd si mater renunciasset omni legum auxilio, quòd tunc intelligatur renunciatũ dispositioni *d. §. taceat*, sed hoc erit, quando appareret de credito pupilli clarè, & euidenter absque alia tergiuersatione, prout declarat *Castill. in addit. ad d. decis.* 32.

SVMMARIVM.

1 *Compromissum fieri non potest super re iudicata, vel instrumento, vel liberatione facta à testatore.*

2 *Limita, quando aduersus sententiam, instrumentum, & alia similia opponi possit aliqua exceptio nullitatis, enormissimæ læsionis, vel aliàs probabilis dubitationis.*

3 *Instrumentum paratam habet exequutionem, non obstante compromisso, quamuis per laudum resolui possit cõtractus, præstita tamen cautione de satisfaciendo seruata forma laudi.*

Intellige, si compromissum esset voluntarium, secus si necessarium, num. 4.

DECIS. CLXXXV.

Compromissum fieri non potest super re iudicata, quia inuerisimile esset, quòd quis velit super negotio iam sopito cõpromittere, hoc dicit, vt etiam notat *Seraphin. in*
1 *decis.* 684. *num.* 3. vel super instrumẽto, vel liberatione facta per testatorem, etiam si ageretur inter coniunctas personas, compromissum fieri non debet, vt latè *Barz. in decis. Bonon.* 116. *num.* 9. *& seq.* cum multis alijs, secus autem quando aduersus instrumentum, sententiam, vel pactum de
2 non petendo, vel alia similia opponi possit aliqua exceptio, vel nullitatis, vel enormissimæ læsionis, vel aliàs probabilis dubitationis, tunc diceretur instrumentum vulneratum, & compromissum fieri posset, vt sic fuisse decisum inquit *Merlin. in decis. Lucens.* 29. vbi infinitos aliós concordantes adducit, ac etiam in *decis.* 1. *num.* 4. vel vbi aduersarius renunciaret sentẽtiæ, tunc enim posset fieri compromissum, non obstante sentẽtia, vt notant *Surd. hic, & DD.* signanter *Alex. in l. causa cognita, C. de transact.* quem, & alios sequitur *Troys. ad pragmat.* 1. *de arbitr. num.* 8. qui latè ad totam hanc decisionem, ad quam etiã plenè *Reg. Rouit. in d. pragm.* 1.

Verùm

Verùm nè pertranseam quęstionē istam, vnum tantum volui notare,& est,quòd etsi fuerit factū compromissum super aliquo instrumento,tamen illud habebit exequu-
3 tionem paratam, quamuis per laudū contractus resolui possit, præstita tamen cautione de satisfaciendo secundùm formam laudi,vt notat *Paul. de Castr. in cons.*428. *in princ. volum.*1. *Cagnol.in l.is damnum, §.quod pendet, num.*4. *de regul. iur.* in terminis *Seraph.de priuileg.iuram, priuil.*77. *num.* 8. & post eum, & alios singulariter *Carthar.in decis.Ianuens.*49.*num.*9.
4 Sed hoc intellige cum distinctione, scilicet aut compromissum sit voluntarium, vel necessarium,idest vigore statuti,in primo casu non retardatur exequutio,quia Arbitri non suspendunt iurisdictionem, & sic exequutionem, in secundo verò casu suspenditur iurisdictio Iudicis, & sic illius exequutio, vt post *Blanc. de compromiss. num.*17. hanc distinctionem notat *Marescott.in lib.*2. *variar.resol. cap.*121.*nu.*89. *& seq.* subdens, sic fuisse decisum in vna Romana Affictus.

SVMMARIVM.

1 *Solutio in quam causam censeatur facta, & quæ dicatur causa grauior, & quando sit in electione creditoris, vel debitoris, remissiuè.*
2 *Solutio posita contra vnam partitam, veluti,* date,& hæuere,*quando præsumatur facta ad compotum partita, & ad quem spectet electio.*
3 *Solutio particularis quādo compensetur inuito creditore.*
4 *Solutio priùs in causam vsurarum,& interesse facta censetur, & num.*8.
*Et de ratione, num.*5.
*Limita,vbi solutio non fieret à debitore,sed à debitore debitoris, num.*6.
7 *Solutio non cedit in causam interesse,vbi illud non esset liquidatum, licèt certum sit deberi.*
*Amplia, quamuis esset conuentum, num.*9.
*Contrarium, quando certum est deberi, num.*12.
10 *Ordo scripturæ in solutione attenditur.*
*Sed contrarium, num.*11.



DECIS. CLXXXVI.

Solutionem in causam grauiorem factam esse, post multas distinctiones concluditur in hac decisione,& quia de tota ista decisione, & eius materia per extensum scripserūt infrascripti DD. ideò satis est, ne eius dicta rescribam, ad illos me remittere, videlicèt ad *Coss.de port.rata,quæst.*124.*nu.*22.*& omnibus seqq. & ibi not. Pirr. Maur. Aretin. tract.de solut.cap.*19.*per tot. post tract. de fideiussor. DD.* recollectos per *Visconti. in addit. ad Vinc.de Franch.decis.*164 *nu.*15. plenè *Gratian. tom.*1. *discept.for. cap.*105. & meliùs *tom.*2.*cap.*224.vbi plenè fit istius
1 materię examinatio,scilicet in quam causam,& quæ dicatur grauior, & quando sit in electione creditoris, vel debitoris, vbi trigintaquatuor cōclusiones colligit,quod latè etiam *Magon.decis.Florent.*39. *Borg. decis.Feud.*1. *num.*27.*& decis.*5. *num.*21. *& seq.part.* 1. *Tusc.tom.*7.*conclus.*753. *per tot.Rota diuers decis.*92.*num.*2.*& *6.*par.*1. *decis.*176.*part.*2.*decis.*314. *nu.*4.*part.*1.*& decis.*423.*num.*3.*part.*1.
2 Verùm vbi solutio esset posita contra vnam partitam,non exprimendo creditor se facere causa compensandi cum ea, sed solùm scribendo solutionem pro creditore,& sic,*in dare, & hauere*,prout communitèr seruatur inter mercatores, tunc non intrat *titulus de solut.* quia electio erit debitoris, vt dicit *Author hic*,id late cōmendans,quam etiam opinionem priùs tenuit Rota coràm R.P.Penia in vna Romana bonorum 2.Decēbris 1598.vt refert *Grat.* sequutus *Authorem hic in d.cap.*105.*n.*16. *& cap.* 224. *num.* 21. quam etiam latè sequitur *Mascard. de probat. conclus.* 1325. *num.*6.*&* 7. allegans *Alexand.in cons.*85. *lib.*3.*& Card. Alb.in l.*1.*ff.de solut.*sic quoquè post *Dec.Corn.* & alios *Magon. decis. Florent.*39 *num.*9. & ità in Rota decisum testatur *Farinac.in decis* 695. *nu.*5 *part.*3.
3 etiam quòd solutum non sit æquale debito,cùm possit illud compēsari ad electionem debitoris,secundùm veriorē opinionem,vt dicit idem *Gratian num.*24. cùm opinio illa,quòd non possit fieri compensatio inuito creditore, nisi residuum offerat, procedat antequàm creditor recipiat particulares solutiones,& non post,vt latè probat idem *Gratian. d.cap.*105.*num.*11. *& d.cap.*224.*num.*24.
Sed circa hoc nota,quòd quando causa
4 solutionis nedùm à debitore, verùm nec à

credi-

creditore sit expressa, tunc priùs in vsuras,
& interesse censeatur facta, quàm in sortē
principalem, ex text. in l. in his, §. apud
Marcellum, ff. de solut. & etiam est textus
singularis in l. Titia, ff. de solut. in fin. l. 1.
C. eodem, & l. si vsuras, C. de vsur. & l. cùm
& sortis, ff. de pign. act. vt ex d. text. l. in his
firmat Salic. in l. 1. C. de solut. cùm quis nō
reneatur sortem recipere absque vsuris, ex
l. tutor, §. Lucius, ff. de vsuris, & hoc non
5 quia vsuræ dicantur causa grauior, & du-
rior, sed quia id specialiter ex Principum
constitutione in vsuris reperitur dispositū
propter moram debitoris, vt tradit Bart.
in l. 1. num. 9. ff. de solut. & ibi Imol. col. 2.
in fin. vers. in ea glos. dicens, aliud esse in
alio accessorio debito, vt etiam inquit
Ruin. cons. 136. num. 14. vol. 4. & cons. 162.
num. 17 quam etiam opinionem latè tue-
tur Surd. cons. 290. num. 61. vol. 2. & ità in
terminis iudicasse S. C. in causa Marchio-
nis de Atena cum hæredibus quond. D. Pe-
tri de Toleto refert Anna in allegat. 54.
quod etiam firmauit Rot. apud Farinac.
tom. 1. posth. in decis. 74. nu. 5. & 6. Ladercb.
cons. 162. D. Reg. Valenzuel. cons. 21 nu. 63.
quamuis hoc sit, vbi creditor à debitore
6 solutionem reciperet, secus si ab alio eius
nomine, quoniam eo casu priùs in causā
vsurarum solutionem cepisse non videtur,
nec in hoc casu procederet d. l. in his, § vl-
timo, ff. de solut. prout firmant Anna in
d. allegat. 112. num. 5. & Valenzuel. d. con-
sil. 21. num. 66.
7 Sed circa hoc quæro, an prædicta pro-
cederent, vbi interesse non esset liquidatū,
verum illud autem certum esset deberi, &
videtur dicendum, quòd non, quia solutio
non censetur facta in causam nō liquida-
tam, & sic ad illud, de quo controuersia
esse poterit, vt in puncto tradidit Corn.
cons. 295. col. 1. vers. his tamen non obstan-
tibus, vol. 3. & Rim. sen. cons. 297. nu. 13. &
nu. 18. lib. 2. & Anna fil. cons. 30. n. 8. vol. 1.
& Pat. alleg. 112. n. 7. quos omnes recēset,
& sequitur Gratian. tom. 2 discept. for. cap.
222. num. 44 & seq. & ità fuisse iudicatum
in S. C. testatur idem Ann. tàm in d. alleg.
112. quàm in d. alleg. 54. cui opinioni ac-
cedit Fabr in suo Codice, lib. 8. tit. 30. de
solut. defin. 31. Alex Trentacinq. lib. 3. var.
resol. tit. de solut. resol. 25. num. 3. vers. in
secundo casu.
8 Nec dici possit, eandem esse rationem
in interesse, quę in vsuris, quod ratione niti
videtur, quoniam etsi verum sit, solutionē
priùs in vsurarū causam, quàm sortis prin-
cipalis cedere, hoc esse propter moram
debitoris non soluentis, vt statutum est ex
constitutione, quæ mora non potest con-
siderari in interesse, quæ non poterunt sol-
ui, donec non essent ad liquidum redacta,
ex traditis per Alex. cons. 49. num. 2. vol. 2.
vndè erit interpretandum, vt priùs in cau-
sam sortis cederet solutio, quàm in inte-
resse declarandum, prout satis doctè hanc
partem acetrimè tuetur Ladercb. d. consil.
162. per tot. id fundans, quamuis interesse
9 esset conuentum, & sic vbi certū esset de-
beri, sed non liquidatum, prout etiam te-
net Cencius de censib. part. 3. cap. 1. quæst. 3.
artic. 1. num. 10. quod etiam comprobatur
ex tex. in l. si quid ex famosa, ff. de solut. vbi
quotiès vnum debitum haberet exequu-
tionem paratam, & alterum non, solutio
præsumitur facta pro habente exequutio-
nem, & facit text. in l. 1. C. de solut. ibi cum
10 & sortis, vltrà quòd in hoc casu DD. or-
dinem scripturæ considerant, & signanter
Imol. in d. l. 1. nu. 4. vers sed hic posset, ff. de
solut. ac Cachr. decis. 141. num. 8. scilicet
otdinem scripturæ promissionis attēdi de-
bere, & dispositio illa priùs erit attēdenda,
quæ prior habita est in consideratione or-
dinis scripturæ, at quia priùs sors, & deindè
interesse est in scriptura contenta, idcircò
priùs in eam, quàm in illam solutionem
cedere debere, sed hoc videtur contra tex.
in l. nec enim, ff. de solut. vbi ordo scripturę
11 non est attendendus, & ob id ibi conclu-
ditur, priùs in vsuras cedi debere solutio-
nem.
His tamen nō obstantibus, quando cer-
12 tum esset, interesse deberi, licèt non sit li-
quidatum, solutionem priùs in causam in-
teresse, quàm capitalis cessisse, pluries fuit
decisum in S. C. & signanter in causa illo-
rum de Castriota, & Pappacoda, in Banca
de Mondellis, & dùm ab eo de nullitate
esset dictum, quia nedum non erat liqui-
dum, imò nec certum deberi, datis adiun-
ctis, ob paritatem votorum, fuit decisum,
nullitates non obstare, de alia etiam deci-
sione refert Thorus in suo compend. tom. 2.
verb. solutio, & iterùm in causa hæredum
quondam Doctoris Antonij Salaiæ, cum
hæredibus quondā Petri Segat, y Prat sub
die 18. Februarij 1633. penès Littum Act.
Magistr. & denuò iterùm causa introducta
inter Ill. Ducem Acheruntiæ cum Duce
Sancti Donati, in qua rescisso contractu
annuorum introituum venditorū per di-
ctum Ill. Ducem Sancti Donati, dum ipse
fuerat per S. C. condemnatus ad solutionē
capi-

ex quo sequeretur quodam absurdum, scilicet debitorem delegatum ad duplum teneri, nempe deleganti, & illi, cui fit delegatio, vel si delegans liberaretur, ex natura correlatiuorum etiam delegatus à delegante liberationē obtineret, quidquid dixit *Bart. in l singularia num.* 19. cuius opinio cōmuniter est reprobata, vt post *Cagnol. in d l. singularia, num.* 167. *& Bologn. num.* 89. *vers sed contrarium, Add. ad d. Bart.* de communi testatur, *Ronchegall. in l. 3. ff. de duobus reis, num.* 54. *& Carocc. de excuss. bon. part. 2. quaest.* 54. *num.* 16. *& seq.* prout eam etiā reprobauit in specie Rota Romana in pluribus causis, teste *Marescott. lib. 2. variar. resolut. cap.* 11. *num.* 2. & ratio est, quia illa *Bart* doctrina procedit in vera delegatione, vt etiam tradit *Grat-*
4 *tian. d. cap.* 64. *num.* 15. quod secus in hac *decis.* (quicquid dixit *Scaccia de commerc. d. §. 2. glos.* 5. *num.* 300. sequutus *Bart.* contra *Paul. de Castr. in l qui vsumfructum, de verbor. oblig.* quòd hæc dicatur delegatio quòad omnes effectus.) Nam adhoc vt fiat delegatio plura requiruntur.

Primò, quòd promissio fiat iussu, vel mandato debitoris delegantis, vt est *decis. Barz.* 26. qui in *num* 3 dicit, tàm delegantem, quàm delegatum liberatos esse, & benè dicit, quia delegatus promisit ex voluntate delegantis, quæ promissio loco solutionis habetur, vt *d. l. fin. ad leg. falcid. & l. inter causas. §. obisse, ff. mand. & l. solutum, § solutum, ff. de pignor. act.* & hoc videtur dicere *Rot Genuens. in decis* 4 *nu.* 18. quòd quando promissio est facta ad extinguendum debitū delegantis, illud extinxit, prout extinxisset ipsa vera solutio.

Secundò, quod promittens sit debitor mandantis, & tanquam debitor mandantis promittat, vt notant *Barz. Rot. Genuen. & Gabr. in locis* citatis, ac *Marescott.* in citato *cap.* 11. *nu.* 3. *Surd. decis.* 23. *num.* 5. *&* 6. *& cons.* 145. *num.* 3. *& Scaccia de commerc §. 2. glos.* 5. *num.* 28. quidquid dixerit *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 17. *tit.* 8. *num.* 4. quòd de necessitate in delegatione nō requiratur, quòd delegatus sit delegantis debitor, vt etiam tradit *de Ponte* citato *cons. num.* 3.

Tertiò, quod promittat per stipulationem, vel litis contestationē, prout in vtroquè casu loquitur *de Ponte* in citato *consil* 87. *lib.* 2. & idem *Scaccia loco* citato, & *Mantic. de tacit. & ambig. d. lib.* 17. *tit.* 8. *num.* 12. ex *text. l. delegare, ff. de nouat.*

Quartò, quòd loco, seù vice primi debitoris soluat, vt ex allegatis per *D. de Ponte in d. consil.* & per *Barz. in d. decis.* 26.

Quintò, quòd fines mandati delegatus seruet, quoniam si formam eius non seruauerit, non diceretur delegatio, & successiuè non induceretur liberatio, prout in terminis est *decis. Rot. Genuen.* 1. *num.* 18. & hanc esse communem ait *Gabriel. lib.* 3. *commun. concl. tit. de nouat. & deleg nu.* 27. *idem Marescott.* in citato *cap.* 11. *idem Mantic. d. tit.* 8. *nu.* 13. *cum seq.* dummodò non sint apposita pacta contraria, veluti quòd delegans teneatur bonum facere nomen debitoris delegati, vel quòd ipse delegans non sit liberatus, nisi actuali solutione subsequuta, vel quod sint salua iura hypothecæ contra ipsum delegantem, vel alia similia, cùm eo casu non diceretur delegatio, sed potiùs cessio, vt satis doctè probat *Author* noster in *decis.* 23. & post eum latè *Scaccia de commerc. d. §. 2. glos.* 5. *nu.* 286. ac *Grat. tom.* 1. *discept for. c.* 64. *n.* 1.

Aliquo verò istorum deficiente non fit delegatio, & consequentèr liberatio delegantis non inducitur, *glos.* singularis est in *l quamuis, § si mulier, ibi secundo, post princip ff. ad Senat. Consult Velleian.* & ibi notat *Castrens. num.* 3. & est communis opinio, vt per *Cagn. in d. l. singularis, nu.* 165. cum alijs per *Gabr. in conclus* 1. *num.* 26. *Marescott in d. cap.* 11. *num.* 3. ita & taliter, quòd si debitoris decoctio deindè deueniat, delegans non liberatur, nequè delegatus, cùm creditor, cui fuit facta delegatio iterùm agere possit contra delegantem, quamuis literæ fuissent præsentatæ per ipsum creditorē, vt notat *Surd. in cons.* 528. *num.* 14. *& seq.* & hanc esse communem inquit idē *Marescott loco* citato, *in princ.* qui in *num.* 5. ampliat hoc etiam interueniente mora, seù negligentia creditoris in exigēdo, nam cessante delegatione creditor, qui literas præsentauit, non tenetur de negligentia, nec potest ei imputari aliqua mora, vt sic fuisse resolutum fuit in vna Romana pecuniaria 24. Nouembris 1595. coràm Cardinali Mellino, quod etiam cōfirmat *Rota Genuen. in decis.* 2. *num.* 11. dicens, quòd acceptatio literarum cambij facta per Campsorem, cui transmissæ sūt, non liberat transmittentem, nisi solutio sequatur, vt etiā tradit *Bertazz. de clausul. claus.* 33 *glos.* 18. *& Grattian. tom.* 1 *discept. forens. cap.* 64. *num.* 6. vbi sic per Rotam decisum refert.

Nequè potest dici inducta nouatio, cū ex hac acceptatione non resultet incom-

5 pati-

5 patibilitas contractuum, quamuis interueniant nouæ personæ, etiam præcedente stipulatione, *§.sed quoniam,& ibi glos. Inst. quib.mod. toll.obligat. & l.vbi quis, ff. de constit. pecun.*

Et quàmuis contrarium videatur affirmare *Scacc.de commerc. §.2.glos.5.nu.63.* & latiùs *num.* 244. dicens, quòd si quis literas cambij alicui mercatori præsētasset, qui alitèr non soluit, sed præsentantē creditorem scripsit, quòd dicatur delegario, & delegans liberatus erit, si delegatus effectus esset non soluendo, quoniam illa promissio loco solutionis habetur, cùm videatur ei breui manu numerasse, & ipse penès eum demùm in depositū deposuisse, & hoc licèt mercator ille non esset delegantis debitor.

Tamen procedit attenta consuetudine mercatorum, vt ipsemet declarat, subdens sic pluriès Rotam determinasse, ita etiam *Afflict. decis.*353.*nu.*3.*in fin. Rot. Ianuens. decis.* 4. *Rot.* apud *Put. decis.* 163. *libr.*1. quod etiam stante dicta consuetudine in Bancherio tuetur *Mastrill.decis.*177.*lib.*2. & in hoc casu saluari posset opinio *Bart. in d. l. singularia, num.*19. vt dicunt *Add. ibi circa medium*, & in specie *Mantic. de tacit.& ambig.lib.*17.*tit.*8.*nu.*15. *& Gabr. consi.*155.*num.*25.*&* 26.*lib.*1.

S V M M A R I V M.

1 *Assensus præstitus super alienatione feudi non operatur quoàd partem illius, quàmuis feudum consisteret in pluribus partibus.*

*Sed intellige, num.*4.

*Amplia, etiam si talis alienatio fuisset à Prorege confirmata, tamen nulla erit, vt num.*2.

3 *Confirmatio absque clausula*, ex certa scientia, *vltrà confirmabile non se extendit.*

DECIS. CLXXXVIII.

AD hanc decisionem adde *Ioan. Franc. de Ponte in consi.*57. *volum.*1. vbi ait, licentiam vendendi feudum, non extendi ad venditionē partis ipsius, subdens, hoc pro-
1 cedere, etiam si feudum consisteret in pluribus partibus, ampliando etiam si illa
2 venditio deindè fuisset cōfirmata per Proregem, quòd nihilominus venditio nulla sit, cùm confirmatio vltrà confirmabile
3 non se extendat, maximè quando sumus in confirmatione absquè clausula, *ex certa scientia*, vt notat *Bald. in l. nominationes, C.de appell.* & eleganter in *cap.*1.*quid sit inuestit.*& sic post longam disputationē refert fuisse decisum in Regia Camera Summariæ, vt in *d.consi.*57.
4 Sed hoc erit, vbi natura feudi esset indiuisibilis, quàmuis in pluribus corporibus consistat, aliàs si esset diuisibilis, secus, & in hoc casu procederet opinio *Andr.in dicta vers. item si permiserit*, nam si alitèr diceret, sequeretur, assensum non esse gratiam, sed priuilegium, quod est absurdum, & de hoc articulo latè *Montan. in d. cap. Imperialem, num.*51.

S V M M A R I V M.

1 *Assensus erit nullus, si non fuerit registratus infra tempus in eo præfixum.*

2 *Vis limitati temporis continet contrariam dispositionem.*

3 *Dies termini an computetur in termino, & quando currit de momento ad momentū.*

DECIS. CLXXXIX.

DE hac quæstione vide eundem *Authorem in decis.*203. & de ea latè tractabo in *lib.*1. *controu.* vide etiam *D. Regent. de Ponte in consi.*60.*lib.*2. vbi per S.C. fuit iudicatū,
1 assensum per emptorē expeditum in tempore in eo præfixo non registratum, non
2 esse deindè registrandum, vis enim limitati temporis est, vt contineat contrariam dispositionem, *l.fratres, ff.de pœn. Angel. in l.si vnus, §.si cum reo, ff.de pact.*

Et de alia quæstione, de qua *Author hic*, an dies termini computetur in termino, & currat de momento ad momentum, latè *Cauall.commun.cōtra commun.quæst.*401. & latiùs *Rot.Roman. decis.*72. *part.*2. *in nouiss.*

S V M M A R I V M.

1 *Procurator potest cogi ad testificandū contra suum clientem, vbi decisio.*

Intellige, circa ea, quæ scit vti merus testis.

In subsidium tamen, num 3.

*Non autem quæ vti Procurator, vel Aduocatus nouit, & consultus fuit, num.*4.

*Amplia, quàmuis fierent monitoria, nu.*5.

*Dummodò timore ipsius aliquid non propalasset, num.*6.

DECIS. CXC.

1 PRocuratorem cogendū esse ad testificandum contra suum Clientē, concluditur hic, prout etiam tradit *Farinac. quaest. crim. quaest.* 60. *num.* 196. & ibi quoquè de Aduocato, *nu.* 155. & de Sollicitatore, *num.* 244.

2 Sed hoc intellige, dummodò examen Aduocati, vel Procuratoris concernat ea, quæ scit vt merus testis, prout iudicatum fuisse testatur *Guid. Pap. in decis.* 75. sic etiam iudicatum refert *Ann. Robert. lib.* 2. *rer. iudic. cap.* 19. *& Mastrill. decis.* 151. *num.* 4. *lib.* 2. ita etiam decisum fuisse in S.C. inquit *Vincent. de Franch in dec.* 221. & antè eum *Put. decis.* 194. *lib.* 1. *& dec.* 56. *lib.* 3. *& Thor. in suo compend. in verb. Ad-*
3 *uocatus, fol.* 21. *lib.* 1. quamuis hoc procederet, quando veritas alitèr haberi non possit, & sic in subsidiū, vt pulchrè *Castill. decis. Sicil.* 92. *lib.* 1. videndus.

Secus autem si examen Procuratoris, vel Aduocati concerneret ea, quæ vti Procurator, vel Aduocatus nouit, & consultus
4 fuit, tunc enim nō tenetur, neque cogi potest ad testificandum, quamuis veritas alitèr haberi non possit, imò ad illa cęlandū obligatus est, inquit *Afflict. in Constit. Regni Aduocatorum, in* 2. *not. vers. & si Aduocatus sciat*, prout cum hac distinctione pertranseunt omnes suprà citati DD.

5 Quod ampliatur, etiam si fierent monitoria, vt in terminis *Silu. Nuptial. in verb. monitorium, num.* 7. & hanc esse communem dicunt *Scribentes in praxi Archiepisc. Neapol.* dummodò timore ipsius monitorij corām Ecclesiastico Iudice aliquid nō
6 propalassent, aliàs eo casu possent cogi ad illud repetendum corām sæculari, vt decisum fuisse testatur *Giurba in decis. Sicil.* 95. cùm ampliùs secretum nō diceretur, quod propalatum fuit.

DECIS. CXCI.

AD totam hanc decisionem latissimè *Graff. in tract. de except. except.* 16. vbi ad saturitatem quęstionem istam examinat cum multis ampliationibus, & declarationibus, & vide notata per *Me in decis.* 117.



SVMMARIVM.

1 *Maritus, vel eius hæredes an faciāt fructus suos bonorum paraphernalium, sicut dotalium, remissiuè.*

DECIS. CXCII.

1 INter alia quæritur hic, an maritus, vel eius hæredes faciant fructus suos bonorum paraphernalium, sicut dotalium, de qua quæstione plenè post multas distinctiones, si fuerint percepti ex voluntate vxoris, vel non, si fuerint consumpti in vsum, & vtilitatem vtriusque, vel non, latè scripserunt post alias distinctiones *Thesaur. in decis.* 187. *Camill. Borrell. consil.* 56. *per tot. Rot. Auenion. decis.* 18. *inter diuers. Decian. cons.* 84. *nu.* 26. *& seq. volum.* 4. *Costa de port. rata, quaest.* 95. *& de facti scient. & ignorant. distinct.* 47. *cent.* 1. *Menoch. lib.* 3. *praesumpt.* 9. *Monach. decis. Lucens.* 68. *& Fontanell. de pact. nuptial. claus.* 6. *glos.* 2. ad quos Lectorē remitto.

Et licet aliqui ponant differentiam inter bona paraphernalia, & extradoralia, tamen illam nullius momenti, & effectus esse aiunt *Thesaur. & Fontanell. in locis citatis.*

SVMMARIVM.

1 *Legata annua ab vsufructuario omnium bonorum sunt soluenda.*
Intellige, si solutis annuis legatis aliquid commodi remaneret, num. 8. *aliàs secus, num.* 9.
Declara, si in totum vsusfructus sit inutilis, secus autem si vnius tantùm anni incommodū sentiret, in quo nihil esset perceptum, num. 10.
Limita, quando ex coniecturis appareret, hoc onus impositū fuisse hæredi proprietario, num. 13.
2 *Annuus cēsus ab vsufructuario solui debet.*
3 *Alimēta præstanda sunt ab vsufructuario, & non à proprietario.*
4 *Vsufructuarius tenetur ad omnia onera realia, quæ ratione fructuum imponuntur, & ad sarcienda tecta, & alia similia.*
Intellige, num. 5.
6 Bart. in l. fin. in fin. ff. de vsufruct. legat. *reprobatur.*
7 *Hæres in proprietate an teneatur ad annua legata non soluta per vsufructuarium pro tempore, quo vsusfructus fuit penès eum.*

11 *Vsufructuario omnium bonorum confirmatur rata legati vsusfructus, quando venduntur res hæreditaria pro satisfactione legatorum, quibus onerata est hæreditas.*

12 *Legatum vsusfructus debetur deducto are alieno.*

14 *Hæres grauatus alteri restituere tenetur ad debita, & ad legata defuncti.*

15 *Hæres hæredis grauati tenetur ad vsuras decursas tempore restitutionis creditoribus hæreditarijs, non autem fideicommissarius.*

Sed cautela affertur pro legatario, nu.16.

17 *Vsufructuarius non potest pro alijs debitis testatoris conueniri, & nu.41.& 63.*

Amplia, etiam si cum hoc onere solutionis legatorũ, & æris alieni legatus esset vsusfructus, & vsufructuarius acceptasset, num.49.& 51.

Limita, respectu legatorum, nu.50.& 52.

Sed intellige, num.54.

Item amplia, etiã si post vsufructuarij mortem alius sit hæres institutus, num.64.

Item amplia in vsufructuario hæreditatis, num.71.

Sed contrarium, num.72.

Prima opinio verior, num.73.

Item amplia, etiam si esset institutus in vsufructu hæreditatis, vel quota, nu.76.

18 *Hypothecaria datur pro legato.*

Limita, in annuo legato, num.19.

Sed contrarium, vbi testator ab hærede, vel de bonis suis solui iussisset, num.22.

Item limita, vbi testator mãdasset, eius bona non esse pro legatis obligata, nu.20.

Amplia, quamuis essent legata pia, nu.21.

23 *Vsufructuarius tenetur ad omnes collectas, & tributa, siuè ordinaria, siuè extraordinaria, etiam insolita, & pro eis conueniri potest.*

Intellige quò ad futura tantùm, nu.24.

Item intellige, dummodò onera sint realia, num.25.

Item intellige, vbi post acquisitionem vsusfructus indicta esset collecta, nu.38.

Amplia, etiam ad indictiones temporarias, quæ postea indicuntur, num.26.

Item ad impensas, quæ fierent per transitũ exercitus, num.27.

Intellige, dummodò collecta, vel aliud onus imponatur ratione rei, & nõ personæ pro re, num.28.

Sed contrarium indistinctè, num.29.

Item intellige, vbi legata, & debita annua, & collecta totum vsumfructum non absorberent, num.32.& 34.

Item vbi ex coniecturis constaret, testatorem voluisse, ab hærede solui, & quæ sint, num.35.

Sed contrarium, num.36.& 40.

30 *Vsufructuarius habetur loco domini.*

31 *Legatarius alimentorum præstandorum ex fructibus certi fundi non dicitur possidere, & non tenetur ad collectas, sed cũ declaratione.*

33 *Impensa vectura rerum pro alimētis legatorum, pertinent ad hæredem, vbi ex solutione ipsorum inutile redderetur legatum.*

37 *Inter legatarium, & vsufructuarium differentia constituitur.*

38 Text.in l.qui concubinã, §.hortos, & l.fin. ff.de legat.3. *declarantur.*

39 Text. in l.hactènus, & l.quæro, & l.si pendentes, ff.de vsufr. *explicantur.*

41 *Vsufructuarius omnium bonorum non tenetur nec ad legata, nec ad æs alienum.*

Intellige, num.42.

43 *Hæres potest bona hæreditaria alienare pro satisfaciendis creditoribus, quàmuis testator plenum, & integrum reliquisset vsufructuario vsumfructum, etiam inuito vsufructuario.*

44 *Vsufructuario in possessione existente succurritur aduersus hæredem volentem vendidari bona testatoris pro satisfaciendis creditoribus per cautionem de soluendis debitis, & de conseruando ipsum hæredem indemnem à creditoribus in casu molestiæ.*

45 Bart.in l.fin.num.5.ff.de vsufr. *declaratur, & num.75.*

46 *Legatum dicitur æs alienum respectu vsufructuarij, & quando.*

47 *Vsufructuarius quando dicatur etiam respectu rei alteri legata.*

48 *Vsufructuarius omnium bonorum nũ concurrat in vsufructu cum hærede simpliciter facto, variæ recensentur opiniones.*

51 *Actiones tàm actiua, quàm passiua in hæredem transeunt.*

52 *Hæres pro legatis etiam pijs non poterit conueniri, vbi vsufructuario essent relicta, num.53.*

55 *Æs alienum solui debet ab vsufructuario de proprietate.*

56 *Vsufructuarius dicitur procurator in rem propriam proprietarij, & venit appellatione hæredis, num.57.*

Intellige, num.62.

58 *Instantia cœpta cum vsufructuario transit in proprietarium.*

59 *Vsu-*

59 *Vsufructuarius potest à debitoribus exigere absque hæredis cessione, etiam via executiua, num. 60.*

61 *Vsufructuarius non potest à creditoribus hæreditarijs conuentus nominare proprietarium in iudicium.*

65 *Hæres institutus post mortem vsufructuarij an dicatur purè, vel sub conditione institutus, ita vt possit statim adire, variæ recensentur opiniones, & num. 67.*

Et quid si vsusfructus iure institutionis sit relictus, num. 66.

68 *Legatum vsusfructus nùm valeat hærede post mortem vsufructuarij instituto.*

69 *Institutus in vsufructu alio hærede post eius mortem instituto, dicitur hæres etiam in proprietate, & per fideicommissum grauatus.*

Intellige cum distinctione inter extraneum, & filium, num. 70.

73 *Inter vsumfructum hæreditatis, & omnium bonorum nulla constituitur differentia.*

74 *Hæreditatis nomen non omnia iura actiua, & passiua includit.*

77 *Duo eiusdem rei domini insolidum esse non possunt.*

78 *Funeris sumptus nùm vsufructuarius, vel hæres subſtineat.*

DECIS. CXCIII.

Pulchra, & practicabilis quæstio est ista, de qua noster *Author his*, an legata annua sint vel ab hærede, vel potiùs ab vsufructuario soluē-
1 da, pro cuius resolutione omnes *Doctores* cōmuniter conueniunt, illa ab vsufructuario præstanda esse, cùm ista recipiant dilationem de anno in annū, etenim hoc onus censetur reale iniunctum redditibus, præsertim cùm testator voluerit, dicta legata annuatim solui, vndè esset inconueniens, quòd hæres omni anno vendere deberet bona hæreditaria pro satisfaciendis dictis legatis, & successiuè non est præsumendū, testatorem hęredem duplici onere grauasse, prout omnes in *l. fin. §. fin autem, C. de bon. quæ liber.* quam magis communem esse ait *Roland. in conf. 8. num. 18. lib. 2. Peregrin. de fideicommiss. art. 50. nu. 20. Gayll. lib. 2. obseru. 146. num. 8.* vbi de communi, plenè *Menoch. de præsumpt. præsumpt. 143. num. 18.* qui loquitur tàm in legatis, quàm
2 debitis annuis, etiam in annuo censu, idem *Menoch. conf. 1009. num. 9. & seq. lib. 11. Graff. in §. legatum, quæst. 36. nu. 1.* sic quoquè *Castill. de vsufruct. cap. 58. num. 11. & seq. Costa de port. rata, quæst. 145. num. 13. Thesaur. in lib. 2 qq. forens. quæst. 32. nu. 5. Parlador. quotid. different. differ. 29 nu. 15.* & hoc etiam circa debitum ex causa ali-
3 mentorum, cùm illud quoq; sit annuum, vt per *Surd. de aliment tit. 1. quæst. 30. nu. 3.* per *text.* singularem in *l. Imperator, in fin. ff. ad Trebell.* vbi grauatus fideicommisso, si bona dilapidat, quamuis cogendus sit restituere hæreditatem antè diem, tamen consequitur alimenta, non in corporibus, sed de accessionibus, & fructibus bonorum, & taxantur secundùm qualitatem redituum, *Benint. decis. 89. nu. 3. Boer. decis. 19. num. 8. Roland. conf. 22. num. 21.*
4 *lib. 1.* sic quoquè ad omnia onera realia, quæ ratione fructuum imponuntur, & ad sarcienda tecta, soluere tributa, & alia similia, *l. hactenus, de vsufruct. Peregrin. d. art. 50. num. 20. Seraphin. decis. 514. num. 2. Bertrand. conf. 150. lib. 7.* dummodò per-
5 petuam vtilitatē non respiciant, nam alioquin daretur vsufructuario repetitio contra proprietarium, vt concludunt *DD. in d. l. hactenus, & Caualc. de vsufr. mulier. relict. num. 160. & seq.* prout sic concludit *Alex. Trentacinq. in consil. 29. circa princ. lib. 1. idem Parlador. d. different. 29. nu. 17.* dummodò non sit modica, quo casu vsufructuarius ad rem teneretur, nulla data distinctione, an necessaria, vel vtilis sit, ità post multos tradit *Surd. conf. 155. num. 9.* si tamen ex lucratiuo titulo, & non oneroso, quo casu si perpetuam respiceret vtilitatem, quamuis modica sit, non ad hæredem pertineret, ità *Florian. in d. l. hactenus,* per *l. si quis fundum, ff locati,* sic etiam *Pinell. in l. 1. part. 2. nu. 72. C. de bon. matern.* latè *Gratian. tom. 4. discept. forens. cap. 778. num. 18.* & si hanc opinionem pro absoluta non firmet, sed in ea meliùs cogitandū dicit *Surd. conf. 155. num. 10.* per ea, quæ indistinctè dixit *Bart. in l. totum, §. qui maximus, ff. de public. & vectigal.*

Et licèt contrarium videatur determinare *Bart. in l fin. in fin. ff. de vsufr. legat.* dicens, onus legatorum non spectare ad vsufructuarium omnium bonorum, sed ad hæredem. Tamen non est ille casus, de quo
6 quæritur, vltrà quòd illa opinio ab omnibus communiter reprobatur, prout contra eum tenent *Dec. in conf. 485. col. fin. & conf. 590. Couar. lib. 2. variar. resol. cap. 2. Gamma in decis. 195.* sic quoquè *Vinc. de Franch. in decis. 483.* vbi etiā de communi contra eam testatur, imò Pharisaicam illā esse ait, *Caualc. de vsufr. mul. relict. n. 211.*

subdens, Iudicantem secundùm eam in indicatu teneri, sic quoquè *Gayll. lib. 2. pract observat observ.* 146 *num.* 1.& ibi de communi, & veriori testatur, latè etiam *Thesaur. in lib. 2. qq forens. quæst.* 32. qui eam multis modis limitat, & signanter quando legatum non est soluendum in continenti, sed intrà annum, vel quolibet anno, quam limitationem ante eum notauit *Couar. in d. lib. 2. cap. 2. vers. tertiò considerandũ est*, & eam colligit ex *l. fin. d. §. fin autem*, vbi pater, qui vsumfructum in bonis filij habet à lege, tenetur satisfacere creditoribus hæreditarijs, & actiones suscipere, & excipere suis sumptibus, quem *text* & eius dicta *Bald. Salic. Paul.* & latè *Corn.* & alij extendunt etiam ad vsumfructum ex dispositione testatoris prouenientem, vt etiam declarat idē *Couar. in vers. tertiò considerandum, & Molin. de primog. lib. 1. cap. 27. num. 11. vers. sed quamuis.* Ex his igitur infertur, quòd si talia annua legata non fuerint soluta per vsufructuariũ,
7 non poterit proprietarius molestari, sed hæres dicti vsufructuarij, vt singulariter tradit *Aymon in cons.* 19. *num.* 16. *ad med. vers. quod tamen intelligo*, post *Castr. consil.* 16. *num.* 4. *lib.* 2. *Natt. cons.* 323. *num.* 5. *Simon de Prat. de interpret. vltim. volunt. lib.* 5. *dub. vlt. num.* 30. *fol.* 572. pro tempore tamen, quo vsusfructus fuit penes vsufructuarium tantùm, & non aliter, cùm deindè proprietarius teneatur, & vide notata per *Me in decis.* 28. vbi an pro istis annuis legatis competeret hypotheca in bonis hæreditarijs.

Benè verum declara primam conclusionem, (scilicèt quòd vsufructuarius teneatur ad dicta annua legata) procedere
8 quando vsufructuario solutis dictis annuis legatis aliquid cōmodi remaneret, vt post infinitos notat *Costa de remed. subsid. re-*
9 *med.* 92. *num.* 1. & 2. aliàs secus, vt notat *Couar in d. cap. 2. d. vers. tertiò considerandum est, ad fin. & Peregrin. de fideicommiss. artic.* 4. *num.* 24. *in fin. Pinell. ad l.* 1. *part.* 2. *num.* 72. *C. de bon. matern. Castill. de vsufr. cap.* 56. *Cauall. in tract. commun. contra commun. quæst.* 191. *Francisc. Marc. q.* 835. & 842. *part.* 1. *Crass. in §. legatum, q.* 37. *ad med. Caualc. de vsufr. num.* 219. cùm illa soluenda sint à proprietario, ac si simplex esset legatum, vt ex citatis DD.

Quod intellige, si in totum sit inutile
10 legatum vsusfructus, secus si vnius tantùm anni, in quo nihil esset perceptum, vt notat *Castill. loco* citato, *num.* 18. & *seq.* cui adhæsit *Costa in d. remed. num.* 1. *vers. intelligendum*, cùm talis defectus possit ex fructibus sequentium annorum suppleri, prout ita distinguit *Barbos. in l. maritum, nu.* 23. *ff. solut. matrim.*

His igitur præsuppositis, quòd recurrendum sit ad proprietatem, quando onus legatorum tale esset, quòd inutile redderetur legatum vsusfructus, sequeretur quòd talia poterint esse legata, quòd absorberēt totam proprietatē, & sic totum diminue-
11 retur legatum vsusfructus, cùm illud debeatur deducto ære alieno, ad tradita per *Minad. in cons.* 4.

Responde, quòd etsi dictum legatum vsusfructus non habeat determinatam
12 quantitatem, sicut alia legata, nihilominùs ipse cōcurrit cum alijs legatarijs, cùm non debeat fieri tanta alienatio, quin cōseruetur rata legatarij vsusfructus, prout sic determinat in puncto *Alex. in l. vsufructu, num.* 3. *vers. puto, quòd etiam vsufructuarius omnium bonorum, ff. ad l. falcid.* sic etiam singulariter post longam discussionē concludit *Minad. in d. cons.* 4. *nu.* 20. & demùm *Costa de port. rata, quæst.* 213. cùm omnes legatarij debeant esse pares, *l. quærebatur, ff ad l. falcid.* inter quos connumeratur vsufructuarius omnium bonorum, hærede vniuersaliter instituto, cùm succedat titulo particulari, ad *text. in l. Sempronio, ff. de vsufruct. legat. l. si quis seruum, in fin. ff. de legat.* 1. *Bero. cons.* 38. *num.* 44. *vol.* 1.

Declara etiam, supradictam primam conclusionem non procedere quotiescunque ex coniecturis appareret, hoc onus legatorum fuisse impositum proprietario
13 hæredi, nam tunc ad illa non teneretur vsufructuarius omnium bonorũ, vt ex traditis per *Vinc. de Franch. in decis.* 483.

Quidquid sit in instituto sua vita durante tantùm, nam etsi hæreditas veniat
14 alicui restituenda, tamen ipse rectè poterit conueniri pro debitis, & legatis defuncti, vt tenet *Bal. in cons.* 84. *lib.* 4. *Caualcan. d. tract. num.* 60. in terminis *Chartar. in decis. Ianuens.* 74. *num.* 3 4. & 5. ita vt si dictus hæres in eius vita institutus non sol-
15 uerit dicta onera hæreditaria, non poterit pro eis fideicōmissarius molestari, sed hæres dicti hęredis instituti, vt voluit *Vincent. de Franch.* ad intelligentiā *l. deducta, §. qui post, ff. ad Trebell. in decis.* 49. licèt hæc quæstio non transeat sine difficultate, cùm ipsa indigeat particulari discussione, de qua plenè *Peregr. de fideicommiss. art.* 4. vbi

vbi multas habes diſtinctiones, & *Coſta de port. rata, quæſt. 28. Grat. tom. 3. diſcept. forenſ. cap. 540.*

Sed pro legatario ad tollendã difficul-
16 tatem, & DD. controuerſiam, cautela eſt,
vt hæres conueniatur vnà cum vſufructua-
rio, vt ſententia vtrumque afficiat, & in
hoc caſu poterit condemnari vſufructua-
rius in ſolidum, vt ſoluat legatum, per no-
tata per *Cauale.* in citato *tract. num. 215.*
prout ita obſeruatum vidiſſe teſtatur *Theſaur. in d. lib. 2. quæſt. forenſ. quæſt. 32. nu. 7. in fin.* in quadam cauſa, vbi etiam habes
cautelam pro hærede proprietario.

17 Ex his igitur non poteſt fieri illatio, ex
quo vſufructuarius tenetur ad annua lega-
ta, ergo poterit conueniri pro alijs debitis,
& legatis teſtatoris, ſiquidèm id, quod re-
ſpicit annuatim, cenſetur à teſtatore redi-
tibus iniunctũ, vt ſupra diximus, & quam-
18 uis fauore legatarij detur hypoteca in bo-
nis teſtatoris, *l. 1. C. commun. de legat.* ta-
men nõ procedit in legato quantitatis an-
19 nuæ, nam actio nõ erit danda contra pro-
prietarium, ſed contra vſufructuarium, vi-
detur enim teſtatorem reſtrinxiſſe legatũ
ad fructum, & mandaſſe, quòd de illis ſol-
uatur, cùm poſſit teſtator hanc tacitam
remiſſionem legalis hypothecæ facere, nõ
ſecus, ac ſi expreſsè mandaſſet, nè bona
20 ſint hypothecata pro legatis, quod etiam
ei permittitur, vt tradit poſt *Bart. in l. nemo poteſt 58. col. 2. num. 9. ff. de leg. 1. & in l. 2. C. vt in poſſeſſ. legat* & poſt *gloſ. ibi in verb. remitti, & Neguſ. de pignorib. part. 2. membr. 4. num. 161.* vbi de communi, *Grat. tom. 2. diſcept. forenſ. cap. 294. num. 8. & 9.*
21 quãuis legata eſſent pia, vt in puncto tra-
dit *Vinc. de Franch. in deciſ. 483.* ſubdens,
ità ſe iudicaſſe vti Iudicem appellationis
Reuerendæ Fabricæ, quicquid aliter ſen-
tiat ex *Roman. & Dec. Rouit. in pragm. 1. de legatis pijs*, ſed hoc non procederet, vbi
22 teſtator ab hærede, vel de bonis ſuis ſolui
iuſſiſſet, vt tradit *Surd. bic*, cùm etſi annua
eſſent, ab hærede, & non ab vſufructuario
præſtari debentur, & hanc eſſe communẽ
DD. diſtinctionem in *d. l. fin. § ſin autem, C. de bon. quæ liber.* dicit idem *Gratian. d. cap. 294. nu. 1.* ex *Pico in l. Titia, quæſt. 6. num. 113. ff. de leg. 2.* & magis communem
vocat *Rol. conſ. 8. num. 28 lib. 2. Menoch. lib. 4. præſumpt. 143. num. 18.*

23 Et quamuis nonnulli id extendant etiã
ad omnes collectas, & tributa, ſiuè ordina-
ria, ſiuè extraordinaria, etiam inſolita, ad
quæ vſufructuarius, & non proprietarius
tenetur, & conueniri poſſint, ita *Harthm. Piſtor. quæſt. 46. num. 33. & ſeq K[illegible]pen. deciſ. 6. num. 7. part. 2.* etiam ſi proprietarius
eſſet priuilegiatus, & immunis, ex *tex. l. locatio, § fiſcus, ff. de public. & vectigal.* ſub-
dens, hanc eſſe communem, ſic etiam ad-
mittit *Craſſ. in § legatum, quæſt. 37. num. 1.*
24 qui prędicta quòad futura tantùm, & non
quòad præterita intelligit, cùm ob illa ha-
beri debeat regreſſus contra bona, & ſic
quoquè *Garz. de expenſ. & melior. cap. 11.*
25 *num. 56.* dummodò onera realia, & non
perſonalia ſint, & latè *Damnatus Author § 22. num. 156.* qui hoc voluit, procedere
26 etiam ob indictiones tẽporarias, quę po-
ſteà indicantur, & *Gratian. tom. 4. diſcept. forenſ. cap. 611.* ampliat ad omnia onera,
etiã quę de nouo imponuntur, ex *Cauale. Valaſc. Caſtill.* & alijs, immò ad impenſas,
27 quę fiunt per tranſitũ exercitus dicit *Ranchin. deciſ. part. 2. concluſ. 284.* vt de Regina
Nauarræ vſufructuaria, quæ ſolebat ſolue-
re ſtipendia Doctoribus in Ciuitate Bitu-
rigum profitentibus, dicit *Rebuff. in l. Herennius 27. verſ. quinto, ff. de verb. ſignific.*
quem etiam allegat, & ſequitur *Barry de ſucceſſ. lib. 9. tit. de legat. vſufruct. num. 39.*

Et licèt apud aliquos hoc pro abſoluto
28 non habeatur, ſed cum diſtinctione, ſcili-
cet quòd vbi collecta, vel aliud onus non
imponitur ratione rei, ità vt ſit onus reale,
ſed perſonæ pro re, quòd tunc non proce-
dant prædicta, cùm proprietarius, & non
vſufructuarius ad illa teneatur, & conueni-
ri debeat, ex *Bart. in l. quaro, ff. de vſufr. & in l. 1. C. de annon. & tribut. lib. 10.* vbi
latè *Io. de Platea, Natta conſ. 409. num. 4. Roland. conſ. 79. num. 15. vol. 4. Surd. de aliment. tit. 18. priuileg. 91. nu. 8. verſ. reſpondeo*, tamen hæc diſtinctio reprobatur per
Aegid. Thomat. de collect. § pauperes, n. 28. inter tract. tom. 12. fol. 150. cùm ſine colle-
29 cta, vel aliud onus imponatur ratione rei,
ſiuè perſonæ pro re, quòd indiſtinctè vſu-
fructuarius teneatur, & ratio videtur eſſe,
quia quando quis percipit fructus, ex quo
habet ius in re, vel iure proprio, vt eſt vſu-
fructuarius omniũ bonorũ tunc ſiuè onus
debeatur rõne rei, ſiuè rõne perſonæ pro-
pter rem, vtroque caſu vſufructuarius om-
30 niũ bonorũ tenetur, & cõueniri põt, nam
habetur loco domini, *l. quaro, ff. de vſufr. Alex. conſ. 4. num. 4. in fin. volum. 5. Bald. in d. l. 1. C. de annon. & tribut. lib. 10. Gratian. tom. 2. diſcept. forenſ. cap. 294. num. 20.* & latiùs *Surd. de aliment. d. priuil. 91. n. 10.*
31 vbi id limitat in legatario alimentorum

prestandorum ex fructibns certi fundi, qui
non tenebitur ad collectas, cùm non dicatur possidere, excepto quando fructus relinquerentur ad alimenta, & excederent quantitatem necessariam alimentorum, cùm pro illo pluri teneretur ad collectas, ex Cordub in l. si quis à liberis, §. vtrum, nu. 74. ff. de liber. agnosc. & Cacher. dec. 83. num. 8.

Verùm hoc intelligendum erit, vt dixi-
31 mus, vbi talia legata, & debita annua, vel
collectæ totum vsumfructum non absorberent, nam si essent tàm magnæ, quæ omninò inutile redderent legatum, quòd tunc non teneretur vsufructuarius, sed proprietarius, ità Crass. in d. §. legatum, & Gars. in d. cap. 11. num. 11. quam opinionem receptiorē esse ait Barry in d. tit. de legat. vsufruct. num. 39. post med. & Peregrin. de fideicommiss artic 4. nu. 24. in fin. quod probat text cum glos. in l. qui concubinam, §. qui hortos, vers. præstaturum, ff. de legat. 3. de qua glos exclamauit Dyn. & Bart. in l. his verbis, §. idem testator, ff de legat. 3. & vnicam esse in Mundo, & se de facto obtinuisse in Ciuitate Florentiæ in ardua quæstione dicit Roman. singul. 257. & in cons. 230. num. 2. idem etiam firmarunt Petrasanct. singul. 37. Aretin. & Ias. in l. quod seruus. ff. de leg. 1. Pinell. de bon. matern. l. 1. & 2. num. 72. versic. limitatur septimo, Fessas de collect. part. 2. cap. 4. nu. 28. Statil. Pacific. de Salutan. interd. inspect 2. cap. 4. nu. 531. Cauale. de vsufr. mul. relict. n. 162. Alex Trentacinq. lib. 1. variar. resol. tit. de pecul. resolut. 3. num. 6. Surd. decis 28. nu 8. & de aliment. tit. 4. quæst. 16. nu. 20. & seq. qui ob glos. prædictam ait, quòd vbi im-
33 pensa vecturæ diminuerit legatum aliměntorum, ita vt inutile redderetur, quòd ad ea teneretur hæres.

Ad quod singularis est Alex. doctrina in l. vsufructu, num. 3. ff. ad leg. falcid. di-
34 centis, quòd quotiescunque ob solutionē
onerum inutile redderetur legatum, quòd tunc vrgens pro vsufructuario sit cōiectura, quòd à proprietario sint soluenda, quē etiam sequuti sunt Gozad. cons. 94. nu 16. Bellon. cons. 7. num. 3. vers. secundò principaliter, & Menoch. lib. 4. præsumpt. 143. num. 12. qui, id etiam locū habere voluit,
35 quando ex alijs testamenti partibus con-
staret, testatorem voluisse solui alia debita ab ipso hærede.

Quàmuis contrarium acerrimè tueatur Koppen. in decis. 6 num. 10. part. 2. scilicet etiam si collectæ essent nimis graues, ita vt
36 æquiualerent fructibus, quòd nec tenea-
tur proprietarius, sed vsufructuarius, quia contingere posset, collectas finiri, vel ad paruam summam redigi, ob quam variationem ità mutabiliter contingens onus vsufructuario incumbens non mutatur, argumento l. si vno. ff. locat. l. licet, vbi DD. C. locati, dans differentiam inter legatariū
37 & vsufructuarium, cùm legatum debeatur
absque onere, & impensa legatario, quod secùs in vsufructuario, l. hactenus, & l. si pendentes, §. sed si quid, ff. de vsufr.

Verùm Aegid. Thom. it. in tract. de collect §. pauperem, num. 28. inter tract. diuers. tom. 12. fol. 150. veniendo ad indiuiduum, & ad explicationem l. quæro, ff. de vsufr. l. hactenus, & l. si pendentes, §. si quid, ff. eodem, l. neque, C. de impens in reb. dot. ex quibus dicitur, onus solutionis ad vsumfructū spectare, nec non ad explicationem l. qui
38 concubinam, § hortos, & l. penult. §. fin. ff.
de leg. 3. ex quibus DD. arguunt, hoc onus ad hæredem, & non ad vsufructuariū pertinere. Cum distinctione ait, quod si antè acquisitionē vsusfructus indicta erat collecta, quòd procederet dispositio d. l. qui concubinam, § hortos, cum l. penult. § fin. & sic quòd hæres, & non vsufructuarius teneatur, quia legatum absque onere, in legatarium transire debet, cùm legatum sit donatio quædam, aliter non esset ità, quia legatarius propria pecunia legatum redimeret, quod nō esset permittendum, si verò post acquisitum vsumfructū indiceretur collecta, & tunc quòd procederet di-
39 spositio d. l. hactenus, & l. quæro, cum l. si
pendentes, §. si quid, hoc est, quòd teneatur vsufructuarius, ex eo, quia legatarius fructus suos faciēs, potest muneribus grauari, l. 1. C. de annon. & trib. lib. 10. cuius etiam opinionis allegat Alber. in d. l. hactenus, & Bald. cons. 337. vol. 5. & in hoc
40 casu dicit, quòd etsi collecta, & onera
æquiualerent fructibus, quòd non per hoc teneretur hæres, quia contingere posset, collectas finiri, vel ad paruam summam redigi, quam distinctionem in puncto videtur notare glos in d. l. penult. §. fin. in verb. danda, ff. de leg. 3. verùm in facti contingentia benè cogita, quia articulus iste pulcher est.

Hæc verò, vt dixi, pertinent ad legata
41 debita, & onera annua, non autem vbi le-
gatum, vel debitum non esset annuū, tunc enim vsufructuarius non teneretur, & successiuè pro eis nō poterit conueniri, cùm vsufructuarius omnium bonorum non te-

neatur,

neatur, nec ad legata, nec ad æs alienum,
l.3. ff. de vſufruct. legat. l. vſufructu, ff. ad
leg. falcid. & hanc eſſe communem, & ve-
riorem opinionem in ſcribẽdo, conſulen-
do, & iudicando, & inter Scribentes volue-
runt reprobata Bart. opinione in l. final.
num.3. de vſufruct. legat. Alex. in l. vſufru-
ctu, ff. ad leg. falcid. & in l. ſi filio, § ſi vir,
ff. ſolut. matrim. Caſtr. in l. vlt. § ſin autem,
C. de bon. quæ liber. Iaſon in l.1. col.2. ff. ad
leg. falcid. Picus in l. Titia, § Titia, nu.153.
ff. de leg.2. Io. Durant. de arte teſta. tit. de
leg. caut.42. Couarr. lib.2. variar. reſolut.
cap.2. num.4. Menoch. lib.4. præſumpt.143.
num.9. verſ. altera, Villalob. commun. opin.
verb. vſufructuarius, num.62. Suar. com-
mun. opin. in eod. verb. num.103. Viu. com-
mun. opin. eod. verb. Caualcan. de vſufruct.
num.95. & 211. Gayll. & ibi Grau. lib.2.
pract. obſeruat. obſeru.146. Mart. de ſucceſſ.
legal. par.4. quæſt.18. art.12. nu.173. Gra-
tian. tom.3. diſcept. forenſ. cap.585. num.15.
& ſeq. Caſtill. de vſufruct. cap.59. num.2.
Craſſ. § legatum, quæſt.35. Alex. Trenta-
cinq. lib.1. variar. reſol. tit. de pecul. reſol.6.
num.3. verſ. ſecundo eſt opinio, vbi nedùm
communẽ, & veriorem appellat, verùm ab
ea in iudicãdo non recedendũ eſſe tenet,
ſic etiam Fachin. lib.13. controu. cap.18.
Caballin. milleloq.150. Coſta de port. rata,
quæſt.150. num.2. Grau. ad Gayll. lib.2. con-
cluſ.146.

Inter Conſulentes Bald. conſ.185. lib.2.
& conſ.87. in fin. lib.5. Caſtr. conſ.194. n.2.
lib.2. Barbat. conſ.73. col.3. lib.4. Ruin. con-
ſil.41. lib.4. Dec. conſ.485. nu.16. conſ.536.
num.13. ac conſ.90. num.3. Crouett. conſ.
187. num.1. Bellon. conſ.7. num.1. Laderch.
conſ.166. num.2. Socin. iun. conſ.109. vol.1.
Gabr. conſ.143. vol.1. Papon. conſ.91. nu.3.
Bertazz. conſ. ciuil.59. nu.8. Pariſ. conſ.94.
95. & 96. lib.3.

In Deciſionibus Guid. Pap. deciſ.541.
Franc. Marc. deciſ.482. part.1. num.5. Ma-
ſtrill. deciſ.3. & deciſ.147. nu.1. & 2. Vinc.
de Franch. deciſ.483. num.1. Griuell. deciſ.
Senat. Dol.73. & deciſ.95. nu.11. Gamma
deciſ.195. num.2. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Lu-
cenſ.5. num.11. Gratian. deciſ. Marchiæ 47.
num.2.

42 Verùm in tali caſu hæres in proprietate
non tenetur de ſuo ſoluere, ſed de bonis
hæreditarijs, licèt tenuiores deindè vſufru-
ctuarius recipiat fructus, vt probatur ex
d. l. vltim. & l. vſufructu, & hanc eſſe ve-
riorem, & communem opinionem tenent
Socin. conſ.109. num.14. & 16. lib.1. & alij
apud Menoch. lib.4. præſumpt.143. nu.13.
verſ. altera fuit opinio, qui in num.16. id
extendit etiam, vbi teſtator plenum, & in-
43 tegrum vſufructuario reliquiſſet vſumfru-
ctum, cùm adhùc poterit hæres alienare
ex bonis hæreditarijs, vt ſatisfaciat credi-
toribus, & Paul. de Caſtr. in d. § ſin autem,
quem ſequitur Caualc. de vſufr. num.211.
ait, quòd hoc inuito vſufructuario ab hæ-
rede fieri poſſet, & hanc eſſe omniũ com-
munem opinionem, & in Senatu amplexã
teſtatur Griuell. in deciſ. Dolan.95. num.12.
ſic etiam firmat Moreſcott. lib.1. variar.
reſolut. cap.29. num.31. & ſeq. & Maſtrill.
in deciſ.3. num.3. voluit, hoc procedere,
44 etiam ſi vſufructuarius eſſet in poſſeſſione
bonorũ defuncti, nam pati debet venun-
dari ab hærede bona teſtatoris pro ſatisfa-
ciendis creditoribus, vel præſtare cautio-
nem hæredi de ſoluẽdis debitis, & de con-
ſeruando ipſum hæredẽ indemnem à cre-
ditoribus in caſu moleſtiæ, vt etiam firmat
Alex. Trentacinq. lib.1. variar. reſolut. tit.
de pecul. reſol.6. num.3. verſ. ſecunda eſt opi-
nio, Roland. à Valle in conſ.8. num.17. verſ.
ſecundò reſponderi poteſt, vol.2. ait, quòd
45 dictum Bart. in d. l. fin. num.5. ff. de vſufr.
legat. quod ab omnibus reprobatur, intel-
ligi debeat, quòd vſufructuarius cogatur
ab hærede, non à creditoribus, vt propor-
tionabiliter ſoluatur debitum, tàm de fru-
ctibus, quàm de proprietate, quoniã cùm
bona dicantur, deducto ære alieno, l. ſub-
ſignatum, § bona, ff. de verb. ſignificat. vſu-
fructuarius debet illos fructus percipere,
qui re vera perueniũt ex bonis teſtatoris,
46 & non alienis, quod æs alienum dicitur
etiam reſpectu legatorum in hoc caſu, vt
tradit Crauett. conſil.187. Couar. d. cap.2.
num.7. verſ. cæterùm ſi legata, & Menoch.
d. præſumpt.143. ſub num.14. dummodò
47 plenum, & integrum vſumfructum vſufru-
ctuario teſtator non reliquiſſet, quoniam
hoc caſu legatarij non habebunt niſi nudã
proprietatem, & ſic vſufructuarius perci-
peret fructus etiam ex bonis particulari-
bus legatis, ità Craſſ. § legatum, quæſt.25.
num.4. Pariſ. conſ.94. num.45. & conſ.97.
num.21. vol.2. Caualc. de vſufruct. nu.62.
Surd. conſ.466. num.9. ac Statil. Pacif. de
Salutan. intird. inſpect.3. cap.2. num.866.
alioquin ſolùm poſſet concurrere in vſu-
fructu rei particularis cũ legatario ipſius
rei, Bertrand. conſ.152. num.2. & 3. lib.2.
Gulielm. de Bened. in cap. Raynuntius, verſ.
cæteri bona, nu.24. Marc. Mant. ſing.398.
ex l. ſi alij fundum 19. l. Sempronius At-
talus

talus 26. *l. Sempronio* 33. *in princ. de vsu-*
fruct.leg. Couar. d.lib.2.cap.2.nu.7. Craff.
in d.§.legatum, quæst.26.& 36. Guid. Pap.
decis.541. Mantic.de coniect.vltim.volunt.
lib.9.tit.6.num.2.Simon de Prat.de interp.
vltim.volunt. lib 4.interpr.1.dub.1.nu.11.
& iudicatum refert *Faber in suo Codice*,
lib.6.tit.17.definit.3.& hanc receptiorem
esse opinionem dicit *Barry lib.9.tit.34 de*
*legat.vsufr. sub num.*37. & communiorē,
ac veriorem appellat *Surd.consl.446.nu.4.*
à qua non recedit *Bece.cons.98.num.9.* ac
Rot.Rom. apud *Farinac.decis.336.num.1.*
part.3.
48 Licèt in hoc intraret quæstio illa, nùm
hæres institutus concurrat in hoc vsufru-
ctu,& ità cum vsufructuario facerent par-
tes per concursum, quæ sanè quæstio ori-
tur ex *d.l si alij, ff. de vsufr. legat.* sed quia
modò de illa nō agimus, ideò in facti con-
tingentia videas *Paul.de Castr.in cons* 128.
num.2.vol.1. qui satis doctè interpreratur
d.l si alij, ac etiam *Mantic.*negatiuam opi-
nionem tenentē de *coni Ct. vltim. volunt.*
lib.9.tit.6.nu.17. licèt eam limitet *nu.18.*
& seq. ac *Gomez.* affirmatiuam tenentem
tom.2.variar.resol.cap.15.nu.5. & Marta
de success.legal.part.4.quæst.19.art.3 nu.9.
distinguentem inter simpliciter institutū,
ac in omnibus bonis mobilibus, & immo-
bilibus, ac *quæst.11.artic 4 num.19.& 20.*
& Statil.Pacific.de Saluian. interd.cap.2.
inspect.3.num.869. vbi an pleno iure in-
stitutus sit,& *Castill.de vsufr cap.47.*
Et supradictā conclusionem, quòd vsu-
fructuarius omnium bonorum non tenea-
tur nec ad legata, nec ad debita, nec pro
49 illis possit conueniri. Amplia primò, etiā
vbi legatus esset vsusfructus omnium bo-
norum, adiecto expresso hoc onere solu-
tionis legatorum, & æris alieni, & vsufru-
ctuarius acceptasset legata prædicta, quo-
niam respectu creditorum, & sic æris alie-
ni non poterit conueniri, sed hæres, licèt
respectu legatorum esset secus, nam pro il-
50 lis posset conueniri, vt latè tradit *Griuell.*
in decis. Senat.Dolan.73.à num.6.& seq.
quod notandum est, & rationem diuersi-
tatis etiā esse ostendit, nam respectu æris
alieni non potest testator facere, vt alius,
quàm hæres teneatur creditoribus hęredi-
tarijs respondere, & sic non potest facere,
51 vt aliò dirigantur actiones creditorum,
quàm in personam hæredis, quoniam om-
nia iura tàm actiua, quàm passiua in hæ-
redem solùm transeunt, qui successor est
vniuersi iuris, quod defunctus habuit, *l.he-*
reditas, ff. de verbor.signific. quæ iurium
translatio non fit facto defuncti, sed pote-
state legis, ipso defuncto vel tacente, vel
inuito, *d.l. hereditas, & l.1. C.si cert.petat.*
& l.vltim.& toto titulo, C.de hered.act. &
propterea non posse id facere, quia aliàs
de re aliena, & non sua disponeret, quod
esset inutiliter.
52 Respectu verò legatorum secus esse ait,
ex eo, quia & à legatario, & à substituto,
& à debitore, & à donatario causa mortis
legari, & fideicommitti potest, *l. filiusfa-*
milias, § apud Marcellum, de leg.1. l.Iu-
lianus, de leg.2. l. pater, §. fidei. de leg. 3.
l.Seia, ff.de dot. prælegat. imò ab hærede
hæredis & ab hærede legatarij, *l.si fuerit 5.*
§.1.ff. de leg.3. at vbi à legatario aliquid
relinquitur, tūc actio in eum competit ad
consequendum relictum, & non in hære-
dem, *l.Imperator, ff.de leg 2.* quam vltimā
53 opinionem etiam in legato pio, quando
ab vsufructuario esset relictum, vt contra
eum; & non contra hæredem actio com-
petat, in puncto se decreuisse testatur *Vin-*
cent.de Franch in decis 483.num 2.& 3.&
per tot. quicquid aliter sentiat *Roust. &*
Roman.in pragm.1.num.7.de legat pijs.
54 Hæc verò distinctio procedit quòad ef-
fectum agendi,& conueniendi, non autem
ad effectum soluendi, nam, vt dicit *ibi Gri-*
uell.num.12. quamuis legatarius efficaci-
ter obligetur creditoribus hęreditarijs, mi-
nimè tamen potest ab illis conueniri, cùm
hæres teneatur satisfacere, qui potest ante-
quàm legatum tradat satisfacere credito-
ribus,& legatarijs de proprietate, in dimi-
nutionem vniuersi vsusfructus, iuxta *l.fin.*
§.sin autem, C. de bon qua lib. vel si iam
traditione facta æs alienum soluere com-
pellatur à creditoribus, poterit aduersus
legatarium vsusfructus experiri actionem
ex testamento ad indemnitatem conse-
quendam, licèt *Grat. in decis.Marchia 47.*
55 *num.15* dicat, quòd in hoc casu æs alienū
solui debet ab vsufructuatio, non de vsu-
fructu, sed de proprietate, tanquàm pro-
curatore proprietarij.
Et quàmuis contra hanc conclusionem
videtur dicendum, vsufructuarium omniū
bonorum posse conueniri à creditoribus
56 & legatarijs, ex eo, quia dicitur procurator
in rem propriam proprietarij à lege con-
stitutus, *l.1.§.vsufructuarij. ff.de nou.oper.*
nunc. adeò vt durante vsufructu confide-
retur vt hæres, & gaudeat eius beneficio,
Paris. cons.66.num.10.lib.3. cum aliis per
Mastrill.in decis.146.num.27. & est *glos.*
singu-

singularis in *l. in conuentionibus, ff. de verbor. signif.* per quam *ibi* dixit *Roman.* quòd si quis locauit fundū, & stipulatus sit sibi, & hæredibus suis, quòd illa stipulatio verificatur in persona vsufructuarij, cui postea vsusfructus fundi locati iure legati relictus fuit, ob quod *Anna in alleg.* 14. ait,
58 quòd instantia cępta cum vsufructuario transit in proprietarium, subdens sic fuisse decisum. Hinc est, vt vsufructuarius possit à debitoribus hæreditatijs exigere etiā
59 absq; hæredis cessione, nam in eum transeunt omnes actiones hæreditariæ, vt per *Franc. de Alberg. in l. vxori vsumfructum, ff. de vsufr. legat.* quem sequuti sunt *Socin. cons.* 131. *num.* 13. *lib.* 1. *Surd. cons.* 162. *nu.* 14. *Gayll. & ibi Graue. lib.* 2. *obseruat.* 46. *num.* 9. *Mastrill. decis.* 146. *num.* 14. *Statil. Pacif. de Saluian. interdict. inspect.* 3. *cap.* 2. *nu.* 897. *Gratian. tom.* 3. *discept. for. cap.* 585. *num.* 20. tàm in actione reali, quàm personali, *Francisc. Marc. decis.* 832. *part.* 1. *& Surd. d. cons.* 162. *num.* 14. imò etiam exe-
60 quutionem instrumentorū petere potest, vt post *Bart.* tradit *Galles. ad form. Camer. part.* 3. *tit. de person. petent. execut. num.* 10. *& Barz. de guarentig. part.* 1. *quæst.* 9. *col. fin. vers. item quòd agente nomine alieno,* & sequitur *Mastrill. d. decis. nu.* 29. quod probatur ex *text. l. vxori meæ, ff. de vsufr. leg.* vbi sub vsufructu omnium bonorum venit Kalendarium, & explicat *Oldrad. consil.* 24. igitur in vsufructuarium omnium bonorum transeunt omnes actiones tàm actiuæ, quàm passiuæ.

Hinc Senatus apud *Gamm. in decis.* 165.
61 voluit, non posse vsufructuarium à creditoribus hæreditarijs conuentum nominare proprietarium in iudicium, ad hoc vt illud in eum transferatur, quod etiam sequitur *Cancer. lib.* 2. *variar. resolut. tit. de reconuent. num.* 63. *& Caualcan. decis.* 45. *num.* 74. *part.* 1. & nouissimè fuit per S. C. indicatum, vt habetur in *decis. D. Regentis Hectoris Capycij Latro in decis.* 102.

Tamen in contrariū veritas ipsa residet,
62 siquidèm non per hoc resultat, quòd vsufructuarius possit conueniri, si enim habet exercitium actionum, hoc erit actiuè pro consequendo vsumfructum, ac pro custodia, cura, & conseruatione ipsius rei, & ob id vocatur, & dicitur procurator proprietarij, hoc est largo modo, vt dicit *Salic. in l.* 3. *C. de procurat.* scilicet respectu custodiæ, quod probat ex professo *Alex. in l.* 1. *§. vsufructuarius, num.* 3. *ff. de noui oper. nunc.* qui *in fin.* ex *Imol. in cap.* 1. *vt lit. non contest.* dicit, quòd vsufructuarius sit procurator domini quòad hoc, vt possit deducere in iudicium, quatènus expedit sibi vsufructuario pro conseruatione vsusfructus, & quòd ita loquitur *text. d. §. vsufructuarius,* & non quòad omnia, per notata in *l. hoc amplius, §. quæsitum, ff. de damno infecto,* quod etiam firmat *Gomes. tom.* 2. *variar. resolut. cap.* 15. *de seruit. num.* 6. *versic. item vsufructuarius,* ac *Gratian. tom.* 4. *discept. forens. cap.* 778. *num.* 10. & propterea non est bona illatio de vno ad alium casum, vt optimè cōsiderauit *Papon. cons.* 92.
63 *num.* 3. vbi ob id dixit, quòd in talem vsufructuarium etiam vniuersalem non transit onus soluendi æs alienum, ex eo, quia actio contra eum non competit, cùm testatoris personam non repræsentet, *l.* 1. *§. si hæres, ff. ad Senat. Conf. Trebell.* aliàs vsufructuarius præiudicaret hæredi, vel domino litigando, quod nō est verum, *Bart. in l. de die, §. quidam, ff. qui satisd. cogant.* ex *text. d. l. hoc amplius, & l. si noxales, ff. de noxal. & glos. in l. is, cuius, §. fin. ff. de vsufr. Mastrill. d. decis.* 146. *num.* 1. *& seq. Alex. Trentacinq. in d. resolut.* 6. *num.* 3. *in fine, Franc. Marc. decis.* 480. *part.* 1. & ad *text. d. l. vxori meæ* respondet *Couar. d. lib.* 2. *variar. cap.* 2. *sub num.* 4. quòd vbi non probatur, nisi vt vsufructuario comperant tantùm actiones ad exigendum ea, quę testatori debentur, non autem vt aduersus eum creditoribus actiones dentur.

Amplia secundò supradictam conclu-
64 sionem, quòd vsufructuarius omnium bonorum non possit conueniri pro legato, & debito testatoris, etiam vbi testator aliquē vsufructuariū reliquerit, & post eius mortem alium hæredē instituerit, nam respectu æris alieni non poterit vsufructuarius conueniri, ità *Matthes. not.* 4. *Socin. cons.* 13. *col.* 6. *vol.* 1. *& Couar. lib.* 2. *variar. resolut. cap.* 2. *nu.* 5. vbi *Rogerij de Perusio* opinionem contrarium sententis impugnat, subdens, hanc esse omnium communem opinionem, quem etiam sequutus fuit *Alex. Trentacinq. lib.* 1. *variar. resol. resol.* 6. *nu.* 7. ea ratione, quia hoc legatum de iure non improbatur, quicquid aliter sentiat *Dyn. in cons.* 3. imò quòd hæres purè, & non sub
65 conditione dicatur institutus, adeò vt statim adire, & transmittere posset, cùm tempus mortis non dicatur adiectum institutioni ad infringendum institutionem, vel nè hæres statim mero iure succedat, aut transmittat, sed quominùs legatarius in vsufructu turbari possit, & sic quòd ista

verba

verba non suspendunt, vel limitant institu-
tionem, sed ostendunt enixam testatoris
voluntatem super viribus legati, hinc di-
xit *Faber in suo Codice, lib.6. tit.6. de hæ-
red.instit. definit.* 10. quòd nullo existente
hærede, quia non dùm sit natus hæres in-
stitutus, & si aliquis interim vsufructuarius
sit, non idcircò legitimus cõtradictor erit,
nec de aliqua lite transigere posset, nam,
vt dicit in *addit. numer.* 4. is transigere
66 potest, qui rei dominus absolutè est,
& hoc quamuis non iure legati, sed in-
stitutionis relictus esset vsusfructus, quam
verò opinionẽ primo loco firmarunt *Bal.
& Ias. in l. filius à patre, ff. de lib. & posth.*
vbi *Paul. de Castr.* dicit, hæc verba potiùs
esse adscripta, ex errore Tabellionis, cùm
intentio testatoris illa videtur fuisse, vt hę-
res possit statim adire, & dominium bo-
norum suorum sibi acquirere, deducto ta-
men vsufructu, quem consequi non possit
nisi post mortem vsufructuarij, subdens
hunc casum de facto contigisse in Ciuita-
te Bononiæ, & arduam fuisse quæstionem,
quia hæres institutus antè vsufructuarium
vita decesserat, & cũ fecisset aliquos actus,
ex quibus aditio induci potuit, fuit dubi-
tatum, an ad suos hęredes transmisisset hę-
reditatem, & tamen dicit, quòd ex quo pu-
ra intelligebatur institutio, pro hærede
fuisse iudicatum, nec se voluisse pro alia
parte consulere; sic quoquè voluit *Rom.
cons.* 17. *& Bald. in l. id, quod pauperibus,
nu.* 27. *vers. sed videndum, quid iuris, C. de
Episc. & cleric.* & sequuti sunt *Gayll. lib.* 2.
obseruat. 143. etiam *Thesaur. lib.* 3. *quæst.
forens. quæst.* 81. *num.* 3. & licèt *Mathesil.*
67 *d. not.* 4. *num.* 6. *&* 7. firmet hanc opinio-
nem, vt non possit vsufructuarius conue-
niri à creditoribus, tamen videtur tenere
oppositũ, quod dicitur hic de transmissio-
ne antè mortem vsufructuarij, ait tamen,
quòd talis hæres non potest adire nisi post
mortem vsufructuarij, *l.* 1. *ff. de cond. & de-
monstrat.* & interim, quòd debeat dari cu-
rator ad instantiam dictorum creditorũ,
ad finem illum conueniendi, ergo si non
posset adire antè mortem vsufructuarij, in-
stitutio non diceretur pura, sed conditio-
nalis, & propterea nulla erit transmissio,
immò nulla erit vsusfructus dispositio,
quia non deberetur, nisi à die aditæ hære-
ditatis, à quo dies legati cedit, *l.* 1. *§. in no-
uissimo, C. de cadu. tollend.*

Verùm hæc quæstio non videtur transi-
68 re absquè difficultate, cùm multa possint
in dubium reuocari; & primò, an talis di-
spositio valeat, vbi legatus esset vsusfru-
ctus, hęrede post mortem vsufructuarij in-
stituto, de qua pro negatiua scripserunt
Dyn. in cons. 3. *Io. Andr. ad Specul. tit. de
pignorib. §. vlt. & Alex. in d. l. si filius à pa-
tre, & in l. extraneum, C. de hæred. instit.* &
pro affirmatiua, & sic pro validitate scri-
pserunt *Peregrin. de fideic. artic.* 5. *num.* 21.
vbi indistinctè, siuè filius, siuè extraneus
hæres institutus sit, *Gayll. lib.* 2 *obseru.* 143.
nu. 3. *& ibi Graue. Crass. §. legatum, q.* 23.
Addent. ad Alex. in cons. 162. *vol.* 2. *Fachin.
lib.* 4. *controuers. cap.* 28. apud quos com-
munis, & verior appellatur, & receptiorẽ
eam esse dicit *Barry de success. lib.* 9. *tit. de
legat. vsufr. num.* 6. *post vers. alius quando
reliquit*, & latè *Faber in suo Codice, lib.* 6.
tit. 6. *de hæred. instit. defin.* 9. vbi hanc opi-
nionem in fortioribus probat, scilicet etiã
vbi non dùm natus esset institutus, quia
filius nasciturus institutus esset, cùm inte-
rim dari debeat curator bonis, qui hæredi-
tarias actiones exerceat, & suscipiat, &
vsufructuarius cauere debeat in vtilitatem
futuri hæredis, siuè testamentarij, si nasce-
retur, siuè legitimi, si non nasceretur, sub-
dens ità ipsum arbitrari, licèt causa in Se-
natu aliter fuit decisa. Secundò vbi non
iure legati, sed institutionis relictus esset
vsusfructus, alio hærede post vsufructuarij
69 mortẽ instituto, & tunc an legatarius, vel
hæres dicatur vsufructuarius, & si sit hęres,
an censeatur per fideicommissum graua-
tus, de cuius veritate nunc nõ ago, nè pro-
lixus videar, satis erit me remittere ad *Do-
ctores* de hac re scribẽtes, prout latè *Man-
tic. de coniect. vltim. volunt. lib.* 4. *tit.* 5. qui
pro illius explicatione in 20. articulos di-
uisit, *Menoch lib.* 4. *præsumpt.* 141. *Peregr.
de fideicommiss. d. artic.* 5. *nu.* 16. *Gayll. d. ob-
seruat.* 143. *nu.* 5. *vers. sed quid si maritus,
Sim. de Prat. de interpr. vltim. volunt. fol.*
180. *nu.* 7. *&* 4. *& seq. Cauale. de vsufruct.
num.* 72. *& seq. Cephal. cons.* 607. *num.* 16.
& seq. & cons. 716. *Peregrin. cons.* 58. *&
cons.* 63. *lib.* 3. *Menoch. cons.* 105. 273. 532.
num. 2. *& cons.* 548. *&* 637. *num.* 1. *& seq.*
ac *cons.* 1112. vbi latè hinc indè scripsit,
Graue. lib. 2. *concl.* 143. *concl.* 2. licèt *Mart.
de success. legal. part.* 4. *quæst.* 11. *artic.* 4. di-
cat, veriorem, & communem opinionem
esse, vsufructuarium ità institutũ non esse
70 legatarium, sed verè hæredem, etiam in
proprietate, & post eius mortem per fidei-
commissum grauatus, sed cum distinctio-
ne, vbi extraneus esset post mortem vsu-
fructuarij institutus, secus si filius, quia eius
matex

matet esset in vsufructu instituta, sed legatarium esse defendit *Fabin. lib. 4. controu. cap. 16.*

Amplia tertio etiam in vsufructuario hęreditatis, nam & is nec ad debita, nec ad
71 legata tenetur, nec pro illis conueniri potest, cùm illo nulla aduersus eum competat actio, vt in puncto damnata *Bart.* & sequacium opinione more suo fundat *Ant. Faber lib. 18. coniect. cap. 18.*

72 Et quamuis nonnulli contrarium senserint, prout *Couar. lib. 2. cap. 2. var. nu. 1. & 4. Garz. de expens. & meliorat. cap. 11. nu. 61. Menoch. lib 4. præsumpt. 143. nu. 2. & seq. & Crass. §. legatū, quæst. 35.* ex *text. l. si quis seruum 8. cum l. seq. 9. ff. de leg. 2.* vbi differentia constituitur inter legatum hæreditatis, & omnium bonorum, cùm ex illo non deducatur æs alienum, ex hoc autem sic, tamen idem *Faber* alitèr leges
73 prædictas interpretatur, quàm fecerit vulgus Interpretum, cùm inter legatum vsufructus hæreditatis, & omnium bonorum nullam constituit differentiam, prout etiā reprobata dicta *Bart. & Couar.* distinctione sequutus *Anton. Fab.* tenet *Griuell. decis. Senat. Dolan. 73. nu. 2. 3. & seq.* sic quoquè *Parlador. rer. quotidian. lib. 2. cap. fin. part 4. 6. & 7.* dicens, actionem pro ære alieno contra hæredem proprietarium dandam esse, siuè hæreditatis, siuè omniū bonorum quis vsufructuarius sit, solùm enim hæres ille verè est, qui defuncti personam repræsentat, & qui adeundo cum creditoribus quasi contraxisse dicatur, nō autem legatariū, siuè hæreditatis, siuè bo-
74 norum sit, quia hæreditatis nomen non omnia iura actiua, & passiua includit, *l. hæreditatis, ff. de verb. sign.* sed ea demū hæreditas, quę in effectu hæredē facit, non autē quæ legatur æri alieno obligat, & *Mathes. in not. 4 num. 5.* ait, quòd dictum *Bart. in*
75 *d. l. fin.* debet intelligi, quòd is, cui relictus est vsufructus totius hæreditatis, vel quotæ hæreditatis teneatur ad onera præstanda, hac forma videlicet, quia hæres tenetur sibi tradere, & cōsignare omnia bona, veluti quotā hæreditatis non deducto ære alieno, ipse verò legatarius debet cauere de conseruādo hæredem indemnem à creditoribus, non autem debet intelligi, quòd creditores possint directa via conuenire ipsum legatariū inuitum, argumento *l. si quis seruum, §. fin. cum l. seq. ff. de leg. 2. l. 3. C. de pact. §. postquam, Instit. de fideicom. hæredit.*

Amplia quartò, & vltimò, etiam si quis
76 institutus esset in vsufructu hæreditatis, vel quotæ, nam & is nec poterit pro legatis, & ære alieno conueniri, ità ex professo tuetūr *Mathesil. not. 4. per tot.* ex eo, quia actio personalis datur solùm contra debitorem, vel illum, cuius personam repręsentat, *l. 1. §. si hæres, ff. ad Trebell.* cùm institutus in vsufructu hæreditatis non repræsentat personam debitoris, nām si repræsentaret, esset semel hæres, nec posset desinere posteā esse hæres, *l. et, qui soluendo, ff. de hæred. inst.* q; esse non pōt, cùm essent duo inso-
77 lidum hęredes, quod iura vetant, quia nec duo eiusdem rei domini insolidum esse possunt, *l. quod contra, §. vni duo, ff. de regul. iur. l. hæreditate, §. pater, ff. de castr pecul. l. si vt certo, § si duobus vehiculum, ff. commod.*

78 Funerū sumptus nūm substineat hæres, vel vsufructuarius omnium bonorū, dixi in *decis. 112. in fin.*

SVMMARIVM.

1 *Molestia non solùm facti, sed iuris intelligitur prohibita, quando testator illam prohibuit cū verbis generalibus*, quouis prætextu, *& similibus.*

Intellige, num. 2.

3 *Molestare non dicitur qui iure suo vtitur.*

4 *Molestia non dicitur vxori testatoris vsufructuaria relicta inferri, si ab ea cautio de vtendo, & fruendo peteretur, quāmuis sit prohibita molestia.*

DECIS. CXCIV.

1 QVamuis molestia non solùm facti, sed iuris intelligatur prohibita, quando testator illam prohibuit cum verbis generalibus, *quouis modo, ex quouis prætextu*, & similibus, prout post *Authorem hic* tradiderūt *Mascard. de probat. conclus. 1242. nu. 111. cum seq.* plenè *Gratian. tom. 4. discept. for. cap. 758. à num. 30. vsque ad 39.* vbi de veriori testatur, *Fusar. consil. 195. in 5. dub.* & alij innumeri ab eis congesti.

2 Tamen hoc procederet, quando illud, quod prohibuit testator de iure teneret, aliàs si de iure nō teneret, esset secus, & sic pœna non committeretur, nisi malo animo, & sub colore, & prætextu iuris calumniosè quis vexaretur, ad *text. in l. si serui, § ait prætor,* vbi etiam *glos. ff. de acquir. hædit.* per quem *tex.* sic in specie tradit *Bald. in l. 1. nu. 27. ff. de his, quæ pœn. nomin. Dec. cons.*

*conſ.*581.*nu.*11.*Socin.iun.conſ.*115.*nu.*30. *& ſeq.lib.*1.*conſ.*565.*& conſ.*607.*num.*2. *Aym.conſil.*580.*lib.*4. *Menoch.conſil.*230. *num.*16.*&* 19.*lib.*3.*Magon.decıſ.Flor.*20. *num.* 3. *& ſeq.* licet ibi caſus remanſit indeciſus, plenè *Simon de Prat.de interpret. vltim.volunt. lib.*4.*dubit.*10.*num.*83.*cum multis ſeqq.fol.*415.*& Mantic. decıſ.Rotæ Roman.*183.*num.*3. & latè *Peregrin. de fideicommiſſ. artic.*35.*num.*7. qui hanc diſtinctionem indiſtinctè proſequitur, cùm non videatur moleſtare qui iure ſuo vtitur, *l.*3.*§.is tamen, ff.de liber.homin.exhib. l.iniuriarum, §.*1 *ff.de iniur.l.nullus videtur, de regul.iur.* hanc quoquè opinionem latè proſequutus fuit *Cuman. in conſil.*51.
4 vt in hærede, qui non obſtante dicto præcepto poteſt ab vxore teſtatoris vſufructuaria relicta cautionem petere de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, nam teſtator illam cautionem remittere non poteſt, vt dixi in *decıſ.*109.& ſequitur *Peregr. d.artic.*35.*num.*6. *& Simon de Prat. d.nu.* 183. cum alijs ſimilibus, *num.* 184. *& ſeq.* quod latè habetur per *Gayll. lib.*2. *obſeru. cap.*145.*num.*5. *cum ſeq.* dummodò inter viuos alicui vſusfructus conſtitutus non ſit, in quo caſu remiſſio cautionis valeret, vt *ibi num.*6. & latè dixi in *decıſ.*109.idem dicendum, ſi teſtator bona ſua perpetuo ſubiecisſet fideicõmiſſo, & mandaſſet hæredi, nè ſuper his bonis controuerſiam, aut moleſtiam tàm de facto, quàm de iure fideicommiſſario faceret, præceptum enim illud quòad legitimam non obſtaret, quia teſtator in ea onus adijcere non poteſt, *l.quoniam in prioribus, C.de inoff.teſtam.*

S V M M A R I V M.

1 *Statutum excludens ſororem nuptam propter maſculos, procedit etiam exiſtente ſorore in capillo.*

Amplia, etiam in materia Conſtitutionum *huius Regni* In aliquibus, *&* Vt de ſucceſſionibus, *num.*2.

*Intellige quòad ſucceſſionem dotantis tantùm, non obſtante renunciatione in ampla forma, num.*3.

D E C I S. CXCV.

AD propoſitum huius deciſionis videntur facere ea, quæ dicũtur circa ſtatutum excludẽs fœminas dotatas propter maſculos, an id locum obtineat exiſtente ſorore in capillo, & ſucceſſiuè ſi per ipſius exiſten-
1 tiam nupta excludatur, in quo concludũt DD. quòd ſic, prout plenè cum multis rationibus hoc comprobant *Theſaur. in lib.*1.*qq.forenſ.quæſt.*42.*& Morot. conſ.*7. omnino videndi, ſic etiam *Amat. in conſil.*90. *num.*11. *Afflict.* indiſtinctè in *decıſ.* 161. *& ibi Vrſill.in addit. Grat.conſil.*135. *vol.*2.*Coſta de port.rata, quæſt.*66.*num.*5.
2 ſic quoquè in materia noſtræ *Conſtit. Regni, In aliquibus* aduertit *Minad.in repet. d.Conſtit.in* 2.*notab. nu.*66.*verſ.præterea*, prout etiam procedit in materia *Conſtit.* noſtri Regni, *Vt de ſucceſſionibus*, vt dicũt *ibi Scribentes.*

Verùm hoc ſupradicti DD. intelligunt quòad ſucceſſionem dotantis tantùm, nõ
3 autem quòad alios, & proindè ſi acciderit, quòd aliquis maſculus vitam cum morte commutaret, ſuperſtitibus duabus eius ſororibus, quarum vna eſſet nupta, & altera verò innupta, non tamen per illam innuptam excluderetur nupta à dicta fratris ſucceſſione, quàmuis nupta tempore ſuæ dotationis renunciaſſet in ampla forma, vt probaui in *decıſ.*176.*num.*8. dummodò illa nupta aliquid ex bonis fratris non habuiſſet, alioquin etiam excluderetur, vt in *d.decıſ.*176.

S V M M A R I V M.

1 *Poſitioni contrariæ alteri diſpoſitioni partis aduerſæ non eſt reſpondendum.*

2 *Impugnans actum poteſt ex eo ſe iuuare.*

*Amplia, quãuis impugnatio penderet, nu.*3.

4 *Iudex, ſi vellet, poſſet ſe fundare ſuper probatione impugnata, etiã ad fauorem impugnantis.*

5 *Iudex poteſt inhærere actis, quatènus faciũt contra producentem, licèt pars produxerit acta in quantum pro ſe faciunt.*

6 *Confitens poſitionem poteſt re integra negare, & ſic etiam è contra.*

7 *Reſpondens poſitioni per verbum,* non credit, vt ponitur, *non poteſt argui, neque de mendacio, neq; de aliqua pœna, aut amiſſione beneficij, ſeù priuilegij ſibi competentis.*

8 Cap.ex eo, de reg.iur.in 6. *declaratur.*

9 *Impugnans teſtamentum tanquàm nullũ, & inualidum, non poteſt ex eo iuuari, vt poſſit aliquid capere.*

*Intellige cum diſtinctione, num.*10.*&* 11.

DECIS. CXCVI.

DVO quæruntur ab *Authore* in hac decisione: Primò scilicèt,
1 an positioni contrariæ alteri positioni partis aduersæ sit respondendum.

Secundò, an in positione negata possit negans se fundare.

Quòad primum satis dixi in *decis.* 17.

Quòad verò secundum adde, quòd licèt
2 ex eo, quòd quis impugnauit, non possit se iuuare, vt ex *cap. ex eo, de regul. iur. in 6.* nihilominùs procedit, quãdo aduersarius acceptasset impugnationem prædictam, vt est *glos. cap. cùm venisset* 30 *in verb. obtulit, vers. dicas quòd aduersarius, de eo, qui mitt. in poss. caus. rei seruand. & ibi Felin. in 6. limit. nu.* 3. sic etiam post multos fuisse tentum in Rota coràm Cardinali Lancellotto testatur *Gratian. in tom. 2. discept. forens. cap.* 279. *nu.* 36. quod exprcssè confirmat *Giurb. in decis.* 100. *num.* 33.

3 Quod ampliatur, etiam si adhùc penderet impugnatio, & super ea nõ esset declaratio, vt ex multis traditis per *Giurb. in loco* citato, & per *Grattian. in d. cap.* 270. qui in *num.* 40. ait vnum notabile, scilicet adeò hoc esse verum, vt Iudex quoquè, si vellet, posset se fundare super probatione
4 impugnata, etiam ad fauorem impugnantis, quod etiam admittit *Rot. Roman. in decis.* 101. *part.* 2. *num.* 11. *in nouiss.* & facit, quod inquit *Bal. in l. vnic. C. vt quæ desiit aduoc. col.* 2. *vers. ex hoc pono, num.* 5. quòd si vna pars dicat, *produco acta in quantum*
5 *faciunt pro me*, Iudex tamen potest inhærere actis, quatènus faciunt contra producentem, sic etiam expresse videtur sentire *Costa de re integr. distinct.* 41. dicens, quòd
6 sicuti confitens positionem potest re integra negare, sic è contra negans positionẽ potest confiteri re adhùc integra, scilicet antequam aduersarius contrarium probauerit, maximè vbi quis negasset per verbũ *non credit, vt ponitur, & ad effectum, ad*
7 *quem ponitur*, quia tunc ista verba non sunt simpliciter negatiua, ità vt respondès aliquo modo argui possit, neque de mendacio, neque de aliqua pœna, aut amissione beneficij, seu priuilegij sibi competentis, vt tradit idem *Surd. in decis.* 58. *num.* 5. vbi allegat *Buttigell. in l.* 1. *§. si stipulanti, nu.* 15. *vers. vnum tamen aduerte, de verb. oblig.* sic quoquè *Alexand. ad Bart. in l. si dubitetur, §. ita demum, vers. amittit, de fideiuss.* & ita iudicasse Rotam inquit *Grat. tom.* 3. *discept. forens. cap.* 559. *num.* 54. subdens, hæc verba *nõ credit, vt ponitur* æquipatari illis narrata, prout narrãtur, per quę neque amittitur priuilegium, aut beneficium, quod sibi posset ex illis competere, & allegat *Herculan. in l. sicut autem, §.* 1. *de re iudic.*

Nec obstat *cap. ex eo, de regul. iur. in 6.* quia illud procedit pendente illo iudicio,
8 in quo impugnat, sed si in eo succumbat, potest posteà in alio iudicio contrarium dicere, etiam cum eodem aduersario, & ex eo se iuuare, vt in *l. qui Romæ. §. Seio*, vbi latè *Ias. de verbor. oblig. & glos.* notabilis in *Auth. item possessor, C. qui pot. in pign. habeant* vbi etiam *Bart.* & ex multis alijs per *Ias. in loco* citato, *num.* 3 *&* 4.

Minus quoquè refragatur quod dicunt *DD. in l. post legatum, ff. de his, quibus vt*
9 *indign.* quòd impugnans testamentũ tanquam nullum, & inualidum, non possit ex illo se iuuare, vt possit aliquid capere.

Quia vltrà quòd non sit casus, de quo agitur, tamen hoc non simpliciter proce-
10 dit, sed cum distinctione, scilicet an quis impugnet solemnitatem testamenti, aut voluntatem testatoris; in primo enim casu si quis impugnat solemnitatem, non prohibetur petere posteà legatũ, *l penult. & d. l. post legatum*, vbi latè *Bart. num.* 4. *ff. de his, quib. vt indign.* in secũdo verò casu quando quis impugnat testamentum tanquàm inofficiosum, & tunc non poterit legatum petere, *d. l. post legatum, & ibi glos. in verb. contendere*, prout etiam *Ias. Castr. & Alex. in d. l. qui Romæ, §. Seio, de verb. oblig. & Merlin. in decis.* 75. *circ. fin. post tract. de legitim.*

Et ratio differentiæ est, nam qui dicit, solemnitatem deficere, remittit se ad dispositionẽ iuris, cùm hoc non dependeat à voluntate sua, nec censetur impugnare
11 voluntatem testatoris, secus autem, quando impugnat voluntatẽ testatoris, dicendo testamentum iniquum, & inofficiosũ, tunc enim impugnat voluntatem testatoris, & talis impugnatio dependet ab eius voluntate, quia ipse posset approbare, si vellet, vndè quicquid posteà succedat, non potest legatum petere, nam petendo approbaret voluntatẽ testatoris, quam prius impugnauerat, & sic incideret in manifestam contrarietatem, quod non permittitur, vt post *glos.* prædictam notat *Bart. in d. l. post legatum, num.* 4. *Decius cons.* 317. *in fin. vers. sicut ille qui dicit, Menoch. consil.* 162. *num.* 18. *& seq. lib.* 2. singularitèr *Guid.*

Papa in decis. 171. num. 2. circa medium.

Hinc est, quòd si testamentum esset falsum, legatarius posset agere falsi, quamuis legatum agnouisset, vt post *tex. in l. 3. C. ad l. Cornel. de fals. d. l. post legatum*, si tamen ignoraret, esse falsum, vt *d. l. 3.* & notat *Cuiac. in l. 8. de prætor. stipul.* ac *Menoch. cons. 162. nu. 18. vol. 2.* cùm aduersus testamentum tres accusationes dari possint, inofficiositatis, falsitatis, & nullitatis, illa inofficiositatis acceptatione legati excluditur, ceteræ verò non, *d. l. post legatum*, verùm in secundo casu, scilicèt falsitatis legatum amittitur, siuè succubuerit, siuè obtinuerit legatarius, nam si succubuerit, vt indignus repellitur, si obtinuerit, repellitur; quod legatum non sit verum, *d. l. post legatum, ff. de his, quib. vt indign. Crass. in § donatio causa mortis, quæst. 2. num. 6. & seq.* immò si fuerit ei solutum, vel traditum, illud restituere tenetur, vt dicit *Papon. notab. 2. lib. 7.* quem sequitur *Barry lib. 1. tit. de indign. num. 15.* qui ait, hoc procedere, vbi totum testamentum falsitatis accusauerit, & ibi latè de hac materia.

SVMMARIVM.

1 *Forensis quando ligatur statuto in contractu, remissiuè.*

2 *Clerici an, & quando sub statuti dispositione continentur.*

DECIS. CXCVII.

IN hac decisione, & eius materia multa sunt consideranda. Primò, quando contractus celebratur in loco statuti, vel consuetudinis, sed personæ, quæ contrahunt, vel testantur sūt
1 forenses. Secundò, quando à subditis contrahitur extrà territorium, in quo iterùm distinguendum est, an statutum procedat in habilitando personam fauore illius, quę principaliter contrahit, an verò simpliciter procedat annullando contractus contra formam ibi traditam celebratos.

2 Tertiò, si Clerici ligentur dispositione statuti de solemnitate loquentis, siuè ipsi testentur, & contrahant, siuè ad fauorem illorum donatio, vel vltima voluntas procedat. Et quia totam istam materiam latissimè, & per extensum in singulis ipsorū scripsit *Thesaur. iun. in lib. 2. quæst. forens. quæst. 8.* referēdo, & concordando omnes opiniones DD. hinc indè adductas, ideò nè rescribam quod ab illo, & ab alijs dictū fuit, satis est me ad eum remittere, quam quoquè quæstionem examinant *Peregrin. in decis. Patauin. 117. Grat. decis. Marchia 102. Thesaur. sen. decis. 106. Manent. cons. 112.* post suas decisiones impressō, sed meliùs omnibus *Thesaur. iun. in d. quæst. 8.* omninò videndus.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta an diruta re emphyteutica teneatur illam reædificare, & pensionem soluere, recensentur opiniones num. 7. 9. & 12.*

2 *Emphyteusis, & locatio in multis conueniunt, & num. 3. & 4.*

3 *Laudimium debetur Domino ex locatione ad longum tempus.*

5 *Emphyteusis nō habet propriam naturam, sed quamlibet suscipit conuentionem, quam et paciscentes imponunt.*

6 *Emphyteusis dicitur quàmuis pensio correspectiua fructibus soluatur, & sic è contra.*

7 *Remissio mercedis fieri non debet propter sterilitatem, vel diminutionē rei emphyteuticæ indistinctè, siuè pensio sit parua, siuè sit fructibus correspectiua, ex magis communi.*

Limita in emphyteusi Ecclesiastica, num. 8.

Item in casu belli, num. 15.

Et de ratione, num. 16.

Intellige, si emphyteuta in se omnes casus fortuitos, etiam belli non recepisset, num. 18.

Item si tempore belli rem in emphyteusim non recepisset, num. 19.

Item si casus maior, quàm esset tempore cōcessionis superuenisset, num. 20.

Sed contrarium, quòd si pensio sit fructibus correspectiua fieri debeat pēsionis remissio, num. 12.

Intellige, num. 13. 14. & seq.

10 *Emphyteuta molendinum emphyteuticum totaliter destructum nouum construere tenetur, & interim pensionem soluere, si adhùc vis fluminis superesset.*

11 *Emphyteusis, & locatio in multis differunt.*

17 *Dispositio facta in casu vero locum obtinet in casu ficto, quando casus fictus, & verus æquiparantur.*

DE-

DECIS. CXCVIII.

Quæritur in hac decisione, si combusta re emphyteutica, emphyteuta illã reædificare teneatur, & pensionem soluere absque vlla remissione.

Pro cuius resolutione quærunt DD. an
1 pensio, quæ soluitur sit magna, ità vt fructibus correspondeat, & tunc emphyteutam non teneri ad refectionem, neque ad pensionis solutionem, nisi pro rata rei, quę remanserit, aut verò minima, secus, vt tradiderunt post *Bald. & Bart. in l. 1. num. 9. C. de iur. emphyt. Gayll. lib. 2. obseruat. 23. nu. 25. vers. nonò limitatur in emphyteuta, Thesaur. decis. 20. & ibi filius in addit.* ac *lib. 2. qq forens. quæst. 32. nu. 30. Cæsar Manent. de liuell. part. 4. num. 42. Cancer. lib. 3. variar. resol. cap. 1. num. 187. Costa de port. rata, quæst. 229 num. 3. Rot. Roman. decis. 720. num. 5. part. 1. in nouiss.* vbi de communi attestatur, eadêmet *Rot.* apud *Cenc. decis. 1. nu. 5. post tract. de censib.* vbi etiam de communi, *Roderic. de ann. reddit. lib. 2. quæst. 15. num. 95.* ea ratione, quia potius locatio, quã emphyteusis dicitur, eò ma-
2 gis cùm illæ in multis conueniant, nempè per locationem ad longum tempus transferatur vtile dominium, *l. 1. ff. si ager vectig. vel emph. pet.* vbi sub nomine locationis ad longum tempus habetur sermo de emphyteusi, & sic æquiparatur hoc in emphyteusi.

Item quòd sicut alienata re emphyteutica debetur laudimium directo domino,
3 ità etiam si emphyteuta locet ad longum tempus, vt post *Dec. cons. 204. nu. 2.* notat *Valasc. de iur. emphyt. quæst. 29. num. 16.*

Item sicut emphyteuta non posset rem
4 vendere irrequisito Domino, sic etiam nõ posset locare ad longum tempus, cùm per eam transferatur vtile dominium, vt latè *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 2. num. 45.*

Sed contrariũ verius esse existimo, ad-
5 uertendum est enim, quòd emphyteusis non habet propriam naturam, sed quamlibet suscipit conuentionem, quam ei paciscentes imponunt, *l. 1. & 2. C. de iur. emphyt. §. adeò, Instit. locat.* idcircò si partes conuenerint, vt non modica, sed magna pensio, quæ fructibus respondeat pro recognitione directi dominij soluatur, nihil prohibet, quin ipse contractus emphyteuticus dici possit, vt firmat *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 8. num. 19. vers. in hoc tamen ego puto aduertendum*, subdẽs, quòd
6 licèt annua pensio sit modica, non tamen necessaria, sequitur quòd sit emphyteusis, quia potest intelligi contractus censualis, & proindè ex pactis conuentis potest intelligi emphyteusis, nam eius substantiæ non repugnat, quòd talis pensio soluatur, dummodò soluatur pro recognitione directi dominij, vt tradit *Natta cons. 49. nu. 14. cum seq. & nu. 2. Gabr. cons. 80. nu. 32. cum seq. & consil. 84. num. 10. & 11. lib. 2. idem Mantic. d. lib. 22. tit. 2. num. 9. & tit. 6. num. 23. Tusc. tom. 3. lit. E. conclus. 204.* maximè quando bona dantur ad meliorandum, quæ secundùm regularem cursum diligentia, & cura emphyteutæ fertiliora, & maioris reditus efficiuntur, quo casu canon, qui ab initio contractus correspondebat fructibus, procedente tempore fit paruus, & fructus plerunquè illum exuperant, cùm iste effectus meliorandi propriè emphyteusi congruat, quæ à meliorando nomen accepit, *l. 2. & vltim. C. de iur. emphyt. d. §. adeò, Instit. locat.* & hoc argumento vtitur *Alex. in cons. 117. num. 12. vol. 4.* sic quoque *Gabriel cons. 84. num. 13. lib. 2. Vinc de Franch. decis. 191. nu. 11. Marescott. lib. 2. variar. resolut. cap. 75. num. 22. Fontanell. de pact. nuptial. clauf. 4. glos. 18.*
7 *part. 1. num. 44.* vndè ex his siuè pensio sit magna, siuè parua, nullo modo fit remissio ipsius propter sterilitatem, vel diminutionem rei emphyteuticę, vt hanc esse magis communem inquit *Alciat. cons. 49. & 265. lib. 5. Azo in summa, C. locat. §. est autem*, late *Natta consil. 49. per tot. & consil. 194. nu. 4. cum seq. Clar. §. emphyteusis, quæst. 8. cum seq. Valasc. de iur. emphyt. quæst. 27. num. 11. Corbul. de cauf. priuat. ob non solut. canon. limit. 19. num. 3. Molin. de contract. disput. 445. num. 8. & disput. 454. Rimin. iun. cons. 49. per tot. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 21. num. 49* & hanc esse veriorem, & magis communem dicit *Gratian. tom. 3. disecpt. forens. cap. 557. nu. 1. tom. 2. cap. 223. num. 13. & tom. 1. cap. 195. num. 18. Tusc. lit. E. conclus. 204. tom. 3.* & sic iudicatum refert *Vtu. decis. 500. lib. 3.* & ratio est, quia pensio in emphyteusi nullam habet mercedis rationem, nec pro illa datur, sed imò in recognitionẽ directi dominij, vt tradit idem *Bart. in d. l. 1. num. 4.* & hanc esse communem DD. opinionem inquit *Valasc. quæst. 1. num. 15.* & rursus *quæst. 11. num. 19. vers. tu aduerte*, dominiũ autem directum æquè recognoscitur per modicam, atquè per magnam pensionem,

Ee 2 vt

vt benè idem *Valasc. d.quæst.*11.*num.*19. *& Mantic.*citato *lib.*22.*tit.*8.*num.*19.*cum*
8 *seq.* quidquid sit in emphyteusi Ecclesiastica, cùm ibi pensio debeat esse æqualis fructibus, aliàs non diceretur facta in euidentem vtilitatem Ecclesiæ, vt tradit *Capyc. decis.*182.*& ibi add. Facbin.lib.*2.*controuers. cap.*42.*vers.sexta est opinio, Vinc. de Franch decis.*191.*num.*10.*& decis.*235.*num.*2.*idem Fontanell.in d.glos.*18.*part.*1.*num.*34. *Marescott. d.resol.*76.*num.*28.& in hoc casu credo, quòd possit locum obtinere remissio mercedis, scilicet in emphyteusi Ecclesiastica, & ratio videtur esse, quia pensio non soluitur in tecognitionem directi dominij, sed pro summa, quæ cotrespondet fructibus, qui percipiuntur ex re concessa præuio appretio bonotum concedendorum, vt in specie tradit *Vinc. de Franch.d.num.*10.& hoc videtut sentire *Corbul. de iur. emphyt. tit. de caus. priuat. ampliat.*12.vbi ait, quòd quando emphyteuta promisisset canonem soluere de fructibus rei concessæ in emphyteusim per modum taxationis, & non demonstrationis, quòd tunc sit temissio mercedis ob deteriorationẽ rei emphyteuticæ, cùm præsumatur potiùs locatio.

Idemquè erit dicendum circa resectionem rei emphyteuticæ casu fortuito pe-
9 remptæ, cùm ad illam vltrà pensionem emphyteuta teneretur, vt in specie *Alciat.* citato *cons.Clar.Molin.Natt.Tusc.* & alij vt supta citati, sic etiam *Crot.cons.*12.*nu.*4. *Capell.Tholosan.decis.*353.*Reg.de Ponte cons.*79.*num.*25. *Marescott. lib.*2. *variar. resolut.resolut.*76.*num.*32. *Gratian.tom.*1. *discept.for. cap.*195.*nu.*18.*tom.*2.*cap.*223.*num.*12.*&* 13. *& tom.*3.*cap.*557.*num.*16. *&* 17.*cum seq.Boer.decis.*213.*nu.*28. *Surd.* Authot noster *cons.*197.*lib.*2. *Rimin. iun. d.cons.*46.*Mantic.de tacit.& ambig.lib.*22. *tit.*24.*& tit.*21.*num.*49 ea tatione, quia sicut ad emphyteutam omne augmentum pertinet, ità omnis diminutio, idem *Clar.* citato *§.quæst.*41. *Corbul.* citata *ampl.*11. *& eod.tit.limit.*19.*in fin.* ac *limit.*32.*nu.*2. *Reg. de Ponte qui supra, num.*26. dummodò non in totum res illa emphyteutica sit diruta, licèt qualiscunq; particula permaneat, vt in specie post *Ias. Abb. Menoch. Ioseph.Ludou.Imol.Cepoll.Aretin.Bursat. Siluan.* & alios decisum tefert *Viu. decis.*500. *lib.*3. scilicèt quòd emphyteuta teneatur tem emphyteuticam penitùs dirutam casu fortuito reficere, nec nõ ad pensionis solutionem, quamuis impensa pro tefectione esset magna, & pensio fructibus correspondetet, contra *Bald.in d.l.*1. subdens, hanc esse veriorem, & magis fundatam, sic demũ in fortioribus voluit *Mantic.de tacit.& ambig. d.lib.*22.*tit.*24.*nu.*15.
10 *vers.sedpro contraria*, dicens, quòd si molendinum emphyteuticum sit totaliter destructum, & sublatum, vt nihil de area remaneat, quòd emphyteuta non sit liberatus, sed teneatur ad solutionem, & ad tefectionem, ex eo, quia adhùc superesset ius fluminis, in quo nouum constitui possit.

Nec obstant DD. in contrarium adducti, cùm illi loquantur, vbi ex verbis, & pactis nõ constaret, patres egisse de emphyteusi, licèt in instrumento promiscuè esset facta mentio de locatione, & emphyteusi, sed essent verba, siuè pacta, quæ magis cõuenirẽt locationi, quàm emphytcusi, vt loquitur *Seraph.in dec.*272. & hoc procedit, siuè sit emphyteusis priuata, siuè publica, vt notat *Valasc.quæst.*71. at secus, vbi verba sonant in emphyteusim, & alij etiam effectus conueniant, cùm variatio illa pensionis, siuè sit magna, siuè sit parua, non variet essentiã contractus, vt inquit *Mantic.* in citato *tit.*8.*nu.*19.*cum seq & tit.*21. vndè *Alciat.* in allegato *cons.* disputando contra *Bart.* & alios eius sequaces dicit, doctrinam *Bart.* esse diuinatiuam, cùm non reperiatur lex, quæ distinctionem illam faciat.

Minùs quoquè obstant argumenta illa, quòd locatio, & emphyteusis in multis conueniant, quoniam dupliciter respondetur, scilicèt quia ibi dominium non est perpetuò duraturum, sicut in emphyteusi, vt tradit idem *Valasc.quæst.*31.*per tot.* in qua concurrit spes meliorationis, & augmenti, vt etiam voluit *Natt.d.cons.nu.*28. *cum seq.*

11 Secundò, quia locatio, & emphyteusis in multis differunt specialiter, & essentialiter, quæ enumetat *Mantic.d.lib.*22.*tit.*2. *& Valasc. quæst.* 29. *num.* 19. *cum seq.* ac *Natt. nu.*32. *& seq.* & inter alias differentias adest ista de remissione pensionis in emphyteusi.

Et deniquè non refragatur quod dixerunt *DD.* & præsertim *Thesaur. decis.*20.
12 quòd quando pensio esset magna, ità vt fructibus correspondetet, quòd eo casu facienda sit temissio pensionis pro rata, ex traditis per *Bart. in d.l.*1.*num.*9.*de iure emphyt.* quoniam vltrà quòd contraria opinio sit verior, & communior, vt per citatos DD. maximè de consuetudine, vt te-

statur

ſtatur *Ioſeph. Ludou. tit. de iur. emphyt. concluſ.* 12. & poſt eum *Viu. deciſ.* 500. *nu.* 14. prout ſecundùm prædicta fuit iudicatum in S. C. in cauſa illorum de Baſſo cum V. I. D. Ioanne Angelo de Campora, ad relationem Domini Conſiliarij Hectoris Capycij Latro, nunc verò meritiſſimi Regentis Regiam Cancellariam ſub die 20. Iunij 1637. dùm prædictus Io. Angelus directus dominus fuit abſolutus à petitione diminutionis cenſus cuiuſdam apothecæ per eum in emphyteuſim cōceſſæ, ſub prætextu, quòd fructus, ſeù penſio illius non ſufficiebant pro cenſu prædicto, de qua cauſa compilata eſt *deciſio* per eundem *D. Regentem Capycium Latro* 18. vbi meminit de hac noſtra opinione.

13 Tamen dato, quòd eſſet vera, non pro-
cederet, quando emphyteuta per plures
annos canones ſoluiſſet, prout fuit conſi-
deratum in dicta cauſa illorum de Baſſo,
qui per plures annos canones ſoluerant,
cùm eo caſu non ſit faciēda remiſſio pen-
ſionis, ſed compenſatio ſterilitatis cum
vbertate, adeò vt ſi fuiſſet facta remiſſio,
erit locus reſciſſioni, vt in puncto poſt
Mantic. de tac. & ambig. lib. 5. *tit.* 8. *nu.* 41.
voluit *Gratian. tom* 3. *diſcept. for. cap.* 557.
num. 3. ſubdēs, ſic Rotam in pluribus cau-
ſis determinaſſe. Quàmuis locum obtine-
14 ret dicta opinio, quando in conſtitutio-
ne penſionis pro re emphyteutica ſextæ
partis reditus ſoliti dictæ rei detractio fa-
cta non fuerit, prout debet fieri, & ſolet, ad
hoc nè teneatur dominus ad diminutionē
canonis propter ſterilitatē, vel alium ca-
ſum contingentem, vt teſtatur *Biro. conſ.*
110. *nu.* 6. *& conſ.* 130. *vol.* 1. cum alijs per
Viu. d. deciſ. 500. *num.* 16. *in fin.*

Imò etiam procederet, quando quis eſ-
ſet prohibitus coli agrum propter bellum,
15 ità vt fructus percipere non poſſit, vel nō
poſſit rem peremptam reſtaurare, cùm
eo caſu, ac ſi in totum perempta eſſet, ha-
beretur, & proindè non teneretur ad pen-
ſionis ſolutionem, vt latè *Corbul. de cauſ.*
priuat. ob non ſolut. can. limit. 18. *per tot.*
Gayll. lib. 2. *obſeruat.* 23. *num.* 23. *cum ſeq.*
& ſequitur *Gratian. tom.* 1. *diſcept. forenſ.*
cap. 195. *n.* 19. & ex hoc iuris fictione dici-
tur deperdita, vt tradit *Iaſ. in l.* 1. *quæſt.* 7.
verſ. non obſtat vltimum, C. de iur. emphyt.
ex eo, quia non poteſt coli, vel refici, &
proindè vbi caſus fictus, & verus æquipa-
16 rantur, diſpoſitio facta in caſu vero, locū
habebit in caſu ficto, *DD. in l. ſi is, qui pro*
emptore, ff. de vſucap. Euerard. sent. loc. ar-
gum. loc. à vi fictionis, & Seraph. dec. 1251.
num. 17. *Coſta de retrotract. reg.* 3. *ad cap.* 2.
& ſic vbi non eſt culpa, non eſt pœna, vt in
ſpecie hanc rationem conſiderauit *Viu.*
17 in citata *deciſ.* 500. *num.* 17. vbi quærens
rationē diuerſitatis dicit, quòd ſi emphy-
teuta non perciperet fructus ex re diruta,
idquè eueniret eius facto, & culpa, quoniā
foret in eius poteſtate illā reficere, & fru-
ctuoſam reddere, idcircò cùm tale impe-
dimentum tollere noluerit, ei imputandū
erit, at ſecus ſi res redderetur infructuoſa
propter bellum, & peſtilentiam, quamuis
de æquitate, vt iudicatum refert *Theſaur.*
in d. deciſ. 20. *in fin.*

Quod tamen procederet, vbi emphy-
teuta in ſe non recepiſſet omnes caſus for-
18 tuitos, etiam caſum belli, & ſimiles, vt tra-
dit *Molin. de contract.* citata *diſputat.* 454.
num. 13. *verſ. excipit, & Valaſc. d. quæſt.* 27.
19 *num* 14. *&* 19. vel ſi tempore belli rem
in emphyteuſim cępiſſet, tunc enim cùm
imminebat periculum, ſibi erit imputan-
dum, *Corbul. d. limit.* 18. *num.* 17. quamuis
20 *Valaſc. d. quæſt.* 27. *num.* 18 dicat, quòd ſi
ſuperueniret caſus inſolitus, & maior, quā
eſſet tempore, quo emphyteuſim accepit,
excuſaretur emphyteuta, & *ibi* alios con-
cordantes allegat.

SVMMARIVM.

1 *Liber Mercatoris quando fidem faciat, remiſſiuè.*

2 *Libri Mercatorum probant pro ſcribente, quamuis mercaturam non exercerent, dummodò ſint deſcripti tēpore, quo mercaturam exercebant.*

3 *Statutum, quòd libris Mercatorum credatur, extenditur etiam extrà territorium ſtatuentis.*

DECIS. CIC.

1 QVamuis de materia iſta, quando libet Mercatoris pro ſe fidē faciat, latiſſimè ſcripſerint *Mantic. in deciſ.* 363. *Cartar. in deciſ.* 127. *Triuiſan in deciſ.* 16. *lib.* 1. *Scacc. de iudic. cauſ. ciuil. lib.* 2. *cap.* 11. *Macer. in lib.* 2. *variar. reſol. reſol.* 6. *Viuius dec.* 445. *Koppen. deciſ* 46 *Genua de ſcriptur priuat. lib.* 4. *tit. de lib. mercat. cum tit. ſeq.* vbi plenè, cum multis alijs concordantibus, ad quos me remitto.

Tamen circa hoc duo volui notare, &
2 primum eſt, quòd dicta per *Surd.* in hac

decisione non solùm procedunt in libris Mercatorum, qui actu mercaturam exercent, sed etiam in libris eorũ, qui iam desierunt eam exercere, dummodò tamen sint descripti tempore, quo mercaturam ipsam exercebant, vt notat *Strace. de mercat. tit. quomodò in cauſ. mercat. sit procedendum, nu. 34. & Mascard. de prob. concluſ. 976. num. 25.* singulariter *Barz. in decis. Bonon. 26. nu. 16. Escobar de ratiotin. cap. 11. num. 32.*

3 Secundum, quòd quando adest statutũ in loco, quòd libris Mercatorum credatur, hoc procedat etiam extrà territorium statuentis, licèt in iudicio, in quo tales libri producerentur, non adesset tale statutum, cùm circa fidem scripturæ inspiciatur locus, vbi celebrata est, vt latè *Viu. in opin. 806. num. 2. & 3. & Genua de script. priuat. lib. 4.* in citato *tit. num. 18.*

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta ob non solutum laudimium non cadit à iure suo.*
Amplia, quamuis fuisset interpellatus, num. 2.

DECIS. CC.

1 EMphyteutam ob nõ solutum laudimium non cadere à iure suo, plenè cõcludit *Carol. Ant. Blancard. ad Amod. de laudim. in q. 19.* cùm nulla mora sit cõmissa, ex quo nullũ præfixũ est tempus ad inuestiturã petendam, sicut in feudis, prout sic existimauit *Sola ad decreta Sabaud. in tit. de iur. emphyt. lib. 3. cap. 43. gloſ. 2. num. 32. Manent. de contract. liuellar. part. 12. nu. 6. Cagnol. l. 2. nu. 109. C. de pact. inter empt. & vendit. Purpurat. conſ. 497. Parisi. conſ. 86. num. 8. vol. 4. Bero. conſ. 117. vol. 1. & Bursat. conſ. 137. num. 48. & conſ. 181. num. 25.*

2 Quod ampliatur procedere, quamuis emphyteuta fuisset interpellatus ad laudimij præstationem, & ipse recusasset, cùm neque incideret in commissum, sed solùm teneretur ad laudimium, & ipsius interesse, prout sic affirmat *Thes. in lib. 4. quæst. forenſ. quæst. 51. num. 4. in fin.* & idem *Blancard.* in citata *quæst. 19.* cùm hæc sit pœna morosi, scilicet ad interesse, quotiès a lege alia nõ est nominatim statuta, per ea, quæ voluit *Sola* in citato *loco*, licèt circa hanc ampliationem satis inter eos discordent *Viuius in decis. 496. Rot. Auen.* apud *Laurent. decis. 143. & Mandoſ. ad Roman. in conſ. 12. num. 6.*

Verùm pro pleniori iuris quæstionis intelligentia vide quæ scripsi in *decis. 31.* in ista nouissima impressione a *num. 40. cum seq.* & ibi latè etiã per totam de alijs contentis in hac *Authoris* decisione omninò vidend.

SVMMARIVM.

1 *Semen colonis partiarij mutuatum an, & quando veniat in fundi seminarij venditione, vel legato.*
2 *Legato fundo quid veniat.*

DECIS. CCI.

1 AD hanc decisionẽ adde *Caroc. de locat. part. 1. tit. de merced. difform. quæst. 5. num. 25.* & plenè *quæst. 6.* ac latè *Costa de remed. subsid. prælud. 1. à num. 5. vsque ad nu. 11.* vbi multa de concernentibus ad dicta per *Authorem hic*, sic quoquè *Bertazzol. de clausul. clauſ. 26. gloſ. 7. & clauſ. 28. gloſ. 2.* ex *Thesaur decis. 55. num. 4. cum seq.*

2 Et circa illud, quod quæritur ab *Authore hic*, in fundo legato quæ veniant, vide *Barry de success. lib. 9. tit. de leg. fund. à n. 8. cum seq.*

SVMMARIVM.

1 *Conditio,* si quis fuerit remotus à Superioribus, *non extenditur ad casum mortis.*
Amplia, quamuis minor, vel maior ratio militaret, num. 2.
Sed contrarium, quando mors produceret eundem effectum, quem remotio, nu. 3.
4 *Extensio de casu ad casum quando permittatur in contractibus, remissiuè.*

DECIS. CCII.

1 COnditio, *si quis fuerit à Superioribus remotus*, quòd non extenditur ad casum mortis, concluditur *hic*. Adde, quòd iuxta hanc decisionem in simili decisum fuisse per Senatum refert *Fontanell. de pact. nupt. clauſul. 4. gloſ. 25. numer. 43.* in causa Francisci de Caldets, sub die 17. Iulij 1591. subdens in ea decisione fuisse sumpta eadem motiua, de quibus *Surd. hic*, cùm in contractibus sit expeditum, vt quicquid reperiatur omis-

omissum, habeatur pro omisso, & consequenter non fiat extensio de casu ad casu, de tempore ad tempus, nec de re ad rem,
2 etiam si maior, vel minor ratio militaret, *l. si vina, ff. de peric. & comm. rei vend. Anchar. cons.* 151. *num.* 4. per illum *tex. Crau. in respons. ad decis. Ossasch* 122. *num.* 5. *Couarr. lib.* 1. *variar. resolut. cap.* 17. *num.* 13. *Lanar. cons.* 60. *num.* 73. & 83. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 5. *Monet. de decim. cap.* 4. *nu.* 79. *Gamm. decis. Lusit* 369. *num.* 4. *Mastrill. decis.* 36. *num.* 10. *part.* 1. *Grattian. tom.* 4. *discept. forens. cap.* 716. *nu.* 5. & 6. *tom.* 3. *cap.* 425. *num.* 7. & *tom.* 5. *cap.* 980. *num.* 22.

3 Tamen contrarium indistinctè videtur affirmare *Io. Vinc. de Anna in allegat.* 92. quando mors produceret eundem effectũ, quem remotio, vndè in fortioribus inquit, quòd Eminentiss. Cardinalis Columna dum affictasset Archiepiscopatum Tarentinum cuidã Luchesino de Luchesinis per multos annos, sub reseruatione assensus Suę Sanctitatis, cum pacto, quòd casu, quo prædictus Luchesinus non potuisset gaudere affictu, quòd prędictus Cardinalis teneretur soluere interesse, excepto in casu mortis ipsius Cardinalis, qui cùm fuisset institutus Archiepiscopus Salernitanus, & ad dictum Archiepiscopatum fuisset promotus Eminentiss. Cardinalis de Austria, aliàs de Corregio, qui noluit stare colono, quòd non potuit prædictus Luchesinus consequi interesse à dicto Cardinali Columna, & propterea fubd.t, prædictum Eminentiss. Cardinalem fuisse absolutum à dicto interesse, pręuio decreto Sact. Reg. Cons. quod etiam admittit *Rot. Roman. in decis.* 427. *num.* 2. & 3. *part.* 1. *in nouiss.*

In quibus autem casibis extensio fiat in
4 contractu de casu ad casum, & aliquid omissum non habeatur pro omisso, latè *Mantic. loco* citato, qui decem ponit limitationes, cum nonnullis declarationibus.

DECIS. CCIII.

Ad hanc decisionem vide tradita per eundem *Authorem in decis.* 189. & *ibi* per *me*.

SVMMARIVM.

1 *Annui reditus an inter immobilia computentur.*
2 *Feudum an possit constitui in censibus.*
3 *Annui reditus an dicantur esse de loco, vbi extant bona, quibus accedunt, vel potiùs vbi facienda sit solutio.*

DECIS. CCIV.

1 De quæstione ista, an annui reditus inter immobilia computentur, latissimè tractarũt *Cifuent. in l. Tauri* 70. *quæst.* 25. *Mierez de maiorat. part.* 1. *quæst.* 40. *Gutierr. lib.* 2. *pract. qq. quæst.* 146. & *lib.* 3. *quæst.* 83. *Camill. de Medic. cons.* 133. & 152. *Amat. consil.* 77. *Fab. de Anna inter consil. eiusdem Amat. cons.* 78. *Roderic. de ann. reddit. q.* 3. *lib.* 1. *Cenc. de censib. part.* 1. *cap.* 3. *q.* 1. *art.* 2. *Grattian. tom.* 5. *disceptat. forens. cap.* 981. & *tom.* 3. *cap.* 585. *num.* 6. & *seq.* qui omnes satis inter eos contendunt, cùm aliqui ipsorum dicant, esse inter immobilia, alij inter mobilia, alij verò esse tertiam speciem.

Verùm pro eorum reconciliatione dicendum est, tunc illos dici inter mobilia, vel immobilia, quando mobilibus, vel immobilibus accedunt, ex propria verò eorum natura dicuntur tertia species, ac si essent nomina debitorum, vt tradiderunt post *Ias. Paris. Tiraquell. Gabriel. Lapum, Rub. Alex. Rimin.* & alios *Rot.* apud *Cenc. in decis.* 3. *num.* 14. *post tract. de cens.* & *in eod. tract. d. art.* 2. *nu.* 1. *Parlador. rer. quotid. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 2. *Intrigliol. de cens. quæst.* 31. *num.* 3. & *ibi alij* apud *Add. Molin. de contract. disput.* 383. *nu.* 2. & sic post longam discussionẽ concludit *D. Reg. Rouit. in pragmat.* 5. *de censib. num.* 72. idem *Amat.* in allegato *cons.* 78. & sic procedunt
2 dicta per *Surd. hic*, quòd feudũ possit constitui in cẽsibus, dummodò sint percipiendi super aliquo stabili, non assignato tempore, licèt cum pacto redimendi, vt per *Camill. de Curt. in diuers. iur. feud. fol.* mihi 24. *num.* 9. 10. 11. & *seq.*

Tamen & si dicti annui reditus dicantur esse de mobilibus, vel immobilibus ratione cohærentiæ, nihilominùs non dicuntur esse de loco, vbi extant bona, qui-
3 bus accedunt, sed esse de loco, vbi est facienda solutio, sicut nomina debitorum, vt in specie sic decisum refert *Vincent. de Franch. decis.* 93. *num.* 6. sic quoquè facta longa discussione nouissimè decisum testatur *Amat.* in citato *cons.* in causa illorũ de Cardenas, pro qua etiã opinione multa colligit more suo *D. Reg. Rouit. in pragmat.* 1. *de iur. fiscalib.* vbi etiam habes duas hinc indè allegationes in dicta causa de Carde-

Cardenas, hanc quoq; opinionem sequuta fuit *Rot. Roman.* post infinitos DD. teste *Gene. in decis.* 3. *num.* 14. 15. 16. *& seq.* post *tract. de cens.* sic demùm *Ant. de Alexand. in addit. ad Consuet. Si aliquis morient, fol.* 162. vbi sic decisum refert per S.C. idem *Gratian. tom.* 1. *discept. forens. cap.* 29. *nu.* 2. *vers. contrarium verius, & num seq.* vbi sic *Rotam* determinasse, & declarasse inquit, vt etiam testatur *tom.* 5. *cap.* 885. *num.* 23. & hanc opinionem sequutus est *Solis de censib. lib.* 2. *cap. fin. nu.* 2. quidquid in contrarium firmarint *Author hic, & Parlador. rer. quotid. lib.* 1. *cap.* 3. *à num.* 13. *vsque ad finem, & Gratian.* sibi contrarius *tom.* 3. *discept. for. cap.* 585. *num.* 6. *cum seq. Vincent. Carocc. decis.* 103. *num.* 16. *Gabr. consil.* 141. *num.* 15. *lib.* 2. *Roderic. lib.* 1. *de ann. reddit. quæst.* 3. *nu.* 8. *in fin. Morla de contrabend. empt. & vendit. tit.* 9. *antè quæst.* 1 *num.* 56. dicentes, quòd iudicari debeat de illis bonis, vbi annui reditus sunt siti, ex eo, quòd reali actione debeantur, loquuntur enim contrà communem DD. opinionē, à qua non erit recedendum, cùm in iudicijs sit magis recepta, nam realitas oritur ex hypotheca super bonis, sed principalis obligatio, quæ est consideranda, est personalis, pro qua assecurāda fuit facta hypotheca, vt benè declarant *Cassan. ad Consuetud. Burgund. tit. des confiscat. §.* 1. *vers. & apertè, num.* 18. *vers. sed iuxtà, & num.* 23. *& Aretin. in cons.* 10.

SVMMARIVM.

1 *Hæredi ipsi legari non potest.*
Fallit, quando hæreditas alteri veniret restituenda, num. 2.
Amplia, num. 3.

DECIS. CCV.

1 Quamuis noster *Author hic* concludat, prælegatum factum hæredi vniuersalitèr instituto nullum esse, cùm sibi ipsi legari non possit, vt pulchrè *Peregr. de fideicommiss. artic.* 7. *per tot.*

2 Tamen fallit hoc, quando dicta hæreditas veniret fideicommissario restituenda, quia tunc benè dictus hæres poterit prælegatum prædictum retinere, vt *l. acceptis, ff ad leg. falcid. l deducta, ff. ad Trebell. l in fideicommissi, §. cùm Pollidius, ff. de vsur.* sic latè *Bocr. in decis.* 280. *& Gratian. in tom.* 2. *discept. for. cap.* 369. *num.* 13. *& seq.*

3 licèt inuentarium non confecerit, vt plenè *Peregrin. de fideicommiss. artic.* 7. *num.* 15. *& seq.* vbi infinitos colligit, nam ratio illa, quòd actio, & passio non possunt simul concurrere, militat solùm in hærede, qui non reperitur grauatus restituere hæreditatem, vt latissimè probaui in *decis.* 170.

Verùm de alijs contentis in hac decisione vnà cum eorum distinctionibus vide *Barry de succeß. lib.* 1. *tit. de incapacibus, num.* 26. *cum seq.*

SVMMARIVM.

1 *Donatio an sit valida, si non fuerit acceptata nisi post mortem donantis.*
2 *Donatio facta absenti, Notario stipulante, an, & quando sit reuocabilis.*

DECIS. CCVI.

1 Circa quæstionem, de qua noster *Author hic*, nunquid donatarius possit post donātis mortem donationem acceptare, adde *Alex. Trentatinq. lib.* 3. *variar. resol. tit. de donat. resol.* 1. *num.* 14 *vers. licèt donatio*, vbi tenet ex multorum authoritate, donationē validam esse, nec posse hæredem donantis illam reuocare, quamuis donans eam reuocare potuisset, subdens, hanc esse communem, & ità concludendum esse, sic etiā ex *Couar.* firmàuit *Rot.* apud *Seraphin. in decis.* 472. *nu.* 6. *cum seq. decis.* 1183. *nu.* 13. *& decis.* 801. *num.* 4. dummodò ius non sit alteri quæsitum titulo singulari, sed vniuersali, quamuis ipse dicat, difficultatem esse respectu acquisitionis dominij, non autem respectu acquisitionis actionis ad tradendum, ex *Couarr. in rubr. de testam. part.* 3. *num.* 13. circa quam difficultatem duæ limitationes à Rota fuerūt adductæ, prima, vbi esset facta donatio infanti, cui quæritur dominiū ex Notarij stipulatione, prout etiam fuisse tentum in vna Bonon. de Oricellarijs, altera, quando duobus fuerit facta donatio, cùm ex acceptatione vnius, prosit cōdonatario, vt *ibi*, & quamuis nonnulli contrarium sentierint, prout tradunt *Decius cons.* 432 *nu.* 26. *Salon à Paez consil.* 33. *num.* 14. *Io. Vinc. de Anna alleg.* 53. *num.* 3. *&* 4. *Cancer. lib.* 1. *variar. tit. de donat. cap.* 8. *nu.* 25. tamen loquuntur, vbi fuerit facta alteri donatio, adeò vt tempore mortis donantis res non esset integra, secus si esset integra.

2 Et circa reliqua notata in hac decisione, an donario facta absenti, Notario stipulante sit reuocabilis, latè dixi in *dec.* 111.

SVMMARIVM.

1 *Substitutus, vel subrogatus in vno casu an, & quando in alio casu locum habeat.*

DECIS. CCVII.

1 AD hanc decisionem vide eundem *Authorem*, & *ibi* notata per *me in decis.* 201. & latè *Pusar. de substit. quaest.* 460. & 463.

SVMMARIVM.

1 *Emptor rei fideicommisso subiectæ non potest agere de euictione, sed solùm ad pretij restitutionem.*
Intellige, nisi venditor non cauisset, se nolle teneri de euictione, num. 2.

3 *Emptor scientèr rei fideicommisso subiectæ non recuperat pretium, ex quo censetur voluisse compensare præsentem vtilitatē cum periculo futuri euentus.*

4 *Identitas rei an probata dicatur ex eo solo, quòd venditor asseruit, rem illam esse fideicommisso subiectam.*

5 *Consentiens alienationi rei fideicommisso subiectæ an sibi præiudicet in ea.*

6 *Euictio an debeatur, si culpa emptoris fuerit sequuta, & quando hoc dicatur, remissiuè.*

DECIS. CCVIII.

1 AD hanc decisionem adde, quòd etsi emptor rei fideicommisso subiectæ non possit agere de euictione, sed solùm ad pretij restitutionē, tamen hoc procederet, quan-
2 do venditor nō cauisset, se nolle teneri de euictione, nam si hoc expressè cauisset, tūc nec ad pretij restitutiōnem teneretur, re illa euicta, per ea, quæ voluit *Bald. in rubr. C. de contrah. empt. in* 9. *quaest.* vbi quærens, si omnes clausulæ, quas ponimus in contractu emptionis aliquid operentur, concludit quòd nedùm clausulæ, sed etiam minimum verbum non debet esse sinè virtute aliquid operandi, vt etiam voluit *Dec. in cons.* 2. *num.* 5. hinc est, dicit *Peregrin. de fideic. artic.* 52. *num.* 71. *in fin.* quòd vbi emptor re euicta non haberet actionem, nisi pro pretij restitutione, vt in casu *l. final. §. emptor, C. commun. de leg.* in tali specie pactum, nè venditor de euictione teneatur operabitur, etiam respectu pretij, alioquin sit sine effectu, contra ea, quæ dixit *Bald. in d. quaest.* 9. sic etiam, quòd amittat pretium, voluit *Ann. in repet. Constitut. Constit. Diua memoria, nu.* 107.

Quod Ego indistinctè admitterē, cùm
3 is, qui emit bona scientèr fideicommissi, censeatur id fecisse, quia in præsentia esset vtiliora, & successiuè voluisse illam vtilitatem cōpensare cum periculo futuri euentus, argumento *l. de fideicommisso, C. de transact.*

Sed an ex hoc sequatur, identitatem rei esse probatam ex eo solo, quòd venditor
4 asserat in venditione, bona vendita esse fideicommisso supposita, maxima quidē quæstio, quam in facto habeo in S.C. in causa Sebastiani Seuerini cū illis de Tarcagnora, de qua plenè dicam in *lib.* 1. *controuers.*

Circa illud aliud, quod queritur ab *Au-*
5 *thore hic*, scilicet an consentiēs alienationi rei subiectæ fideicōmisso sibi præiudicet, dixi in *decis.* 301.

6 Et de euictione, an debeatur, quando culpa emptoris fuit sequuta, vide *Alexan. Trentacinq. lib.* 3. *variar. resol. tit. de empt. & vendit. resolut.* 4. & *ibi* quando dicatur sequuta culpa emptoris.

SVMMARIVM.

1 *Actio ex alterius stipulatione an, & quando quæratur.*

2 *Donatio si fiat alicui cum pacto, quòd certo casu adueniente res transeat ad alium, num poterit donator donationem reuocare, & num.* 4.
Et quid si esset Ecclesia, num. 3.
Et an etiam requiratur cōsensus primi donatoris, num. 7.
Distingue, num. 8.
Contrarium, num. 9.

5 Bart. in l. qui Romæ, §. Flauius, ff. de verb. oblig. *limitatur, vbi donatio esset facta infanti, vel fauore familiæ.*

6 *Contractus innominatus quatènus continet donationem, irreuocabilis est.*

7 *Contractus innominatus, stipulatione firmatus pœnitentiam non admittit.*

DE-

Cardenas, hanc quoq; opinionem sequuta fuit *Rot. Roman.* post infinitos *DD.* teste *Cenc. in decis.* 3. *num.* 14. 15. 16. *& seq.* post *tract. de cens.* sic demùm *Ant. de Alexand. in addit. ad Consuet. Si aliquis moriens, fol.* 162. vbi sic decisum refert per S. C. idem *Gratian. tom.* 1. *discept. forens. cap.* 29. *nu.* 2. *vers. contrarium verius, & num seq.* vbi sic *Rotam* determinasse, & declarasse inquit, vt etiam testatur *tom.* 5. *cap.* 885. *num.* 23. & hanc opinionem sequutus est *Solis de censib. lib.* 2. *cap. fin. nu.* 2. quidquid in contrarium firmarint *Author hic, & Parlador. rer. quotid. lib.* 1. *cap.* 3. *à num.* 13. *vsque ad finem, & Gratian.* sibi contrarius *tom.* 3. *discept. for. cap.* 585. *num.* 6. *cum seq. Vincent. Carocc. decis.* 103. *num.* 16. *Gabr. consf.* 141. *num.* 15. *lib.* 2. *Roderic. lib.* 1. *de ann. reddit. quæst.* 3. *nu.* 8. *in fin. Morla de contrahend. empt. & vendit. tit.* 9. *antè quæst.* 1 *num.* 56. dicentes, quòd iudicari debeat de illis bonis, vbi annui reditus sunt siti, ex eo, quòd reali actione debeantur, loquuntur enim contrà communem DD. opinionē, à qua non erit recedendum, cùm in iudicijs sit magis recepta, nam realitas oritur ex hyporheca super bonis, sed principalis obligatio, quæ est consideranda, est personalis, pro qua assecurāda fuit facta hyporheca, vt benè declarant *Cassan. ad Consuetud. Burgund. tit. des consiscat.* §. 1. *vers. & apertè, num.* 18. *vers. sed iuxtà, & num.* 23. *& Aretin. in cons.* 10.

SVMMARIVM.

1 *Hæredi ipsi legari non potest.*
Fallit, quando hæreditas alteri veniret restituenda, num. 2.
Amplia, num. 3.

DECIS. CCV.

1 Qvamuis noster *Author hic* concludat, prælegatum factum hæredi vniuersalitèr instituto nullum esse, cùm sibi ipsi legari non possit, vt pulchrè *Peregr. de fideicommiss. artic.* 7. *per tot.*

2 Tamen fallit hoc, quando dicta hæreditas veniret fideicommissario restituenda, quia tunc benè dictus hæres poterit prælegatum prædictum retinere, vt *l. acceptis, ff. ad leg. falcid. l. deducta, ff. ad Trebell. l. in fideicommissi,* §. *cùm Pollidius, ff. de vsur.* sic latè *Bosr. in decis.* 280. *& Gratian. in tom.* 2. *discept. for. cap.* 369. *num.* 13. *& seq.*

3 licèt inuentarium non confecerit, vt plenè *Peregrin. de fideicommiss. artic.* 7. *num.* 15. *& seq.* vbi infinitos colligit, nam ratio illa, quòd actio, & passio non possunt simul concurrere, militat solùm in hærede, qui non reperitur grauatus restituere hæreditatem, vt latissimè probaui in *decis.* 170.

Verùm de alijs contentis in hac decisione vnà cum eorum distinctionibus vide *Barry de success. lib.* 1. *tit. de incapacibus, num.* 26. *cum seq.*

SVMMARIVM.

1 *Donatio an sit valida, si non fuerit acceptata nisi post mortem donantis.*
2 *Donatio facta absenti, Notario stipulante, an, & quando sit reuocabilis.*

DECIS. CCVI.

1 Circa quæstionem, de qua noster *Author hic*, nunquid donatarius possit post donātis mortem donationem acceptare, adde *Alex. Trentacinq. lib.* 3. *variar. resol. tit. de donat. resol.* 1. *num.* 14 *vers. licèt donatio,* vbi tenet ex multorum authoritate, donationē validam esse, nec posse hæredem donantis illam reuocare, quamuis donans eam reuocare potuisset, subdens, hanc esse communem, & ità concludendum esse, sic etiā ex *Couar.* firmauit *Rot.* apud *Seraphin. in decis* 471. *nu.* 6. *cum seq. decis.* 1183. *nu.* 13. *& decis.* 801. *num.* 4. dummodò ius non sit alteri quęsitum titulo singulari, sed vniuersali, quamuis ipse dicat, difficultatem esse respectu acquisitionis dominij, non autem respectu acquisitionis actionis ad tradendum, ex *Couarr. in rubr. de testam. part.* 3. *num.* 13. circa quam difficultatem duæ limitationes à Rota fuerūt adductæ, prima, vbi esset facta donatio infanti, cui quæritur dominiū ex Notarij stipulatione, prout etiam fuisse tentum in vna Bonon. de Oricellarijs, altera, quando duobus fuerit facta donatio, cùm ex acceptatione vnius, prosit cōdonatario, vt *ibi,* & quamuis nonnulli contrarium sentierint, prout tradunt *Decius consf.* 432 *nu.* 26. *Salon à Paee consil.* 33. *num.* 14. *Io. Vincent. de Anna alleg.* 53. *num.* 3. *&* 4. *Cancer. lib.* 1. *variar. tit. de donat. cap.* 8. *nu.* 25. tamen loquuntur, vbi fuerit facta alteri donatio, adeò vt tempore mortis donantis res non esset integra, secus si esset integra.

2 Et

2 Et circa reliqua notata in hac decisione, an donatio facta absenti, Notario stipulante sit reuocabilis, latè dixi in *dec.* 111.

SVMMARIVM.

1 *Substitutus, vel subrogatus in vno casu an, & quando in alio casu locum habeat.*

DECIS. CCVII.

1 AD hanc decisionem vide eundem *Authorem*, & *ibi* notata per me in *decis.* 202. & latè *Fusar. de substit. quæst.* 460. & 463.

SVMMARIVM.

1 *Emptor rei fideicommisso subiecta non potest agere de euictione, sed solùm ad pretij restitutionem.*
Intellige, nisi venditor non cauisset, se nolle teneri de euictione, num. 2.
3 *Emptor scientèr rei fideicommisso subiectæ non recuperat pretium, ex quo censetur voluisse compensare præsentem vtilitatẽ cum periculo futuri euentus.*
4 *Identitas rei an probata dicatur ex eo solo, quòd venditor asseruit, rem illam esse fideicommisso subiectam.*
5 *Consentiens alienationi rei fideicommisso subiectæ an sibi praiudicet in ea.*
6 *Euictio an debeatur, si culpa emptoris fuerit sequuta, & quando hoc dicatur, remissiuè.*

DECIS. CCVIII.

1 AD hanc decisionem adde, quòd etsi emptor rei fideicommisso subiectæ non possit agere de euictione, sed solùm ad pretij restitutionẽ, tamen hoc procederet, quan-
2 do venditor nõ cauisset, se nolle teneri de euictione, nam si hoc expresè cauisset, tũc nec ad pretij restitutionem teneretur, re illa euicta, per ea, quæ voluit *Bald. in rubr. C. de contrah. empt. in* 9. *quæst.* vbi quærens, si omnes clausulæ, quas ponimus in contractu emptionis aliquid operentur, concludit quòd nedùm clausulæ, sed etiam minimum verbum non debet esse sinè virtute aliquid operandi, vt etiam voluit *Dec. in cons.* 2. *num.* 5. hinc est, dicit *Peregrin. de fideic. artic.* 52. *num.* 71. *in fin.* quòd vbi emptor re euicta non haberet actionem, nisi pro pretij restitutione, vt in casu *l. final. §. emptor, C. commun. de leg.* in tali specie pactum, nè venditor de euictione teneatur operabitur, etiam respectu pretij, alioquin sit sine effectu, contra ea, quæ dixit *Bald. in d. quæst.* 9. sic etiam, quòd amittat pretium, voluit *Ann. in repet. Constitut. Constit. Diua memoria, nu.* 107.

Quod Ego indistinctè admitterẽ, cùm
3 is, qui emit bona scientèr fideicommissi, censeatur id fecisse, quia in præsentia esset vtiliora, & successiuè voluisse illam vtilitatem cõpensare cum periculo futuri euentus, argumento *l. de fideicommisso, C. de transact.*

Sed an ex hoc sequatur, identitatem rei esse probatam ex eo solo, quòd venditor
4 asserat in venditione, bona vendita esse fideicommisso supposita, maxima quidẽ quæstio, quam in facto habeo in S.C. in causa Sebastiani Seuerini cũ illis de Tarcagnota, de qua plenè dicam in *lib.* 1. *controuers.*

Circa illud aliud, quod queritur ab *Au-*
5 *thore hic*, scilicet an consentiẽs alienationi rei subiectæ fideicõmisso sibi præiudicet, dixi in *decis.* 302.

6 Et de euictione, an debeatur, quando culpa emptoris fuit sequuta, vide *Alexan. Trentacinq. lib.* 3. *variar. resol. tit. de empt. & vendit. resolut.* 4. *& ibi* quando dicatur sequuta culpa emptoris.

SVMMARIVM.

1 *Actio ex alterius stipulatione an, & quando quæratur.*
2 *Donatio si fiat alicui cum pacto, quòd certo casu adueniente res transeat ad alium, num poterit donator donationem reuocare, & num.* 4.
Et quid si esset Ecclesia, num. 3.
Et an etiam requiratur cõsensus primi donatoris, num. 7.
Distingue, num. 8.
Contrarium, num. 9.
5 Bart. in l. qui Romæ, §. Flauius, ff. de verb. oblig. *limitatur, vbi donatio esset facta infanti, vel fauore familiæ.*
6 *Contractus innominatus quatènus continet donationem, irreuocabilis est.*
7 *Contractus innominatus, stipulatione firmatus pœnitentiam non admittit.*

DE-

DECIS. CCIX.

1 Circa quæstionem, de qua noster *Author hic*, nunquid, & quando ex alterius stipulatione actio detur, adde *Grattan. tom. 1. discept forens. cap. 49. per tot.* vbi latè articulum pro vtraque parte disputat, & respondet *Authori* in hac decisione.

Et circa opinionē *Bart. in l. qui Roma, §. Flauius, in fin. ff. de verb. obligat.* quòd donatio facta alicui, vt post eius mortem, vel aliquod tempus succedat Ecclesia, vel alia persona priuata in bonis donatis, nemine pro ea stipulante, sit reuocabilis, prout etiam firmauit in *l. 3. de seru. exportand.* per illum *text.* adde, quòd in hoc articulo

2 maxima est DD. cōtrouersia, nam etsi pro *Bartoli* opinione stent grauissimi Authores, quamuis priùs id videatur fuisse de mente *glos. in l. illud, C. de sacros. Eccles. & Bart.* sequuti sunt *Bald. in l. cùm à socero, C. de iur. dot. Salic. in l. quotiès, C. de donat. quæ sub mod. Imol. in d. l. qui Roma, §. Flauius, num. 3. & 10.* vbi *Roman. nu. 9. vers. quintus est casus, Ias. nu. 14. & 15.* qui cōmunem, & veram dicit, & magis communem attestatur in *l. 2. num. 66. C. de iure emphyt. Aretin in d. §. Flauius, Rip. in l. vlt. num. 220. vers. secundus casus, C. de reuoc. donat. & respons. lib. 3. cap. 16. nu. 3.* & ita se vidisse secundùm istam *Bart.* opinionē pronnnciari dicit *Afflict. in cap. 1. num. 18. si vasall. feud. priuet.* sic etiam *Couar. de testam. part. 3. in princ. num. 13.*

Et inter Consulentes *Cuman. cons. 166. num. 3.* magis communem profitetur, *Roman. cons. 295. Barbat. cons. 66. col. 4. lib. 4.* de communi *Socin. sen. cons. 115. num. 12. lib. . Aretin. cons. 17. col. 6. vers. ex noua, Curt. iun. cons. 120. num. 2. Dec. cons. 226. num. 7.* communem dicit *Rub. consil. 132. Alex. cons. 204. nu. 4. lib. 5. Rum. cons. 182. nu. 21. lib. 1. & cons. 99. nu. 5. lib. 3. Gozad. cons. 75. num. 10. Grat. cons. 25. nu. 39. vers. non obstant adducta, lib. 1. Cephal. cons. 312. num. 104. Menoch. cons. 92. nu. 77. & cons. 296. num. 70. cum seq.* qui post *Couar.* magis communē testatur, *Alciat. cons. 4. n. 54.*

3 *lib. 4.* quamuis pactum conceptum esset ad beneficiū Ecclesiæ, vel piæ causæ, quicquid alitèr sentiat *Couar. lib. 1. var. cap. 14. nu. 13. vers. 6. animaduertendum,* indistinctè *Surd. cons. 150. nu. 102. cons. 305. nu. 40. & cons. 351. nu. 29. cum seq. Marta cons. 6. num. 25.*

In Tractatibus *Tiraquell. de priuileg. piæ causæ, priuil. 115. Molin. de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 2. nu. 58. & 74. vers. in primo posse, Corbul. de iur. emphyt. tit. de caus. priuat. ob lin. fin. num. 69. Gratian. tom. 1. discept forens. cap. 49. num. 40. Cancer. lib. 1. variar. tit. de donat. nu. 31. Ant. Gabr. commun. conclus. tit. de donat. concl. 5. Gregor. Lopez in l. 4. tit. 4. par. 5. Salon de Paz q. 10. num. 23. Villalob. in antinom. cap. 1. nu. 26. Olan. in concord. iur. lit D. num. 45. Clar. in §. donatio, quæst. 13. vers. secundus est articulus,* dummodò res sit integra, scilicèt quòd non dum euenerit casus, in cuius euentū donatio in illum tertiū collata fuerit, subdens ità omnes fateri, prout indistinctè cū hac declaratione pertranseunt *Alexand. Trentacinq. lib. 3. var. tit. de donat. resol. 1. num. 13. cum seq. Fab. de Anna consil. 32. Mart. de success. leg. part. 4. art 9. num. 24.*

In Decisionibus *Capell. Tholosan. decis. 453. Seraphin. decis. 724. num. 8.* qui loquitur de donatione facta Ecclesiæ, & ità determinatum fuisse in Senatu *Faber in suo Codic. lib. 8. tit. 35. de donat quæ sub modo, definit. 2.* qui *in addit.* communem appellat *Bartoli* opinionē, sic etiam *Castill. decis. 106. nu. 23.* & cum hac *Bartoli* opinione transiuisse Senatum testatur *Thesaur. iun. in addit. ad eius Patrem in decis. 70. litera D.*

4 Attamen contrarium infiniti sentierūt, prout inter Scribentes firmarunt *Paul. de Castr. in d. l. qui Roma, §. Flauius,* dicens, tutius esse tenere contra *Bart.* in tantùm quòd miratur de conclusione *Bart.* quomodò hoc ius illi tertio quæsitum ex dicta donatione potuisset reuocari, vbi *Socin. num. 16.* idem *Castr. in l. si insulam, §. vlt. ff. solut. matr.* dicit, dictum *Bart.* reprobari, & in *l. si pecuniam, num. 11.* dicit, quòd per plures vidit *Bart.* reprobari, & ibi *Roman. num. 22. ff. de condit. ob caus. Francisc. Albergot.* naturalis Fiorētiæ discipulus *Bart. in l. 3. de seru. exportand.* sic etiam affirmat, *Io. Andr. ad Specul. tit. de instr. edit. §. nunc verò aliqua, vers. 16. in fin. add.* positē super parte *Titio 10.* incipit *Additio, & Salic. in l. 1. C. si mancip. ità fuer. alien.* dicit, quòd *Bart.* non benè determinauit, idem ipse in *l. quotiès, C. de donat. quæ sub mod. Gulielm. de Benedict. in cap. Raynuntius, in verb. si absque liberis, num. 23. de testam.*

5 Inter Consulentes *Paul. de Castr. consil. 164. num. 5. & 7. lib. 2.* indistinctè tàm in priuato, quàm in Ecclesia, *Alex. cons. 107. num. 12. lib. 4. Decius cons. 58. num. 3. & cons. 239. num. 5. circ. med.* dicens, in dicto

Bartoli

Bartoli non posse fieri fundamentū, *Aym. cons.* 135. *num.* 10. *in fin. Menoch. cons.* 92. *num.* 75. *lib.* 1. *Cassan. cons.* 53. *num.* 55. *cum seq. Ruin cons.* 7. *num.* 29. *& cons.* 35. *nu.* 19. *lib.* 1. *Marc. Salà Pace cons.* 26. *nu.* 23. *cum sequent.*

Item in Tractatibus *Couarr. lib.* 1. *var. cap.* 14. *num.* 7. *post med. Molin. de Hispan. primog. lib.* 4. *cap.* 2. *nu.* 74. *vers. contrariam autem*, vbi de communi, licèt ipse in *versic. in primo casu* alitèr sentiat, dummodò secundus donatarius nō esset infans, vel vbi donatio esset facta fauore familiæ, in quo casu limitari dicit opinionem *Bartoli*, sic quoquè *Molin. Iesuita de contract. disput.* 265. *num.* 8. *vers. in primis, Duen. reg.* 216. vbi magis communem esse dicit, *Olan. in concord. sur lit. D. num* 44. & contra *Bart.* ferè omnis schola Scribentium tenere dicit *Roderic. Suarez in repet. l. quontam in prioribus, ad declarat. leg. Regni, q.* 8. *nu.* 2. *cum seq.* vbi ex professo contra *Bart.* articulum disputat, respondendo omnibus iuribus per *Bart.* adductis, subdens, eius sequaces incidisse in errorem, dum dicunt, quòd actio illi tertio quæsita reuocabilis sit tanquā ex contractu innominato, quod est contra *text. in l. Aristo, ff. de donat.* vbi
6 contractus innominatus quatenùs continet donationem, non potest reuocari ex pœnitentia, idemque firmat in *allegat.* 19. *Mier. & de maioraz. part.* 1. *quæst.* 24. *Gomes. ad l.* 40 *Tauri, nu.* 39. *Vasq. lib.* 3. *quæst. vsufruct. cap.* 62. *num.* 1. *Fachin. lib.* 8. *contrau. cap.* 89. *ad med. Lup. de donat. inter vir. & vxor.* §. 34. *in fin. vers. ad cuius confirmationem, Didac. Perez l.* 3. *tit.* 8. *lib.* 3. *ordin. Cauall. commun. contra commun. q.* 249. *num.* 2. *&* 3. *Gutierr. in cap. quamuis pactum, num.* 60. *de pact. in* 6. *& lib.* 2. *pract. quæst. cap.* 52. *nu.* 2. *&* 3. *Gratian. reg* 410. sic etiam *Parlador. lib.* 2. *rer. quotid. cap.* 3. *nu.* 37. qui relata vtraque opinione dicit, hodiè cessare hanc difficultatem ex vi stipulationis, & propterea subdit, cōcludendum esse cum *Paul. de Castr.* scilicet do-
7 nationem irreuocabilem esse, ex eo, quia vetera iura in contractibus innominatis pœnitentiæ locum dabant, modò conuentio non esset stipulatione firmata, ex *l. placuito, C. de rer. permut.* sic etiam vigore stipulationis post *Bald. Alexan. Cuman. Gulielm. de Bened. Cassan. Aufrer. ad Capell. Tholos. Corn.* cęterosq; DD. firmat *Couar. lib.* 1. *variar. cap.* 14. *nu.* 11. subdens, hanc communē esse, sic etiā inter decisiones hęc opinio *Paul. de Castr.* contra *Bart.* fuit amplexa, vt habetur in *decis. Rot. Rom.* apud *Farinac. in decis.* 494. *nu.* 1. *circ. med. par.* 3. *tom.* 2.

Pro qua opinione ponderantur infrascripta iura, videlicet *text. in l. quoties, C. de donat. quæ sub mod. l. fin. ff. de pact. l. si partem, in fin. ff. quemadm. seru. amitt. l.* 1. §. 2. *de stipul. seru. text. cum glos. in l. certi conditio, § si nummos, ff. si cert. petat. l. absenti, C eodem, & l si constante, C. de donat. antè nupt.* secundùm *Bald. ibi.*

8 Et quamuis nonnulli dicant, primam opinionē procedere, vbi donantis, & primi donatarij consensus interueniant, secundùm *Bald. in l. cùm à socero, C. de iur. dot. Alex. cons.* 204. *volum.* 7. *Aym. cons.* 19. *num.* 11. *Gabr. d. concl.* 5. *num.* 11. *Couar. d. cap.* 14. *num.* 9. vbi non obstante donantis reuocatione licere donatario seruare modum donationi appositum, & rem tertio tradere, sic etiam *Cancer. lib.* 1. *variar. cap.* 8. *tit. de donat. num.* 31. *in fin. Dec. cons.* 408. *num.* 28. *&* 498. *num.* 19. *Socin. cons.* 115. *num.* 12. *vol.* 4. *Alex. cons.* 205. *num.* 4. *vol.* 7. *Menoch. cons.* 97. *nu.* 77. *Mart. d. consil.* 6. *nu.* 26. *idemque de success. legal. part.* 4. *quæst.* 21. *artic.* 9. *num.* 23. & cum hac opinione attento consensu donatarij transiisse Senatū dicit *Thesaur. iun. ad eius Genitorem in decis.* 70. *lit. D. in fin.*

9 Alij verò quærunt, an donātis, vel donatarij gratia facta sit donatio, vt per *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 13. *tit.* 48. *num.* 9. *vers. sed hæc communis sententia, & Alex. Tre. tractatu. lib.* 3. *var. tit. de donat. resol.* 1.
10 *num.* 14. *circ. med.* attamen articulus iste ambiguus est, prout indistinctè, quod non possit reuocari in præiudiciū tertij, tenet *Roderic. Suar. d. quæst.* 8.

Et propterea hanc ambiguam esse dicit *Salic. in l.* 1. *num.* 4. *in fin. C. si emancip. ita pen. alim.* idemque confitetur *Cuman. in d. l. qui Roma, §. Flauius, nu.* 5. ac *Dec. cons.* 239. *num.* 5. *versic. non obstat, Couar. d. cap.* 14. *num.* 7. *Menoch. cons.* 92. *num.* 74. & articulum istum difficilem, & valdè periculosum existimat *Clarus in §. donatio, quæst.* 13. *vers. secundus est articulus*, difficilem, & periculosum etiam esse dicit *Mantic. de tacit. & ambig. d. tit.* 48. *num.* 8. *vers. præterea*, & difficile esse fundare, quæ opinio sit attendenda, dicit re benè perpensa *Gratian. tom.* 3. *discept. forens. cap.* 575. *num.* 10. & arduam quæstionem appellat *Thesaur. iun. ad eius Genitorem in decis.* 70. *lib. D. in princ.* ex eo quia vtraque opinio est communis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Masculinitatis qualitas in vna parte testamenti vocata, non dicitur repetita in alia parte, nisi concurrat eadem ratio, maximè quando extraneus vocasset filios extranei.*

2 *Fœminis vocatis in defectum masculorum veniunt illæ, quæ fuerūt propter masculos exclusæ, ex magis communi opinione, & non descendentes ex masculis.*

3 *Succedens per fideicommissum dicitur testatori, & non hæredi succedere.*

4 *Proximitas grauati, vel grauantis in fideicommissis attendi debeat.*

5 *Concurrentium ad fideicommissum factum fauore dignitatis quis præferendus, proximior testatoris, vel grauati.*

DECIS. CCX.

DVO cōcludit *Author* in hac decisione: Primò, quòd masculinitatis qualitas in vna parte testamēti vocata, dicatur reperta in alia parte testamēti, licèt diuersimodè loquutum sit à testatore.

Secundò, vocatis fœminis in defectum masculorum, quòd non veniant fœminæ propter masculos exclusæ, sed quæ descēdunt ex ipsis masculis, vt post *nu.* 13. *vers. ego verò dicebam.*

Quòad primum adde, quòd & si maxima sit DD. controuersia super dicta quæstione, de qua plenè *Fusar. de subst. quæst.* 403. *& in cons.* 66. ac latè *Marta de success. legal. part.* 4. *quæst.* 6. *artic.* 3. *Peregrin. de fideicommiss. artic.* 22. *Ann. alleg.* 138. &
1 innumeri ab eis relati, tamen omnes communiter concludunt, talem qualitatē non esse repetitam (maximè, inquit *Anna*, quando esset dictū de masculis extraneis, scilicèt quando extraneus vocasset filios extranei) nisi concurreret eadē ratio, quo casu dicta qualitas repetita censeretur in alia parte testamenti, vt tradit idem *Anna in alleg.* 10. *num.* 26. & circa hoc vide notata per *me in decis.* 9.

Quòad verò secundum adde, quòd & si maxima quoquè sit DD. cōtrouersia, cùm aliqui eorum dicant, fœminas descendentes ex masculis præferri, *Thesaur. iun. lib.* 3. *qq. forens. quæst.* 109. *per tot.* alij verò, quòd tam exclusæ propter masculos, quàm descendentes ex eis simul admittantur. Multi deniquè, quòd primæ exclusæ tantùm veniant, prout latè omnes hinc indè opiniones refert *Fusar. de subst. quæst.* 484.

Tamen verior, & cōmunior opinio est,
2 quòd illæ dicantur tantùm vocatæ, quæ propter masculos fuerunt exclusæ, nam quando fit transitus de vna ad aliam lineam, semper proximitas testatoris, & nō grauati attenditur, vt in specie relata contraria opinione sic concludit *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 39. vbi hanc esse magis communem, & veriorem post innumeros ostendit, sic etiam *Decian. cons.* 21. *lib.* 3. *Peregrin. de fideicom. artic.* 20. *num.* 9 & sic decisum refert in *decis. Patau.* 132. vbi etiam de communi, & veriori testatur, & ità determinasse Senatū in quadam facti specie testatur *Fontanell. de pact. nupt. clausul.* 4. *glos.* 25. *nu.* 19. *Rot.* apud *Farin. decis.* 627. *nu.* 5. *& decis.* 693.
3 *num.* 3. *part.* 2. nam per fideicommissum succeditur testatori, & non hæredi, *l. cohæredi, §. cùm filia, ff. de vulg. & pupill.*

Et si quæstio hæc, an proximitas graua-
4 ti, vel grauantis in fideicommissis attendi debeat, maximam inducat inter DD. controuersiam, cùm pro proximitate grauati scripserunt octuaginta DD. vsquè in præsentem diem, pro proximitate grauantis scripserunt multò plus in numero, quos omnes hinc indè colligunt *Castill. quotid. controu. tom.* 3. *cap.* 19. *ex num.* 136. *vsque ad num.* 140. *Germ. Andr Knlken de vestit. paction. part.* 3 *cap.* 1. *in princ. Fusar. de substit. quæst.* 484. *& cons.* 12. ac *D. Reg. Capyc. Galeota lib.* 1. *controuers. cap.* 11. *nu.* 1. *vsque ad nu.* 16. *Farinac. decis.* 460 *&* 510. *part.* 2. *tom.* 1. *Thesaur. decis.* 64. vbi pro hac opinione grauati 38. DD. colligit, pro cōtraria verò 32. *Mart. de success. leg. part.* 4. *quæst.* 10. *art.* 1. *à nu.* 15. *cū seq. & quæst.* 31. *artic.* 4. *num.* 3. *cum seq. & quæst.* 21. *art.* 1. *à nu.* 23. *cum pluribus seqq.* qui licèt dicant, opinionem pro proximitate grauati esse communiorē, & veriorem, ac semper pro ea fuisse iudicatum in Rota Romana, Senatu Pedemontano, Rot. Auenion. Rot. Lucens. ac in supremo Senatu Lusitano, & in omnibus Tribunalibus recepta, etiam in feudorum successione, quicquid super intellectu *cap.* 1. *de natur. success. feud.* scripsit *Surd. cons.* 120. *nu.* 15. *& seq.* & in successione Regnorum, statuum, & similium, aliàs sæpissimè successiones turbarentur. Tamen opinio contraria, scilicèt quòd attendatur proximitas grauātis similiter verior, & communior, ac pro ea pluriès fuisse iudicatum, imò melioribus enixam fundamentis dicit *D. Reg. Capyc. Galeot. d. controuers.*

trouers. 11. *num.* 5. in tantum quòd vtraq; est communis, & pro vtraque fuit iudicatum, & *Gratian. tom.* 3. *discept. forens. cap.* 492. *num.* 19. relata opinione contraria inquit, nō esse discedendum ab hac opinione, quæ non solū est verior, sed hodiè magis recepta, vti attestantur omnes recentiores, qui scripserunt vsque ad præsentem diem, & secundùm eam vti veriorem, & magis communē relata vtraque opinione sequutus fuit Senatus ad beneficium proximioris grauantis, testatur *Thisaur. in decis.* 54. *sub nu.* 5. *vers. quibus stantibus*, subdens *in fine* sic iterum in alia causa similitèr eundē Senatum determinasse, vndè ob id *Cauall. commun. contra commun. tom.* 1. *cap.* 398. dixit, eam egere Cæsarea decisione, & *Peregrin. in tract. de fideicom. artic.* 20. *num.* 3. ait, varia in hoc articulo fuisse in practica recepta iudicia, & latas sententias in diuersis Tribunalibus, quam gladio dirimendam existimat *Pelaez de maior.* 2. *part. quæst.* 8.

Et quāmuis DD. pro concilianda controuersia prædicta dicant, ponderandas esse formulas substitutionum, ex quibus possunt rationes pro vtraque parte resultare, vndè plura consideranda dixerunt, de quibus latissimè prædicti DD. & præcipuè *Fusar.* qui vigintitres considerationes colligit.

Tamen quando tàm is, qui est proximior grauantis, quàm is, qui est proximior grauati, omnes essent de descendentibus testatoris, tunc omnes DD. absque vlla controuersia firmarunt, preferendum esse proximiorē grauati vltimi defuncti, quia nō fit transitus de linea ad lineam, & sicut testator prætulit grauatum, ità & eius descendentes præferre voluisse censetur, in quam quoquè opinionem deuenit idem *D. Reg. Capyc. Galeot. vbi sup. num.* 6. *in fin. Grat. tom.* 3. *discept. for. cap.* 491. *nu.* 26. asserentes, omnem controuersiam vertere inter eos, qui à testatore non descendunt.

5 Nec est omittenda in hac materia *decis. Rot. Roman.* 71. *par.* 1. *in nouiss.* vbi si fideicommissum esset factum pro cōseruatione dignitatis, quòd tunc si plures concurrerent omnes de agnatione, & testatoris proximior esset diues, proximior verò grauati pauper, quòd grauati, & non grauantis proximitas attendi debeat.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes mariti non lucrantur fructus dotis, nisi pro rata alimentorum mulieri præstitorum.*
Amplia, etiam in anno luctus, num. 5.
Limita, si plus sit impensum, quàm sit in fructibus, vbi decisio S.C. num. 6.
Item, si alimenta vxori essent legata, tūm nō censeatur animo compensandi, nu. 7.
Etiam stante Consuetud. Neap. num. 8. *vbi decisio S.C.*
Item, si mulier esset pregnans, num. 11.
2 *Maritus putatiuus illos fructus dotis facit, quos re vera in onera matrimonij impendit.*
3 *Maritus censetur emisse dotem, & pro pretio obtulisse onera matrimonij.*
4 *Fructus dotis deductis sumptibus factis pro oneribus matrimonij patri plœno iure acquiruntur, si ipse onera matrimonij sustinuit.*
9 *Interesse dotis non restitutæ soluto matrimonio, attenta nostra Consuetud. Neap. nùm dicatur debitum necessarium, vel voluntarium.*
10 *Vxor relicta vsufructuaria, dotē, et vsumfructum petere potest, vbi decisio.*
12 *Fructus percepti per hæredes viri, præsente, & non contradicente vxore, an debeant restitui.*
13 *Vsura dotis nō restituta an debeantur mulieri, si hæredes mariti interpellati non fuerint.*

DECIS. CCXI.

IN hac decisione post longam discussionem, de qua etiam *Barbos. in l. diuortio, ff. solut. matrim.* & infrascripti DD. concludit *Author*, hæredes ma-
1 riti fructus suos non fecisse, sed ad illorum restitutionem mulieri teneri, retento tamen illo, quod verè pro alimentis ipsius mulieris expendissent, per doctrinam *Bal. in l. diuortio, in princ. num.* 4. *ff. solut. matr.* quod expresè confirmant post dictam discussionem, quam ponit hic *Surd. Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 12. *tit.* 31. *num.* 10. *& per tot. Costa de port. rata, quæst.* 177. *num.* 3. *& per tot. & quæst.* 95. idem *Surd. de aliment. quæst.* 44. *tit.* 1. *numer.* 65. *Decian. cons.* 79. *num.* 113. *lib.* 2. *& Pontanell. de pact. nupt. clauf.* 6. *glos.* 2. *part.* 1. *num.* 34. qui subdit, ità in quadam causa se respondisse, ità etiam *Gratian. in tom.* 2. *disceptat. cap.* 244. *num.* 31. *&* 32. quia vsque ad eorum quantitatem debet fieri compensa-

tio,

tio, *l. insulam, §. penult. ff. solut. matrim. l. vltim. ff. de petit. hared. Angel. cons.* 41. incipiente *super primo, num.* 1. *vers. sed quid in vidua*, prout est in marito putatiuo, qui
2 illos fructus facit, quos re vera impendit in oneta matrimonij, vt latè *Barbos in l. si cum dotem, § fin. num.* 18. *ff. solut. matrim. Gomes. ad l.* 50. *Tauri, num.* 56. *vers. quarto, Mantic.* in citato *lib.* 12. *tit.* 30. *num.* 14. *& seq.* per *d. l. insulam, & num.* 16. quem etiã sequitur *Gratian in d. cap. num.* 30.

Quod secus est in marito vero, in quo cõsistunt omnia tria requisita, scilicèt matrimonium, onera, & traditio dotis, ad tradita per *Paul. de Castr. in l. de diuisione, num.* 13. *ff. solut. matrim.* vndè ex hoc dicebat *Caualc. in decis.* 22. *num.* 7. *&* 27 *par.* 4.
3 non mirum hoc, cùm emisse dotem maritus censeatur, quãdo illam recipit ab vxore, pro cuius pretio dedisset, seu obtulisset onera matrimonij, quæ in se suscepit.

Sic quoquè si pater sustineat onera matrimonij, cum fructus ei pleno iure acqui-
4 rantur, etiam ij, qui deductis oneribus matrimonij superessent, nec spectarent ad filium, qui vxorẽ duxerat, ex quo post mortem patris onera matrimonij sustineret, ad *text. in l. si is, qui Stichum, §. post mortẽ, ff. de iur. dot.* cui respondendo *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 12. *tit.* 30. *nu.* 17. inquit, *text.* illũ procedere in fructibus post mortem patris, non autèm anteà, & sic patre superstite, nam hi sunt inter hæredes diuidendi, quod pro singulari notauit *Gratian* sequutus *Mantic. in d. cap.* 244 *nu.* 27.
5 Et hoc procedit etiã in alimentis præstitis in anno luctus, in quo hæredes mariti non faciunt fructus suos, nisi pro rata alimentorũ, vt notat *Author in d. quæst.* 44. *num.* 65. *& Costa* in citata *quæst.* & post alios *Fontanell.* in citata *part.* 1. *num.* 35. sic etiã *Marescott. lib.* 2. *var. resol. cap.* 83. *num.* 42.

Secus autem, si intra dictum annum luctus plus sit impensum, quàm sit in fructi-
6 bus, cùm hoc non repetatur, hoc enim priuilegium habent hæc alimenta, & hoc priuilegiũ in eis habent viduæ, vt docet *Surd. in d. quæst.* 44. & post eum *Fontanell in d. num.* 35. quod etiam notauit *Thesaur. filius in addit. ad suum Genitorem in dec.* 43. *in* 1. *addit. circ. med.* idem *Marescott. d. cap.* 83. *nu.* 50. & hoc quoquè videtur affirmare *Vinc. de Franch. in decis.* 489. *num.* 22. *& mult. seqq.* vbi ait, quòd si ex fructibus dotis mulier non possit ali post mortem eius viri, infrà tempus restitutionis eius dotiũ, quòd non teneatur vendere proprium, sed ad ea alimenta hæredes viri teneri, subdès sic sinè scrupulo iudicasse S.C. mulieri deberi alimenta nõ habẽti vndè se alere, nec esse faciendam deductionem de suis dotibus, aliter conditio dotis efficeretur deterior ex eius diminutione, quod de iure est prohibitum, *l. de dot. & l. Attilicinus, ff. de pact. dotal.* contra ea, quæ dicuntur, quòd electio sit hæredis, vel dotem integrã mulieri dare, vel alimenta, quod repugnat idẽ *Vinc. de Franch. in d. decis. num.* 23. quando mulier ex fructibus ipsius non posset se alere.

Verùm limita, primam conclusionem
7 non procedere, quando alimenta vxori essent legata, tunc enim fructus dotis hæredes suos non faciunt, vt singularitèr notant *Bart. in d. l. diuortio, nu.* 3. *ff. solut. matrim. Grat.* in citato *cap. num.* 32. *& Mantic. in d. tit.* 31. *num.* 11. sic quoquè notat *Dec. in cons.* 46. *col.* 2. dicens, quòd in dubio legatum factum à viro vxori nõ videatur factum animo compensandi, quam opinionem amplexus fuit etiam *Socin. in consil.* 10 *nu.* 24. vbi pro hoc allegat *text.* not. *in l. fin. §. sciendũ, C. de rei vxor. act.* prout sic decisum fuisse in S. C. refert *Vrsill. ad Afflict. in decis.* 44 *nu.* 9. in causa Andrianæ Gaczæ cum illis de Paula de Isernia in anno 1566. Ioan. Port. Actuar. dùm fuerunt condemnati ad alimẽta, & ad dotes, & ad interesse ipsarum, non facta solutione in tempore.
8 Et hoc etiam attenta nostra *Consuet. Neapol.* incip. *Hæredesq; mariti, fol. mihi* 241. in qua disponitur, quòd tàm hæredes extranei, quàm communes liberi pro tempore, quo differunt dotem restituere, soluere habeant pro alimentis dictæ vxoris tarenum vnũ pro qualibet vncia auri data in dotem, & licèt *Ant. de Alex. in addit. ad d. Consuetud.* dicat, fuisse decisum per S.C. legatum illud alimenrorum censeri factũ animo compensandi, & confundi cum debito, nihilominùs contrarium, & pro prima opinione fuit decisum in Sacro Consilio, attenta dicta nostra *Consuetudine*, vt refert *Iacob. Anell. de Bott. in addit. ad d. Consuet.* post dicta per dictum *Ant. de Alex. fol.* 242. in causa Antoniæ de lo Sapio cum hæredibus Thomæ Vespuli.

Ea ratione, quia hoc interesse dicitur debitum voluntarium, tanquã dependens, & originem habens à voluntario contractu, quia maritus non cogebatur dotem recipere, licèt postquam illam recepit, cogatur

gatur soluto matrimonio illam restituere,
9 & quamuis vigore *Consuetudinis* certum interesse taxatum sit elapsis sex mensibus, infra quos hæredes viri teneatur dotem restituere, attamen cùm hoc iuris vinculũ originem sumat ex contractu voluntario præcedente, non facit, quominus desinat esse voluntarium, vt respondet *Crauett. in cons. pro genero, num.* 386. sic etiam *Paris. cons.* 69. *nu.* 26. *cum seq. lib.* 2. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 10. *tit.* 2. *num.* 15. *Peregrin. de fideicommiss. artic.* 33. *num.* 41. & post eos doctissimus *D. Reg. Galiot. lib.* 1. *controuers. cap.* 29. *num.* 8. & si hæc opinio apud me nõ transeat absque difficultate, cùm si hoc esset debitum voluntarium, sequeretur, quòd circumscripta *Consuetudine* soluto matrimonio, illud ipso iure deberetur, quod non est verum ex *text. in cap. salubriter, & ibi DD. & cap. super eo, de vsur.* nisi post iudicialem interpellationem, alioquin esset vsura, vt latè dixi in *addit. ad decis.* 240. vndè in facti contingẽtia cogita, quia frequenter accidit casus.

Et ad propositũ huius conclusionis facit pulchra *decisio Grat. Rot. March.* 47. qui
10 post longam discussionem inquit, fuisse decisum, vxorem relictam vsufructuariam posse petere dotem, & vsumfructum, & sic tale legatum non censeri cum ea compensatum.

Limita etiam primam conclusionem,
11 quando mulier esset prægnans, quia tunc etiam ex bonis mariti deberent hæredes alimenta ventri exhibere, *l.* 1. *§. quoties, & seq. & l. curator, de ventr. in possess. mittend.* sic etiam *Mantic. & Grat. in locis* citatis.
12 Sed intellige supradicta, quãdo fructus non essent percepti præsente, & consentiente, ac non contradicente vxore, vt notat *Surd. hic in fin. & Fontanell.* in citato *n.* 35. 36. *& seq. & Grat.* in citato *cap. n.* 21. *& seq.* sed hoc intellige nõ simpliciter, sed cũ declarationibus, de quibus plenè *Barbos. in l. si antè, num.* 8. *ff solut. matrim.* & faciunt notata per *Surd. in decis.* 192. vbi quando hæredes sunt sanguine coniuncti, veluti si essent filij, nam tunc præsumeretur donatio.
13 An autem hærdes viri teneãtur ad fructus dotis, in tempore non restitutæ ob interpellationem non factam, dicam inferiùs.



SVMMARIVM.

1 *Fideiussor simpliciter pro sorte obligatus, intelligitur pro vsuris, & alijs accessionibus.*
Intellige, num. 2.
3 *Fideiussor acceptus in causa principali, non tenetur in causa appellationis.*
Sed contrarium cum declarationibus, nu. 4. 5. 6. 9. *&* 10.
7 *Appellatio iudicatum suspendit.*
8 *Appellatione pendente damnatus ad mortẽ admittitur ad testandum.*
11 *Fideiussor de soluendo quicquid fuerit iudicatum per Sacrum Consilium, non tenetur causa remissa ad Regiam Camerã Summariæ.*

DECIS. CCXII.

PRO opinione nostri *Authoris hic* facit *glos.* singularis in *l. quaero, post princ. versic.* 10. *verò dicit, ff. lo-*
1 *cati*, vbi fideiussor acceptus simpliciter pro sorte, intelligatur etiam pro vsuris, & interesse, quæ *glos.* communiter est recepta, secundùm *Neguz. de pignorib.* 4. *membr.* 2. *part. num.* 56. & hanc esse communem dicunt *DD. in l. centum Capua, ff. de eo, quod cert. loc.* cùm fideiussor sic simpliciter obligatus, intelligatur fideiussisse quòad omnia, quæ veniut ex natura illius actionis, & contractus, ad *text.* singularem *in l. si postea, ff. rem pupill. salu. for.* sic quoquè in specie *Alex. cons.* 39. *num.* 5. *vol.* 2. de communi *Bero. cons.* 193. *nu.* 45. *vol.* 1. de communi quoque idem *Surd. de alim. priuil.* 50. *tit.* 8. *num.* 21 *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 16. *tit* 14. *num.* 23. & hanc esse veriorem inquit *Scacc. de camb. part.* 2. *§.* 1. *quæst.* 7. *ampl.* 8. *num.* 287. *Rot. Roman. decis.* 195. *part.* 1. *in nouiss.* imò ad rotale interesse damni emergentis, & lucri cessantis, si creditor sit solitus negotiari, vt ipsi aiunt.

Quamuis hoc procedat in actionibus
2 bonæ fidei, & non stricti iuris, vt tradit *Bart. in d. l. centum Capua*, & est communis *DD.* distinctio, vt per *Mantic. Scacc.* & alios, ac *Valent. Franc. tract. de fideiussor. cap.* 5. *nu.* 9. *& seq. Rosental. de feud. cap.* 9. *membr.* 1. *concl.* 19. *nu.* 4. *Gadd. de contrab. stipul. cap.* 11. *concl.* 10. *num.* 128. *cum seq.* nisi in omnem causam quis fideiussisset, cùm eo casu ad omnia teneretur tàm in bonæ fidei actionibus, quàm stricti iuris, & ità procedunt contraria.

Ff 2 Circa

Circa verò illud aliud, quod dicit *Au-*
thor hic in princ. quòd fideiussor nõ tenea-
tur, quando res, causa, vel actio variatur,
adde, quòd ex hoc infertur, quòd fideiussor
de iudicatum soluendo non teneatur in
causa appellationis, cùm instantia appel-
lationis à prima instantia differat, nõ qui-
dèm diuersitate materiæ antiquæ, sed di-
uersitate iudicij, ratione iniquitatis sentẽ-
tiæ, vt pulchrè *Minsyng. respons. 85. num. 8.*
aliud est enim iudicium appellationis, &
aliud causæ principalis, vtrobique alij sunt
Iudices, & aliam pronunciando seruatur
3 ratio, prout sic in specie, quòd non tenea-
tur in causa appellationis, facit *text. in l.*
cùm apud, vbi *Bart. & l. cùm quærebatur,*
§. fin. ff. iudic. solu. & ità tradiderũt *Rauen.*
sing. 376. Carpan. ad Statut. Mediol. cap. 44
num. 63. & cap. 15. num. 24. hanc esse ma-
gis communem inquit *Caball. resol. crim.*
casu 109. num. 6. Mantic. de tacit. & ambig.
lib. 16. tit. 14. num. 6. Surd. consf. 271. nu. 54.
lib. 2. Front. Marc. decis. 357. & hanc quoq;
opinionem plenè sequutus fuit *Herring.*
de fideiuss. cap. 20. §. 20.

Sed pro resolutione huius quæstionis,
omissa illius disputatione, de qua plenè
Thesaur. in decis. 202. videtur distinguen-
4 dum, scilicet aut fideiussor fideiusserit sol-
uere iudicatũ per talem Iudicem, expresso
nomine proprio Iudicis, vel quãdo à par-
tibus esset electa Iudicis persona, & illi se
voluerint adstringere, vt purà in Iudice
delegato, & tunc procederet supradicta
opinio, & *text. d. l. cùm apud*, prout sic eum
declarant, & intelligunt *Martin. Sylim. &*
Bart. in l. 2. C. de procurat. & cum hac in-
terpretatione etiam *Specul. tit. de satisdat.*
§ ex quando, nu. 6. lit. E. in fin sic quoquè
Thesaur. decis. 202. nu. 15. Vinc. de Franch.
decis. 320. num. 3. & 4. Peguer. decis. 169.
num. 3. vers. non obstat text. prout in Curia
Auenioni iudicatum fuisse refert *Paul. de*
Castr. in d. l. cùm apud, & sic practicari ait
Modern. Paris. in tract. de diuid. & indiuid.
part. 2. quæst. 6. & in addit. ad Alex. in cons.
209. vol. 7. Gaball. milleloq. 270. part. 1. post
med. vers. veritas, Muta super Consuetud.
Panorm. cap. 22. num. 39. Intrigl. sing. 217.
Gaspar Baet. de inop. debit. cap. 3. num. 7. ad
med. vers. sed certè.

Si verò non essemus in Iudice delegato,
nec fuerit nomen propriũ Iudicis expres-
sum, sed in Iudice ordinario, & quis pro-
5 miserit iudicatum soluere, & tunc licèt in
prima instantia reus fuerit absolutus, & in
causa appellationis condemnatus, fideius-
sor teneretur, vt sic sępè in Regia Audien-
tia iudicatum refert *Peguer. in d. decis. 169.*
Bellem. in decis. 353. Gasp. Baet. in tract. de
inop. debit. d. cap. 3. num. 7. Thesaur. in d. de-
cis. Rot. Roman. apud *Cæsar. de Graß in de-*
cis. 142. & singularitèr *Vinc. de Franch. in*
allegata *decis. 320.* vbi ait, sic post maxi-
mam discussionẽ per S. C. iunctis duabus
aulis fuisse determinatum, ꝙ fideiussor de
soluendo quidquid fuerit per Magn. Cur.
iudicatum, teneatur etiam si Magn. Cur.
absoluisset, & Sacr. Cons. per viam appel-
lationis condemnasset, vt in simili consu-
luisse ait *Canc. in lib. 2. variar. resol. cap. 5.*
tit. de fideiussor. num. 91. & seq. & in lib. 3.
cap. 12. de offic. Iud. tabul. n. 109. vbi refert,
sic per Regiam Audientiam fuisse iudica-
tum, & pro hoc benè faciunt allegata per
Vrsill. ad Afflict. in decis. 182. nu. 4. vbi ait,
6 quod quando quis fideiusserit, non expres-
so nomine Iudicis, sed sub nomine digni-
tatis, tunc non solùm tenetur ad ea, quæ in
prima instantia declarantur, sed etiam ad
ea, quæ in secunda, cùm per appellationẽ
non mutetur iudicium, nec lis dicatur fini-
ta, imò in Curia appellationis eadẽ actio-
ne, & inter easdem personas continuatur,
vt latè supra citati DD. nec in hoc dicetur
Iudex mutatus, vt per *Thesaur.* in allegata
decis. 202. num. 11. in fin. & 15. qui ait,
quòd quando Iudex est mutatus, non ex
partium conuentione, sed ex legis proui-
sione, vt in Iudice appellationis, tunc fide-
iussio durat etiam in causa appellationis,
cùm sit indiuidua, ex quo Iudex appella-
tionis subrogatur in locum Iudicis ordi-
narij, dùm cognoscit tantùm, si benè, vel
7 malè sit iudicatum, & sic per appellationẽ
quis nõ potest dici nec absolutus, nec con-
demnatus, cùm ipsa iudicatum suspendat,
vt latè *Lancellott. de attent. part. 2. cap. 12.*
in præfat. num. 114. Valasc. in consult. 1.
num. 9. vers. nec adeò fortis, Gutierr. lib. 1.
pract. quæst. quæst. 39 num. 6 Gomes. ad l. 4.
Tauri, num 6. & lib. 3. variar. resol. tit. de
homicid. nu. 69. Muscat. in praxi de appell.
glos. 1. sentent. 37. Afflict. decis. 188. Vinc. de
Franch. in decis. 370. num. 14. Osasch. dec. 5.
num. 1. & decis. 131. nu 9. Surd. decis. 335.
num. 3. latissimè *Petr. à Siria in lib. pract.*
qq. forens. quæst. 32. qui ex professo exami-
nat quæstionem istam, vbi in *num. 5.* vide-
tur tenere, quòd nedùm inspecto præsenti
statu extinguitur pronunciatum, sed etiã
inspecto futuro, quamuis enim confirme-
tur, tamen non reassumit vires sententiæ,
sed actio oritur ex confirmante, & ad hoc
faciunt

faciunt notata per *Vesill. ad Afflict. in decis.* 196. qui veniẽdo ad indiuiduum huius
8 quæstionis inquit, quòd adeò verum est, quòd appellatio suspendat iudicatum, vt si quis fuerit condemnatus in crimine capitali, & à sententia appellauerit, valet facere testamentum ea pendente, in tantùm quòd si ea pendente decedat, testamentũ remaneret firmum, per *tex. in l. qui à latronibus, §. qui capitali, ff. de testam.*

At secus esset, quando Iudex variaretur,
9 quia tunc fideiussor non teneretur, vt tradit idem *Vinc. de Franch. in eius addit. ad d. decis.* 320. dicens, decisionem istam non procedere, quando fideiussio esset præstita coràm vno Iudice, & deindè variato Iudice obtineret actor coràm Iudice illo variato, prout quoquè *Marsil. de fideiussor. quæst.* 7. scilicet aliter quàm per viam appellationis, *Io. Andr. ad Spec. tit. de satisd. §. expedito, in addit.* incip. *Dominus meus.*
10 Verùm hoc non procedit, quando iremus ad Tribunal supremum, quod cum qualitate potest à Iudicibus inferioribus causas auocare, & sic quando causa esset deuoluta ad Iudicem alicuius Tribunalis, ad quod erat subordinatum illud Tribunal, à quo fuit appellatum, quia tunc benè fideiussio non obstante dicta variatione duraret, prout sic indicatũ refert *Vinc. de Franch. in decis.* 344. & est casus dictæ *decis. Peguer.* 169. vbi quòd dùm quidam Paulus Xarquias pro certo mercantili debito fuisset conuentus coràm Consulibus à Gaspare Hysern. qui in initio litis sibi à dicto Xarquias iuxtà capitula Consulatus, & sui crediti priuilegium, iudicij securitatem dari petijt, quę cùm fuisset a dicto cõuento præstita, dando illi fideiussorem de iudicio sisti, & iudicatum soluendo, lite pendente indecisa coràm dictis Consulibus, prædictus cõuentus prætextu paupertatis auocauit dictam causam ad Regiam Audienriam, vbi per sententiã dictus conuentus fuit condemnatus, dubitabatur, si exequutio dictæ sententiæ poterat decerni nedùm contra dictum conuentum vti principalem, sed etiam contra eius fideiussorem coràm dictis Consulibus Iudice primitiuo dato. Tandem post longam discussionem ratione supradicta fuit per dictam Regiam Audientiam iudicatum cõtra dictum fideiussorem, de qua decisione etiam testatur *Gamer. in d. lib.* 3. *variar. resolut. cap.* 12. *tit. de offic. Iudic. tabul. n.* 111. vbi ait, quòd tunc procedunt supradicta iura allegata per dictum *Io. Andr. ad Spec.* *cul. vbi supra*, quando Iudex, qui variatur, non subrogatur in locum primi, prout in
11 *l.* 4. *ff. iudic. solu.* & si *Vinc. de Franch. in decis.* 601. aliter sentiat, scilicet fideiussionem datam de soluendo quicquid fuerit iudicatum per Sacrum Consilium in causa vertente in eodem Sacro Consilio, esse expiratam causa remissa ad Regiam Cameram Summariæ.

SVMMARIVM.

1 *Socius obligatur ex contractu alterius socij, etiam in actione reali.*
Sed intellige, num. 2.
3 *Notarius nùn possit addere in instrumento hypothecam, quam ex errore, vel simplicitate omisit, vbi de consuetudine, vel de stilo illa apponi solet.*

DECIS. CCXIII.

Ocium obligari ex cõtractu alterius socij etiam in actione reali, conclu-
1 dit *Author hic*, ad quem adde *Gaspar. Thesaur. lib.* 4. *qq. forens. q.* 30. qui ait, sic fuisse per Senatum decisũ, quotiescunque in cõtractu societatis socij sub obligatione promisissent habere ratum, & gratum id, quod ab alijs, seu institutore esset factum occasione societatis, & hoc nõ solùm in quantum est in societate, sed etiã super alijs bonis proprijs, etiã per tertios possessores possessis per hypothecariam conueniri posse, licet in subsidium, si dicta bona in societate non sufficerent, & sic facta priùs discussione, vt decisũ ipse refert, relatis opinionibus *Ancharan. & Ossasch.* quamuis socius, qui contraxerat nihil habuisset pręter industriam, & tenerentur socij in solidum, & non pro rata, etiam si in ipso societatis instrumento fuisset dictũ, quòd omnes tenerentur pro suã virili, cùm illa verba pariant effectum inter eos, & nõ quòad alios contrahentes cum eis, vt sic fuisse decisum inquit *ipse in addit. ad suum Genitorem in decis.* 136. *in* 1. *addit.*
2 Sed hoc intellige, quando socius contraxisset nomine societatis super re pertinente ad societatem, aliàs secus, vt plenè ostendit *Thesaur. pater in decis.* 136. & sequitur *Costa de port. rata, quæst.* 99. *& de remed. subsid. remed.* 77. *nu.* 7. *Rot. Ianuens. decis.* 14. *Mart. cons.* 129. *num.* 17. cùm ad hoc vt socij obligentur ex contractu alterius socij duo requirantur, videlicèt mandatum saltèm tacitũ, & quòd alter socius

nomine societatis super re pertinente ad societatem contrahat, vt decisum testatur *Gratian.in decis. Marchiæ* 178.*& ibi etiam in addit.*

Et de hac materia vide quæ dixi in *dec.*49. & circa illud aliud, quod notat *Author hic*, nū

3 Notarius possit addere hypothecam in instrumento, si per errorem, vel simplicitatē eam omiserit, quando de consuetudine, vel de stilo illa apponi solet, adde *Farinac. de falsitate, quæst.*157.*nu.*52.*Capyc.decis.*159. *nu.*39. vide etiam notata per *me in addit. ad decis.*135.*& Gratian.tom.*3.*discept.for. cap.*548. *num.*36. *cum seq.* & circa clausulam cōstituti, & præcarij latè *D.Consiliar. Merlin.lib.*1.*controuers.cap.*35.

SVMMARIVM.

1 *Donatio propter nuptias debetur ipso iure vxori, licèt non fuerit constituta, vel promissa.*

2 *Antefatum debetur vxori non tàm propter dotem, quàm propter deflorationem, & in virginitatis præmium.*

*Sed contrarium, num.*3.

4 Authent.dos data, C.de donat. antè nupt. *declaratur.*

5 *Bona fideicommissa subiecta alienari non possunt pro donatione propter nuptias, vbi illa à principio per pactum non fuerit promissa.*

6 *Donatio propter nuptias cōstituta constante matrimonio dicitur simplex donatio, & num.*7.

7 *Maritus non tenetur ad donationem propter nuptias, vbi non fuerit per pactum promissa.*

8 *Donatio propter nuptias constituta in vltima voluntate si non fuerit promissa constitui tempore initi matrimonij, substinetur in vim legati.*

9 *Confessio dotis receptæ facta per virum tempore, quo erat grauatus magno ære alieno, dicitur in fraudem, & non substinetur in præiudicium creditorum etiam futurorum.*

DECIS. CCXIV.

AD hanc decisionem, an donatio propter nuptias constante matrimonio facta præiudicet creditoribus mariti.

Adde, quòd tota vis huius quæstionis mihi videtur dependere ab illa controuer-

1 sia DD. si, vel nè donatio propter nuptias sit ipso iure debita vxori, ità vt si non fuerit constituta viro tempore initi matrimonij, cogi possit ad eam constituendam.

Et licèt pro affirmatiua videatur facere *text.in authent.dot.data, C.de.donat.ante nupt.* ex illis verbis, *dos data donationem propter nuptias meretur*, per quæ sic intelligunt *Mart. Azo, Cin. & Salicet. in l vltim.in fin.C.si maior fact.alien. sine decret. rat hab.* quòd illa donatio ex necessitate cōstituenda sit, & sic mulier possit conditione ex illa lege compellere maritū ad constituendam dictam donationem propter nuptias, prout quoquè multos alios pro hac opinione colligit *Mar. Anguissol. in consi.* 25.*&* 152. *& Faber in suo Codice, lib.*5.*tit.*7.*definit.*1.*in fin.* dicit, antefatum

2 deberi integrum totius dotis, licèt nō promissum, non tàm propter dotem, quàm propter deflorationem, & in virginitatis præmium.

3 Tamen contrarium verius est, scilicèt donationem propter nuptias ipso iure nō deberi, nisi constituta fuerit pacto speciali, *glos.* aperta est in *d Authent.dos data, verb. meretur, in fin. vers.sed cùm meretur vxor,* vbi *Odofred.Bald.& Ang.* qui etiam *in § aliud, in Auth. de qualit dot.* communem dicit, *Afflict.in decis.*242.*nu.*1.*Grammat.in decis.*97.*num.*3. *Clar.in §.donatio, quæst.*11. *vers.sed quæro, Ruin.consil.*110. *num.*2.*lib.*5. *Federic.Scot.in consi.*39.*lib.*3. *tom.*2. *Riminald. Instit.de donat. in princ. num.*254.*& consi.*29.*num.*11 *lib.*1.*& consi.* 496.*lib.*5.*Bursat.in consi.*178 *num.*8.*lib.*2. hanc quoquè magis communem, ac crebriorem esse ait post *Gabr. in consil.* 160. *num.*10.*& seq.lib.*2. *Molfes.ad Consuetud. Neap.de iure quarta par.*7.*quæst.*5. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.*20. *tit.*3. *num.*1. *&* 2. prout sic etiam post *Molin. de ritu nupt.lib.*3.*quæst.*1.*num.*237. tenet *Fontanell. de pact.nuptial. clausu.*7 *glos.*1.*part.*1. *num.*16. vbi sic semper eum vidisse practicari, quòd sponsalitium, seu Criex, quod idem est, ac donatio propter nuptias, cùm ita ibi appelletur, non debetur, nisi fuerit inter coniuges contrahentes actū, & conuentum, subdens, sic Senatum quoquè declarasse die 30. Iunij 1588.

Et hoc non obstante *Salic.* & aliorum opinione, vt suprà circa intelligentiam dictæ *Authent. dos data*, dicentium, mulierē condictione ex lege illa posse maritum compellere, vt propter nuptias donationē constituat, quam falsam esse ait *Menoch. de re-*

de recuper possess. remed. 5. *nu.* 166. *& mult. tis seqq.* vbi singularissimè quæstionem istam examinat, & rationem supradictorū
4 assignat: nam verè non imponitur viro necessitas constituendi vxori donationem propter nuptias, cum hoc totum in viri arbitrio esse voluerit *Iustinian. in l. vlt. C. de donat. ante nupt.* cuius legis constitutio per *d. Authent. dos data* nō corrigitur, vt malè opinantur cōtrarij, inquit *Menoch* qui hoc satis doctè probat, nec verbum illud in *text.* positum, scilicet, *meretur*, importat necessitatem, cùm significatio illius verbi idem sit, quod beneficium conferri.

Et hoc probatur, nam si necessariò maritus teneretur ad prædictam donationē, sequeretur, quòd semper quando maritus faceret similē donationem pro illius constitutione, bona fideicommisso subiecta alienari possent, per *text. vbi DD. in auth. res, qua, C. commun. de legat.* quod absurdū
5 est, cùm si talis donatio expressè non fuerit per pactum constituta, non possint pro ea bona fideicommissi alienari, vt singulariter explicat *glos. in authent. de restit. & ea, quæ par. in vndec. mens.* vbi licèt *text.* dicat, quòd pro dote, & donatione propter nuptias possint bona alienari, ibi in *text. siù propter nuptias, quam viri mors ei dabat*, tamen *ibi glos. in vers. dabat* subdit, *dabat scilicet pactum in causa mortis viri factum*, prout sic quoq; tradit *D. Reg. Rouit in cons* 55. *num.* 9. *lib.* 1.

Et quamuis, vt dixi, hoc esse in viri arbitrio, tamen hoc arbitrium restringitur ad tempus dotis constitutæ, cùm contemplatione ipsius detur, vt ex *text.* aperto in *l. cum multa, § sancimus, C. de donat. ante nupt.* ex eo, quòd tunc non dicitur simplex donatio, sed ob causam.

6 Secus autem quando ex interuallo; scilicet post dotis constitutionem constante matrimonio, quia cessat causa dictæ donationis, ob quod non potest dici ob causam, sed simplex, prout hoc colligitur ex *tex.* post *authent. permissa, § simplices, vers. si igitur, C. de donat. ante nupt.* sic quoquè exprefsè determinat *text. in auth. æqualitas, C. de pact. conuent. in princ.* vbi hęc sunt verba illius, *æqualitas omninò seruanda est in dote, & in donatione nuptiali, non tantùm in lucris exindè peruenturis, sed etiā in præstatione, & constitutione vtriusque.*

Benè verum nō per hoc sequitur, quòd si non fuerit facta donatio, dos constitui non debeat, cùm dotes hodiè etiam fine donationibus propter nuptias constitui possint, vt ex aperta *glos. fin. d. auth. æqualitas*, prout generalē totius Italiæ consuetudinem esse testatur *Bal. in l. si constante, C. de donat. ante nupt.* ità etiam *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 10. *tit.* 4. *num.* 15.

Ex hac igitur conclusione clarè patet,
7 maritum nō teneri ad hanc donationem, si non fuerit per pactum constituta, vel saltim promissa constitui per legitimam stipulationem tempore inhiti matrimonij, vt tenet *Napodan. in Consuet. Neap. Quartam autem, in verb. constituta, num.* 16. prout sic in S. C. decisum refert *Ant. de Alex. in d. Consuetud. fol.* 252. *lit. C. in nouiss.* vbi etiam *Marin. Frec.* sic quoque *Addent. ad Capyt. in decis.* 61. *vers. & promissio constituendi antefatum*, quod etiā affirmat *Reg. de Ponte cons.* 10. *num.* 23. *lib.* 1. *& Alex. Trentacinq. lib.* 3. *tit. variar. resolut. tit. de matrim. resol.* 3. *num.* 2.

Qui licèt loquantur etiam in quarta, & antefato, nihilominùs idem est, ac donatio propter nuptias, cùm ità in hac nostra Ciuitate appelletur, vt ait idem *Anton. de Alex. in rubr. Consuet. de iure quarta, fol.* 247. *in fin.*

Vndè si dictum antefatum, vel donatio propter nuptias non fuerit constituta, vel promissa, & tandèm fuerit facta constante matrimonio post dotem constitutā dicitur simplex donatio inter virum, & vxorē, quæ prohibita est, vt *tot. tit. ff. & C. de donat. inter vir. & vxor.* prout in his puris terminis affirmat, ac tuetur idem *Molfes. in d. quæst.* 5. *num.* 10. dicens, quòd potest maritus constituere vxori antefatum, vel donationem propter nuptias, etiam in vltima voluntate, quo casu si promissum esset constitui tempore inhiti matrimonij, tunc incipit habere vires à tempore pro-
8 missionis, sed si non sit facta talis promissio tempore contracti matrimonij, valeret quidem constitutio antefati, seu donationis in vim legati, & sic haberet vires à die legati, quæ constitutio creditoribus non præiudicaret, vt docet idem *Napodan. in d. Consuetud. Quartam autem, verb. sed vbi habet liberos, num.* 68. *fol.* 261. *& Andr. & Afflict. in cap.* 1. *§. donare, qual. feud. olim alien. pot.*

Et hoc eo magis, si tempore constitutionis dictæ donationis maritus erat grauatus magno ære alieno, quia tunc clarè dicitur fraus, non solùm in præiudicium creditorum eo tempore existentium, sed
9 etiam futurorum, vt in fortioribus termi-

nis

nis in confessione facta à marito de dote recepta, etiam præcedente promissione, tempore, quo scilicèt cõfessionis erat grauatus magno ære alieno, quòd illa nequè præiudicat creditoribus, licèt per dictam promissionem essent posteriores, & hoc etiam nequè in præiudicium futurorum, vt de hac quæstione latissimè scripsi in decis. 55.

SVMMARIVM.

1 *Coniunctus non potest absquè mandato pro altero coniuncto debitorem in mora constituere, etiàm superueniente ratificatione, & num. 4.*

2 *Ratificatio facta per principalem conualidat acta facta per falsum procuratorem.*

3 *Ratificatio per vxorem facta exequutionis factæ per maritum cõtra eius debitorem, conualidat illam, licèt versaretur in bis, quorum maritus non esset procurator.*

5 *Mandatum speciale requiritur ad hoc vt quis in mora constituatur.*

6 *Actus nullus ratihabitione non validatur.*

7 *Denunciatio sola etiam cum mandato speciali non sufficit, ad hoc vt quis in mala fide constituatur, nisi ei ostendatur, vel trãsmittatur copia potestatis denunciantis, contrà* Mascard. & Cancet. *dicentes, denunciationem posse fieri à quocunque, etiam à negotiorum gestore, qui in hoc confutantur, & num. 8.*

9 *Mandatum speciale requiritur in bis, quæ requirunt animi declarationem.*

10 Thesaur. in decis. 7. declaratur.

DECIS. CCXV.

Ratificationẽ interpellationis factę per coniunctum absq; mandato contrà debitorem ratificantis ad eum constituendum

1 in mora non retrotrahi in præiudicium dicti debitoris concludit *Author hic.*

Sed in contrarium videntur facere no-

2 tata per *Thesaur. in decis. 7.* vbi ratificatio facta per principalem conualidat acta facta per falsũ procuratorẽ, qui sic fuisse de-

3 cisum inquit, prout dicimus de ratificatione vxoris exequutionis factæ per maritũ contrà eius debitorem, quòd validat illã, quæ aliàs nulla esset, vt tradit *Mastrill. in decis. 131. & Io. Franc. de Ponte consil. 31. num. 12. lib. 1.* quod tamen intellige circa bona extradotalia, quorum maritus non est procurator, vt probat idem *de Ponte*, quod etiam affirmat *Polydor. Ripa obseruat. 123.*

Verùm ego non recederem ab opinio-

4 ne nostri *Authoris*, cùm ratihabitio tunc locum obtineat, quando extrema, & media fictionis sunt habilia, ex traditis per *Bart. in l. si quis pro emptore, de vsucap. & Costa de retrotract. casu 4. in cap. 8.* & tũc dicitur, media, & extrema esse habilia, vbi quod ratificatur non peccaret in substantialibus, & essentialibus, & sic quando in eo ius non resisteret, & de tertij prӕiudicio hoc medio non ageretur, vt latè scripsi in

5 *decis. 70.* vndè dùm ad aliquem in mora constituendum speciale requiratur mandatum, vt tradit *Author hic*, addo *Rot. Ianuens. decis. 6. nu. 14. & Manent. decis. 61. num. 4.* hoc est pro forma illius actus, & sic de substantia ipsius interpellationis, qua forma non seruata actus omninò efficitur nullus, & cõsequentèr superuenien-

6 te ratihabitione ille non validatur, argumento *text. in l. quid ergo 13. in princ. ff. de his, qui not. infam.* vbi ratihabitio subsequens actum non confirmat, quando consensus requirebatur certo tempore, sic etiã in specie voluit *Bald. in l. exequutorem, num. 15. C. de exequut. rei iudic.* vbi per illum *text. d. l. quid ergo* subdit, cùm aliud sit mandare, & aliud ratificare, sic quoquè in indiuiduo post multos tradit *Author in decis. 159 num. 3. 4. & 16.* dicens, quòd vbi mandatum requiritur pro forma, tunc ratihabitio non sufficiat, quod eo magis est dicendum, vbi ageretur de præiudicio tertij, contra quem fictio cessat, vt tradiderũt *Bart. & Cost. in locis* citatis, ac *Osasc. in decis. 119. Thesaur. in d. decis. 7. num. 3. & Ego* plenè in *decis. 70.*

Et licèt contrarium videatur affirmare *Cancer. lib. 2. variar. resolut. cap. 14. tit. de procurat. num. 144. & Mascard. de probat.*

7 *conclus. 1003. num. 29.* dicentes, quòd ad hoc vt quis in mala fide constituatur, non requiritur speciale mandatum, sed vt sufficiat sola denũciatio, vel notificatio à quocunquè, etiam negotiorum gestore.

8 Tamen eorum dicta non obstant, loquuntur enim contrà communẽ DD. sententiam, & iura satis clara, dicentia, ad hoc vt quis constituatur in mora ob aliquam denunciationem, necesse est vt ei trãsmittatur, vel ostendatur copia potestatis denunciantis, vel protestantis, aliàs denunciatio nullius roboris esset, cùm semper diceretur, iustam ignorantiæ causam habere,

bere, *l. ſi quis inficiatus, ff. depoſ. l. qui in alterius, de regul. iur. clem. cauſam, de elect.* per quæ iura ſic tradidere *Afflict. in deciſ.* 3 6. *num.* 3 *Author* noſter in *deciſ.* 341. *& Fontanell. de pact. nuptial. clauſ.* 4. *gloſ.* 17. *num.* 90. *in fin.* qui refert, ſic fuiſſe per Senatum declaratum, ſcilicet denunciationem, ſeù proteſtationem factam abſquè oſtenſione, vel copiæ poteſtatis traditione nullam eſſe, hinc eſt, quòd ad interpellandum aliquem, & ad conſtituendum in mora ſpeciale requiritur mandatū, prout per *gloſ.* ſatis apertam in *d. clem. cauſam, verſ. ſpecialiter* voluit *Alex. in conſ.* 78. *num.* 15. *vol.* 5. & hoc non ſinè ratione, certum eſt enim, quòd conſtituere aliquem in mora pro alio, non eſt niſi alterius animum declarare, qui ſi non præcedat, non præſumitur, cùm poſſit eſſe, creditorem nolle eum
9 in mora conſtituere, ad ea verò, quæ animi declarationem concernunt quis non admittitur abſquè mandato, vt in ſpecie tradunt *Bart. in l.* 1. *§.* 1. *ff. de liber. agnoſ. & in l. inter ſtipulantem, §.* 1. *de verbor. obligat. & in l. non ſolùm, §. morte, nu.* 31. *ff. de oper. nou. nunciat. Surd. conſ.* 160. *num.* 24 *& conſ.* 281. *num.* 3. *Rol. conſ.* 19. *num.* 3 *lib.* 3 *Pariſ. conſ.* 31. *num.* 112. *lib.* 1. cum alijs per *Grat. tom.* 3. *diſcept. forenſ. cap* 442. *num.* 18. igitur.

Nec obſtat ratihabitio ſubſequēs, quoniam dùm actus à principio fuit nullus, non poteſt ratihabitione ſubſtineri, vt dixi, & tradit *Bart. in l. obſeruare, quæſt.* 1. *de offic. procons. Dec. et alij in l. ab initio, in fin. & l. ſemper qui non prohibet, ff. de reg. iur. Caſſador. deciſ.* 5. *num.* 2. *de iur. patr.*

Minus quoquè refragatur *deciſ. Theſ.* 7.
10 quia vltrà quòd ibi nō requirebatur mandatum pro forma, in quo caſu ratificatio mandato æquiparatur, *l. fin. C. ad Maced.* & afficit, quòd negotium videatur à ratificante geſtum, *l. ſi pupilli, §. item ſequitur, ff. de negot. geſt.* tamen illa locum habet re integra, antequam à parte aduerſa ſit oppoſitum de nullitate actorum, prout ipſemet declarat, quod etiam admittit *Parlador. rer. quotidian. lib.* 2. *cap. fin. part.* 3. *§.* 2. *num.* 10.

Immò in caſu dictæ *deciſ. Theſaur.* extrema concurrebant, cùm acta à principio valebant quoad ipſum falſum procuratorem, ad *gloſ.* ſingularem in *l. ſi expreſſim* 19. *verb. præſcriptione, circa fin. ff. de appell.* idcircò vbi actus à principio non ſit omninò nullus, ità vt aliquo modo ſubſtineri poſſit, ratihabitio re integra ſubſequens validat illum, vt latè tradidi in *dicta deciſ.* 70.

Quàmuis opinio *Theſauri* ſecundùm aliquos non ſit omninò tuta, cùm acta facta à falſo procuratore poſſint re integra à Domino ratificari, antè tamen quòd deueniatur ad ſententiam, cum eo tempore incertum ſit, & non poſteà, quicquid dixit in *d. deciſ.* 7. vt in ſpecie tenuit *Rota in deciſ.* 13 *quod geſta, & deciſ.* 149. *quod vbi in antiq. Caſſad. deciſ.* 40. cū alijs per *Vant. de nullit. tit. qual. ſent. & proceſſ. qui dic. null. defend. ſeù repar. poſſ. num.* 102. *verſ. contrarium tamen*, niſi quatènus ſuū præiudicium cōcernat, ratificare poſſit, vt *ibi*, immò *Afflict. in deciſ.* 262. inquit, quòd ratificatio fieri debet per modum reintegrationis, ſcilicèt vnico contextu, dicendo *recipio libellum, conteſtor litem, recipio terminum*, & ſic omnia acta repetantur, per ea, quæ tradit *Bart. in l.* 1. *col.* 2. *C. de ſententiis & interloc.* quo caſu nouum videtur iudicium.

SVMMARIVM.

1 *Minor reſtituitur aduerſus inuentarium non confectum, nam in eo non præſumitur dolus, nec malitia.*

2 *Dolus quando dicatur verus, vel præſumptus, remiſſinè.*

3 *Reſtitutio in integrū minoris aduerſus inuentarium non confectum iuuat hæredi maiori.*

Sed contrarium verius, num. 4.

5 L. 1. C. ſi vnus ex pluribus appellauerit *declaratur.*

DECIS. CCXVI.

AD hanc deciſionem adde *Franciſc. Becc. in conſil.* 144. *lib.* 2. *& Sfort. Odd. de in integr. reſtitut. quæſt.* 89. *artic.* 7. *per tot.* vbi ſa-
1 tis doctè probat, quòd minor quàmuis inuentarij confectionem omiſerit, non per hoc præſumatur in eo dolus, & malitia, ità vt teneatur vltrà vires creditoribus ipſum moleſtātibus, ſed quòd aduerſus eum detur reſtitutio in integrum, & *ibi* multas ampliationes, & declarationes affert, quod etiam affirmat *Mart. in conſ.* 70. *num.* 24. & vide quæ ſcripſi in *deciſ.* 222.

2 In materia verò doli quando dicatur verus, vel præſumptus, latè *Alex. Trentacinq. lib.* 1. *variar. reſol. tit. de dol. reſol.* 2. *per tot.* videndus.

Sed

Sed circà hoc (relictis alijs, de quibus dicam in *decis.222.*) breuitèr quæro, an restitutio minoris aduersus inuentarium non confectum iuuet cohæredi maiori, af-
3 firmatiuè respondendum videtur ex *text. l.1. C.si vnus ex plurib.appell.* vbi appellatio vnius iuuat alteri, sic quoq; in puncto tradiderunt *Paris. in consf. 65. num.55.& seq. & num.59. & Sfort. Odd. de in integr. restit. quæst.46.num.21.* & videtur etiam affirmare *Ayora de partit. part. 1. cap. 2. num. 22.* quem & alios sequitur *Cancer. variar.resolut.lib.3.cap.2.tit.de inuent.nu. 119.* vbi ait, quòd inuentarium factum ab vxore mariti de bonis mariti releuat hęredem à confectione illius.
4 Sed contrarium verius, vt talis restitutio non iuuet cohæredi, in specie tradiderunt *Salic.Cyn.& Rayn.in l.fin.C.de iure deliber.* vbi *Alex. num. 11. & Ias.num. 5.* qui omnes ex verbis dicti *text.ex asse, siuè ex parte* concludunt, quòd per omnes hæredes conficiendum sit inuentarium, vel per vnum nomine omnium, illis tamen consentientibus, vel mandantibus, adeò vt si aliquis ipsorum inuentarium cõfecerit, non possit ex eo alij coadiuuare aduersus creditores, & legatarios, vt etiã post multos tradit *Escobar de ratioein.cap.9.nu.18.* vbi de cõmuni attestatur, ex eo, quia confectio inuentarij sit personalissima, & sic quid diuiduum, cùm vnus possit adire ex parte sua cum beneficio inuentarij, alius verò non, vt etiã in specie tradit *Phanuc. de inuent. quæst.139. num.31. & num.58. inter tract. diuers.* vbi pro hac opinione multos colligit, in diuiduis verò ex restitutione minoris, quòd non coadiuuetur maior, probat *Sfort.Odd.de restit.in integr.*
5 *quæst.46.art.3.* vt procedit *d.l.1. C.si vnus ex plurib.appell.* vt tradunt *ibi DD* scilicèt illam procedere, quando causa esset indiuidua, non autèm diuidua.

SVMMARIVM.

1 *Transactio, vel renũciatio generalis an, & quando ad causam, rem, vel personas specificatas restringatur.*

DECIS. CCXVII.

1 DE hac quæstione scripsi in *decis. 176.* & pro pleniori intelligentia latè doctissimus *Regens Capycius Galeota lib.1.controu. cap. 40. & 42. per tot.*

SVMMARIVM.

1 *Confessio debitoris nocet fideiussori, quando illa esset verisimilis.*
2 *Fideiussor recognoscens suam subscriptionem in apoca facta à debitore in beneficium creditoris non potest excipere de non debito.*
3 *Confessio vnius rei debendi probat contrà alterum.*

DECIS. CCXVIII.

1 AD hanc decisionem, quòd confessio debitoris noceat fideiussori, quando illa esset verisimilis adde eundem *Authorem in decis.325. num.6.& in consf.20. col pen. lib.1. Costa de re integr. dist.45. num.8. & seq. Herring. de fideiussor. cap.27. part.5. num.38.Gratian.tom.1.disespt.for.cap.49. num. 30.* & hanc esse communem inquit *Cancer. lib.3.variar.resolut. cap.8. tit.de deposit. nu.40. cum seq.* & ad hoc facit pulchra *decis.Cartar. Rot.Ianuens.71.* vbi re-
2 cognitio subscriptionis facta per debitorem cuiusdam apocę in beneficium creditoris, in qua se subscripserat fideiussor, qui etiam recognouit eius subscriptionẽ, præiudicat ipsi fideiussori, ità vt nõ possit excipere de non debito, & sic decisum *ibi* testatur, vt etiam antè eum voluit *Natt.consil.287.num.4.col.2.*
3 Sic quoq; in duobus reis debendi, quòd confessio verisimilis vnius probet contrà alterum, tuetur *Ronchegall.de duobus reis, l.13.num.71.fol.mihi 912.*

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus an, & quando finito officio testificari possit.*

DECIS. CCXIX.

1 AD hanc decisionem adde *Farinac.de testibus, part.2.quæst.60.* qui latè à *nu.160. vsq; ad 180.* quæstionem istam examinat cũ multis declarationibus.

DECIS. CCXX.

HÆc decisio ex errore fuit repetita in *decis.344.lib.2.* vbi scripsi.

DE-

DECIS. CCXXI.

SImiliter decisio hæc reperitur repetita in *dec.* 342. *in d. lib.* 2. vbi multa scripsi.

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, saluo iure addendi, *posita in inuentario facit cessare dolum*.
2 *Inuentarium in dubio semper legitimum præsumitur*.
3 *Hæres priuatur beneficio inuentarij propter omissionem descriptionis alicuius rei in inuentario*.
Contrarium, scilicet quòd ad duplum tantùm teneatur, num. 4.
Prima opinio verior, num. 5. *si res non descripta magni valoris esset, num.* 6.

DECIS. CCXXII.

1 QVamuis clausula illa, *saluo iure addendi*, ab hærede in inuentario posita, faciat dolum cessare, cùm generaliter sit omnium hæredis iurium præseruatiua, vt decisum sæpè refert *Gamm. in decis. Lusit.* 148. vbi etiam quidā *Modern.* addit, *Rot. Ianuens. in decis.* 35. *& Mart. de clausul. part.* 1. *clausul.* 134 ac in *cons.* 70. *num.* 34.

2 Tamen procedit, quando non probatur scientia, cùm in dubio semper inuentarium præsumatur legitimum, vbi est factum cum solemnitatibus, & dolus non præsumitur, estò quòd res aliqua omissa reperiretur, cùm potiùs error, quàm dolus præsumatur, vt latè *Farin. decis.* 199 *lib.* 2. *Rot. Rom. apud Sanctiss. Gregor. XV. decis.* 169. *num.* 3. vt pluriès per eundem Rot. decisum refert *Gratian. tom.* 4. *discept. for. cap.* 711. *num.* 11. sic etiam *Gamm. in decis. Lusit.* 148. *&* 122. aliàs si scientèr omnia bona in inuentario non describeret, secus,
3 quoniam nō obstante protestatione illius beneficium amitteret, vt latè *Honded. in cons.* 34. *num.* 13. *&* 41. *& consil.* 35. *lib.* 1. *Gratian. tom.* 1. *discept. forens. cap.* 34. *Senat. Dolan. apud Griuill. in decis.* 143. & hanc esse magis communem dicit *Cauall. commun. contra commun. quæst.* 731. idem *Gratian. tom.* 3. *discept. for. cap.* 532. vbi quamuis dolus non interueniat, sed aliqua leuis culpa hoc procedit, subdens in *nu.* 29. declaratū fuisse per Rotam nullum inuentarium tutoris, qui in eo non descripserat quandam massariam pecudum, quæ in hæreditate remanserat, quamuis pretium dictæ massariæ venditæ per eundem tutorem fuisset depositum ab ipso in Banco, tanquàm res pertinens ad hæreditatem, & proindè etiam subdit, quòd ob istam culpam per eandem Rotam fuit remotus tutor tanquàm suspectus, licèt fuisset testamentarius, absquè tamen infamia.

4 Et quamuis contrarium videatur teneri per *text. in l. fin. §. licentia, C. de iur. delib.* secundùm aliquos DD. & signantèr *Alex. num.* 4 *post vers. de quo etiam, & Ias. nu.* 4. vbi hanc communem esse inquit, scilicet quòd inuentarium per omissionem alicuius rei, etiam dolosè ab hærede, non dicatur nullum, ità vt teneatur vltrà vires creditoribus, & legatarijs, sed solùm duplum respectu rei occultæ refundere teneatur, quod etiam tanquàm commune sequuti sunt *Menoch. cons.* 4. *num.* 2. *Montic. de inuent. part.* 17. *num.* 7 *Phanuc. in d. tract. part.* 3. *num.* 63. *Rot. Roman. decis.* 72. *nu.* 8. *part.* 2. *in nouiss. vers. pro quibus facit illa communis conclusio*, de communi *Bursat. cons.* 315. *nu.* 115. *vol.* 3. & ità se obtinuisse inquit *Cancer.* quamuis ab ea recedat in *lib.* 1. *variar. resol. cap.* 9. *num.* 11. *& lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 51. sic etiam quòd ad pœnam dupli hæres teneatur, voluit *Gamma* in citatis *decis.* 122. *&* 148. *& Hartbman. pract. obseruat. lib.* 2. *tit. de hæred. cap.* 3. & plenè *Menoch. cons.* 471.

5 Tamen non est recedendū à priori opinione, tanquàm veriori, & communiori, vt inquit *Bertazzol. in cons. ciuil.* 154. *nu.* 41. *& seq. vol.* 2. *Fab. Turrett. cons.* 47. *vol.* 1. *Fab. de Anna cons.* 96. *lib.* 2. qui respondēt omnibus contrarijs, & signanter *d. §. licentia*, sic etiā *Thesaur. lib.* 1. *qq. for. quæst.* 10. vbi relatis hinc indè opinionibus, & decisionibus Senatus pro vtraquè opinione inquit, Senatum re benè discussa declarasse, hæredem per omissionem dolosè factam alicuius rei in inuentario perdere beneficium illius quòad totum, per *tex. in §. sancimus, cum glos. de hæred. & falcid.* sic etiam decisum (licèt diuersimodè) refert *Fontanell. de pact. nuptial. clausf.* 7. *glos.* 3. *part.* 2.
6 *nu.* 55. *&* 56. *cum seq.* dummodò res omissa sit magni valoris, & momenti, in quam quoquè partē videtur inclinasse S. C. licèt implicitè in causa Scipionis Magnacerui Baronis Candidæ cū illo de Alexandria, penès Ferratiū, dùm determinauit, quòd opposita exceptione inuētarij nō obstāte teneatur, tpe, quo specificè agebatur, si dict. Baro teneretur ad duplū per omissionem descriptionis certi corporis in inuentario.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Notarius qua possit addere instrumenta.*
2 *Stipulatio in instrumẽto num habeatur pro apposita, maximè quãdo potestas esset data Notario extendendi ad consilium sapientis.*

DECIS. CCXXIII.

1 AD hanc decisionem adde *Mantic. de tac. & ambig. lib. 2. tit. 10. per tot. & Marta de clausulis, clau. 33. lib. 4.* & vide *eundem in clau. 276. lib. 1.* ac latè *Macerat. lib. 2. variar. resolut. cap. 39* in quibus etiam locis plenè, quæ possit Notarius sub clausula, *& cætera*, extendere, & latè dixi *in decis. 213.* & circa stipulationem, quòd possit
2 Notarius apponere, licet non rogatus, *Caualcan. decis. 43. num. 33.* maximè quando esset data potestas extendendi ad consiliũ sapientis, latè *Scal. in tract. de cons. sapient. part. vlt. cap. 2. per tot. & Farin. de falsit. quæst. 157. nu. 59. & per tot.* vbi latè quando, & quæ censeantur apposita in instrumento.

SVMMARIVM.

1 *Hæres censetur sibi soluisse à die adita hæreditatis, etiam non interueniente Iudicis decreto.*
Sed contrarium, num. 3.
2 *Hæres, & creditor, si vult aliquã rem particularem sibi pro suo credito appropriare, vel separationis beneficio vti, debet Iudicis officium implorare.*

DECIS. CCXXIV.

1 OPinionem nostri *Authoris hic* etiam in hærede grauato latè prosequitur post *Menoch. Peregrin. de fideicommiss. art. 35.* subdens, deductionem esse faciendam habito respectu æstimationis mortis testatoris, & ità fuisse hanc opinionem canonizatam in iudicijs absque Iudicis authoritate, ex eo quòd lex solutionem inducat, contrà *Pancirol. in cons. 98.* contra quem sic ipsũ obtinuisse inquit, & hanc opinionem ipse plenè defendit à *Sim. de Prat. de interpret. vltim. volunt. lib. 3. dubit. 3. fol. 4.* & à *Petr. Placent. de fideicommiss. quæst. 15. in princ. & sub num. 212. artic. 3.* respondendo omnibus eorum argumentis, tanquàm communi interioni refragantibus, prout etiam pro hac opinione contra prædictum *cons. Pancirol.* decisum refert *Marescott. lib. 1. variar. resolut. cap. 37.* nè hæres amitteret fructus, qui si sibi nõ satisfecerit à die aditæ hæreditatis, teneretur in Trebellianicã imputare, sic quoque tenuit *Rot. in decis. 71. num. 4. & decis. 680. part. 1. in nouiss.* eademmet *Rot.* apud *Seraphin. in decis. 967.*
2 absque facto Iudicis, licèt *ibi* subdat, secus esse, quando hæres vellet aliquam rem particularẽ sibi appropriare pro suo credito, vel aliàs vti beneficio separationis, cùm eo casu seruanda erit forma *l. à diuo Pio, §. si super rebus, ff. de re iudic. l. magis puto, §. non passim, ff. de reb. eor.* vt etiam tradit eademmet *Rot. in d. decis. 680. nu. 6. part. 1.*
3 Quàmuis contrarium contra *Peregrin. Menoc. & Author. hic* conatus sit probare, tuendo opinionem *Pancirol. Simon. de Prat.* & aliorum *Costa in quibusdam suis allegat.* insertis inter *tract. de fact. scient. & ignorant. distinct. 35. centur. 1.* omninò videndus.

SVMMARIVM.

1 *Emptor an, & quando teneatur stare colono, & quando offerendo interesse liberetur, variæ recensentur opiniones, nu. 2. 3. 4. & 5.*
6 *Iuramentum habetur loco specialis hypothecæ.*
7 *Emptor sciens, rem venditam alteri fuisse locatam, non potest colonum expellere, vbi decisiones diuersorum Senatuum.*

DECIS. CCXXV.

SAtis controuersa, & perdifficilis est quæstio, de qua noster *Author hic*, scilicèt an emptor teneatur stare colono propter varias DD. opinio-
1 nes, nam & si per *text. in l. qui fundum, ff. locat. & l. emptorem, C. eodem* videatur expressè determinari, emptorem dictæ locationi stare non teneri, ex eo quia conductor locatorẽ dumtaxàt habet obligatũ, & sic actio personalis semper est contra obligatum, nec fundum sequitur, *l. actionũ genera, §. 1. ff. de act. l. vltim. C. de contrah. empt.* maximè in locatione rei Ecclesiæ, in qua conductor nullum ius habere potest, cùm res Ecclesiæ nec alienari, nec obligari possint, *cap. nulli, de rebus Eccles. non alien.*

2 Tamen

2 Tamen multi tenent, quòd si in instrumēto locationis interueniat generalis bonorum obligatio, quòd eo casu translatio dominij impediatur in emptorem, prout tradit, illos colligendo *Masull. ad Capyc. in decis. 182.* subdens, hanc esse communem, & ità in facto obtinuisse in S.C. ad relationem M.C.V. coràm D. Vincent. de Franch. tunc Præside.

3 Alij verò voluerunt, quòd hæc generalis hypotheca non sufficiat, nisi cum ea adsit pactum de non alienãdo, quoniam etiam si fuisset pro obseruantia contractus, siuè interueniat iuramentum, siuè non, nunquã daretur nullitas alienationis ergà emptorem, sed tantùm actio ad interesse ergà locatorem ratione prædictæ obligationis, vigore cuius datur retentio, donec sit sibi dictum interesse solutum, vt notat *Bart. in l. qui fundum, & d. l. emptorem, & in l. si nō fortem, §. centum,* vbi etiã *Ias. Paul. & alij ff. de cond. indeb.* & sic conductor iure hypothecæ non poterit expelli ab emptore, nisi priùs ei satisfecerit de damnis, & interesse, vt benè probat *Couar. lib. 2. variar. resolut. cap. 15.* per tex. *l. 1. §. quod autem, de superficiebus*, quam communem esse ait *Negus. de pignor. part. 2. membr. 1. num. 6. & 7. Molignat. de retent. quæst. 119. Valasc. in consult. 76 num. 8. & 9.* qui sic in specie dixit, quando pactum de non alienando non fuisset appositum, sic quoquè *Osasc. decis. 156. num. 6. Gomes. de Leo in libr. inform. & rer. iud. cap. 63. Bour. decis. 49. nu. 4.* cùm melius sit pignori incumbere, quàm in personam agere.

4 Nonnulli dixerunt, obligationem omnium bonorum etiam cum pacto de non alienando non sufficere, sed opus esse, vt specialitèr res illa locata sit obligata colono, licèt absquè dicto pacto de non alienando, vigore cuius specialis hypothecæ consultum est colono nè possit ab emptore expelli, cùm per eam impediatur translatio dominij, & hanc puto veriorem, per *text.* expressum in *l. si creditor, §. fin. ff. de distract. pignor.* qui de speciali hypotheca intelligitur, vt loquitur *Bart. in l. qui absenti, §. 1. in fin. ff. de acquir. possess.* sic eum quoquè intelligit *Bald. in l. ea lege, num. 5. C. de condit. ob caus. & Imol. in l. si ita quis, §. ea lege, num 8. vers. sed circa secundum, de verb. oblig.* vbi *Bart.* dicit, hanc esse cautelam coloni, ad hoc vt non possit expelli ab emptore, scilicèt vt habeat rem locatã specialitèr obligatam, quem etiam sequitur *Capyc. in decis. 182. num. 2. idem Imol. in l. filiusfamilias, §. diui, ff. de leg. 1.* hanc quoquè opinionē firmitèr tenet *Christoph. Castell. inter consil. diuers. cons. 58 num. 50. lib. 1. vlt. volum.* copiosè *Aretin. in d. l. qui absenti, §. 1. col. 1. vers. quartum,* de communi *Ferd. Loazes in d. §. diui, nu. 8. vers. aut fuit appositum pactum*, quem etiam sequitur post multos alios *Couar.* in citato *cap. 15. num. 3. versic. vltimò est ad hoc considerandum*, de communi etiam *Caroc. de locat. cap. 71. de singul. success. num. 20. & seq. Viuius commun opin. lib. 2. cap. 61. opin. 3. verb. conductorem expelli*, & tanquam communem in consulendo, & iudicando ab ea non putat esse recedendum *Silu. Aldobr. in cons. 106. num 13. & seq.* & vti magis communem sequitur *Molignat. de retent. in d. quæst. 119. in fin.* idem tenuit *Anton. Corset. sing. 252. inter diuer. Thom. Ferr. in caut. 48. Gratian. tom. 1. disept. forens. cap. 37. num 22. Vinc. de Franchis decis. 355. num. 5. & decis. 301. num. 4.* per *d. l. si creditor, §. fin.* per quem hanc opinionem tuendo ad multa cōtraria respondit *Cancer. in lib. 2. variar. resolut. cap. 8. tit. de iuram. n. 116.* pulchrè *Canale. dec. 16. part. 2. & decis. 32. num. 21. part. 3.* & hoc etiam si emptor offerret pretium interesse, non debet audiri, cùm per ipsam specialem hypothecam impediatur in emptorē translatio dominij, vt latè *Caroc.* in citato *cap 71.* ex *Roland cons. 6. dub. 2. vol. 1. Couarr. d. cap. 15. num. 3. Tur. z. concl. 48.* omnes dicētes, hanc esse magis communem, & in praxi obseruari, sic etiam plenè *Surd. cons. 331. Ludouis. decis. 68 num. 3.* vbi *Beltram in addit.* inquit, cum hac distinctione inter generalem, & specialem per Rotam die 15. Ianuarij 1610. fuisse decisum, scilicet quòd in primo casu solutis interesse possit expelli, in secundo verò secus, vt etiam declarauit eadem met *Rot.* apud *Farinac. in decis. 63. part. 1.* & latè *Piguer. decis. 215. num. 3. vers. ipse verò*, vbi inquit, quòd aut partes conuenerunt, vt vendita re conducta à locatore, interesse colono soluatur, & pro eo rem conductã specialiter hypothecarunt, & tunc emptor offerendo interesse liberatur, aut verò fuit posita pro firmitate, & obseruantia contractus, & eo casu si conductor vellet rem retinere, emptor nō obtineret cum solutione interesse, subdens, sic Senatum iudicasse, sic etiam *Felic. de Solis de censib. lib. 1. cap. 10. num. 9. Hieronym. Laur. decis. Auinion. 28.* & hanc tanquàm veriorem sequitur *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 30. num. 14.*

*num.*14 *cum seq.* vbi ait,hoc esse,quia hypotheca specialis magis afficit, quàm generalis,per *text.* singularem in *l.ab eo, C.de ser.pign.dat manumiss.* vbi deciditur,seruū specialitèr obligatum nō posse manumitti,qui tamen si generaliter sit obligatus,ad libertatem perduci possit, idemquè probare per *l. est differentia, ff. ex quib. caus. pign tac. contrah* & hanc esse magis communem inquit *Rot. Lucens. in decis.*18. *in nouiss.diuers.col.* 3. *in fine*.

Et hoc licèt specialis hypotheca non
5 interueniat,sed solùm iuramentum,vt tradit *Author hic*, prout decisū refert per Senatum *Fontanell. de pact. nuptial. claus.* 4. *glos.*25. *num.*77. vt etiam tradit *Grattan. tom.*1.*cap.*37.*num.*23.*& seq. Molign. de retent. d. quæst.*119. *Costa de re integr. distinct.*16.*nu.*2. post *Honded.Turrett.Decis.Perus.*& alios,quos ipse colligit, ex eo,
6 quia iuramentum habetur loco specialis hypothecæ, vt tradunt post multos *Ludouis.in d.decis.*68.& *ibi* latè *Beltram.* ac *Farinac. in decis.*63. *part.*1.*num.*3. *Vinc.de Franch decis.*302.*num.*5.& ità puto,quòd possit saluari opinio DD.per *Masull.in addit. ad Capyc.* adductorum in *decis.*182. vbi dicitur, quòd per generalem obligationem impediatur translatio dominij, scilicèt interueniente iuramento, vigore cuius specialis inducitur hypotheca, vt benè declarat *Crot.in repet. d.l.filiusfamilias, §.diui,num.*97. *Roland.à Valle d.consil.*62.*num.*38.*vol.*2.quod magis commune esse ait *Gutier.de iuram.confirm.part.*1. *cap.*39. *& in repet. l.nemo potest, num.*45. *cum seq. de leg.*1. vbi etiam probat,hoc iuramentum inducere pactum de non alienando.

Quicquid dixerit *Thesaur. in lib.* 2. *qq. forens. quæst.*13. quòd hoc sit respectu ipsius iuramenti,non quia illud deducat generalem hypothecam ad specialē,sed quia obligat iurantem ad præstandam patientiam, subdens,sic fuisse decisum pro colono, stante hypotheca cum iuramento, vt etiam testatur *Rip.obseruat.*134.qui etiam refert, sic de anno 1607. de mense Nouembris fuisse iudicatum,& ità determinatum quoquè refert *Peguer.in decis.*241.

Et hoc absquè difficultate procederet,
7 vbi emptor sciret, rem venditam fuisse alteri locatam, cùm eo casu non possit conductorē expellere, prout ex hoc solo motiuo in beneficium conductoris fuisse per Regiam Audientiam iudicatum testatur *Fontanell. in d.claus.*4. *glos.*25.*num.*81. & pro absoluto hoc firmat *Thesaur. in dicta quæst.*13.*num.*12. sic quoquè *Gutier.de iuram.confirm.part.*1.*cap.*30.*nu.*8.*Grattan. d cap.*37.*num.*23. *Marescott. lib.*2.*var.resolut.cap.*19.*num.*22.*&* 23.*& Ludouis.decis.*90.*num.*8.

SVMMARIVM.

1 *Emptio facta pro persona nominanda, nominatione facta transit in nominatum, & dicitur vnicus contractus, & nihil remanet penès nominantem, & num.*3. *Intellige, num.*4.5.6.*&* 7.

2 *Licitans gabellas pro persona nominanda, facta nominatione liberatur.*

8 *Facultas eligendi quanto tempore praescribatur.*

9 *Nouus contractus dicitur, si acceptatio sit facta post tempus, quamuis electio infrà tempus.*

DECIS. CCXXVI.

1 AD hanc decisionem, an emptio facta pro persona nominanda, nominatione facta transeat in nominatum, & dicatur vnicus contractus adde, quòd etsi communis sit DD.opinio in *l.*2.*C.de contrab.& commit. stipul.* quem posse pro persona nominanda emere, & nominatione facta statim acquiri ius nominato, & nihil remanere penès nominantem,& ipsam retrotrahi ad tempus præambulæ stipulationis,ità vt nō possit dici nouum ius, nequè diuersum, quod stipulatum fuit,sed idem,vt ex *Bart. in l.apud Aufidium, ff. de adempt. leg. Alb. cons.*172.*ibique in addit.vol.*3. *Costa de retrotract.casu* 26. *in cap.*8.*Caldas de nomin. lib.*2.*quæst.*10.*Tusc.lit.E tom.*3.*concl.*132. *num.*1.*&* 2. *Gratian. tom.*1.*discept.forens. cap.*132.*num.*32.*& in addit.ad decis. Marchia* 136. *Rot.Roman. decis.*615.*num.*1.*& decis.*106.*num.*2. *part.*2.*in nouiss. Magon. decis.Florent.*37.*nu.*16 & latè *Claud.Bertazz.in cons.crim.*399.*col.pen.vers.bis omnibus casibus*, prout consuluit *Marta in*
2 *consil.* 143. scilicèt quòd licitans gabellas pro persona nominanda,facta nominatione liberatur,vndè ex hoc dicit *Valasc.de iur.emphyt. quæst.*18.*num.*28. *in fin.* quòd
3 facta nominatione quis nō dicitur nouus emphyteuta, cùm possit absquè consensu directi domini possessionē rei in emphyteusim concessæ accipere, vt etiam tradit *Molin.de contract.disput.*459.*nu.*26. *vers. hac*

hac eadē ratione, quicquid sit in filio quòad feudū, in cuius inuestitura licèt sit nominatus, tenetur tamen post mortem patris aliam petere infrà annum, ex eo quia agitur de onere personali, vt communitèr *Feudista in cap.1. quo temp. mil.* at secus in emphyteusi, cùm ibi de onere reali tractetur, vt per eundem *Valasc. d q.18. num.28. & seq.*

4 Tamen hoc procedit, quando persona nominanda esset certa, vel tacitè, & implicitè poterit in contractu emptionis comprehendi, vt tradit *Mantic. de tacit. & ambig. lib.4. tit.22. nu.15.* alioquin si omninò incerta, arrogaret opinio *Alexand. in cons. 232. lib.6.* dicentis, antè nominationem esse acquisitum ius nominanti, & successiuè eius creditoribus, cùm ex parte nominantis nominatio sit voluntaria, quoniam poterit nominare, & non nominare, & in voluntarijs non sit retrotractio in præiudicium tertij, cui hoc medio tempore ius fuit quæsitum, *l. potior, & l. qui balneum, §. amplius, ff. qui pot. in pign. hab.* sic etiam in puncto *Costa de port. rata, quæst.133.* vbi multas refert distinctiones pro reconciliatione *Anchar. & Alex.*

5 Item procedit, quando animus contrahentis appareret, velle acquirere nominato, & non sibi, quod ex verbis instrumenti colligi posset, inquit *Anchar. in cons.127. num.1. vers. sed plura*, veluti quando se obligasset ad fauorem nominandorum, & ad aliquid faciendum, quod repugnat, & aduersatur acquisitioni rei emptæ, vt in his terminis resolutum fuisse per Rotam Romanam testatur *Gene. in decis.163. impress. post tract. de cens.* scilicèt emptionem census factam pro persona nominanda nō incidisse in obligationem, & hypothecam creditorum nominantis, ex eo quia ipse nominans promiserat se soluturum census ad fauorem nominandorum, & ad eorum fauorem se obligauerat, vt sic etiā in puncto decisum per eandem Rotam refert *Ludouis. in decis. 227.* & facit *decis. eiusdem 157.* vbi *Beltram.* hanc opinionē cum alijs decisionibus eiusdem Rotæ prosequutus fuit, sic demum *Farin. decis.106. & 615.*

6 Dummodò persona nominanda tempore acquisitionis fuisset capax acquisitionis, aliàs retrotractio non sustineretur, ex eo quòd actus à principio esset nullus, vt tradit *Ludouis. in d. decis.227. num.6.*

Item procedit, quando esset conuentio
7 de emendo, quæ verisimilis esset, si emptio fuisset facta de pecunia personæ nominandæ, vt tradit idem *Ludouis. in d. decis.227. num. 8.*

8 Circa verò facultatem nominādi adde *Fabr. in suo Codice, lib.4. tit.33. si quis alteri, vel sibi, definit.1. num.8. & definit.5. num.1.* qui ait, hanc facultatē spatio quadraginta dierum præscribi, aliàs diceretur
9 nouus contractus, & deberetur aliud laudemium, immò quòd infra eundem terminum sequatur acceptatio, aliàs si sequeretur post quadraginta dies, nouus etiam diceretur contractus, vt per *eundem defin.2. in princ.*

SVMMARIVM.

1 *Valor monetæ attendi debet, qui fuit in loco contractus, & non solutionis.*
Amplia, quàmuis conuentum sit, quòd in alio loco fieri debeat solutio, num.2.
3 *Valor rei in dotem assignata attendi debet de tempore assignationis dotis.*
4 *Locus contractus intelligitur, vbi est facta conuentio, & non vbi est factum instrumentum.*

DECIS. CCXXVII.

1 Valorem monetæ attendi debere illum, qui fuit in loco contractus doris, & sic tempore ipsius contractus, nō autèm illius exactionis, & sic alterius loci, concludit *Author hic*, ad quem addo *Cauall. commun. contra commun. quæst.733 nu.13. Bertaz. de clausul. claus.30 glos.5. num.1. Gratian. tom.1. disce pt. forens. cap.11. num.9. Caualc. decis.16. num.42. lib.2. Farinac. decis.597. num.1. Thesaur. in decis.174. num.1.* vbi ait, ità absquè difficultate per Senatum fuisse decisum, quòd attendi debeat valor loci contractus, sic etiam obtinuisse inquit *Minsyng. in singul. obseruat. centur.4. obseruat.1.* vt post multos idem *Bertazzol. in d. claus.30. glos.12. num.8.* prout in terminis norat *Seraphin. in decis.944* vbi ait, quòd valor scuti auri in auro, qui in alio loco soluitur, solui debet secundùm valorem cursus loci, in quo initus fuit contractus, non autem loci, in quo fit solutio, licèt conuentum sit, quòd etiam in alio loco fieri debeat solutio, subdens, sic conclu-
2 sum fuisse, non obstante conuentione illa, vt fiat solutio in alijs locis, quia hæc conuentio non tantùm respicit substantiam eius, quod in obligatione est deductum;

quàm facultatem conueniendi, & ideò nõ mutat eius substantiam, quin vniformiter sit habita ratio valoris scuti loci, in quo contractus initus fuit, prout in similibus *ipsemet* concludit in *decis.931 num.3.* vbi
3 valor rei in dotem assignatæ attēdi debet de tempore assignationis dotis, latè etiam hanc opinionē prosequutus fuit *Thesaur. iun.in tract.de augment.mon.quæst.1.num. 54.& seq.impresso inter.quæst.forens.*

Locus autem cõtractus intelligitur, vbi
4 est facta conuentio,non vbi est factum instrumentum, *Abb in cap.fin.num.30. de foro compet. Bald.in l.vniuersa,ad fin.C.de precib. Imper offer. vers.vltimò noto, idem Bertazzol. in d. clauſ. 30. gloſ.12, num.7. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Substitutio facta in pœnam nõ substinetur, vbi principalis dispositio esset captatoria.*
Limita, si esset facta ad beneficium alicuius Ecclesiæ, num.2.
Contrarium verius, num.7.
3 *Captatoria dispositio fauore piæ causæ non improbatur.*
Intellige de illa, quæ dependet ab alieno arbitrio, num.8.
4 *Conditio apposita fauore Ecclesiæ, si puella non nupserit, non reijcitur.*
Amplia, siuè sit conditio, vt nõn nubat, siuè vt nubat cum consensu alicuius, nu.6.
Sed contrarium, num.11.
5 *Fauor libertatis, & Religionis à pari proceduut.*
9 *Dicentes, dispositionem, quæ ab alieno dependet arbitrio esse captatoriam, errore labuntur.*
10 Text. in cap. cùm tibi, de testament. *explicatur.*
12 *Actus debet annullari ad excludendam odium.*
13 *Conditio turpis reijcitur, valida existente dispositione.*
14 *Vulgaris substitutio nũm cõprehendat casum impotentiæ.*

DECIS. CCXXVIII.

AD hanc decisionem latissimè idem *Author in dec.232.* & notata per *me in decis.7.13.63.68. & 98.* vbi etiam *Author*.

Et in hac facti specie,& in proprio casu contrarium consuluit *Peregrinus consf.31. numer. 19. vsque ad finem, & consil.32. à numer.6. cum sequent. lib. 5.*

1 Sed pro opinione nostri *Authoris hic*, scilicèt nullam esse substitutionem, consuluit in hac eademmet causa *Menoch. consf.699.* quodquè firmat *Fusar.de substit. quæst.503.num.43.& 48.*

Verùm data pro vera hac nostri *Authoris* opinione, prout veram eam existimo,
2 illa videtur limitari, quotiès in casu inobseruantiæ fuisset facta substitutio ad beneficium alicuius Ecclesiæ, ex eo quòd fauo-
3 re piæ causæ captatoria voluntas non improbatur, ità de communi, & veriori opinione tenet *Fusar. de substit. quæst.503. nu.68.& 69.* quod videtur probari ex *tex. in cap.cùm tibi, de testam.*

Hinc dixerunt DD.quòd etsi dispositio
4 facta puellę,vt nubat cum consensu alicuius, tanquàm impeditiua matrimonij libertatem, reijciatur, tamen si in casu inobseruantiæ substituta fuisset pia causa, vel aliqua Ecclesia, quòd tunc conditio non reijcitur, sed debet adimpleri, alioquin substitutus admitteretur, ità *Gulielm.de Cuneo* per illũ *text. in l.Titio vsusfructus, §.vltim.de condit.& demonstr.* ex eo, quòd
5 sicut fauor libertatis præfertur fauori nuptiarum, sic fauor Religionis,& pietatis,& ità *Bart. Alberic.de Rosat.Paul.de Castr. & Roman.in auth.similiter, num.52.ad legem falcidiam, Aretin.consf 67.num.2.ad finem, Tiraquell. de priuileg. piæ causæ, priuil.18. Gabr.consf.131.num.11 & seq.lib.1.Mantic.* post alios de communi *de coniect. vlt. volunt.lib.11.tit.18.num.9. Molin.de ritu nupt.lib.3.cap.29.num.24.Sanch.de ma-*
6 *trim. lib.1. disput.34. num.34.* siuè sit conditio, vt non nubat, siuè vt nubat cum consensu alterius, sic etiam *Euerard. cent.loco argum.à libert. ad piam causam, Bened. in cap. Raynuntius, verb. quidèm cum alio, nu.95. de testam. Cancer.d.cap.20.nu.285. vers.negotium facessit,Vin.decis.480.lib.3.* & ità bis fuisse iudicatũ refert *Pontanell. de pact.nuptial.d.clauſ.6.part.5.num.16.in fin. & 17.*

7 In contrarium tamen veritas ipsa est, siquidèm nõ principalitèr fauore piæ causæ facta dicitur substitutio in casu inobseruantiæ, sed in odium,& pœnam nolentis testatoris voluntatē adimplere, & proptereà nullius roboris esse censendam, vt in puncto docet *Simon de Prat.de interpr. vlt.volunt. lib.4.dub.1.nu.8.& Fontanell. de pact.nupt.clauſ.6.gloſ.3.part.5.nu.28.*

Nec obstat communis DD. conclusio,
8 quòd captatoria dispositio fauore piæ causæ

causæ non improbatur, procedit enim vbi ageretur de dispositione, quę ab alieno dependeret arbitrio, quo casu incertitudo fauore piæ causæ non vitiat dispositionem, ità *Bald. in l. illa institutio, ff. de hæred. instit. post princ.* & sic vbi vitiosa esset dispositio, non autem captatoria, quia iure non reperitur cautum, fauore piæ causæ sustineri dispositionem captatoriam, aduersatur enim bonis moribus, ità in puncto tradit *Couar. in d. cap. cùm tibi, num. 13. de testament. & Cuman. in l. captatorias, ff. de hæred. instit.* & diximus in *decis. 7. 13. 63. 68. & 98. & DD.* qui hoc dicunt, supponunt, dispositionem, quæ ab alieno depen-
9 det arbitrio esse captatoriam, & sic errore labuntur, & in hoc casu procedit *text. d. cap. cùm tibi*, & non in vera captatoria, aliàs pia causa esset nutritiua peccati, nã admitteret fraudem, per quam quis contra propriam voluntatem alium hæredem instituere cogeretur, ex traditis per *me in l hac adict. illi, quæst. 37. nu. 18. cum seq C. de secund. nupt.*
10 Vltrà quòd dispositio *text. d. cap. cùm tibi* secundùm aliquos procedit in voluntate distributoria, & electiua, non autem in voluntate dispositiua, ità *Bald. in l. illa institutio, ff. de hæred. instit.* & hunc dicunt esse intellectum *Innoc. & Io. Andr.* à Canonistis communitèr approbatum, quod notabile ait idem *Bald. in l. exequutorem, C. de exequut. rei iudic.* quicquid alij communitèr teneant, scilicèt procedere tàm in voluntate distributiua, quam in dispositiua, vt per *Gulielm. de Benedict. in cap. Raynuntius, verb. conditio 1, num. 8. in fin de testament. & Peregrin. de fideicom. artic. 33. num. 6. circ. med.* quia summa est ratio, quę pro Religione facit, & si *Addit. ad Bart. in cons. 5.* id cogitandum relinquant, sed vide pro veritate tradita per *me in decis. 98.*

Nec obstat id, quod dixerunt DD. de dispositione facta ad fauorem puellę, cum
11 conditione, vt nubat cum consensu alterius, quòd reijciatur conditio, verùm si in casu inobseruantiæ substituta fuisset pia causa, quòd tunc conditio debet adimpleri, quia contrarium verius est, nàm illa substitutio non principalitèr piæ causæ facta dicitur, sed in odium, & pęnam puellæ nolentis testatoris voluntati obedire, quæ à iure improbatur, ità disputato articulo ad partes tuetur *Fontanell. de pact. nuptialib. d. clausf. 6. part. 5. num. 22. cum seq* dicens, non posse existimare, aliquem dubitare, cùm minus inconueniens sit, vt actus remaneat inualidus, & odium excludatur, quàm quòd illud admittatur, vt actus sustineatur, & sic vbi agitur de dispositione non odiosa, & pœnali, hanc interpretationem sumendã esse aiunt *Menoch. ex Aret. in l. 2. in 2. not. ab. ff. de liber & posthum.* &
12 alijs, scilicèt vt excludatur odium etiam cũ annullatione actus *lib. 4. præsumpt. 10. num. 16. & seq.* ac *lib. 6. præsumpt. 4. nu. 53.* & singularis est *definitio Fabri 39. in fine, lib. 4. tit. 14 de probat. & præsumpt.* quam partem etiam contra piam causam tenet *Simon de Prat. de interpret. vltim. volunt. d. dubit. 1. num. 8. & Capibl. de author. Baron. pragmat. 9. num. 23.* quicquid alitèr sentiat *Cancer. lib. 3. variar. cap. 20. nu. 404* dicens, primam opinionem ipsum admittere, quando non pia causa, sed alius consanguineus fuisset substitutus, licèt pauper, ex eo, quòd non intuitu paupertatis, & amoris Dei facta censeatur substitutio, secus verò vbi ipsa pia causa, de cuius veritate vide *Fontanell.* & alios citatos DD.
13 vltrà quòd in hoc casu supponitur, validã esse dispositionem, & indcircò agitur, an cõditio reijciatur, vel nè, at in captatoria, quæ principalitèr est nulla, cessat motiuũ, quia corruit omnis substitutio, tanquam ex infecta radice dependens, tanquam artificatoria alienæ voluntatis.
14 De quęstione vulgaris substitutionis an comprehendat casum impotentiæ, latè scripsi in *decis. 37.*

SVMMARIVM.

1 *Soluens curatori, vel procuratori, cum quibus fuit contractum, liberatur si de vera solutione, & non per confessionem constet.*

Amplia, quàmuis realitèr non sit procurator, tutor, vel curator, si contractus cum eis vti talibus gestus esset, num. 2.

Amplia, etiam si post finitam tutelam, vel curam solutio facta sit, num. 3.

Item in creditore, & deindè bonis priuato, & in hærede, & deindè ab hæreditate remoto, num. 4.

Item si tempore solutionis lis super validitate electionis verteretur, vel tutor solemnia non fecisset, num. 5.

Sed intellige, quando pecunia esset versa in vtilitatem pupilli, vel domini, aliàs in subsidium teneretur, num. 6.

Declara, si soluens sciebat, solutum pupillare esse, num. 7.

Item in non habentibus mandatum ad cõtrahendum, sed pro talibus se gerentibus, num. 8.
9 *Soluens tutori, vel curatori legitimo, cum quibus contractum est absque Iudicis decreto, ipso iure liberatur.*
Sed contrarium, cum minori per viam restitutionis in integrum succurratur, concurrente tamen bona fide soluentis, aliàs nullo modo liberaretur, num. 10. & 11.
Pro prima opinione, num. 12. & 13.
14 Lex 1. C. si aduers. solut. *declaratur.*
15 *Debitor, & insimul tutor soluens alteri cõtutori plenissimam consequitur liberationem, vbi decisio S. C.*

DECIS. CCXXIX.

1 SOluentem curatori, cum quo fuit contractum, liberari, si de vera solutione, nõ autem per confessionem constet, concluditur *hic*, addo *Ioseph. Ludouic. comm. conclus. concl. 44. per tot. Merlin. decis. Lucens. 7. Bertazzol. de clausul. claus. 31. glos. 2. Gutierr. allegat 1. num. 29. & seq. Caner. lib. 2. variar. resol. cap 14. num. 73. cum seq.* vbi de communi, idem *Gutierr. de tutel. part. 3. cap. 1. nu. 77. Anna allegat. 11. num. 12. Gratian. tom. 1. discept. forens. cap. 20. num. 32. cum seq. Farinac. decis 659. nu. 3. Rot. Roman. decis 89. num. 9. part 2* qui loquuntur etiam in procuratore, quàmuis *Grass. de exception. except. 25 num. 102.* de mente *Paris. Io. de Amic. Eugen. Minsyng. & Crot.* dicat, hoc procedere, quando tutor, vel curator non esset habilis ad reficiendum illud, quod confessus fuit se recepisse.

2 Et hoc non obstante, quòd realitèr non sit procurator, tutor, vel curator, quando contractus cum eis vti talibus gestus esset, nam eis soluendo quis liberaretur, *l. quod seruus, ff. de solut. l. quod seruus, & l. bona fides, ff. depos. l. urbana*, vbi etiam *DD. ff. de cond. indeb l. filius, C. de pact. l. si vnus, ff. eodem, Afflict. decis.* 147. & 335. *num. 21.* sic etiam omnes supra citati DD. prout sic in Senatu decisum refert *Thesaur. lib. 3. qq. forens. quæst. 39* subdens, determinatum
3 quoq; fuisse, quàmuis solutio facta fuerit post finitam tutelam, vel curam, vt etiam tradit *Consiliar. Theodor. in allig 44. nu. 4.*
4 *col. penult. & ibi* itá in creditore, & posteà bonis priuato, vt *ibi per tot.* & in hærede, & deindè ab hæreditate remoto, & alijs si-
5 milibus, imo etiam si tutor solemnia non fecisset, vt tradit *Caualc. de tutor & curat. num. 272.* & tempore solutionis lis super validitate electionis verteretur, vt præter *Caualc.* sic tradidere *Bald. in l. emptorem, num. 8. C. locat. Ias. in d. l. si vrbana, & Caroc. in rubr. de deposit. rest. num. 4.*

6 Verùm intellige supradicta, quando pecunia fuisset versa in vtilitatem pupilli, vel domini, at secus quando in eorum vtilitatem versa non esset, nomine quorum contractum fuit, quoniam eo casu plenissimã non consequeretur debitor liberationem, nam in subsidium teneretur, quando ipsi curator, & eius fideiussores, vel alius negotiorum gestor, vel administrator non essent soluendo, quàmuis cum eis sit contractum, ex *text.* singulari in *l. filia, ff. de solut.* vt decisum quoque refert *Thesaur.* in citata *quæst. 39 num. 3.* late *Vincent. de Franch. decis. 206. Bertazzol. de clausul. claus. 41. glos. 2. num. 2. Gratian. d. cap. 20. num. 35. & Caner. lib. 2. var. resol. cap. 6. tit. de solut. num. 37.*

7 Limita declarationem istam, quotiescunquè soluens ignoraret id, quod soluit, domini, vel pupillare esse, vel ad pupillum spectare, *d. l. filia*, vbi *glos. vlt. vers. sciebat esse*, & post multos affirmat *Cost. de remed. subsid. remed. 39 illat. 2. circ. fin.* sic etiam *Caner. d. num. 37.* vbi ait, hãnc esse communem, sic demùm post innumeros *Dom. Consil. Theodor.* in citata *alleg. 44 per tot.*

8 Declara tamen, supradictam intelligentiam cum eius limitatione procedere in negotiorum gestore, procuratore, curatore, & alijs similibus, mandatum ad contrahendum non habentibus, sed pro talibus se gerentibus, vt loquitur *d. l. filia, ff. de solut.* vbi mater, quæ filiæ negotia gerebat, nullum mandatum habebat, & ratio videtur sumi ex *text. l. qui cum alio, ff. de regul. iur.* vbi quis debet esse certus de qualitate eius, cum quo contrahit, aliàs sibi imputandum.

9 Secus verò in habentibus mandatum ad contrahendum, vt in tutore, vel curatore legitimo, tunc enim ex solutione ipsis facta occasione contractus cum eis gesti, ipso iure liberatur, non obstante Iudicis decreto, nec quòd sciuerit, vel ignorauerit, rem ad pupillum spectare, prout hanc distinctionem docet *Bart.* inter vnum, & alium casum in *d. l. filia*, vbi etiam *Castr.* tàm in *summario*, quàm in *vers. text. nu. 2.* sic etiam post multos respondet *Fab. de Anna d. l. filia, in cons. 49.* vbi sic pro hac opinione consuluit pro Marchione Calæ Arbo-

Arboris, videndus, sic quoquè in specie tradit *Caualc. de tutor. & curat. nu. 272.*

Et quamuis in contrarium faciat communis *Glossa* distinctio in *l. ait prator, §. permittitur, vers. imputandum, ff. de minor. & in l. 1. C. si aduers. solut. & in l. Lucius, §. tutela, & §. fin. ff. de admin. tutor. §. at ex contrario, Inst. quib. alien. licet, vel non,*
10 *l. sancimus, C. de admin. tutor.* debitorem scilicet pupilli, tutori, vel curatori soluentem cum Iudicis decreto, plenissimâ consequi liberationem, absquè verò decreto pleniorem tantum adipisci, ità quod ipso iure dicatur etiam liberatus, verùm si pecunia deindè sit peremptà, succurritur minori per viam restitutionis aduersus soluentem debitorem, per supradicta iura, per quæ sic tradunt *Gomes. variar resolut. tom. 2. cap. 14. num 4. Caldas in l. si curatorem habens, verbo læsis, num. 57. ad finem, C. de in integr. restit. Vinc. de Fran. in decis. 206. num. 13. Gutier. de tutel par. 2. cap. 22. num. 3. Reg. de Ponte cons. 83. num. 3. vol. 2. Consiltar. de Georg. allg. 38. nu. 11. Fab. de Anna d. cons. 49. num. 5. & seq. Sfort. Odd. de in integr. restit. quæst. 52 art. 2.*

Sed hoc concurrente debitoris bona
11 fide, aliàs nullo modo soluës liberaretur, nec minori opus esset restitutionis beneficio, sed ipso iure agitur contrà ipsum debitorem, vt ex *text.* & ibi notabilitèr *Bart. in l. pupilli debitor, ff. de solut.*

Tamen non erit recedendum à priori
12 opinione, cùm diuersus sit casus, de quo in *l. 1. C. si aduers. solut. & l. sancimus, C. de administr. tutor.* ac *§. ex contrario, Instit. quib. mod. alien licet, vel non*, quæ procedunt, quando debitor soluit tutori quod debebat cum patre pupilli, & non ex contractu gesto cum ipso tutore, vt ex rationibus *Fab. de Anna* in citato *cons. 49* nec obstat *allegat. Consiltar. de Georg. 38* qui contrarium conatus sit tueri, quoniam *ibi*, si benè aduertatur, intentionem suam non fundauit in eo, quòd curatori solui non possit ex cötractu cum ipso gesto, sed solùm in mala fide soluentis, scilicèt quòd ille, cui fuit solutum, non habebat administrationem, nec solemnia adimpleuerat, imò idoneus non erat, & quòd collusiuè ipse debitor sciens omnia soluerat.

Imò opinio tenentium, plenissimam non sequi liberationem ex solutione facta tutori, vel curatori absq; Iudicis decreto,
13 tuta nö est, cùm communis satis rationabilis in contrariü vigeat, vt tradunt *Menchac. lib. 3. contr. vsufrequent. cap. 66. nu. 4. & cap. 67. Cald ad d. l. si curatorem habens, verb. læsis, num. 61. Molin. de contract. disput. 562.* quam esse talem, & veriorem satis doctè ostendit *Gutierrez* videndus *de tutel part 2. cap 22. per tot.* qui respondet ad omnia iura allegara, nëpe ad *l. 1. l. sancimus, & d. §. ex contrario*, quæ iam penitiùs intellecta hoc dicüt, sic etiam pro hac opinione tradit *Reg. de Ponte in d. cons. 83. num 4. 5. 6. & 7. vol. 2.* cùm iura prædicta locum obtineant concurrente debitoris mala fide, veluti quando præsciret, tutorem, vel curatorem esse consumptutum pecuniam, ex eo quia nouerat illius qualitatem, malè versantis in rebus pupilli, vel
14 si non fuisset idoneus, & ideò *l. 1. C. si aduers. solut.* dicit, succurri pupillo per viam restitutionis in integrum, causa tamen cognita, scilicèt si tempore solutionis esset læsus ob malam fidem debitoris, cùm tempore contractus læsio considerari debeat, aliàs si bona fides interuenerit, licèt deindè pecunia esset consumpta, non restitueretur, quod non solùm locum obtinet in vsuris, & alijs annuis introitibus, sed indistinctè in omnibus debiris, vt per *Gutierr loco* citato, videndus.

Et hoc procedit etiam in debitore, &
15 insimul tutore, qui si pecuniam à se debitam in vtilitarem pupilli non verterit, sed contutori soluerit, plenissimam quoquè consequitur liberationem, prout fuit decisum per Sacrum Consilium in causa Thomæ Saraceni, cum Donato Maria Guarino, penès Verrusium, per quod fuit prædictus debitor, & tutor ex solutione prædicta absolutus, concurrente tamen bona fide soluentis, aliàs erit secus, vt in puncto *Peregr. cons. 71. num. 27. cum seq. vol. 1. & Decian. cons. 81. nu. 29. cum seq. vol. 1. Io. Maria Riminald. cons. 309.*

SVMMARIVM.

1 *Natus, & conceptus post mortem testatoris quando admittatur in emphyteusi.*
Et quid in fideicommisso, num. 2.

DECIS. CCXXX.

VEram esse puto, opinionem nostri *Authoris hic*, quotiescunquè emphyteusis cöcessa fuisset pro se, filijs, & nepotibus, vel hære-
1 dibus, quòd tunc nepos natus post mortë aui in ea admitti debet, ad tradita per *Mantic. de tacit. & ambig. in lib. 22. tit. 12. per tot.*

per tot. cùm emphyteusis licèt Ecclesiastica simpliciter concessa (etiam nulla filiorum, vel hæredum facta mentione) ex sui natura ad tertiam vsq; generationem extendatur, & sic ad nepotes, vt in *§. emphyteusim, Authent de non alien. Alexand. & alij in l.ettam, ff.solut.matrim.* prout ità in particulari tenet *Florian.in l.si pactum, ff.de probat. Alciat.de præsumpt.reg.2.præsumpt.36.num.2.Brun in tract.de inter.& perempt.num.73.* & hoc nisi aliud de consuetudine, & moribus obtentū fuerit, ad tradita per *Bald.in cap.vlt. de feud. dat. in vim leg. comm.* & hanc quoquè tanquàm communem sequitur *Alex.Trentaeinq. in lib.3.variar.resol.tit.de iur.emphyt.resol.3.* quam cū multis comprobat idem *Mantic.in eod. lib.22. tit.9.nu 3 vers.circa primum,& num.seq.* prout sic firmitèr tuetur *Couar.lib.2.variar resol.cap.17.ad finem, vers.quinta conclusio,& cap.18.num.1.* eò magis est dicendum, vbi esset concessa pro se, filijs & hæredibus, quo casu omnes descendentes comprehenduntur, non iure hæreditario, & sic licet non sint hæredes, sed iure contractus, vt ex multis probat idem *Mantic.in tit.17.eod.lib 22.* prout in simili diffusissimè *Peregrin. in tract. de fideicommiss. artic.22.à num.66.vsquè ad finem,* dicens, quòd quando est ordinatum
2 fideicommissū fauore familiæ, quòd tunc natus, & conceptus etiam post purificatū fideicommissum admittitur, & hoc non obstante, quòd bona hoc medio tempore essent acquisita alteri remotiori, *Surdus conf.125. vol.1.* vt latè etiam *Papon.in conf.57.& Fachin.in lib.4.controu.cap 88.* quod secus esset in fideicommisso conditionali, quod non haberet tractum successiuum de vno ad alium, & quis nasceretur post euentum conditionis, quia tunc non admitteretur in præiudiciū eius, qui tempore conditionis euentus erat proximior, vt ex traditis per *Peregr.* in citato *art. 22.* & sic fuisse in Rota Romana resolutum tradit eademmet *Rot. in decis.38.part.1. in nouiss.*

SVMMARIVM.

1 *Mandatum relatum in instrumento à Notario sub his verbis*, prout de mandato constat, *interuenisse præsumitur, quamuis de originali non constaret, si essemus in antiquis, & in actu, quem verisimiliter quis absquè mandato non gessisset, vbi decisio Senatus.*

2 *Verba enunciatiua plenè probant quando sunt necessaria ad actum, in quo proferuntur, & ad illius validitatem apponuntur.*

3 *Notario asserenti, affrancamentum per tale Monasterium fuisse factum, vt ex instrumento penès eum, credi debet, & ex tali assertione resultat probatio affrancamenti, quàmuis in prothocollo instrumentum relatum non reperiatur, si essemus in antiquis.*

Ampliа, quòd ex tali assertione præsumitur interuenisse solemnitates, si cum antiquitate interueniret lōga rei possessio, iuxtà verba enunciata, num.4.

5 *Exemplo nūm credi debeat, licèt originale non reperiatur in prothocollo.*

Declara, num.7.& 8.

6 *Assertioni Notarij, confecisse aliquam scripturam credi debet, licèt illa in schedа non reperiatur, & simus in antiquis.*

Intellige cum distinctione, num.7.

9 *In ciuil.bus suspitio falsitatis pro falsitate habetur.*

10 *Exemplum in Archiuio publico repertum probat.*

Intellige, num.11.

12 *Instrumentum reassumptum in forma probante an probet, si in prothocollo non reperiatur.*

Distingue, num.13.

14 *Instrumentum an, & quando probet, licèt non reperiatur in prothocollo.*

15 *Scriptura non probat vbi de originali non constat.*

16 *Instrumentum reassumptū seruata forma* Constitutionis, Instrumentorum robur *dicitur propriū originale, quamuis matrix non reperiatur.*

17 Constitutiones Baiulos, & omnes, & Instrumentorum robur *non procedunt in testamentis.*

18 *Notarij in Regno omnes vigore eorum priuilegiorum habent potestatem reassumendi instrumēta Notariorum mortuorum.*

19 *Prothocolla huius Regni nullam fidem faciunt.*

20 *Testamentum originale dicitur illud, quod à testatore, & testibus fuit subscriptum.*

21 Afflict. & Isern. in Constitut. Instrumentorum robur *respectu testamentorum declarantur.*

22 *Testamentum de iure communi quomodò reassumi possit.*

23 *Falsitas arguitur, cùm descripti testes in instrumento tempore productionis reperiuntur mortui.*

14 *Falsitas arguitur vbi quis distulit præsentare scripturam, & opponere exceptionē.*
15 *Prothocolla fuisse igne combusta an præsumatur, si Ciuitas fuerit cōbusta, & nunquid hoc sufficiat.*
16 *Instrumentum fuisse deperditum quomodò probetur.*

DECIS. CCXXXI.

1 AD hanc decisionē adde *Peguer. in decis.* 207. videndum, vbi inquit, quòd mandatum relatum in instrumento à Notario sub his verbis, *prout de mandato constat*, interuenisse præsumitur, quàmuis de originali non constaret, si essemus in antiquis, & in actu, quem verisimilitèr quis absquè mandato nō gessisset, & ità fuisse in Senatu determinatum subdit, vt etiam tradit *Faber in suo Codice, lib. 4. tit. 4. definit.* 63. dicens, verba enunciatiua posita in contractu gesto cum Principe probare, si verisimile sit quod enunciatur, vt purà quando maritus ex mandato vxoris, de quo nō alitèr constat, transigerit de re vxoris cum Principe, neque enim probabile est, Principem contractum fuisse cum eo, qui se mandatū habere diceret, nisi viso mandato, quem *Fabr.* pro singulari notat *Genua de verb. enunciat. lib. 2. quæst.* 17. *num.* 17. *post tract. de script. priuat.* hinc dixit *Bertazzol. cons. crim.* 196. *num.* 10. *vol.* 1. & antè eum *Dec.*
2 *cons.* 160. *num.* 6. *vol.* 2. quòd verba enunciatiua plenè probant, quando sunt necessaria ad actum, in quo proferuntur, & sic quando ad validitatem actus apponūtur, vt latè quoquè *Osasch. decis.* 39. *num.* 30. sic quoquè latè *Thesaur. lib.* 4. *qq. forens. q.* 46.
3 vbi satis doctè probat, quòd Notario asserenti in aliquo instrumento, affrancamentum per tale Monasterium fuisse factum, vt ex instrumento penès me Notarium, credi debet, & ex tali assertione resultare affrancamenti probationem, quàmuis instrumentum relatum in prothocollo Notarij nōn inueniatur, dummodò essemus
4 in antiquis, quo casu etiam solemnitates interuenisse præsumitur, maximè interueniente cum antiquitate longa rei possessione, verbis narratis corrispondente, vt vltrà *Thesaur.* qui plenè, sic etiam tradit *Peguer.* in citata *decis. num.* 6. *Alex. Trentacinq. lib.* 1. *variar. resol. tit. de verb. signif. resol.* 2. *Mascard. de probat. concl.* 106. *n.* 12. vbi hanc esse magis communem.

Sed ex his infertur, exēplo credere de-
5 beri, non obstante quòd in prothocollo Notarij originale non reperiatur, si tamen essemus in antiquis, contrà *text. in auth. si quis in aliquo documento, C. de edend.* quoniam si creditur Notario in aliquo instru-
6 mento asserenti, aliquam confecisse scripturam, & contractum, quamuis illa in scheda Notarij non reperiatur, tantò magis erit credendum, vbi de illo fidem, vel exemplum faceret idem Notarius.

Verùm cum distinctione respondetur, quòd aut agitur circa probationē solem-
7 nitatis scripturæ, vt quia Notarius fidem faceret, talem contractum fuisse factum cum interuentu alicuius, qui requirebatur pro solemnitate ipsius, vel cum decreto, & similibus, in quo ex eius conditione verisimile erit, enunciatiua interuenisse, & tūc vera erit opinio *Authoris hic*, quòd ex cursu temporis in antiquis illa præsumatur, quam omnium consensu receptissimam esse dicit *Couar. pract. qq. cap.* 21. *in* 4. *casu*, vel vbi in exemplatione requirebatur citatio, nàm ex antiquitate temporis præsumeretur præcessisse, quamuis de illa non appareat, vt dicit *Innoc. in cap. Albericus, de testib.* & communem inquit *Mascard. de probat. concl.* 711. *num.* 23. 82. & 84. vbi allegat *Ias. Corn. Aretin.* & alios idem firmantes, & *ibi* nonnulla etiam referuntur exempla. Aut verò agitur de probando
8 ipsam scripturam, eiusq; substantiam, & tunc si originale scripturæ prædictæ inter Notarij rogationes non reperiatur, quamuis de ea exemplum appareat eiusdem Notarij, nullius roboris esse videtur, & sic tali scripturæ fides non erit adhibenda, vt in *d. Auth. si quis in aliquo documento*, & ibi DD. immò falsa præsumitur, ad *text. in §. fin. auth. de Tabell.* & est cōmunis DD. opinio, vt per *Bald. in l. Cassius, col.* 2. *vers. item est, ff. de Senat. Couar. pract. qq. cap.* 19. *vers. quartò erit obseruandum, Natta cons.* 633. *num.* 19. *Catheran. decis.* 117. *num.* 12. *Menoch. de arbitr. casu* 187. *nu.* 31. & *seq.* & latiùs *de adipisc. possess. remed.* 4. *nu.* 235.
9 maximè in ciuilibus, in quibus suspicio falsitatis pro falsitate habetur, *Dec. consil.* 189. *col.* 1. *Grammat. cons.* 30. *num.* 5. cum alijs per *Farin. de falsit. quæst.* 152. *nu.* 10.
10 quamuis essemus in antiquis, dummodò tale exemplum nō sit repertum in Archiuio publico, quo casu fidē faceret, ad *text. in auth. ad hæc, C. de fide instrum. Bologn. in d. auth. si in aliquo, num.* 28. & *consil.* 1. *sub num.* 64. & de communi *Ann. cons.* 88. *num.* 23. *lib.* 1. *Couar. pract. qq. cap.* 21. *nu.* 7.

Mas-

*Mascard. de probat. conclus.*711.*num.*61. licèt cum declarationibus, vt per *eundem num.*62.*cum seq.* & per *Ioseph. Ludouic. in decis. Perus.*115.*num.*19. vel si essemus in exēplo semel in actis producto, tunc perpetuò fidem faceret, dicit *Mastrill. in decis.* 41. *num.* 11. *cum seq.* ex *Bald. in l.fin. num.*4. *C.de fide instrument.* aut in
11 exemplo cum alijs adminiculis, scilicèt constiro de tenore, & amissione scripturæ cum alijs, iuncto adminiculo Archiuij, fidem ei adhibendā existimauit *Rot.* apud *Farin. in dec.*418.*par.*4 etiā copiæ copiæ, decisum refert *Verall. in decis.*234.*part.*1. concurrentibus adminiculis, & coniecturis sufficientibus ad inducendum animum Iudicis ad illi credendum.
12 Immò etiam in instrumento reassumpto, quod licèt dicatur originale, & plenā fidem faceret, quamuis prothocollum nō inueniatur, *gloss. in l.*2. *versic. publicum, ff. quemadm. testam. aperiant.* quam singularē in hac facti specie appellat *Ias. in l.*2. *sub num.*4. *C.de testam.* subdens, pro tali eam in iure ab omnibus DD. teneri, & facit *text. in l. fin. C. de fid. instrum.* quæ opinio vti vera fuit ab omnibus amplexa, cuius author fuit *Bald.* post *Nicol. de Matarell. in rubr. C. de fide instrum. sub nu* 20. *vers. secundò quæro, & in l fin. col.*5. *vers. vndè tamen dicunt, C. de edend. Bart. in l. Sempronius Proculo, num.*4. ibi, *si non appareat, ff. de leg.* 2. *& in l.*2. *ff. quemadm. testament. aper. Felin. in cap. cum P. col.*1. *de fide instrum. Aquens. in auth. si quis in aliquo documento, C. de edend. Bart. Alex. & cæteri in l.*1. *C. de testam. Lanfranc. de Orian. in cap. quoniam contra, vers. instrumento producto, num.*18. *de probat. Sola ad Constit. Sabaud. tit. de prothocoll. exhib. nu.*11. *Gratian tom.*1. *discept. forens. cap.*187. *num.*13. *cum seq.* & hanc esse communē dicit *Surd. cons.*173. *num.*109. & ità decisum refert *Caneer. lib.*3. *variar. resolut. tit. de priuileg. nu.*234. *cum seq. Seraphin. decis.*428. *par.*1. *Farinac. decis.*602. *&* 581. *num.*2. *cum seq. part.*3. *Monac. in decis. Florent.* 60. *nu.*16. *cum seq.* doctissimus Dominus *Regens Rouitus ad pragmat.*2. *de fide instrum. nu.*19. *Corn. cons.*210 *vol* 4. videndus, *Crau. cons.* 121. *sub num.*11. *Menoch. cons.*1093. *sub num.*27. *cum seq.*
13 Attamen DD. hoc simplicitèr non admittunt, sed cū distinctione, scilicèt quòd aut prothocollum illius anni, & mensis reperitur, tamen in eo tale instrumentū non inuenitur descriptum, & tunc firmant, tali instrumento in formam publicam redacto fidem adhibendam non esse, sed illud præsumi falsum, vt in puncto tradit *Couar. pract. qq. cap.*19. *num.*3. *in fin. in* 4. *casu*, & etiam sequitur *Menoch. de arbitr. lib.*2. *casu* 187. *num.*31. *& de præsumpt. lib.*5. *præsumpt.*20. *num.*32. ac in *cons.*42. *num.*11. *& cons.*188. *in fin.* quamuis idē Notarius, qui instrumentum leuasset, de contractu rogatus attestetur, vt dicit *Anchar. cons.* 431. *& Menoch. d. cap.*187. *num.*31. dum-
14 modò attestatio prædicta in alia scriptura non reperiatur, aliàs dubia esset *Ancharani* opinio, vt dicit idē *Menoch. num.*32. nisi in eisdē prothocollis appareat, detractam fuisse partem aliquam, ex qua huius instrumenti mentio contineri potuerit, vt dicit idem *Couar. d.* 4. *casu*, quod etiam dicerem, vbi abacus esset accomodatus, & in ordine scripturarū aliquo modo appareret de laceratione, vel detractione alicuius scripturæ illius mensis, in quo apparet, contractum fuisse stipulatum, aut verò prothocollum illius anni non reperitur, & tūc vera videtur supradicta opinio, fidem esse adhibendam instrumento, quia sequi non debet, quòd non fuerit factus contractus, cū poterat amitti, vel subtrahi, vt notat *Aym. Grauett. in dict. consil.* 112. *num.*7. *Hercul. de negat. nu.*173. quod considerauit *Rot.* apud *Farinac. in decis.* 483. *sub nu.*5. *part.*3. qui ex *Aym.* ait, quòd potest præsumi, non fuisse prothocollatum, vt etiam latè in puncto *Corn. d. cons.*210. *vol.*4. videndus.

Quàmuis aliter respondi in causa Io. Pauli Francoperta Ciuitatis Rhegij cum Iulia Geria, quæ ad finē impediendi executionē sententiæ assistētiæ latæ per S.C. ad fauorē d. Io. Pauli, produxerat quoddā fideicommissum reassumptum in forma probante factum per quondam Colectam de Mulgerijs de anno 1525. cuius originale inter Notatij rogitos non reperitur, ob
15 quod dicebam, scripturam prædictā non esse veram, sed falsam, quia non constabat de originali, ex *text. d. §. fin auth. de Tabell.* cum alijs supra allegatis, quia in ciuilibus suspitio pro falsitate habetur, vt supra ex *Farinac. de falsit. d. quæst.*152. *num.*10.

Et licèt aduersarius excipiebat, illud esse propriū originale, ex eo quia erat reas-
16 sumptum cum omnibus sollemnitatibus requisitis per *Constitutiones Regni, Baiulos, & Omnes, & Instrumentorum robur*, quo casu quamuis matrix non reperietur, non per hoc detrahitur eius fides, ad tradita

dita per *Gratian. tom. 5. discept forens. cap. 877. num. 29.* & augebatur motiuum, dùm tempore inuasionis Ciuitatis Rhegij, vbi dictum testamentum erat factum, fuerunt combusta multa prothocolla aliorũ Notariorum, ob quod præsumi debet, fuisse combustas etiam scripturas, & prothocolla eiusdem Notarij.

17 Tamen respōdi, *Constitutiones Regni Baiulos, & Omnes, & Instrumentorum robur,* per quas fuit datus ordo, & forma reassũptionis instrumentorum non procedere in testamentis, sed in instrumentis, tanquã ex diuersa ratione, editæ autẽ fuere *Constitutiones* prædictæ cum maxima consideratione, & ratione, siquidèm Notarij facto cõtractu, illum describebãt in prothocollis, quando eis videbatur, & in eis nec testes, nec alius interueniebant, solus autem Notarius, ob quod aliqua falsitatis suspitio oriebatur, cùm Notarius poterat ibi scribere quæ voluerat, ob quod mandauit *Constitutio Baiulos, & Omnes,* quòd Notarius infra hebdomadam instrumentorũ rogationes in prothocollis scribãt, & postmodùm in publicam formã reassumant, cum subscriptione ad minus duorum testium præter Iudicem, & Notarium, qui contractui interfuerunt, vel si Notarius esset mortuus, per alium Notarium potestatem habentem reassumendi prothocolla,

18 & instrumenta Notariorum mortuorum, (licèt hodiè in nostro Regno vigore eorũ priuilegiorum omnes Notarij hanc potestatem habeãt) sic etiam cum subscriptione alterius Iudicis, si ipse mortuus sit, qui in contractu interuenit, dummodò libram auri contractus non excedat, aliàs trium testiũ subscriptiones interuenire debeant præter Iudicem, & Notarium, vt in *Const. Instrumentorum robur,* ex hac, inquam, *Constitutionum* dispositione tollitur falsitatis suspitio, tùm ob rei gestæ vicinitatẽ, & subsequentem reassumptionem ob recentem rogitus memoriam, tùm etiã quia testium subscriptiones interueniunt, propter quod instrumentum ità reassumptũ, & leuatũ dicitur proprium originale, & sic omnis fraudis suspitio cessat, vndè cum maxima ratione dixit *Isern. in d. Constit. versic. prima constitutio, circa finem,* quòd

19 prothocolla huius Regni nullam, vel paruam fidem faciunt, quia scribuntur à solo Notario, absquè eius signo, & testium subscriptione; at quando in formam publicam leuantur, tunc quia adest testium subscriptio, dicuntur originalia, nam per subscriptionem testium satis dicitur probata scriptura, & sic instrumentũ reassumptum robur recipit, non quia à Notario, cùm post mortem ab alio reassumi possit, sed quia à testibus subscriptum reperitur. At in testamento in scriptis redacto secus est dicendum, quia originale illud verè dicitur, quod ab ipso testatore, vel alio eius

20 nomine fuit scriptum, vel subscriptum, & à testibus signatum, atque subscriptum, & illud dicitur originale, quia in prothocollo non scribitur, sed solùm inter aliàs Notarij scripturas conseruatur, propter quod *glos. fin. d. Constit. Baiulos, & Omnes* dicit, dispositionẽ dictæ *Cõstitutionis* nõ habere locũ in testamentis, quia in eis requiritur maior sollemnitas, quàm in contractibus, ac etiam quia originale est ipsa testamenti scriptura, vndè cũ de eo aliter non constabat, dicebam, assertum testamentum, & fideicommissum ab aduersario productũ non esse verum, sed falsum. Et DD. qui pro aduersario allegantur, scilicèt *Gratian. Surd. & Sola,* cæteriq; non loquuntur de testamento, sed de instrumento, quod satis ab eo diuersum est, vt dixi.

Nec mouet, quòd *Isern. & Afflict. in d. Const. Instrumentorum robur* firmatũt,

21 *Constitutionem* prædictam locum habere etiam in testamentis, quoniã eorum opinio vera est in testamentis nuncupatiuis, in quibus testes nõ subscribuntur, sed tantùm de eorum interuentu aliter non constat, quàm ex Notarij assertione, vt cauetur ex eodem *Afflict. in decis. 265. & 266.* licèt *ibi* etiã in hoc casu contrariũ tenuit, sic quoquè *ibi Vrsill.* sed in testamentis in scriptis, in quibus testes omnes proprijs eorum manibus se subscribunt, & signant, secus erit, & procedit *glos. in d. Constit. Baiulos, & Omnes, in fine,* eo quia non requiritur alia probatio, sed ipsa scriptura sic à testibus subscripta, & signata est originalis, & sic *Constitutio* prædicta non procedit in testamentis in scriptis, sed in nuncupatiuis, in quibus testes non se subscribunt.

22 Minus obstat, quòd de iure communi testamentum in scriptis redactum possit reassumi, vt probatur in *l. 2. C. de testam.* quoniã reassumptio à lege cõmuni tradita est diuersa, eo, inquam, casu testes, qui in eis se subscripserunt, debent de eorũ subscriptionibus, & signis coràm competenti Iudice deponere, ac etiam se vidisse, testatorem scribere, citatis omnibus interesse prætendẽribus, & deindè interponi decretum à Iudice, quòd publicetur, vt optimè

probant

probant *ibi Bart. Bald. Alex. Salic. & Fulgos.* & sic requiritur processus cũ causæ cognitione, quod in præsenti causa factum non apparebat, & sic nullum assertũ fideicommissum.

Et propterea dicebam, assertum testamentum cum subscriptione assertorum testium nihil operari, quis enim dicit, prædictos testes in testamento prædicto
23 interuenisse? hoc colligi non potest, nisi ex ipsa originali scriptura, scilicet ex ipso testamento, quod nõ producitur, tantò magis, quia tempore productionis illius omnes testes in eo descripti erant mortui, ob quod non leuis falsitatis suspitio insurgit, ideò testes mortuos fuisse appositos, nè per eos posset falsitas testamenti detegi, ad *text. in l. 1. §. fin. ff. quemadm. testam. aper. Alex. cons. 61. col. 2. vers. 2. volum. 3. Paris. cons. 27. num. 24. vol. 2. Menoch de arbitr. casu 187. num. 44. & cons. 42. num. 32.* in puncto etiam *Caber. decis. 117. nu. 10. & seq.* vbi quamplurimos allegat.

Et quamuis multum intercesserit tempus inter assertum testamentum, & productionem illius, tamen non per hoc tollitur virtus illius coniecturæ, vt dicit *Surd. consil. 173. num. 17.* nam qui vult aliquod falsum facere, curat omnia subtilitèr ordinare, nè falsitas circumstantijs detegatur. Tantò magis id claritate constare dicebam, quia in facto apparebat de tali fideicommisso à principalibus reis primo loco conuentis, contra quos fuerat lata sentẽtia, nunquam fuisse illud appositũ, & fuit processum ad liquidationẽ crediti, oppositis per eos nonnullis alijs exceptioni-
24 bus, post quorum mortem conuenta, quæ illis successit, opposuit, ex hoc autem dicebam, falsitatem manifestam deduci per *text. in l. si quis fortè, §. 1. ff. de pœn.* ibi, *nec enim debebat tam magnam rem tandiu retinere*, quod etiam considerauit *Aym. Crauett.* in hac specie testamenti loquutus *cons. 28. numer. 6. cons. 76. num. 9 & cons. 134. num. 3.* & sequuti sunt *Foller. in praxi crimin. in verbo item quòd commisit falsitatem, num. 19. Bertazzol. cons. 521. num. 28. Cephal. cons. 287 num 32. & seq. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præs. 91. num. 8. & lib. 3. præs. 122. num 94. & lib. 5. præs. 5. num. 39. Mascard. de probat lib. 2. concl. 740. nu. 17. Caeber. decis. 117. num. 9.* sic etiam in puncto *Surd. d. cons. 173. num. 19.*

Minus quoque refragari dicebam, Ciuitatem Rhegij fuisse à Turcis depopula-
25 tam, & igne combustam, quoniam ex hoc solo nõ probatur, prothocolla fuisse amissa, ad tradita per *DD. in l. si quis ex argentarys, §. penult.* & ibi *Angel. vers. si autem, ff. de edend. Afflict. decis. 13 num. 20.* quam-
26 uis simus in antiquis, & vltrà centũ annos, quicquid dixit *Crauett. de antiq. tempor. part. 1. num. 316.* necesse est enim, vt probentur vltrà incẽdium, & depopulationẽ existentia tunc temporis ipsius testamenti, secundùm *Crot. cons. 122. nu. 34. Mascard. de probat. concl. 88. num. 15. Crauett. cons. 157. nu. 16.* & antè eos *Bart. in l quoties, C. de naufr. lib. 10.* vbi quod ex naufragio probatur amissio, constito tamen prius, quod res fuerit immissa in nauim, vt in materia testamenti latè probat *Grattan. tom. 3. discept. forens. cap. 468. num. 27. & seq.* & pleniùs *Thesaur. lib. 2. qq. forens. quæst. 94.* vbi ad probandum, testamentum fuisse deperditum, nè dùm requiritur illius amissio, iungendo probationẽ casus cum tempore testamenti, sed etiã vt per dictos testes de illius tenore constet, subdens, sic Senatum decreuisse, ea ratione, quia matẽria testamenti est multùm suspecta, ob quod non sinè magna causa leges tot requirant solemnitates, hanc denique opinionem vti veriorem sequuti sunt *Sfort. Odd. consil. 64. num. 48. Abb. cons. 101. num. 71.* & antè eos *Iason in l. admonendi, in 2. lectur. num. 42. ff. de iure iur.* quam communem appellat *Surd cons. 109. num 23.* subdens, cautum esse debere Aduocatum in articulando, vt deducat annum, diem, & locum, & alia ad substantiam testamẽti, vltrà amissionem, & in puncto, quòd vltrà exemplum eiusdẽ Notarij, quòd de tenore originalis, & illius amissione constare debet, probat *Farinac. in decis. 4:8. nu. 1. part. 3.* & antè eum *Bart. in l. sicut iniquum, num. 1. C. de fide instrument.* & Ego solus scripsi in causa prædicta.

SVMMARIVM.

1 *Omne verbum significãs legitimum testatoris sensum, sufficit ad inducendum fideicommissum.*

2 *In relictis particularibus inter verba directa, & indirecta non datur differentia.*

3 *Fideicommissum inducitur quibuscunque verbis.*

4 *Fideicommissum inductum censetur, vbi testator dixit,* quòd heres possit legare vni ex filijs plusquàm alijs, dummodò nimium non diminuatur hæreditas.

5 *Verba precaria necessitatem inducunt.*

6 *Verba*

6 *Verba enunciatiua, & dinotantia desiderium sufficiunt ad inducendum fideicommissum, veluti* cupio, vt des, desidero, scio, non dubito, *& similia*.
Intellige, vbi ad grauatum, & non ad honoratum referuntur, num. 12.
Item intellige respectu filiorum, & nepotū, & non quòad alios, num. 13.
Sed contrarium, num. 14.
7 *Testator declarans, testamentum fecisse ad vtilitatē filij, videtur inducere fideicommissum ad beneficium filij.*
8 *Verbum*, ponit, *nunquid necessitatem inducat.*
9 *Verbum*, peruenire, *fideicommissum inducit.*
10 *Testator mandans, haredem esse contentum de aliqua re, censetur fideicommissum in residuo inducere.*
11 *Testator commendans aliquem haredi respectu certa rei, censetur illam relinquere.*
13 Tex. in l. etiam hoc modo, & l. eo modo, ff. de leg. 1. & l. Pamphilio, ff. de legat. 3. cum similibus *nūm procedant fauore liberorum, vel generaliter, & num.* 14.
15 *Mens, & non verba in fideicommissis attenditur.*
16 *Qualibet verba sufficiunt pro interpellatione.*

DECIS. CCXXXII.

1 AD ornatum huius decisionis adde, quòd omne verbum significans legitimum testatoris sensum, legare, aut fideicommittere volentis, sufficit ad inducendum legatum, vel fideicommissum, siuè sit preceptiuum, siuè precarium, *l. omne verbum, C. commun. de leg. & l. in legatis, C. de legat.* ibi, *nihil interest, quis talem voluntatem casus verborum exceperit, aut quis loquendi vsus effuderit*, vndè dixit *ibi Alex.* quòd non refert, per quæ verba loquatur testator, dummodò eius intentio comprehendatur, nām verborum solemnitas non curatur, inquit *Salic. ibi*, cùm in relictis parti-
2 cularibus inter verba directa, & indirecta non sit differentia, vt notat *glos. in d. l. omne verbum, vers. directis*, ac *Bart. cons. 37. in*
3 *fin.* fideicommissum enim inducitur quibuscunquè verbis, si modò ex eis testatoris voluntas colligatur, *l. penult. ff. de leg. 1. l. cùm proponeretur, ff. de l. g. 2. l. fideicommissa, §. hac verba, ff. de leg. 3. & l. cùm virum, C. de fideicommiss.* & ob id *Socin. iun. cons.* 1. *lib.* 3. concludit, quòd ex illis verbis,
4 *quòd hares possit legare vni ex filijs plusquam alijs, dummodò nimium nō diminuatur hareditas*, inductum sit fideicommissum, quem etiam sequitur *Gratian. tom.* 3. *discept. forens. cap.* 537. allegans *Alciat. in cons.* 31. *lib.* 9. *tom.* 3. qui in eadē facti specie sic consuluit.

5 Quod mirabile visum fuit nonnullis in quadam graui causa, quòd verba precaria necessitatem inducant, dixit *Peregrin. de fideicommiss. artic.* 1. *num.* 46. ità vt hæres cogeretur inuitus præstare id, de quo precarijs verbis rogatus fuerat.

6 Hinc est, quòd verba enunciatiua, & denotantia desideriū sufficiunt ad fideicommissum inducendū, prout firmarunt *Crot. cons.* 13. *num.* 15. *vol.* 1. *& cons.* 279. *nu.* 2. *lib.* 3. *Dec. cons.* 23. *sub nu.* 2. *cons.* 38. *nu.* 2. *cons.* 589. *num.* 9. *& cons.* 637. *num.* 9. *Rub. cons.* 120. *nu.* 1. *Aldobrand. cons.* 31. *nu.* 11. *vol.* 1. *Crauett cons.* 645. *num.* 2. *vol.* 4. *Odd. cons.* 65. *num.* 3. *Menoch. cons.* 369. *num.* 4. *cum seq. Turrett. cons.* 81. *nu.* 61. *lib.* 1. *Casanat. cons.* 15. *num* 11. *& cons.* 16. *num.* 20. *Tusc. concl.* 249. *num.* 5. *lit. F.* plures congerit *Genua de verb. enunciat. lib.* 2. *quaest.* 27. *num.* 1. addo *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib* 8 *tit.* 1. *num.* 12. *cum seq. Peregrin. de fideicommiss artic.* 1. *num.* 47. *Fusar. de substit. q.* 688. *nu.* 35. *Rot. Roman. decis.* 640. *nu.* 16. *par.* 1. *in nouis Surd. cons.* 178. *nu.* 3. *de Ponte cons.* 46. *nu.* 2. *&* 3. *cum seq. lib.* 1. quicquid dixerit *Faber lib.* 14. *cons. 8. c.* 2. *et* 3. veluti *cupio, vt des, opto, exigo, desidero, credo, te daturū, scio te daturū, nō dubito, te daturū si curā habeas, vt ad filios tuos peruenire possit*, & similia, prout de verbis *cupio, vt des, opto, vt des, credo, te daturū* est *text. in l. etiam hoc modo, ff. de leg.* 1. & de verbis *exigo, desidero, vt des*, est *text. in l. eo modo, ff. eodem*, per quæ iura dicit *Anna in allegat.* 25. *num.* 17. quòd pater declarans, testamentum fecisse ad vtilitatem filij, sequi-
7 tur, inductum esse fideicommissum, vt bona restituantur filio, quod etiam antè eum consuluit *Corn. cons* 239. *vol* 2. & sequitur *Gozadin. cons.* 98. *num.* 9. de verbo, *non dubito* est *text. in l. vnum ex familia, §. fin. ff. de leg.* 2. de verbo *scio* est *text. in l. Pamphilio, in princ. ff. de leg.* 3. de verbis *curam eorum habeas, vt possint ad filios tuos peruenire*, est *text. in l. fideicōmissa, §. hac ver-*
8 *ba, ff. de leg.* 3. licèt *Mart. de success. legal. part.* 4. *quaest.* 21. *num.* 61. fundet, fideicom-
9 missum induci ex verbo *possit*, cùm illud importet necessitatem, & si aliter sentiant

Rot. Ianuens. in decis. 167. nu. 7. Surd. consil 98. num. 1. & Mastrill. decis. 194 nu. 22. & Gratian. tom. 4. discept. forens. fundat, fideicommissum induci ex verbo peruenire, in cap. 630 num. 10. quem etiam sequitur idem Mart. loco citato, num. 63. item vbi fuerit dictum, habes filios sororum tuorum, quibus relinques, similitèr per dicta verba fideicommissum inducitur, ad text. in l. codicillis, §. mater, ff. de legat. 2. item de verbis peto, vt hæres meus sit contentus illa re
10 fideicommissum in residuo importā; l. peto, in princ. ff. de leg. 2. & l. ex hac scriptura, ff. de donat. item vbi testator aliquem hære-
11 di commendat respectu certæ rei, cēsetur illi fideicommissum relinquere, l. verba, vbi gloss. ff. de alim. & cibar. legat. l. 2. C. commun. de leg. Surd. cons. 178. num. 2. Marta de success. legal. part. 4. quæst. 21. art. 1. n. 47. sic etiam in omnibus causis, vbi similia occurrerent exempla, ea iura habenda esse esse existimat Peregrin. de fideicommiss. ar
12 tic. 1. num. 47. licèt cum distinctione, vbi verba prædicta deprecatiua denotantia desiderium, vel enunciatiua referuntur ad grauatum, non autem si referuntur ad honoratum, eo enim casu dispositionem nō inducunt, quia ad relatiua existimantur, per text. in l. Iulianus, §. ex his, ff. de leg. 3. l. generali, in princ. ff. de vsufr. leg. subdens, hanc distinctionē esse communitèr receptam, prout si verba in futurum conferantur, eam admittit Faber in suo Codice, lib. 4. tit. 14. de prob. & præs. definit. 23. per iura prædicta eamq; sequuntur Alexand. Trentatinq. lib. 1. variar. resol. tit. de verb. signif. resolut 2. num. 42. de Ponte cons. 46. num. 9. lib. 1. & pro veritate videndus Genua de verb. enunciat. lib. 3. quæst. 1. à nu. 3. vsque ad finem, ibiquè etiam latè de intellectu l. ex hac scriptura, ff. de donat.

Sed quæstio est, nunquid prædicta solū
13 procedāt fauore liberorum, vel cuiuslibet extranei, Roman. in singul. 154. num. 2. firmat, id esse fauore liberorum, & nepotum tantùm, per text. in l. vnū ex familia, §. fin. ff. de leg. 2. per quem ità in specie cōcludit Thesaur. in decis. 96. sub num. 24. vers. bine rationes filiorum, sic quoquè Mascard. de probat. concl. 775. num. 25. vol. 2. Alexand. Raudens. cons. 24. num. 12. vol. 2. Rot. decis. 640. nu. 16. part. 1. in nouiss. Genua de verb. enunciat. lib. 2. quæst. 27. num. 24.

Contrarium verò indistinctè tenet Peregrin. de fideicommiss. artic. 1. num. 47. di-
14 cens, iura prædicta non esse restringenda ad filios tantùm, sed generalitèr, ex Bart. & alijs per d. l. ex hac scriptura, subdens, hanc esse communem, ex eo quia in fideicommissis sola voluntas attenditur, licèt etiam dicat, quòd facilius fit, vt liberorum fauore verba enunciatiua disponant, hanc quoquè opinionē tenuit Faber in suo Codice, d. tit. 14. d. finit. 23. in princ. dicens, in vltimis voluntatibus nihil interest, in quo quis loquatur, sed illud tantū respicimus, in quem voluntatis intentio dirigatur, ex text. l. miles ad sororem 77. & l. cùm pater 79. §. donationis, ff. de leg. 2. licèt iura prædicta loquantur, quando verba sunt dispositiuè prolata, hanc quoquè opinionem videtur admittere Reg. de Ponte in d. con-
15 sil. 46. dùm concludit, quòd in hoc casu mens, & non verba attendi debeat, vt habetur in l. fideicommissa, §. interdum, ff. de leg. 3. & sic generalitèr loquitur, & proptereà Paul. de Castr. in d. l. etiam hoc modo ait, quòd quælibet verba ad interpellationem sufficiant, ponens quæstionem, quòd si creditor dicat debitori, ego indigeo pecunia, quam tu debes, vel libentèr vellem, quòd solueres mihi, vel benè faceres vti discretio-
16 ne, & mihi soluere, quòd per hoc debitor constituitur in mora, adeo vt si debeatur species, per eius interitum non liberatur, nàm, vt dicit ibi Cuman. quòd sicut quælibet verba denotantia voluntatem restatoris sufficiāt, ità & quælibet verba ad interpellationem sufficiunt, & sic fideicommissum non inducitur, quia verba in filios proferuntur, sed quia per ea colligitur testatoris voluntas fideicommissum inducendi, argumento text. d. l. fideicommissa, §. interdum, ff. de leg. 3. verùm in facti contingentia cogita, quia opinio Peregrini videtur consona.

Respectu captatoriæ dispositionis latè scripsi in decis. 7. 13. 68. 98. & 228.

SVMMARIVM.

1 *Donatio omnium bonorum nō comprehendit bona futura.*
Amplia, num. 2.

DECIS. CCXXXIII.

1 Donatione omnium bonorum simplicitèr non comprehendi bona futura, concludit Author his, ad quem adde Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 25. qui latè hanc opinionē tuetur, quam sequitur Thesaur. in decis. 199. omninò videndus, dicēs, procedere,

cedere, quàmuis sit facta cum reseruatione, sic etiam *Fontanell. de pact. nuptialib. claus. 4. gloss. 11. part. 2. nu. 23. & seq.* & hoc licèt post mortem esset collata, dummodò inter viuos remaneat, vt latè idem *Mantic. lib 13. tit. 30. nu. 4. cum omnibus seqq.*

2 Quod ampliatur, etiam si in donatione dictum fuisset, *qualiacúque, & quantacunque sint bona, vbiquè existentia*, etiam cum clausula, *si sine liberis decesserit*, & sit facta coniunctis, item in donatione reciproca, item de donatione de dimidia parte, vel alia quota bonorũ, cùm in omnibus prædictis casibus semper ad bona tantum præsentia restringatur donatio, vt ex dicta *decis. Thesaur.* & ibi etiam, quàmuis sit facta sub nomine vniuersali, vel collectiuo.

SVMMARIVM.

1 *Promissio sub fide principatus, generositatis, vel nobilitatis, quoad vinculum contractus, pro iuramento vero, ac corporaliter præstito habetur.*

Item sub verbo veritatis, & in mea conscientia, num. 2.

Item talis promissio beneficium excussionis excludit, num. 3.

Sed intellige, vbi fieret à viris nobilibus, num. 4.

5 *Promittens se facturum, & curaturum, an faciendo possibilia excusetur.*

Intellige cum distinctione, num. 6.

Amplia, num. 8.

Limita, quando quis contrauenirei ratione enormissimæ læsionis, num. 11.

7 *Promittens se facturum, & curaturum cum effectu, si id, quod promisit non fecerit, tenetur tantùm ad interesse, vbi decisio Rotæ, & num. 10. vbi decisio Senatus.*

9 *Maritus promittens se facturum, & curaturum, vt eius vxor renunciaret, non excusatur fecisse totum posse, vbi decisio Sacr. Cons.*

DECIS. CCXXXIV.

DVO quæruntur ab *Authore hic*, Primò, scilicèt si promissio in verbo veri Principis habeat vim iuramenti.

Secundò, si quis promittat se facturum, vel curaturum, faciendo possibile excusetur.

Circa primum adde, quòd ex notoria

1 Germaniæ consuetudine promissio facta sub fide principatus, generositatis, vel nobilitatis, quoad vinculũ contractus, pro iuramento vero, ac corporaliter præstito habetur, *Minsyng. centur. 1. obseruat. 17. Gayll. lib. 2. obseruat. 59. Io. Stebard. in l. fin. C. de edict. diui Hadr. toll. Schurf. consil. 37. num. 11. & 12. Cantiuncula cons. 22. num. 3. Tilman. decis. Camer. Imperial. 14. nu. 31. & 34. Ioachim à Beust. in l. 3. § iurare, num. 14. ff. de iure iurand.* qui dicit,

2 hoc etiam procedere, si Princeps promitteret sub verbo veritatis, & in mea conscientia, ac fide, quod sequitur *Roland. in tract. de commiss. part. 2. lib. 2. cap. 11. nu. 43.* sic etiam *Georg. in alleg. 33. nu. 15. Franc. Marc. decis. 456. num. 55. part. 2. Surd. de aliment. tit. 9. quæst. 24. num. 2. & 3.* plenè *Farinac. de fals. quæst. 161. num. 406. cum seq.* talitèr quòd hæc promissio Principum

3 paratam habet exequutionẽ, cùm neque beneficium excussionis eis competat, prout latè *Herring. in tract. de fideiuss. cap. 27. part. 1. num. 299. & seq.*

4 Verùm intellige, quando hęc promissio fieret à viris nobilibus, vt declarant citati DD. Germani, & *Herring.*

5 Circa verò secundum, an promittens se facturum, & curaturum, faciendo possibilia, excusetur, *Author* concludit cum distinctione, scilicet quando quod promittit sit possibile, & tunc quàmuis factum sit alienum, obligatur tanquàm proprium, at si impossibile, & non obligatur, neque iuramentum eum obligat.

Pro veritate verò huius quæstionis (relicta disputatione de eo, quod diuersimodè dixit *Aretin. in consil. 142.* vbi quis si adhibuerit omnẽ diligentiam, excusetur, quòd contrarium verius esse dixerat *ipsemet in l. si ità stipulatus, § possum, col. 2. de verbor. obligat.* vbi latè etiam respondet contrarijs, ex communi opinione Canonistarum, prout idem tenet *Ias. in l. stipulatio ista, in 5. not. eod. tit.* de qua quæstione diffusè *Mantic. de tacit. & ambig. in lib. 14. tit. 35. per tot.* vbi post infinitos DD. magis communem, & veriorẽ esse ait illam contra dictũ *consilium Aretin. 142.* quod etiã pro vero non habuit Sacrum Consilium id, quod ipse consuluit, vt testatur *Capyc. in decis. 93* dùm salario ductus consuluit, contra quem etiam magnum festum facit *Vincent. de Franch. in decis.* infrà citanda *in prine.*

6 Dicerem sic, quòd aut quis simplicitèr promiserit se facturum, & curaturum, & tunc si fecerit quod poruerit, liberetur, vt docet *Alciat. in l. 4. § Cato, num. 129. vers.*

habetis ergo plures casus, de verb. oblig. Anna allegat. 17. num 8.

Si autem quis promiserit se facturum, & curaturum cum effectu, & tunc contrarium est verius, scilicet nõ excusari, quàmuis totum posse fecisset, cùm in solo conatu non verificetur effectus, ad tradita per dictum *Aretin. in d. l. d. §. possum*, prout singulariter notant *Bald. in l. final. C. de dot. promiss num.* 17. *Raphael Cuman. in cons.* 180. hanc quoquè opinionẽ tuetur, contrarijs respondẽdo *Mantic.* in citato *tit.* 35. *& Canetr. lib. 2. variar. resolut. cap.* 4 *num.* 152. idemquè voluit *Vinc. de Franch. in decis.* 624. contra *Afflict. in decis.* 295. referens, sic contrà ipsum *Afflict.* sępè decisum fuisse, contrà quem etiam restatur *de Ponte de potest. Proreg. tit. de success. mulier. in Regn. fol.* mihi 307. *in nouiss. nu.* 11. *& seq.* diffusè quoquè *Molfes. ad Consuet. Neap. tit. de renunc. quæst.* 11. *num.* 24. *& seq.* cùm promittens aliquid se facturum cum effectu, vt alius quid faciat, potuit hanc difficultatem, quæ ex facto alterius dependet, prospicere, & nihilominùs se adstrinxit, igitur debet sibi imputari, cur talem susceperit obligationem, argumẽto *l. si quis domum, §. 1. ff. locat.* idem *Mantic.* in citato *tit nu.* 4. pro quo etiam singularis est *text. in l. qui autem, §. sed si quis, ff. de constit. pecun.* qui casum decidit, omninò videndus, sic etiam in *l. fideiussor, §. necessaria, in 2. respons. ff. qui satisd. cogant.* verùm pro-
7 mittens, ad interesse tantùm tenetur, si id, quod promisit non fecerit, vt tradunt citati DD. & *Lopez in l.* 11. *tit.* 11. *par.* 5. *glos.* 1. *Gutierr. de iuram. confirm. part.* 1. *cap.* 44. *num.* 6. prout sic pluriès determinasse Rotam inquit *Marescott. in lib.* 1. *var. resol. cap.* 88. *num.* 20. post *Dec. Paris. Rip. Aym. Gabr. & alios*, sic etiam eademmet *Rot. in decis.* 367. *num.* 2. *vers. tertiò considerabant Domini, part.* 4 *in nouiss.*

Et licèt dici possit, priorem opinionem saluari, quando difficultas superuenisset post contractam obligationem, vt declarat *Ias.* ex mente *Bart. in l. continuus, §. illud. & l. stipulatio ista, de verb. oblig.* vt etiã tradit *Io. Franc. de Ponte* sequutus *Ias. in d. l. stipulatio ista, nu.* 10. *in cons.* 153. *nu.* 3. *vol.* 2. nihilominùs dicerẽ, quòd hoc procederet, quando quis esset obligatus ad factum propriũ, quòd tunc excusetur à mora, quando posteà contingit, & præuideri non potuit, vt est *text. in l. si vehenda, §. idē iuris, ad l. Rhod. de iact.* & latè dixi in *decis.* 262.

Secus autem, quando difficultas dependet ex facto alterius, quæ fuit ab initio, &
8 potuit præuideri, tunc enim sibi est imputandum, quia potuit sibi prospicere, & nõ prospexit, *d. l. qui autem, §. sed si quis*, quam sic intelligit *Bell. supput. lib.* 3. *cap.* 13. *nu.* 1. *vers. pro defensione, & Mantic. loco* citato.

Et hoc eò magis procedit, & absq; difficultate, quando quis promiserit ratificationem alterius, vel quid facturum cum effectu, seù realitèr ratificari facere cum iuramento, aliàs quòd vult teneri de suo ex nunc, prout ex nunc, ita quòd non excusetur faciendo totum suum posse, prout latissimè *Pancirol. in cons.* 45. *Osasc. in consil.* 76. *Couarr. in cap. quamuis pactum, 2. part. §. 5. de pact. in 6. Morot. cons.* 92. sic quoquè *Costa de re integr. dist.* 27. *num.* 8. *Ioseph. Ludouic. commun. conclus. concl.* 14. *num.* 123. *& seq. Viu. commun. opin. lib.* 1.
9 *opin* 255. prout in marito, qui similẽ promissionem fecit, se curaturum, vt eius vxor renũciare habuisset bonis maternis, & paternis, vt solitum est, quòd non excusetur fecisse totum posse, vt sic iudicatum contra *Afflict.* iunctis duabus Aulis refert *Vinc. de Franch. in decis.* 624. quod etiam cum multis comprobat *Molfes.* in citata *q.* 11.

Nec in hoc obstat illud, quod dicitur à multis, qui sequũtur *Aretin. in d. cons.* 142. quòd cùm promittat quis se facturum, & curaturum cum effectu, vt quis aliquid faciat, sic intelligitur, vt bona fide, ac verè, & non simulatè det operam, omnemquè adhibeat diligentiam, vt ille faciat, & hãc esse communem, inquit *Ioseph. Ludouic. decis. Perus.* 27. *num.* 8. nàm si alitèr intelligeretur, certè sequeretur, quòd factũ alienum præcisè, & absolutè fuerit deductum in stipulationem, & cõsequentèr ipsa inutilis redderetur, vt *d. l. stipulatia ista.*

10 Nam respondetur, quòd cùm quis promittat se factutum, & curaturũ cum effectu, intelligitur promisisse id, quod interest, si effectus non fuerit sequutus, vt tradiderunt citati DD. & *Lopez, & Gutierr. vbi suprà*, & sic decisum refert *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 8. *glos. vnic. part. vnic. num.* 20. dicẽs, quòd dùm quidam promiserat genero suo se curaturũ cum effectu, quòd quidam Canonicus daret filię in dotem certam pecuniæ quantitatem, quã non dedit, condemnatus fuit promissor ad interesse, quod succedit in obligationibus facti, & ità etiam respondet *Mantic.* in citato *tit.* 35. *num.* 26. & antè eum *Rip. in cons.* 14. *num.* 1. *de pact. vol.* 2. vbi subiunxit, & ne-

& negari non potest, quin in casu isto negotium inter stipulantem, & promittentem gestum sit, quæ ratio sufficit, vt stipulatio valeat, *l. inter stipulantem, in princ. ff. de verb. oblig.* quam rationem *Ruin.* etiam veram esse dicit in *consil. 67. num. 5. lib. 4.* idemque explicat *Ias. in d. l. stipulatio, in princ.* cùm actus debeat interpretari magis, vt valeat, quàm vt pereat, iuxtà *text. in l. quoties in stipulationibus, ff. de verb. oblig.* cum alijs per *Menoch. de præsumpt. præs. 4. lib. 6. num. 1.*

Sed benè verum omnia supradicta non afficiunt (quàmuis quis promiserit se facturum, & curaturum, & cum effectu, aliàs quòd vult teneri de proprio) quando quis

11 cõtrauenit ratione enormissimæ læsionis, quæ nunquàm intelligitur exclusa, *Cephal. consil. 115. nu. 3. & seq. lib. 1. Ioseph. Ludouic. in d. decis. Perus. 27. nu. 8 & 11.* & post eos sic notat *Herring. in tract. de fideiuss. c. 20. §. 9. num. 130.*

Limita prædicta in prætorijs stipulationibus, in quibus etiam si quis simpliciter promittat, alium esse facturum, neq; adijciat pœnam, obligatur, *l. quoties quis, de verbor. oblig. Bar. in l. 4. §. Cato, in 9. oppos. eod. tit.* per *text. in l. si procurator, ff. rem ratam haberi*, quem sic intelligunt *Ruin. in d. §. Cato, num. 65. Couar. in cap. quamuis, part. 2. §. 5. num. 7. de pact. in 6. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 14. tit. 35. num. 24.*

SVMMARIVM.

1 *Feudum nouum mixtum à patre acquisitũ tanquàm hæreditarium in legitimam filio imputatur.*

Intellige, habita ratione valoris feudi, licèt in eo solus primogenitus succedat, vbi decisio S.C. num. 2.

3 *Feuda licèt non veniant in liquidatione legitimæ, tamen ipsorum valor, & æstimatio venit.*

4 *Feudum pro eo, quod vltrà legitimam valet, venit in trebellianicam imputandũ, vbi decisio S.C.*

5 *Pater potest vltrà deductionem legitimæ, habita ratione valoris feudi, filiũ ad solutionem legatorum grauare.*

6 *Inuentarium non prodest in feudo hæreditario.*

7 *Legitima deduci non potest ex feudo mixto antiquo.*

8 *Filius licèt non sit hæres, feudum antiquum mixtum habere potest, quicquid alij opinentur.*

DECIS. CCXXXV.

1 Feudum nouum mixtum à patre acquisitum, tanquàm hæreditariũ in legitimam filio imputari, concludit *Author*, ad quẽ addo *Francisc. Milanens. in decis. Sicil. 8. num. 323. in fin. lib. 1.* idem *Author in consil. 427. cum seq. vol. 3. D. Reg. Rouit. ad pragmat. 4. de feud. nu. 63. Mangil. de imputat. & detract. quæst. 37.* prout sic decisum pluriès fuisse in Senatu Mantuano refert *Bursat. consil. 132. nu. 15. 29. & 30. lib. 2. Merlin. de legitima*, qui quæstionem istam per extensum examinat in *lib. 2. quæst. 7. tit. 1. Fab. de Anna* plenè in *consil. 130. num. 24. & seq.* ac eius *Genitor in singul. 202. & ipse ibi in addit. Lanar. consil. 80. nu. 22.* idem *D. Reg. Rouit. in consil. 41. num. 18.* & facit, quia dicitur esse pars hæreditatis, continetur sub nomine hæreditatis, & venit in restitutione fideicommissi, vt declarat *Camer. in cap. 1. §. prætereà Ducatus, num. 832. de probib. feud. alien. per Federic.* idem *Bursat. consil. 89. num. 37. & d. consil. 132. Intrigl. tract. de feud. quæst. 51. num. 132. Scrader. eod. tract. part. 7. cap. 5. num. 43. Crass. in §. legitima, quæst. 21. num. 3.*

Benè verum intellige, quòd licèt feuda

2 hæreditaria in legitimam imputentur, hoc tamen non potest esse, nisi habita ratione valoris feudi, licèt in eo solus primogenitus succedat, vt tradit *Cons. de Georg. allegat. 20. num. 31. & seq.* prout post longam discussionem, & distinctionem, de quibus noster *Author hic*, sic iunctis duabus Aulis per Sacrum Consilium decisum fuisse refert *Vinc. de Franch. in decis. 368.* quod in specie affirmat post infinitos *Fab. de Anna in d. consil. 130. lib. 2. num. 23. & multis seqq.* videndus, vbi ait, hoc procedere etiam in matre, & auia in successionibus eorum filiorum, & nepotum, quæ licèt dicantur exclusæ à corpore feudi, tamen nõ

3 intelliguntur exclusæ ab æstimatione, cùm exclusus à feudo efficiat, vt in feudo non possit succedere, non tamen efficit, quòd legitima ei non debeatur super alijs bonis hæreditarijs, habita ratione æstimationis feudi, vt *ibi* ipse consuluit pro Illustr. Domina Felice Vrsina, contra Illustr. Principem Hostiliani, & sic ad finem liquidandi legitimam feudum habetur in considera-

4 tione patrimonij, & hoc adeò verum est, vt dictum feudum pro eo, quod valet vltrà legitimam, imputandum sit in trebellianicam, prout cum eisdem rationibus,

de quibus noster *Author hic*, & *Vinc. de Franch.in d.decis.*368.sic per Sacrũ Consilium declaratum refert idem *Vincent. de Franch. in decis.* 387. prout optimè faciũt annotata, & adducta per *D.Regent. Rouit. in pragm.4.de feud.*vbi habes allegationes in facti contingentia, ex quibus probatur,
5 patrem benè grauare potuisse filium vltrà deductionem legitimæ pro quantitate valoris feudi hæreditarij, ad solutionem legatorum,vel aliud construendũ, vt *ibi* doctissimè contrarijs respondet, quàmuis essent antiqua,dummodò hęreditaria,prout omnia hæreditaria, & cum dicta qualitate ad successorem transeant hodiè de iure
6 Regni, benè verum inuentarium non prodest in feudo hæreditario,quia nõ obstante inuentatio tenetur vsque ad valorem feudi, *Isern. in cap.1.vers.vbi verò*, ibi *ex quo non est hæreditarium,in titul.an agnat, & in cap.1.in princ. de probib. feud. alien. per Federic.* infinitos colligit *Lanar. in d.cons.*80. *num* 23. vbi subdit, quia qualitas hæreditaria,quæ inest ipsi feudo hæreditario,non accidentaliter, sed substantialiter inest.

Licèt contrarium esset dicendum in feudo mixto antiquo, quod iudicatur in
7 omnibus ex pacto,& prouidentia, ex quo legitima deduci non potest,cùm illud in calculo hæreditatis ad huiusmodi effectũ non est ponendum, vt plenè concludit *Surd. in cons.*427.*nu*.48.*& Paris. cons.*17. *num*.30.*lib*.2. *Cæsar Fiumag. in repet. l.in quartam, num.* 321.*ff.ad leg. falcid.* & ra-
8 tio est, quia filius non habet facto patris, sed primi acquirentis,& propterea dicitur esse,non in hæreditate patris,sed illius primi, & successiuè licèt non sit hæres patris, feudum habere potest,cùm neque ad effectum detrahendi legitimã dicere sufficiat, velle esse heredem vltimi vasalli,nàm cùm illud feudum non sit pars hęreditatis illius, vltimi, nec eius iudicio capiatur, legitima detrahi non poterit,quicquid in contrariũ teneat *Bursat.* in citato *cons.num.*31. qui admittit hanc detractionem, ea ratione, quia in hoc feudo mixto antiquo succedere non potest qui non est hæres tàm primi, quàm vltimi vasalli,quam communem probauit, de qua latè *Mangil. de imputat. quæst.* 37. *num.* 28. vbi innumeros colligit, subdens, quòd feudum dicitur hæreditarium, ad hoc vt detrahatur legitima, & quòd in reliquis censeatur ex pacto, & prouidentia, quia secundùm eum non est nouum, quòd vna, eademque res diuersis respectibus diuerso iure censeatur, *Menoch. de arbitr. quæst.* 37. *num.* 8.

DECIS. CCXXXVI.

De hac quæstione per extensum *Koppen decis.*30. 31. *& sequent. & Capiblanc. de author.Baron. cap.*77.*& cap.*78.*lib*.2.

SVMMARIVM.

1 *Rustico neganti se possidere non succurritur,quando potuit Peritiores consulere, & num.*2.
*Dummodò non ab vno,sed à pluribus consilium habere potuisset, num.*6.
*Amplia, quamuis alieno nomine se possidere dixerit, num.*7.
*Intellige,quando à Iudice fuisset interrogatus, secus à parte, num.*8.
*Item, si pœnitentia ductus confiteretur se possidere antequàm de mendatio conuinceretur, num.*9.
*Item,si libellus,in quo cõuenitur esset ineptus, num.*12.
3 *Rusticis, & mulieribus in his, quæ inducta sunt ad rigorem iuris conseruandum nõ succurritur.*
4 *Rusticis,& mulieribus ex causa inuentarij non confecti non succurritur.*
5 *Rustico neganti se possidere licèt nõ succurratur, quãdo potuit Peritiores consulere, tamen hoc à parte aduersa probari debet, quòd potuit Peritiores consulere, qui rectius dedissent consilium.*
10 *Emphyteuta,vel feudatarius si rem feudalem,vel emphyteuticam neget, feudum, vel emphyteusim amittit.*
*Intellige, si re integra negationem non reuocauerit, num.*11.
13 Lex final. de rei vendic. *non procedit,vbi negans possessionem ignoraret identitatem rei.*
14 *Negans se possidere metu comminationum, possessione non erit priuandus.*

DECIS. CCXXXVII.

Ad hanc decisionem,quòd rustico neganti se possidere nõ succurratur adde *Gratian. in to.*1. *discept. for. cap.*109. vbi memi-
1 nit de hac nostra decisione,quæ in tantùm procedit, in quantùm dolus interuenerit, quàmuis hoc sit in arbitrio Iudicis considerare

derare sagacitatem negantis, vt ex traditis
2 per *Menoch. de arbitr. casu* 194. qui dolus etiam arguitur, quando potuisset Peritiores consulere, cùm tunc error iuris rusticitatem, & sexum non excusaret, ad tradita per *Bart. in l. in bonorū, ad fin. de bon. poss. Bald. in l. iuris ignorantia*, & ibi *Ias. nu.* 9. *C. qui admitt.* idem *Gratian. in dict. tom.* 1. *cap.* 72. *num.* 44. & *Alex. Trentacinq. lib.* 1. *variar. resolut. tit. de except. resol.* 1. *nu.* 46.
3 nam in his, quæ inducta sunt ad rigorem iuris conseruandum, & in iudicialibus nō succurritur mulieribus, rusticis, & similibus, vt post infinitos tradit idem *Surd. de aliment. tit.* 6. *quæst.* 7. *num.* 6. & *Gratian. in decis. Marchiæ* 219. *nu.* 9. ac *Costa de facti*
4 *scient. & ignorant. regul.* 15. vt de inuentatio dicit *Bald. in l. fin. in princ. vers. tertiò, quæro, quid in muliere, & rustica, C. de iur. deliber.* & *Rip. de peste, in tit. de remed. præseru. num.* 147. quàmuis per partē aduersam debeat probari, potuisse Peritiores
5 consuli, qui rectius consilium dedissent, vt per *Salic. in d. l. iuris ignorātia*, & ibi *Corn. in fin. num.* 9 *vers. & aduerte, quia incumbit*, & latè per eundem *Ias. in d. num.* 9. vbi
6 non sufficit ab vno consilium habere, sed à pluribus.

7 Quod ampliatur, etiam si dixerit, alieno nomine possidere, quo possessione priuandus sit salua ei quæstione proprietatis, ità *Faber in suo Codice, lib.* 3 *tit.* 22. *de rei vindic. definit.* 19.

8 Sed hęc procedunt, quando quis à Iudice fuerit interrogatus, si possideret, secus autem si à parte, vt tradit *glos. in l. fin. C. de rei vendic. in verb. non possidere*, & *l. officium* 9. vbi etiam *glos. in verb. inspiciat*, & *in l. qui petit, ff. eod.*

Quàmuis etiam limitari possint prædicta, quando negans pœnitētia ductus con-
9 fiteretur se possidere, antè tamen litem cōtestatam, & sic antèquam de mendacio conuinceretur, cùm res esset integra, argumento *tex. in l. electio, §. neque, ff. de noxal. act.* & *l. de eta[illegible], §. fin. de interrog. act.* vbi etiam *glos.* & *l. is, qui se obtulit, ff. de rei vendic.* & *glos. in §. item mixta, Institt. de action. Bald. in l. quidam existimauerunt, ff. si certum petatur, Scribentes* omnes in *l. si dubitetur, in princ.* & *in §.* 1. *ff. de fideiuss.* vt in terminis *Gabr. commun. concl. tit. de acquir. possess. conclus.* 5. *num.* 27. *Becc. in cons.* 64. *volum.* 1. pleniùs *Cuch. in tract. de mentient. circa possess. nu.* 98. & *seq.* quē in indiuiduo refert, & sequitur *Costa de re integra, distinct.* 41. *num.* 4. & 5. imò etiam post litem contestatam, dummodò tamen res sit integra, scilicèt antequàm contrarium probaretur, inquit *Rol. in consil.* 88. *num.* 16. & *seq. lib.* 4. & *Surd. in d. tract. de aliment. tit.* 1. *quæst.* 78. *num.* 30. subdens, hoc notandum esse ad intelligentiam eorum, quæ adducit *Bart. in l. etiam, §.* 1. *nu.* 30. *ff. solut. matrim.* quem etiā ad hoc propositum sequitur *Gratian. in dict. cap.* 109. *num.* 26. cùm ob pœnitentiā præsumatur ignorasse, & errasse, prout tradit *ibi glos. d. l. de ætate, §. fin. in ult. vers. glos. fin.*

10 Prout quoquè dicitur de emphyteuta, vel feudatario, qui si rem feudalem esse, vel emphyteuticam negaret, quàmuis per talem negationem feudum, vel emphyteusim amitteret, prout tradit *Specul. in tit. de locat.* & *cond. §. nunc aliqua, nu.* 82. communitèr *DD. in cap.* 1. *§. si vasallus, si de feud. fuer. controuers. Iacob. de feud. vers. dictiq; vasalli, il primo, num.* 34. *Schrader. de feud. part.* 9. *cap.* 5. *nu.* 19. *cum seq. Clar. in §. feudum, q.* 59. *nu.* 2. *Corbul. de iur. emphyt. tit. ex quib. caus. emphyt. iure suo priu. caus.* 1. *per tot. Rosent. de feud. cap.* 10. *con-*
11 *clus.* 32. *num.* 2. tamen si pœnitentia ductus hanc negationem reuocauerit, euitabit pœnam, vt latè *Iacob. de Belouis. Bald. Aluar. Prapos. Andr.* & *Afflict. in d. cap.* 1. *§. si vasallus*, ac idem *Schrader. de feud. part.* 11. *cap.* 6. *num.* 39. & 45.

12 Limitatur etiam, quando libellus, in quo possessor conuenitur esset ineptus, veluti in actione personali, vt latè *Bald. in l. edita, in* 3. *col. in repet. Patau. C. de edend. Alexand.* & *Ias. in l. etiam qui, in princ. ff. de re iudic.* idem *Alexand. in l. etiam, §. licèt, num.* 9. *vers. quintò limita, ff. solut. matrim.* sic etiam *Gratian.* in citato *cap.* 109. *nu.* 33. qui allegat *Cottam in memorab. in verbo actus nullus*, & *in verb. mendax*, num *text. in l. fin. ff. de rei vend.* procedit in actione reali, plenè *Riminald. iun. cons.* 382. *num.* 88. *cum seq. volum.* 4. & *Costa de fact. scient.* & *ignor. dist.* 25. *centur.* 1.

13 Limita quoquè, vbi negans possessionē ignoraret de identitate rei, nàm tunc non procederet *d. l. fin. de rei vendic.* cùm aliud sit negare possessionem, & aliud identitatem, ex traditis per *Marzar. in consil.* 43. *in fine.*

14 Et demùm limitatur, vbi metu comminationum tantùm quis negasset, quo casu possessione non erit priuandus, ità *Faber in suo Codice, lib.* 3. *tit.* 22. *de reiuendic. definit.* 7.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienationis rei pluribus relictæ, nisi in casu necessitatis, quo debet fieri inter ipsos, vel alios de familia, non inducit fideicommissum simplex, & absolutum in casu mortis, sed tantùm in casu contrauentionis.*

Amplia, quamuis talis prohibitio esset facta in contractu, num. 2.

3 *Fideicommissum in casu alienationis in duobus casibus cessat.*

4 *Prohibitio alienationis quando simplex, & absolutum fideicommissum inducat, remissiuè.*

DECIS. CCXXXVIII.

IVxtà opinionem istam, de qua noster *Author hic*, scilicèt ex prohibitione alienationis rei pluribus relictæ, nisi in casu necessitatis, quo debet fieri inter ipsos, vel alios de familia, prout in
1 *decis.* 124. non induci fideicommissum simplex, & absolutum in casu mortis, sed tantùm in casu contrauentionis, tenuit *Peregrin.* per extensum in *tract. de fideic. artic.* 14. vt etiam sic resoluit *Sesse*, quòd contrauentionale tantùm dicatur in *decis. Arag.* 55. *Gratian. tom.* 2. *cap.* 280. cumulatè *Fusar. de substit. quæst.* 688. *à nu.* 110. *vsquè ad finē*, & plenè quoquè *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 25. *nu.* 34. *& seq.*
2 vbi ait, idem in contractu, cùm hæc prohibitio non sit vestita à causa expressa, per quam debet ipsa vestiri, sed tantùm à tacita, quæ comprehensa sub illa prohibitione alienandi extrà familiam, satis est, quòd vestiat ipsam prohibitionem in casu contrauentionis, quæ aliàs absquè vlla causa inualida foret, prout cum hac ratione cōcludunt suprà citati DD.

Verùm huic fideicommisso in casu cō-
3 trafactionis, in duobus casibus definit esse locus, quàmuis voluntati testatoris non pareatur.

Primò, si in alienatione rei prohibitæ illi consenserint, in quorū fauorem sit prohibitio, quia volenti, & consentienti non fit fraus, nequè iniuria.

Secundò, si nulli extarent, prout latissimè probat *Peregrin.* in citato *artic.* 14. *nu.* 49. *Cassan. consil.* 36. *nu.* 21. *vol.* 2. *Marant. de multipl. alien. num.* 187. *Gratian.* in citato *cap.* 280. *num.* 30. dummodò omnes consentiant, alioquin descendentes ex eis benè poterint alienata reuocare, si voluerint, prout ex *Boer. in decis.* 12. *& Magon. in decis. Rot. Florent.* 91. *&* 92.

Non venio ad explicationem quæstio-
4 nis supradictæ, scilicèt quando prohibitio alienationis inducat fideicommissum simplex, & absolutum, etiam in casu mortis, nām quæstio hæc ampla est, quæ in se habet statum coniecturalem, de quo *Petrus Parmens.* integrum edidit volumen sub *titulo de prohib. alienat. Gabriel. commun. concl. tit. de fideicommiss. quæst.* 9. *& Fusar.* in citata *quæst.* 688. *per tot.* & apud Consulentes anxiè disputatur, vt ex *Cephal. consil.* 320. *lib.* 3. *&* 330. 382. 386. 394. 401. *&* 447. *Bertazzol. cons. ciuil.* 6. *Honded. cons.* 42. *lib.* 2. *& cons.* 78. *Maluas. cons.* 50. *lib.* 1. *& cons.* 90. *Author in cons.* 315 *&* 348. *lib.* 3. *D. Reg. Rouit in cons.* 41. *lib.* 1. *Peregrin.* citato *art.* 14. *Crass. in §. fideicommissum inter decisiones Piguer. in decis.* 101. *Gamma decis. Lusitan.* 27. *Thesaur.* pluries in *lib.* 3. *qq. forens. quæst.* 117. *Thesaur. fin. in decis.* 96. *Farinac. decis.* 471. *& seq. Mastrill. decis.* 266. *Osasc. decis.* 50. *Seraphin. decis.* 472. *Chartar. in decis. Rotæ Ianuens.* 70. *Borgn. decis.* 5. *lib.* 3. *Fachin. lib.* 10. *controuers. cap.* 19. *Verall. decis.* 399. *lib.* 2. alios non curo allegare, quia apud hos reliquos omnes habebitis, qui de materia tractarūt, & illi passim obuiam ibunt ijs, qui cum meliori diligentia, & assiduitate libros legales reuoluunt.

SVMMARIVM.

1 *Frater vtrinquè coniunctus non excludit consanguineum tantùm, vbi fauor agnationis conseruatur, & num.* 11. *vbi decisio.*

Amplia, etiam in emphyteusi, & feudi successione, num. 6.

2 Auth. itaquè. C. commun. de success. *non procedit, quando vtraque vincula non sunt considerabilia.*

3 Auth. defuncto, C. ad Tertullian. *non procedit, vbi agitur de conseruatione agnationis.*

4 Auth. defuncto, ad Tertullian. *quòad fratres est correcta de iure Consuet. Neapol. vbi decisio S.C.*

5 *Mater non tàm excluditur per vtrinquè coniunctum, quàm per consanguineum, stante statuto, quòd præter legitimam non possit filio succedere, & sint vocati fratres.*

7 *Frater vtrinq; coniunctus excludit vterinum à feudi successione, vbi decisio S.C.*

Intel-

Intellige, num. 8.
Contrarium, num. 9.
10 Isern. *opinio in* cap. 1. de nat. success. feud. *procedit in subsidium.*
12 *Frater vtrinquè coniunctus consanguineū tantùm non excludit, licèt statutū mandaret, quòd bona defuncti ad proximiores agnatos, iuxtà iuris ciuilis ordinem perueniant.*
13 *Frater vtrinquè coniunctus consanguineum à fideicommisso ab alio fratre facto non excludit.*
14 *In successione ascendentiū duplicitas vinculi non consideratur.*
15 *Frater consanguineus tantùm concurrit cum vtrinquè coniuncto in bonis patris, vel peruenientibus ab eo de iure consuetudinario, vbi decisio S. C.*
Item in vterino in bonis maternis.

DECIS. CCXXXIX.

FRatrem vtrinquè coniunctum non
excludere cōsanguineum tantùm
à successione alterius fratris, etiā
supposito statuto, quòd stantibus
agnatis, vsquè ad quartum gradum exclu-
dantur cognati, concludit *Author hic*, &
1 ratio est, quia in statuto consideratur tan-
tùm agnatio, & eius conseruandæ fauor,
non autem cognatio, ob quam causam
frater vtrinquè cōiunctus paritèr, & simul
cum fratre consanguineo succedit, prout
ità firmarūt post multos *Corn. in l. 1. C. de
legit. hered.* per illum *text. & cons. 336. co-
lum. 3. vers. potest dubitari, vol. 1. Mandell.
de Alb. in cons. 81.* vbi infinitos colligit, ità
quoquè *Capra cons. 8. Per. gr. cons. 5. nu. 12.
volum. 5. Berous cons. 28. num. 11. vers. non
obstat etiam, vol. 3. & cons. 96. num. 8. lib. 2.
& cons. 143. à num. 12. vsquè ad 20. eodem
vol.* vbi de veriori, & magis æqua, ac re-
cepta opinione restatur, *Brun. de statut.
exclus. fœmin. artic. 13. vers. idcircò,* idem
Author in cons. 31. hanc quoquè latissimè
tanquàm communem tuetur *Mart. in
cons. 84.* & diffusè *Riminald. iun. cons. 283.
lib. 3.* & latè *Gratian. tom. 4. discept. forens.
cap. 661.* vndè vinculum cognationis dici-
tur exclusum à statuto, & sic tanquàm im-
pertinens de per se nihil operabitur cum
alio, prout post innumeros de communi
testatur *Mandell.* in citato *cons.* vbi hanc
defendit à contrarijs, & respondet ad du-
plicitatem vinculi, & ità limitatur regula
2 *Auth. itaquè, C. commun. de success.* non pro-
cedere, quando vtraquè vincula non sunt
considerabilia in facto, vt in dicto statuto
respiciente agnationis conseruationem,
quæ æquè principalitèr conseruatur per
fratrem ex patre tantùm, sicuti per vtrin-
què coniunctum, vt tradit *Ripa in l. recon-
iuncti, num. 13. de leg. 3.* & hanc vti com-
munem sequitur etiam *Thob. Non. in con-
sil. 12. num. 3. & 16.* & de magis communi
Gabr. in cons. 6. num. 1. & 5.
3 Sic etiam limitatur *Auth. defuncto, C.
ad Senat. Consult. Tertull.* vltrà quòd ipsa
(attenta nostra *Consuetudine Si quis, vel si
4 qua*, vbi *Napodan.*) est correcta quòad
fratres, vt est *decisio Vinc. de Franch. 92. &
Molfes. in d. Consuet. lib. 4. quæst. 41. nu. 2.
& 3.* licèt secus quòad matrem, & patrē,
cùm illa per Consuetudinem prædictam
non sit correcta, vt testatur *ibi Napod. &
Vinc. de Franch.* in allegata *decis. 92.* & sic
respectu illorum Consuetudo cessat, verū
hoc intellige, quòd etsi existentia lineæ
ascendentis, etiam respectu patris, & ma-
tris, faciat cessare Consuetudinem, hoc ta-
men, non vt ipsi ascendēres excludant fra-
tres ex vno latere tantùm, prout illos ex-
cludunt de iure communi ex dispositione
dictæ *Authent. defuncto*, sed solùm, vt ipsi
non excludātur ab illis, qui sunt vocati de
iure consuetudinario, & propterea quili-
bet de linea ascendenti succederet, nedùm
simul cum fratribus defuncti vtrinq; con-
iunctis, secundùm ius commune, sed etiā
cū fratribus consanguineis, & vterinis tan-
tùm, iuxtà bonorum distinctionem, secun-
dùm ius consuetudinarium, prout solem-
nis est citata *decis. Vincent. de Franch. 92.
num. 8. & seq.* vbi latè respondet multis
contrarijs, atquè diffusè etiam explicat
*Molfes. ad Consuetud. Neapol. part. 4. q. 45.
tit. de success. ab intest. nu. 29. & mult. seqq.*
Limita conclusionem prædictam, quan-
do mater per statutum excluderetur, præ-
terquàm à legitima à successione filij, &
vocati essent fratres, cùm tunc benè ipsa
diceretur exclusa, præterquàm à legitima,
non tàm existētibus vtrinquè coniunctis,
5 verùm etiam consanguineis, & sic etiam
quòad eam limitaretur dicta *Auth. defun-
cto*, cùm per dictum statutum, vt dixi, tol-
leretur funiculus cognationis, qui vtrinq;
coniunctum consanguineo tantùm præfe-
rebàt, ad tradita solemnitèr per *Menoch.
in consil. 187. lib. 2. Martianens. in cons. 28.*
idem *Mandell.* in citato *cons. nu. 5. Crass.
§. successio ab intestato, quæst. 31. nu. 2. Ste-
phan. de Federic. in tract. de interpret. iur.
part. 2. num. 58.* prout sic in his puris ter-
minis,

minis, quòd ſuppoſito dicto ſtatuto, mater
prætèr legitimam à conſanguineo exclu-
datur, determinat *Corn. in conſ. 336. lib. 1.*
quem alij ſequuntur, quos refert, & ſequi-
tur *Menocb.* in citato *conſ. 187. nu 8 verſ. 4.*
vol. 2. & Author noſter in *conſ. 85. nu. 10.*
quod cum multis alijs comprobat *Mer-*
lin. de legitima, lib. 1. tit 4 quæst. 7. nu. 20.
& ſeq. & Mareſcott. in lib. 1. variar. reſol.
cap. 10. num. 14.

Et hoc procedit etiam in ſucceſſione
6 emphyteuſis, quando in conceſſione illius
ſit conſiderata tantùm agnatio, vt teſtãtur
Socin. iun. in conſ. 24. nu. 10. lib. 4. Menocb.
in citato *conſ. 187. num. 14.* cum alijs per
Grattan. in d. cap. 661. num. 10. & Marta
in citato *conſ.* vbi latè etiam ſic procedere
in ſucceſſione feudi, colligens infinitos
Doctores.

Nec obſtat in hoc illud ſolemne *conſi-*
7 *lium Fab. de Anna* 125. *vol. 2.* vbi ait, fra-
trem vtrinquè coniunctum præferri fratri
vterino in feudo, ſubdens, ſic per Sacrum
Conſilium iunctis duabus Aulis fuiſſe iu-
dicatum, nàm vltrà quòd ille non eſt ca-
ſus noſter, tamen *ibi* ſupponitur, feudum
fuiſſe conceſſum pro ſe, & hæredibus ex
corpore, & frater vterinus non erat de la-
8 tere, vndè feudum peruenerat, ſecus autem
quando eſſet conceſſum pro ſe, & hæredi-
bus tantùm, quia tunc licèt frater vterinus
non ſit de latere, ex quo peruenit feudum,
benè tamen ſuccedit in eo, prout tenuit
Iſern. in cap. 1. de natur. ſucceſſ. feud. contra
gloſ. in Conſtit. Vt de ſucceſſionibus, in verſ.
ex altero tantùm, quam opinionem affir-
mat *Cumia Siculus in cap. ſi aliquem, verſ.*
non communibus, num. 3. Intrigl. de feud.
centur. 2. artic. 48. nu. 4. Piſanell. in reſponſ.
impreſſ. poſt repetit. Cannetij, pag. 338. nu. 5.
cum alijs etiam relatis ab ipſo *Fab. de*
Anna in citato *conſ. num. 19. & ſeq.* in
quam quoquè opinionem ipſe deſcendit.
9 Licèt contrarium pulcherrimè firmauit
Conſiliar. de Georg. in ſua alleg. 21. per tot.
vbi reſpondet ad *Andream in loco* citato,
concludẽs, fratrem vtrinquè coniunctum
præferri conſanguineo de iure *Conſtit. Re-*
gni, in quo etiam ſeruatur ius Romanum,
vigore cuius vtrinquè coniunctus conſan-
guineum excludit, & hoc quàmuis vtrinq;
coniunctus ſit minor natu conſanguineo,
ex rationibus per eũ adductis, vbi ad mul-
ta reſpondet contraria, quem omninò vi-
de, vltrà quòd dicta per *Iſern. in d. cap. 1.*
10 poſſunt ſaluari in ſubſidium, ſcilicet non
exiſtente alio vtrinquè coniuncto, quòd
tunc vterinus admittatur, prout ipſe de-
clarat, quod etiam placuit eidem *Fab. de*
Anna in d conſ.

Et ſic redeundo ad caſum noſtrũ, quo-
tieſcunq; ex coniecturis colligitur, aliquid
fuiſſe ſtatutum pro agnatione conſeruan-
11 da, ſemper admittuntur fratres vtrinquè
coniuncti ſimul cum conſanguineis, prout
vltrà adducta ſingularis eſt *deciſ. Magon.*
Florent. 82. qui ait, ſic pro fratre conſan-
guineo iudicatum fuiſſe.
12 Quod ampliatur procedere, quàmuis
ſtatutum mandaret, quòd bona defuncti
perueniant ad proximiores agnatos, iuxtà
iuris ciuilis ordinem, vt concludit *Alciat.*
in lib. 2. reſponſ. tom. 1. reſponſ. 37. ſtatuti
Caſtri Bellicionis, ex eo, quia ſtatutum,
quod proximiores agnatos vocat, eſt fa-
ctum fauore agnationis conſeruandæ, &
non conſiderat maternam, ſed paternam
coniunctionem, quæ ità conſeruatur à fra-
tre patruele tantùm, ſicuti ab vtrinq; con-
iuncto.

Sic quoquè dicendum in fideicommiſ-
13 ſo à fratre facto fauore agnationis, nam
tunc vterini tantùm excluduntur, & con-
ſanguinei admittuntur ſimul cum vtrinq;
cõiunctis, vt latè probat *Menocb. in lib. 4.*
præſumpt. 75. num. 23. hoc quoq; pro ab-
ſoluto firmat *Gratian. in tom. 4. diſcept. for.*
cap 661. num. 12.

Eò magis procedit, quãdo tractatur de
ſuccedendo in bonis patris, quoniam om-
nes ſunt paritèr in eodem gradu reſpectu
14 illius, quo caſu non conſideratur duplici-
tas vinculi, vt optimè *Mantic. de coniectur.*
vltim. volunt. lib. 8. tit. 13. num. 7. verſ. nam
ſi fideicommiſſo, pro quo bona eſt doctrina
Bart. in l. Lucius, num. 20. ff. de vulg. & pu-
pill. vbi ſi pater habens duos filios ex pri-
ma vxore, & duos ex ſecunda vxore, om-
nes paritèr inſtituat, & omnes ad inuicem
ſubſtituat, & alter ex eis repudiet, ſuccedẽt
non minus fratres conſanguinei, quàm
vtrinquè coniuncti, quia cùm tractatur de
ſuccedendo patri teſtatori, præſumitur il-
lum omnes æqualitèr dilexiſſe, nulla habi-
ta ratione, quòd ſint nati ex diuerſis ma-
tribus, cùm hoc non minuat teſtatoris af-
fectionem æqualem in omnes filios, prout
pro hac opinione infinitos colligit *ibi Iaſ.*
num. 13. dicens, hanc eſſe communem,
Duran. de arte teſtand tit. 20. caut. 21. nu. 3.
Menocb. in conſ. 50 num. 18. vol. 1. Crot. in
l. reconiuncti, num. 135. de leg. 3. & in l. ſi
filiusfamilias, §. diui, num. 160. de leg. 1.
latè *Surd. de aliment. tit. 2. quæſt. 15. nu. 27.*

& de

& de magis cômuni, & veriori in *cons. 31. num. 22. & 43. cum multis seqq. lib. 1.* & hanc esse puram veritatem dicit *Gomes. tom. 2. variar. resolut. cap. 10. numer. 31. vers. sed in hac contrarium, in fine, Peregrin. de fideicommiss. art. 21. num. 12. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 5. tit. 11. Rimninald. iun. cons. 283. num. 31. cum seq. lib. 3.* latè *Mart. cons.* citato 84. ac plenè *Grattian. in d. cap. 661.* videndus.

Quod etiam attentis nostris Consuetu-
15 dinibus procedit, scilicèt fratrem vtrinquè coniunctũ admitti simul cum consanguineo tantùm in bonis alterius fratris, quæ obuenerant à patre, vt pulchra est *decisio Vincent. de Franch. 619* vbi mortua sorore absq; filijs, quæ habuit paragium à fratre vtrinquè coniuncto, dubitabatur, si in illo paragio succedere debuisset frater cõsanguineus simul cum vtrinq; coniuncto, & tamen concludit, quòd sic, subdens ità per Sacrum Consilium fuisse iudicatum, ea ratione, quia paragium erat de effectibus eorum communis patris, & de patrimonio patris, quod quàmuis habuisset filia, non tamen perdit originem secundùm Consuetudinem nostram, quæ vocat proximiores ex parte patris in bonis paternis, & proximiores ex parte matris in bonis maternis, vt sic etiam affirmat *Molfes. ad d. Consuetud. in 4. part. quæst. 39. num. 4. in fin. & 6. & quæst. 40.* & sic per dictam nostram *Consuetudinem*, incipientẽ, *Si quis, vel si qua*, vbi *Napod.* correctæ sunt *Auth. post fratres, & Auth. cessante, C. de legit. hæred.* & ratio rationis est, vt suprà diximus, quia Consuetudo vult, conseruari bona in familia, vndè dicta bona perueniunt, & sic vocat proximiores defuncti ex illo latere, & non curat coniunctionem ex alio latere, quæ nihil operatur in illo genere bonorum, vt plenè explicat *Consiliar. de Georg.* in citata *allegat. 21. num. 8. 48. & 49.* & sic per ipsam Consuetudinem inducitur diuisio bonorum, non autem gradus prærogatiua.

SVMMARIVM.

1 *Vsura dotis debentur vxori durante tempore restitutionis.*

Amplia, etiam circa restitutionem augmenti dotalis, num. 2.

Item, siuè habeat, siuè non aliundè, nu. 5.

Sed contrarium, quòd vsura dotis non solutæ post annum non debeantur, nisi à die litis mota, num. 7. & 23. vbi decisiones Senatus, & Sacri Consilij.

Limita ex dispositione Consuetud. Neap. *num. 24.*

3 *Vsura currunt à die retardata solutionis non solùm respectu viri, sed vxoris eo mortuo, & num. 4.*

6 *Hæredes viri pendente restitutione dotis tenentur alimenta vxori præstare, salua manente dote.*

8 *Alimenta vxori debentur pendẽte dotis restitutione, etiam post annũ restitutionis.*

Intellige, num 9.

Declara, num. 10.

Contrarium, num. 12.

Amplia, quamuis maritus aliquid annuum vxori legasset, donec dos ab hæredibus restitueretur, num. 11.

13 Paul. de Castr. in l. diuortio, num. 6. ff. solut. matrim. *improbatur.*

14 *Vxori interesse dotis non soluta non debentur, si fuerit tutrix, & filiorum administratrix.*

15 *Interesse dotis non soluta non debentur iure actionis, sed officio Iudicis, & nu. 16.*

17 *Interesse Iudicis officio debitũ currit à die litis mota.*

18 *Interesse quando non est in obligatione, nõ venit, etiam in actionibus bona fidei.*

Limita, vbi in obligatione adesset clausula refectionis damnorum, expensarum, & interesse, *num. 19.*

20 *Priuilegia dotis transeunt in filios, & hæredes.*

21 *Vidua percipiens fructus ex bonis viri, donec dos sibi restituatur, tenetur illos in sortem dotis computare, vbi decisio Senatus Mantuani.*

Amplia, quamuis ad secundas conuolasset nuptias, & secundus vir fructus percepisset ex pignore bonorum primi viri, num. 22.

Contrarium, ibidem.

25 *Interesse dotis vigore Consuetudinis debentur iure actionis dissoluto matrimonio.*

26 *Mos Magnatum non in omnibus introduxit ius commune.*

27 *Statutum mandans, vxori deberi interesse soluto matrimonio pendente dotis restitutione, non valet.*

Sed contrarium, num. 28.

29 Textus in cap. salubritèr, de vsuris *declaratur.*

30 *Dos ampliùs non dicitur soluto matrimonio.*

31 *Vidua quando debentur interesse damni emergentis, vel lucri cessantis ex causa dotis non restituta.*

32 *Iu.*

32 *Iudices constituentes vidua interesse post moram dotis non soluta ex causa lucri cessantis absquè alia probatione, malè faciunt.*

33 *Verbalis oblatio cum recusatione vidua sufficit, vt ipsa non possit interesse prætendere.*

34 *Vxori interesse dotis non soluta ex causa lucri cessantis, ex eo, quòd sit solita negotiari, non debentur.*

35 *Hæredes primi viri in mora non dicuntur constituti ex interpellatione facta per secundum virum, absquè vxoris cessione, vel quando iustam causam litigandi habuissent, & num. 36.*

DECIS. CCXL.

NON minùs pulchra, quàm vtilis, & quotidiana est quæstio ista, quæ infertur ex nostro *Authore hic*, (relicta quæstione, si coniunctus constituat interpellando pro coniuncto debitorem in mora, de qua diximus in *dec.* 215) si vsuræ dotis debeantur vxori ab hæredibus mariti post annū, si sint in mora dictæ dotis restituēdæ, iuxtà *cap. salubritèr, de vsur.* & quia materia ista ansam præbet, vt aliqua longa oratione proferam, ideò, curiose Lector, ne tibi displiceat hic aliquantulùm morari.

Omissis autem præmissis, quæ ad hoc
1 adduci poterant, multi voluerunt, mulieri vsuras concedi durante tempore restitutionis dotiū, per *text. in l. vnic. §. exactio, vers. sin autem supersederit, C. de rei vxor. action.* quod in iure apertissimum esse ait *Thesaur. in decis.* 43. subdens, ita in practi-
2 ca obseruari, quodquè procedit etiam circa morā commissam in restitutione augmenti dotalis, contrà *Afflict. in decis.* 291. *& Capyc. in decis.* 65. contra quos tenet *Grammat. in decis.* 103. *num.* 97. *& seq.* dicens, per multas sententias recessum fuisse ab illa *Afflicti* opinione, & taxatas fuisse vsuras ad rationem octo pro centenario, prout sic etiam contra ipsum *Afflictum* iudicatum refert in fortioribus terminis *Fisanell. in addit. ad eundem Afflict.* quod affirmat etiam *Marc. Salon à Pace Hisp. in cons.* 4. *num.* 28. qui testatur, ita etiam Hispaniæ iudicatū, tàm super dote, quàm super arrhis, quæ sententia semper æquissima visa fuit *Thesaur.* vt testatur in *dec.* 45. qui subdit, sic re benè discussa fuisse per Senatum iudicatum, & deindè sententiam illam confirmatam, cùm valdè iniquum sit, vt quis cum aliena iactura locupletetur, & hæres ex sua mora lucrum contra iuris regulam capiat, sic etiam *Surd. de aliment. tit.* 1 *q.* 45 *num.* 7 8. 9. *&* 10.

Et quòd fauore dotis currant vsuræ, latissimè deciditur in *tex. in d. cap. salubriter,*
3 *de vsur.* & hoc non solū respectu viri onera matrimonij sustinentis, quod ei currant vsuræ à die retardatæ solutionis, vt post multos testatur *Gurb. in decis.* 72. nulla data differentia, si filiæ, vel nepti, vel alij mulieri promissa sit, prout tenet *Valasc. in consult.* 8. *num.* 2. *& Author* noster *de alim. tit.* 1. *quæst.* 42. *Osasc. Pedemont. decis.* 132. *num.* 2. *Grattian. tom.* 1. *discept. for. cap.* 143. *num.* 1. *Francisc. Marc. decis.* 308. *part.* 1. *Boer. in cons.* 6 & nouissimè *Rot. Roman. in decis.* 417. *in recollect. per Farinac. in vlt. vol. decis.* cum alijs etiam relatis per *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 5. *glos.* 8. *part.* 15. ac meliùs *claus.* 6 *glos.* 2. *part.* 6. *per tot.* vbi materia per extensum.

Sed etiam respectu vxoris mortuo viro,
4 ad tradita per eundem *Thesaur. in dec.* 45. *num.* 3. vbi multa adducit, quòd in hoc casu nō sit facienda differentia inter maritū, & vxorem, cùm ratio diuersitatis reddi nō possit, scilicèt hoc procedi in marito, ex quo onera matrimonij sustinet, nam incōmoda, quæ misera vidua post mortem mariti patitur, procùldubio oneribus mariti præponderabunt, & hoc saltim ex æquitate, maximè quando non habet vndè victū sibi parare possit, & hac consideratione attenta, cum hac opinione, modo non fiat in fraudem vsurarū transit indistinctè quòad hoc *Conrad. Summenhart de contract. tract.* 2. *quæst.* 35. *concl.* 9. quam etiā æquitatem considerat *Nauarr. de vsur. not.* 12. *num.* 67. *& in manual. cap.* 17. *nu.* 213. *vers. secundùm posse, & cap* 14. *quæst.* 3 *num.* 75. prout sic in terminis, quòd vsuræ pro dote nō soluta soluantur de cōsuetudine Saxoniæ, obrentū testatur *Coler. de process. exe-*
5 *quut. cap.* 10. *num.* 79. siuè habeat, siuè non habeat aliundè, sicut in indiuiduo tenet *Canter. in lib.* 1. *variar. resolut. cap* 9 *tit. de dot. & donat. propt. nupt. num* 95. *in fine*, vbi ait, quòd ille Regius Senatus indistinctè condemnat maritum, seu eius hæredes ad restitutionem dotis vnà cum fructibus, seu interesse bonorum, nempè immobiliū à die soluti matrimonij, bonorū verò mobilium post annum luctus, vsquè ad diem realis solutionis, de qua quoquè decisione testatur *Mich. Ferr. in* 3. *par. obseru. cap* 62. quod ex iuris dispositione induci videtur, cùm

cùm hæredes mariti intrà annum luctus debeant vxori alimenta præstare, maximè quando vxor non habet vndè se alat, per gloss. secundam in l. diuortio, vbi communitèr DD. ff. solut. matrim. & hoc non nisi ex causa retardatæ solutionis, vt notat Costa de remed. subsid. remed. 106. num. 9. & Vincent. de Franch. in decis. 605. num. 6. quæ
6 dari, & recipi possunt, salua manente dote, donec illa mulieri restituatur, ad traditta per Menoch. in cons. 8. num. 20. ad finem, lib. 1. & Thesaur. in d. decis. 43. nu. 4. in fine, Gratian. quoq; hoc affirmat in decis. Marchia 130. num. 4. idem Author noster de aliment. tit. 1. quæst. 45. circa princ. & sic saltim ratione damni emergentis, argumēto l. curabit, C. de act. empt. idem Coler. qui supra, prout ità obseruatum vidisse in Senatu testatur idem Thesaur. in d. num. 4.

7 Contrarium tamen verius esse puto, scilicet mulieri interusurium dotis non solutæ post annum non deberi, nisi à die litis motæ, per text. in cap. super eo, de vsur. vt ità in specie concludit Castrens. in l. diuortio, in princ. num. 6. ad finem, vers. sed si petierit dotem, ff. solut. matrim. quam commu- nem appellant Canonistæ in d. cap. salubritèr, hanc quoq; latissimè prosequitur Author in cons. 150. & de aliment. d. quæst. 45. num. 11. vers. sed prædictorum ratione omnes sunt leues, subdens, hanc esse communem, & veriorē, sic etiam Ruin. in cons. 49. num. 14. lib. 2. & ità decisum fuisse refert Afflict. in decis. 284. vbi Vrsill. num. 6. infinitos colligit, dicendo, hanc esse communem, ità quoquè Couar. in lib. 3. variar. resolut. cap. 5. nu. 3. vers. sextò, latissimè hanc Gratian. tuetur in tom. 1. discept. forens. cap. 143. & tom. 2. cap. 240. & 243. & tom. 3. cap. 563. num. 40. Hondedeus cons. 36. num. 8. lib. 2. singularitèr Bart. in cons. 128. lib. 1. Cancer. in lib. 1. variar. resolut. tit. de dote, & donat. propter nupt. cap. 9. nu. 95. ità quoquè tenuit Rota Romana apud Mantic. in decis. 171. & apud Marescott. lib. 2. variar. cap. 83. num 47. & 48. & sic sæpè in pluribus causis determinatum fuisse in Senatu testatur Fontanell. de pact. nupt. clausul. 8. gloss. vnic. num. 26. cùm nullo modo nequè alimenta, nec aliud quidquam mulier recipere possit post annum, ex causa dictæ dotis non solutæ ab hæredibus mariti, vt concludunt citati Doctores, nàm vsura esset quidquid sorti accederet, vt post multos Couar. in d. cap. 5. num. 3. eò quia mulier debet sibi imputare, cur nō repetit dotem, cùm lapso anno dilatio data à lege hæredibus mariti, sit tunc finita, vt in dicto §. exactio, & mulier possit agere non obstante sibi aliqua exceptione, vt sic tenet Innocent. in d. cap. salubritèr, in fine, etiam
8 si nō habeat vndè se alat, sicuti testaris omnibus hinc indè opinionibus, hanc esse communem testatur Ias. in § fuerat, Inst. de action. num. 26. vbi etiam Aretin. Olib. & alij, sic etiam latè Cagnol. in l. curabit, num. 15. & seq. C. de action. empt. vbi veniendo ad indiuiduum inquit, quòd quidquid vxor ratione interesse, vel alimentorum capit ex causa dotis non solutæ, vsura est, illiquè imputandum esset, cur dotē non exegerit, pro quo ibi multos colligit.

9 Et si hæc opinio non sit vndiquè tuta, cùm aliqui dicant, quòd si aliundè nō habeat mulier vndè se alere, & tamen dos in pecunia consistat, quòd tunc sibi debeantur alimenta, etiā ab hæredibus extraneis, vt tradit Vincent. de Franch. in decis. 489. num. 1. per gloss. 2. in l. diuortio, ff. solut. matrim. vbi Ias. inquit, ab hac opinione non esse recedendum in consulendo, & iudicando, licèt idem referat Dec. in l. alimenta, C. de transact. dicens, id locum habere, etiam vbi aliundè haberet vndè se alere, quamuis hæc opinio ipsemet dicat, esse improbatā, prout firmat Paris. ibi, & Barbos. in l. 1. part. 1. num. 16. ff. solut. matrim. hanc quoquè probat Molin. de Hisp. primogen. lib. 4. cap. 5. num. 5. Sanchez de matrim. lib. 7. disput. 87. num. 30. Roderic. de ann. reddit. lib. 3. quæst. 8. num. 20.

Nonnulli verò hanc opinionem admittunt infrà annum viduitatis, prout in hoc casu verè loquuntur citati DD. secus post
10 annum restitutionis, tunc enim non permittitur, nisi vbi mulier fecisset totum suū posse pro recuperatione dotis ab hæredibus viri, quo casu poterit cum illis conuenire, & pacisci, vt pendēte dotis solutione interim aliquid loco alimentorum soluatur, quasi tunc percipiat, & conueniat de vsuris ratione damni emergētis, vt in puncto Grauett. cons. 189. num. 7. vers. sextus casus est, qui allegat Alexand. in cons. 141. lib. 5. vbi latissimè, & antè eum idem Alexand. post Imol. in l. diuortio, in princ. n. 6. Plot. in l. si quando, §. 11. nu. 27. C. vndè vi, Cagnol. in l. curabit, num. 17. C. de act. empt. Afflict. decis. 284. Surd. cons. 243. nu. 23. qui allegat eandem opinionem Bald. Angel. Ias. & Neguz. sic quoquè Alexand. Trentacinq. lib. 3. variar. resol. tit. de iur. dot. resolut. 6. nu. 4. latè hanc opinionem firmat Barbos. in l. 2. part. 1. vers. nequè obstat, circa

med Couar.lib.3.variar.cap.1.nu.3.verf.6.
Menchac.de fucc.ff.creat.lib.1.§.6.num.23.
Roland.à Valle conf.55.lib 2. Fachin.lib.3.
*controuerf.cap.*101.*in fin.verf.fed et fi hac*,
& hanc esse magis communē testatur *Ro-*
*dir. de ann.redait.lib.3 quaſt.8. fub nu.*20.
verf. at verò poſt primum annū viduitatis,
dicens, non referre viduæ inopiam, cùm
paupertatis ratione nō permittantur vsu-
ræ,& inter alios allegat *Anchar. confil.*93.
qui ait, hoc procedere,etiam si maritus in
11 testamēto aliquid annuum vxori legasset
pro dotis reditus vsura,interim dum dotis
solutio differtur ab hærede, quod etiam
post hæc omnia scripta visus notat *D.Reg.*
*Capyc. Latro in decif.*97.*num.*7. qui inter
alios allegat *Giurb. in Confuetud.Meſſan.*
*cap.*15.*glof.*15.*part.*1.*num.*29.*cum feq.*

12 Licèt non desint qui indistinctè contra-
rium teneant, scilicet quòd debeat vidua
in iudicio agere, vt firmat *Sot. de iuſtit. &*
*iure, lib.*6. *quaſt.*1.*artic.*2. *Nauarr.tom.*2.
*decret cap.*17 *num.*213.

Quicquid alij dixerint, quòd si hæredes
viri spontè post annum alimēta viduæ mi-
nistrare cœpissent, quòd tunc possunt cogi
ad illorum præstationem,donec cum effe-
13 ctu dos restituatur, & fuit originalis opi-
nio *Paul. de Caſtr. in d l.diuortio, num.*6.
ea ratione,quia hæredes non debent esse
melioris conditionis finita dilatione lega-
li,postquàm incipit esse in mora,quàm ea
non finita, contra quem,eiusquè sequaces
latè *Barbof.in d l.*2*. part.*1.*num.*39. dum-
modò hæredes non sint filij, illi,inquam,
tenentur matrem alere,dicit *Petr.de Greg.*
*ſyntagmaur. lib.*9.*cap.*21.*num.*9. *circ.med.*
non ex causa dotis non solutæ, sed quia
mater est,per *text. in l.ſi quis à liberis, ff.de*
liber. agnofc.

Quod eò magis procedit, vbi essemus
14 in muliere, quæ fuisset administratrix bo-
norum mariti, vel tutrix, & potuisset sibi
soluere,prout indistinctè affirmat *Fulgof.*
*in conf.*201.& melius in *conf.*190.subdens,
hanc esse communem, quem etiam sequi-
tur *Vrſill.loco* citato, vbi concludit etiam
in muliere inope,sic etiam notauit *Georg.*
*in alleg.*36 *num.*9.

Et ratio est, quia hoc interesse dotis nō
solutæ, non venit iure actionis, sed officio
15 Iudicis mercennarij, quod patet esse ve-
rum,ex quo non debetur iure contractus,
sed ex accidenti propter moram, *l.final.*
§.præterea, C de iur. aut. & quod debetur
ex accidenti propter morā non iure actio-
nis, sed Iudicis officio venit, *text.* est in
l.centum Capua, & in l.final. ff.de eo, quod
certo loco, l. per colluſionem, §.vlt. ff. de
act.empt. sic quoq, notabilitèr tradit *Bald.*
*in l.*1.*num.*26.*C.de vſur.& fruct leg.*

16 Nec in hoc obstat, quòd istud interesse
debeatur, tùm propter moram irregula-
rem, tùm etiam, quia contractus dotis sit
bonæ fidei. Nam interesse,quod debetur
propter moram regularem, vel irregularē
dotis non solutæ, debetur Iudicis officio,
Bart. Paul.de Caſtr.Iaf.& alij in l.ſi morā,
& in d.l.centum Capua, sed istud interesse
dotis non solutæ non fuit promissum, igi-
tur non venit iure actionis, sed Iudicis of-
ficio,quod interesse,quod propter moram
contrahitur veniat officio Iudicis tàm in
cōtractibus stricti iuris, quàm bonæ fidei,
singularitèr tenet *Bald.in d.l.*1.*in fin. C.de*
vſur. & fruct. legat. & probatur in *l. Lu-*
cius, ff.depof. cum alijs per *Aret.in d.§.fue-*
*rat, num.*6. *verfic. & hoc procedit, quando*
vult petere intereſſe,prout in terminis con-
suluit *Alex.Trentacinq.in conf.*52.*lib.*1.

Interesse autem Iudicis officio compe-
tere, intellige, si fuerit à parte imploratū,
17 aliàs secus, prout solùm à die litis motæ
in Senatu iudicatū fuisse refert *Fontanell.*
qui *ſuprà*, qui propterea subdit, & si repe-
riatur, quod in restitutione dotis sit adiu-
dicatum interesse à die elapsi anni,& sic à
die temporis restitutionis,est quia antè il-
lum annum elapsum fuerat mota lis, cùm
vbi dilatio data sit à lege ad soluendum
(prout hæredi ad soluendam dotem post
annum,vt in *d.§.exacto*) tūc creditor po-
terit agere antè diem, vt adueniente die
condemnetur ad soluendum dictam dotē,
vt in his terminis restitutionis dotis iudi-
catum fuisse in S. C. testatur *Afflict. in de-*
cif. 279. *in fine*, quod expresse affirmaue-
rat *Abb.in cap cùm venerabilis,num.*16.*de*
18 *except.* dicēs, quòd in actionibus bonæ fi-
dei interesse non venit, quando non est in
obligatione, & sic peti non potest, sed de-
bet peti res,& in subsidium venit interesse,
d.l.ex empto, vbi nihil magis,quàm id præ-
stare; quod inter contrahentes actum est,
quod dictum *Abbat.* magis receptum, ac
verius esse existimat *Mantic. de tacit. &*
*ambig. lib.*1.*tit.*9.*num.*22.*verf.fed primum*
dictum.

19 Sed hoc non erit, vbi in promissione iu-
rata de restituenda dote adesset clausula,
refectionis omnium damnorum, expenfarū,
& intereſſe, tunc enim operatur, vt interes-
se debeatur, nedum officio Iudicis, sed iu-
re actionis, *Gratian.decif.*126.*num.*15. *de*
Ponte

Ponte cons.64.num.18.& cons.76.& 77.
lib.1.Cons.Theodor.alleg.7.num.16.& seq.
Thesaur.in addit.ad decis.43.Genitor. Mut.
decis.84. num.4.& 46. & sic pluriès fuisse
iudicatũ in S.C. & præcipuè in causa Du-
cis Populi cum Crispanis, in Banca Solla-
tij, in causa Hersiliæ Spinulæ cum Christo-
photo de Franchis, in causa Beatricis de
Iuliano, in Banca de Ferrarijs, in causa Io.
Andreæ Arsij cum Faustina Lombarda, in
Banca Figliolæ, nedùm in beneficiũ vxo-
20 ris, sed etiam eius filiorum, & hæredum, in
quos transeunt priuilegia dotis, per text.
in l.assiduis, §.exceptis, C. qui pot. in pign.
glos.in l.1. C.de priuileg.dot. Franch. decis.
338. Amat.variar.resolut.lib.1.resolut.40.
num.98. in fin. Fontanell.de pact. nuptial.
clausul.7.glos.2. part.3.num.76.& glos.3.
part.7.num.2.
21 Et supradicta adeò vera sunt, vt si post
viri obitum ipsa ingressa sit tenuram bo-
norum ipsius viri, donec dos sibi restitua-
tur, & fructus percepisset, & consumpsisset,
illos in sortem dotis compẽsare teneretur,
tex.est in l.Titia, vbi Castr.ff.de solut. Abb.
in cons.39.num.4.in fin.lib.2. Peregr. cons.
100.sub num.5. vol.1. & hoc etiam si non
haberet vndè se aleret, Corneus consil.71.
num.7.vol.4. Gabr.cons.152. num.1.& 2.
Plot. de in lit.iur. §.11.sub num.24. nam
tenebatur instare, vt sibi fundus ille in so-
lutum daretur, quia tanquàm Domina
fructus lucrata fuisset, sed si non curauit,
nisi fructus percipere, dicitur per se stetis-
se, quod sibi imputandum est, & quidèm
in sortem suæ dotis, prout ità Innoc. in
d.cap.salubriter, vbi Abb.& alij, idẽ Surd.
d.quæst.45.num.12. sic etiam Albens.in
cons.270. num.1. vbi ait, quòd mulier te-
netur sollicitare, dationem illam in solutũ
sibi fieri, quod etiam post multos sequitur
Costa de remed.subsidiar.remed.106.nu.10.
& ante eum Caualcan.de vsufruct.nu.207
ac diffusè Molignat.in tract.de retent. cap.
28.per tot. vt demùm sic post longã discus-
sionem iudicatũ fuisse per Senatum Man-
tuanum testatur Manent. in decis. eiusdem
Senatus 76. subdens, quòd mulier non de-
bet simplicitèr insistere super retentione
pignoris bonorum viri, sed debet instare,
& sollicitare, vt distrahatur, vel illud cape-
re pro se in solutũ, aliàs fructus perceptos,
& consumptos tenetur in dotẽ suam com-
putare, quod etiam antè eum affirmaue-
rant noster Author in cons. 194. num.13.
Bimius cons.245.sub nu.51. ibi, si fuit ne-
gligens, quos etiã refert ipse Manent. loco
citato, & cùm casus iste accidisset in S. C.
in causa Francisci Albanensis cum Ioanna
Sorece hærede quondam Angelæ Sorece
ad relationem doctissimi viri Andreę Pro-
uenzani sub die 11. Decembris 1634. fuit
iudicatum, fructus perceptos per vxorem
ex bonis viri præmortui per eam retentis
loco pignoris, & hypothecæ, quousq; sibi
dos in pecunia consistens ab hęredibus vi-
ri restitueretur, in sortem compensari, de
qua causa compilauit decisionem D. Re-
gens Capycius Latro 97.
22 Quæ omnia procedũt, quamuis mulier
ad secundas conuolauerit nuptias, & ma-
ritus secundus fructus percepisset ex pi-
gnore bonorum primi viri, nàm illos in
sortẽ dotis computare tenetur, prout ple-
nè ex sequenti decis. eiusdem Manent. quæ
est 77. in ordine, sed contrarium firmat
Alexand.Trentacinq. lib.3.variar. tit.de
iur.dot.resolut.6.nu.6.ex Bart.in cons.128
& Plot.in d.l.si quomodo, §.11.num.26.per
text.in cap.salubritèr, de vsur.
Nequè in hoc obstat quod dicitur de
alimentis debitis intrà annum ratione re-
23 tardatæ solutionis, nam illud procedit,
quando mulier interpellauit hæredes, im-
plorando Iudicis officium, aliàs si dictos
hæredes non interpellasset, Iudicis officiũ
implorando, illa neq; deberentur, nec hæ-
redes mariti dicerentur in mora, cùm illa
debeantur vxori infrà annum ex legis ne-
cessitate, & sic Iudicis officio, & consequẽ-
tèr à die litis inchoatæ, & Iudicis officij
implorati, prout ex decis.Rot.Roman. rela-
tæ per Io. Bapt. Pont. in tract. de aliment.
cuiuscunque gener. cap.12. sub rubr.de ali-
ment.præter. secundùm quam decisionem
in his terminis alimentorum debitorum
vxori infrà annum ex dicta causa retarda-
tæ solutionis non deberi, nisi à die litis in-
choatæ, & Iudicis officij implorati per Sa-
crum Consilium decisum testatur Vinc.de
Franch.in dec.605. sic etiã affirmat Surd.
de aliment. tit.3. quæst.2. & tit 5. quæst.1.
num.45. prout sic singularitèr hoc decidit
noster Napod. ad Consuetud. Neap. incip.
Quòd si aliquis, num.34.fol.mihi 219. in
nouiss. vbi ait, quod omnia alimenta, quæ
debentur ex iuris dispositione, Iudicis of-
ficio peti debent, exceptis ijs, quæ deben-
tur ex contractu, legato, vel consuetudi-
ne, cùm ex pacto ciuium debeantur tunc
iure actionis, quod cum multis compro-
bat Alex.Trentacinq.in lib.1.var.resol.tit.
de alim. resol.1. per tot.& Capyc. decis.24.
ac Hercul.in l.diuortio, ff.solut.matr.

Quæ verò supradicta limitari debent in
24 muliere vidua, ex dispositione nostræ *Cō-
suetudinis* incipient. *Hæredesq; mariti*, per
quam disponitur, hæredes mariti teneri
ergà eius vxorem ad tarenum vnum pro
qualibet vncia auri in dotem data pro ali-
mentis, etiam pro tempore, quo post an-
num dotes dare distulerunt, vt *ibi*, & sic ab
hæredibus illa non præstātibus iure actio-
nis peti possunt, & propterea vera est
conclusio illa, quòd quando alimenta de-
bentur Iudicis officio, si sunt petita pro
tempore præterito, non debentur, etiam
quòd aliundè non vixerit, nisi debitum
contraxisset, *Bart. in l. libertis quoquè, §. 1.
ff. de aliment. & cibar. legat.* innumeros ad
hoc colligit *Alexand. Trentacinq.* in citata
resolut. 1. & Gutierr. in alleg. 14. post mul-
tos alios quoquè idem *Vinc. de Franch. in
decis. 38.* ac in *decis. 605.* & ideò *ibi* subdit,
quòd alimenta debita post litem motam,
iudicantur, vt alimenta futura, vt etiam af-
firmat *Verall. in decis. 22. num. 2. lib. 1.*

Hinc est, quòd interesse dotis vigore
Consuetudinis debentur iure actionis in
25 casu dissoluti matrimonij, vt tenet *Na-
podan. in Consuetud. Viro mortuo, Afflict.
decis. 284. de Franch. decis. 338.* etiam quòd
fuerit contractum matrimonium more
Magnatum, vt decisum fuit per S.C. in cau-
sa Ducis Populi, ex eo, quia mos Magna-
26 tum non in omnibus introduxit ius com-
mune, sed tantùm in capitulis expressis, vt
dicit *de Ponte cons. 61. num. 74. lib. 1.* vndè
in alijs statur consuetudini.

Quamuis hoc non sit absquè difficulta-
te, cùm nonnulli teneant, hoc statutum,
quòd ex causa dotis nō solutæ quid annuū
soluatur, non valere, ex eo, quòd induceret
vsuram, ex *clem. 1. de vsur.* vbi *Io. de Lign.*
concludit, non valere statutū, quòd donec
27 dos vxori restituatur, soluantur quinque
pro centenario, & sequuntur plures, quos
refert *Plot. de in lit. iur. §. 11. num. 32. &
& l. si quando, num. 470. C. vndè vi*, & post
eos *Barbos. in l. 2. part. 1. num. 43. ff. solut.
matrim. Couar. lib. 3. variar. resolut. cap. 1.
nu. 3. corol. 7. Molin. de contract. disp. 322.
num. 7. vsque ad fin.*

Sed contrarium tenent *Nauarr tom. 2.
decret. cap. 17. num. 213. in fin. vers. quartū,*
28 quòd iustè obseruari possunt statuta Ter-
rarum, & in *comment. de vsur. 21. notab.
num. 68. Lanar. cons. 26. Lup. in l. curabit,
num. 91. C. de act. empt Vinc. de Franch de-
cis. 338. Petr. de Gregor. syntagm. iur. lib 9.
c. 22. nu. 5.* sic etiā firmat *Alex. Trentacinq.
lib. 3. var. resol. tit. de iur. dot. resol. 6. nu. 6. in
fin. vers. resolutio est*, sed hoc procedit, in-
quit ipse, vbi mora regularis, vel irregula-
ris interuenerit, latè etiam *Giurb. ad Con-
suet. Messan. cap. 15. glos. 15 part. 1. nu. 36.*
vbi infinitos colligit, licèt ipse subdat, hoc
esse absquè scrupulo, vbi Apostolico sta-
tuto interuenerit confirmatio, ex *Pontan.
de aliment. cap. 15. num. 7.* & alijs.

Nec etiam facit *text. in d. cap. salubritèr,*
29 *de vsur.* nam ille intelligitur, & procedit
in marito, qui sustinet onera matrimonij,
in quorum compensationē illas licitè re-
cipit, cùm maritus illa pro dote vendidis-
se videatur, vt dicit *Caualcan. in decis. 22.
num. 7. & 27. part. 4.* & sic dicta vsura est
onerosa, non autem gratuita, *l. pater, in
princ. ff. de dol. except. Alex. cons. 74. num. 2.
lib. 5.* & potiùs tanquàm interesse, quàm
vt vsuræ, vt notat *Io. And. in d. cap. salubri-
tèr*, quæ ratio cessat in muliere, quæ nihil
perere, vel recipere potest ob dictam solu-
tionem retardatam, vt distinguit *Bart. in
l. at qui natura, §. non tantū, ad med. vers.
quod intelligitur, ff. de negost. gest. Alexand.
cons. 141. nu. 4. lib 5. Abb. in cons. 39. nu. 6.
lib. 2. Menoch. cons. 7. nu. 12. lib. 1. Cancer.
in d. cap. 9. num. 95. Mantic. in* citata *de-
cis. 171.*

Et quàmuis *Thesaur. in d. decis.* dicat,
nullam in hoc casu dari differentiam inter
maritum, & vxorem, tamen eius opinio
non est admittenda, cùm loquatur contrà
communem *DD.* sententiam, & ideò, in-
quit ipse *Thesaur.* quòd durum esset con-
tra stimulū calcitrare, prout passum hunc
latè explicat *Barbos. in l. 2 in princ. par. 1.
num. 40. & multis seqq. ff. solut. matrim.* &
diffusè *Gratian.* in cit. *cap. 240. & cap. 243.*
sic etiam *text.* illum *d. cap. salubritèr* intel-
ligit, & declarat *Cancer. loco* citato, dicens,
procedere respectu viri ob onera matri-
monij, non autèm respectu vxoris soluto
matrimonio, quia alioquin essent vsuræ il-
licitæ, vt etiam expressè voluit *Bart. in
d. cons. 128. & d. §. non tantùm*, dùm soluto
30 matrimonio non potest ampliùs dici dos,
cùm eius titulus sit extinctus, nam sine
matrimonio esse non potest, vt *l. 3. ff. de
iur. dot.* & successiuè cessat omne priuile-
gium dotis pro futuro tempore, cessante
causa priuilegij, vt in *l. Titia, §. vsuras, ff.
leg. 2 & l. cùm quid, §. si is, ff. de vsur.* cum
multis alijs ad hoc propositum collectis
per dictum *Mantic.* in citata *decis. 171.*

Et licèt succurreretur mulieri ex causa
damni emergentis, & lucri cessantis, quod
licitè

licitè illud acciperet, ad tradita per *Affl. in decis.* 284. cum multis alijs per *Menoch. in* citato *consil.* 7. *nu.* 15. *& seq.* tamen in vtro-
31 que casu debent probari requisita tàm ad lucrum, quàm ad damnum spectantia, de quibus plenè *Castr. in l.* 3. *§. final. ff. de eo, quod cert. loc.* quæ etiam in casu dotis sunt probanda, vt post multos *Barbos.* in citata *l.* 2. *num.* 48 & noster *Author de alim. tit.* 1. *quæst.* 45. *à num.* 25. *vsque ad* 54. *Gratian. in d. cap.* 563. *num.* 41. *& cap.* 244. *nu.* 13. vbi inquit, quòd nō admittitur probatio præsumptiua, vel illa, quæ resultat ex qualitate loci, in quo passim inueniuntur occasiones collocandi pecunias ad lucrum, subdens, sic sæpè per Rotam decisum fuisse, contrà ea, quæ dixerat *Couar. in lib.* 3. *va-*
32 *riar. cap.* 1. *num.* 3. *vers. septimò ab eadem ratione, & Rodert. de ann. reddit. d. quæst.* 8. *sub num.* 20. *vers. sed praxis,* tuendo hanc opinionem inquit, praxim, quam solent Iudices obseruare, constituendo viduę dotis non solutæ post motam interesse absq; illius probatione propter reddituum frequentiā adiudicare, periculosā esse, & vix iure defendi posse, & allegat *Bologn. in l. vnic. num.* 127. *C. de sent. quæ pro eo, quod interest,* qui ait, iniquam sibi fuisse visam hanc praxim, sic etiam *Manent.* in citata *decis.* 76. *num.* 18. vbi ad hoc notat quandā practicam. Qui tamen hoc intelligit procedere, quando mulier non habuisset pignus bonorum mariti penès se, cùm si tale pignus habuisset, licèt interuenissent omnia supradicta requisita, non tamen liberaretur à perceptione fructuum, quos in forte cum sua dote imputare tenetur, vel
33 quando hæredes mariti obtulissent dare tot bona in solutum dictæ mulieri, quæ recusauit, quo casu etiam verbalis oblatio cum recusatione viduæ sufficiat, vt ipsa nō
34 possit interesse prætendere, & *Crauett. in d. consil.* 189. *num.* 7. *in fin. vers. sin autem mulier sit solita negotiari,* ait, hoc non sufficere, nisi etiam cōstet, dotes non potuisse ab hæredibus viri recuperari, quia ei forsan resisterent, & cogerent illam ad litigandum, quo casu si habens vnde se alere, solū damna, si quæ passa sint propter moram recuperare posset.

Quod ipsemet *Manent. in decis.* 77. am-
35 pliat hoc procedere, etiam si hæredes mariti fuissent interpellati à secundo viro, qui tamen cessionem ab eius vxore nō habebat, cùm neq; hoc casu tenerentur ad aliqua interusuria, etiam si ageret respectu damni emergentis propter onera matrimonij, quæ sustinet, licèt *ibi* det cautelam pro secundo viro, vt etiam firmat *Barbos. in l.* 2. *part.* 1. *num.* 42. *vers. infertur etiam, ff. solut. matrim.*

Sed circa hoc nota, quòd etsi hæredes
36 interpellati ab vxore constituerentur in mora, & sic tenerentur ad tale interesse; tamen hoc non procedit, quando dicti hæredes iustam causam litigandi habuissent, vt tradit *Cost. de remed. subsid. remed.* 106.

SVMMARIVM.

1 *Legato Castro cum omnibus iuribus an comprehendantur introitus burgensatici particulari titulo quæsiti.*

2 *Et quid in vēditione cum omnibus iuribus, & pertinentijs, nunquid particulari titulo quæsita veniant.*

3 *Legato fundo in certo loco quid veniat.*

DECIS. CCXLI.

AD hanc decisionem adde *Fab. de Anna in consil.* 100. *lib.* 2. vbi
1 quærit, si in legato Castrorum etiam cum omnibus iuribus, & clausula generali cōprehendantur introitus burgensatici particulari titulo quæsiti, quodq; latissimè eius *Genitor in alleg.* 29. quorum dicta valdè conferunt ad decisio-
2 nem istam, & quid in venditione cum omnibus iuribus, & pertinentijs, nunquid particulari titulo quæsita veniant, latè *D. Reg. Capyc. Latro in decis.* 37. & nunquid legato fundo in certo loco veniat quic-
3 quid testator eo nomine nuncupabat, & ibi haberet, latissimè *Barry de success. lib.* 9. *tit. de legato fundi, per tot.* & de omnibus alijs in hac decisione.

SVMMARIVM.

1 *Filius, licèt sub patria potestate, potest alienata per patrem contra prohibitionem testatoris eo viuente reuocare.*

Amplia, etiam ad reuocationem alienationis bonorum maternorum, num. 2.

Item, vt possit pater cogi per eum, vt agat, licèt iurauerit non contrauenire, nu. 4.

3 *Possessio bonorum filiorum patri aufertur malè administranti in eis, & transfertur in filios, qui deindè alimenta patri præstant.*

5 *Filius vendicando alienata per patrem, nō tenetur soluere pretium melioratonum factarum.*

6 *Fructus rei prohibitæ alienari fauore alicuius personæ, sequuta alienatione statim debentur substituto.*

DECIS. CCXLII.

1 Filium posse reuocare alienata per patrem eo viuente contra prohibitionem testatoris, nulla data differentia, si sit, vel ne emancipatus, concludit *Author*, prout latè hanc quoquè opinionē tuetur in *conf.* 116. *per tot.* vbi plenissimè probat, quòd in his bonis patri vsusfructus nō debetur, quod amplia procedere, etiam ad defensionem bono-
2 rum maternorum, imò ad reuocationem alienationis factæ per patrē de dictis bonis maternis, nedùm ipso mortuo, sed etiā eo viuēte, vt cōcludit *Valasc. in consult.* 69. *num.* 16. *Ludouic. decis. Perus.* 13. *num.* 15. *Pinell. in l.* 1. *part.* 3 *num.* 74. *C. de bon. matern. Menoch. in conf.* 279 *num.* 34. *lib.* 3. *&* *conf.* 626 *à num.* 30. *vsquè ad nu.* 61. *lib.* 7. qui omnibus contrarijs responder, vbi etiā in *num.* 57. inquit, quòd quādo pater malè administrat bona, quæ post mortem suam
3 tenetur restituere filijs, possessio bonorum ipsorum aufertur ab eo, & in ipsos filios transfertur, qui deindè fructus, & alimenta patri præstant, sic etiam affirmat *Bocr. in dec.* 61. *n* 17 *in fin* ità vt in talibus casibus
4 pater possit cogi per filiū consentire, vt valeat agere, quāmuis iurauerit non contrauenire, sic *Bald in l. fin.* §. *in computatione, num.* 7. *C. de iur. delib.* idem *Valasc. in d. consult.* 69. *num.* 6. latissimè etiam *Paschal.* cum multis quoquè hanc comprobans in *tract. stu de virib. patr. potest. part* 1. *cap.* 2. *num.* 43. licèt ipse dissentiat, prout etiam *Gratian. tom.* 3. *disceptat. forens. cap.* 401. *num.* 1. *&* 2.

Et adeò hoc verum est, quòd vendicando filius alienata per patrem, non tenetur soluere pretium meliorationum factarū,
5 sed illæ sint eum fructibus per emptorem perceptis compensandæ, prout singularis est *text. in l. si sumptus* 49 *ff. de rei vendic.* & quamuis *Paschal. in d. tract. de patr. potest. d. cap.* 2 *part.* 1. *num.* 80 dicat *text.* illum procedere, quando fructus debentur ex æquitate, secus verò ex rigore iuris, vt debētur fructus aduentitiorum patri, cùm tunc non compensentur cum meliorationibus, per ea, quæ tradit *Neguz. de pignor. in* 4. *mem. br.* 2. *part. num.* 15 & sic sicut pater debuisset fructus lucrari, ità etiam emptor. Nihilominùs dicta per *Paschal.* non possunt adaptari in casu huius decisionis, in his enim bonis alienatis patri ampliùs vsusfructus non debetur, vt plenè per eundem *Authorem* in allegato *conf.* 116. & in hac *decis.* & latè *Peregrin. de fideic. artic.* 49.
6 *num.* 108. vbi ait, communem esse conclusionem, quòd fructus rei prohibitæ alienari fauore alicuius personæ, statim sequuta alienatione debentur substituto, & ei statim ex causa fideicommissi dominium acquiritur.

SVMMARIVM.

1 *Emens scientèr bona fideicommisso subiecta an possit agere de euictione.*

2 Lex fin. §. emptor, C. commun. de leg. *procedit in extraneo, & non in cohærede venditoris.*

3 *Euictio an locum obtineat inter diuidentes scientèr rem alienam, vel fideicommisso suppositam.*

DECIS. CCXLIII.

1 Ad hanc decisionem vide eundē *Authorem in dec.* 208. & *ibi* notata per *me*. Verùm scripta per *Authorem hic* ad materiā *l. fin.* §. *emptor, C. commun. de leg.* scilicèt quòd emptor sciente rei fideicommisso subiectæ non possit agere de euictione circa damna, & interesse, sed solùm ad pretij restitutionem.

2 Intellige de emptore extraneo, non autem de cohærede venditoris; veluti si emptor, & venditor vnà eum alijs etāt in testamēto hæredes instituti, & inuicem substituti, si quis eorum decesserit sine filijs masculis, & vnus ex his sciens hanc institutionem, & mutuam substitutionem ab alio emit suam portionem, & is, qui vendidit erat substitutus, & promiserat de euictione, & posteà sine filijs masculis decesserit, & sic per mortem ipsius euenerit casus substitutionis, tunc emptor non potest ad pretij restitutionem agere, quia euictio sequitur ex facto Authoris, perindè ac si ex facto proprio, quod secus est in primo casu, prout sic in terminis consuluit *Rum. in conf.* 146. *num.* 2. *vers. sed præmissis non obstantibus, lib.* 1. post *Bart. in l. quis Roma,* §. *duo fratres, num.* 25. *ff. de verb. oblig.* vt sic intelligit *text.* illum, & declarat *Mantic. de tacit. & ambig lib.* 4 *tit.* 10. *num.* 30. *& seq.* pro quo faciunt *text. in l. si seruus, in princ. ff. de condit. furt.* & adducta per

Pere-

Peregrin. de fideicommiss. artic. 52. *à nu.* 52.
3 *vsque ad* 73. in quo loco quæritur, si inter diuidentes scienter rem alienam, vel fideicommisso suppositam detur actio de euictione, & si in hoc casu locum habeat dictus *§. emptor*.

SVMMARIVM.

1 *Legatum tunc compensatur cum debito legali, quando perpetuò erit permansurum apud legatarium.*
2 *Legatum annuum an sit compensandum cum debito legali, & medietate debita vigore* Consuetudinis, Et si testator.

DECIS. CCXLIV.

De hac quæstione, nùm legatum annuum censeatur compensa-
1 tum cum debito legali, adde *Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib.* 10 *tit.* 2. *nu.* 11. qui ait, tunc legatum compensari, quando esset relictum simpliciter, ita vt perpetuò sit per permansurum apud legatarium, allegãs inter alios *Capr. consil.* 143. *num.* 5. *versic. quod etiam secundò deducitur*, quod videtur firmare *Cravett. consil.* 149. *num.* 5. vbi ait, quòd ad hoc vt debita sint compensabilia, requiritur, vt sint æqualis summæ in qualitate, & quantitate, & aptitudine, & essentia conueniãt, verùm cùm casus iste accidisset in S. C. in causa Marij Beltrani cũ hæredibus quondam Scipionis Beltrani, dùm ibi agebatur, in medietate, quæ debebatur ipsi Mario bonorum antiquorum vigore *Consuetudinis, Et si testator* debebat compensari le-
2 gatum annuum ducatorum 120. factum per dictũ Scipionem ipsi Mario eius vita durante, fuit ad beneficium ipsius Scipionis iudicatum, à quo decreto dùm fuisset petita in integrũ restitutio per dictos hæredes vti minores, fuit denegata, & dictũ, non esse ei deferendum, referẽte tunc Regio Consiliario Gaspare Palatio, in Banca de Mondellis, licèt aliquis ex Dominis in causa prædicta fuerint in contrario voto. De hac quæstione, quando legatũ sit compensandum cum debito legali, latè dixi in *addit. ad decis.* 119.

DECIS. CCXLV.

De hac quæstione diximus in *decisione* 70.

SVMMARIVM.

1 *Hæres soluens integrum legatum quando falcidiam perdat, & num.* 2.

DECIS. CCXLVI.

Et si magna fuit inter DD. cõtentio super hac quæstione, de qua noster *Author hic*, an soluens integrum legatum perdat falcidiã.
1 tamen communitèr inter se concordarunt cum distinctione, scilicèt an hæres soluit integrum legatum tempore, quo benè nouerat vires hæreditarias, & tunc censetur approbasse voluntatem testatoris, & consequentèr quòad illius detractionem censetur inducta remissio, vt tradunt *Peregr. de fideicommiss. art.* 3. *num.* 124. *& art.* 47. *num.* 38. *Gallerat. de renunciat. centur.* 1. *renunc.* 48. *num.* 3. *&* 4. *tom.* 2. *& Cancer. in lib.* 1. *variar. resolut. cap.* 2. *num.* 56. *circa med.* ea ratione, quia cùm beneficium falcidiæ inductũ fuerit fauore hæredis, *l. postest. ad leg. falcid.* (quamuis debita sit ciuilitèr, & nõ naturalitèr, vt per *gl. in l. cùm quis*, *C. de iur. & fact. ignor* quam communiorem esse post infinitos ostendit *ibi Padill.*) tamen fauori suo renunciare potest, *l. si quis in conscribendo. C. de pact.* hinc est, dicit *Menoch. de adisc. possess. remed.* 4. *num.* 639. quòd si hæres permiserit post aditam hæreditatem fideicommissarium possidere, vel legatarium, tunc cessaret interdictũ quorum legatorum, & sic cẽseretur remissa falcidia, quæ finalis causa est, ob quam interdictum hæredi conceditur, vt etiam ipsemet *Menoch.* voluit in *remed.* 2. *de adipiscend. poss. quæst.* 11. post *Zuchard. in l. vltim. num.* 428. *C. de edict. diu. Hadr. tollend.* quæ conclusio procedit, quàmuis in iure errauerit hæres credens, se non posse dictã falcidiam detrahere, vt distinguit *text. & glos. in l. error, C. ad leg. falcid. & d. l. cùm quis, & l.* 1. *ff. de condit. indeb. & l. cuius per errorem, ff. de reg. iur. Bart. in consil.* 93. idem *Cancer.* in citato *cap.* 2. *nu.* 56 quod limitatur, si gratia fideicommissarij talem detractionem hæres remiserit, cùm eo casu fideicõmissarius detraheret, vt *l.* 1. *§. rectè Neratius, ff. ad Trebell.* & in terminis voluit *Peregr. de fideicommiss. art.* 3. *num.* 6. *&* 123.

Aut verò soluerit legatum antequàm
2 nouit vires hæreditarias, & tũc procederet altera opinio, scilicèt non censeri remissã falcidiam, quàmuis legatum solutum esset

set, vt tenet *Author hic*, & *text.* cum *glos. in d.l.error*, & idem *Peregrin.* in citato *artic.3.nu.124.* cùm tunc non censeatur ideò legatum soluisse, vt voluntatem testatoris impletet, vt etiam nouissimè tradit *Galleraт.in d.renunc.48.*

SVMMARIVM.

1 *Alienationes facta per Hæreticum post delictum, ipso iure reuocantur, nullo emptoribus pretio restituto; vbi decisio Senatus.*

Amplia, quãuis bona ad mille manus transirent, num.4.

Amplia, etiam si esset occultus, licèt cum distinctione, si mentalis, vel accidentalis, num.5.

Limita, si in contumaciam fuisset condemnatus, vel defecisset in purgatione, cùm à die latæ sententia bona publicarentur, num.6.

Item limita, si alienationes fuissent facta tempore, quo erat absolutus, licèt deindè de nouo fuerit inquisitus, num.7.

Item, si fuerint facta ex causa necessitatis, veluti pro alimentis etiam familia, pro soluendis creditoribus, pro dotibus, & similibus, dummodò res magni valoris pro paruo debito non sint data, num.8.

2 *Beneficia Hæretici etiam antè sententiam impetrari possunt.*

3 *Filij Hæreticorum ipso iure priuantur beneficijs, etiam obtentis antè sententiam, quamuis in contumaciam patres fuissent condemnati, eis tamen in ea persistētibus, etiam si essent nati antè contractam hæresim, vbi decisio Rota.*

DECIS. CCXLVII.

1 Bona alienata ab Hæretico à die criminis, & antè sententiam declaratoriam recuperat Fiscus ab emptoribus, nullo eis restituto pretio, quàmuis fuerint in bona fide, concluditur hic, prout etiam tradiderunt pro absoluto *Bursat.conf.43.& conf.14.nu.21. cum seq.volum.1. Roland.à Valle consil.8. lib.3. Farinac.de crimin.part.1. quæst.25. num.17. cum seq. Costa de retrotract. casu 22. cap. 8. Petr. Caball. resolut. crimin. lib.2.cap.295. Paschal.de patr.potest.par.4. casu 5. nu.98. Rot.Roman.decis.747.nu 9. part.4.in nouiss.Gratian.tom.1.discept.for. cap. 54. num.15.* prout decisum refert per Senatũ *Thesaur. lib.2. qq.forens. quæst.40.* in qua causa fuit etiã disceptatum, si Fisco obstare possit præscriptio emptoris decennalis, & subdit, quod causa alitèr non fuit decisa, licèt *ibi* habeas aliquid hinc indè. Hinc dixit *Rot. in decis.707. num. 2. & 3.*

2 *part. 3. in nouiss.* quòd beneficia Hæretici etiam antè sententiam declaratoriam possunt tanquàm vacantia impetrari, cùm illa sententia non priuet, sed priuatum declaret, vt etiam tradit *Marescott.lib.2.variar. resolut.cap.35.num.1.& 2.cum seq.* vbi etiã

3 quòad beneficia filijs quæsita antè condẽnationem, subdens sic fuisse per Rotam præuia discussione determinatum, quàmuis pater fuisset in contumaciã condemnatus, persistẽte tamen in ea, etiam si nati sint antè contractam hæresim, vt etiam tradit *Gutierr. canon. qq. lib.2. quæst. 30. num.47.* vbi ait, hanc esse magis commũnem, & tenendam, & hoc etiam si bona alienata transirent per mille manus, cùm

4 possit Fiscus à quocunquè bonæ fidei possessore vendicare, *Archid.in cap.secundùm leges, num. 2.* & ibi alij *Canonist. de hæret. in 6. Bald.in l.fin. num.6. C.commun.de legat. Boss.in praxi crim. tit.de bon publie. num.76.cum seq. Scaccia de iudic.lib.1.cap. 98. num.15.*

Quod ampliatur, quamuis esset occul-

5 tus, licèt cum distinctione, scilicèt mentalis, vel accidentalis, secundùm veriorem, & communissimam Theologorũ opinionem tradit *Gutierr. canon. quæst. cap.13. num.4.& 5.part.1. Sanchez ad præcepta decalogi, lib.2.cap.8.num.2.Garz.de benef. part.11. cap.10. num. 91. Suarez part. 3. tom.5. disput.4. sect.2.num.1. Nauar.in summa, cap.23.num.38.& cap.27.num.56.* & hoc videtur affirmare *Rot. in decis.486. num. 25.& 26.part. 1. in nouiss.* vbi quærens, quis dicatur Hæreticus, inquit, quòd sit ille, qui circa ea, quæ sunt fidei errat per intellectum, & propterea ad concludendum tale crimen exprimenda sunt talia facta, vel dicta, ex quibus colligatur talis error.

Verùm limita primam conclusionem, quando quis in contumaciam fuisset condemnatus, vel defecisset in purgatione,

6 quoniam eo casu à die latæ sententiæ Hæreticus præsumeretur, & sic bona non publicarentur, nisi ab ea die, vt in specie concludunt *Simanca de cathol. institut. tit.19. num.26.* & idem *Sanchez d. lib.2. cap.22. num.35.*

Secundò limita, si tempore alienatio-

7 nis fuisset absolutus, licèt deindè de nouo inqui-

inquisitus fuerit, cùm propter iudicialem authoritatem alienatio sustineretur, vt in specie *Boss.* in citato *nu.* 76. vbi ità inquit, in facti contingentia fuisse pronunciatum Mediolani, quem sequuti sunt *Scaccia de iudic. d. cap.* 98. *nu.* 17. *& Sanchez d. lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 47. licèt *Author hic* pedes nõ firmet.

Tertiò limita, quando alienatio esset
8 facta ex causa necessaria, veluti pro alimentis etiam familiæ, pro soluendis debitis, pro dotibus, & similibus, dũmodò non essent data bona magni valoris pro paruo debito, *Becc. cons.* 8. *Peregrin. de iure fisci, lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 76. plenè *Surd. de aliment. priuileg.* 35. *tit.* 8. *num.* 4. *& tit.* 9. *quæst.* 32. *num.* 10. *Gratian. tom.* 1. *discept. for. cap.* 54. *num.* 16. *&* 17.

S V M M A R I V M.

1 *Pactum legis commissoriæ quando sustineatur in contractibus, vel non.*

D E C I S. CCXLVIII.

PRO pleniori explicatione huius materiæ pacti legis commissoriæ quando illud improbetur, vel non
1 in vẽditione, in pignore, vel in datione in solutũ, vltrà adducta per *Authorem hic*, videndi sunt *Mantic. de tacit. & ambig lib.* 4. *tit.* 29. & meliùs *lib.* 11. *tit* 9. *& tit.* 10. & omninò *Alex. Trentacinq. lib.* 3. *variar. resolut. tit. de pignor. resol.* 2. *per tot.* de quo quidèm articulo latè *Scaccia de commerc. & camb.* §. 2. *glos.* 5. *à nu.* 303. *cum omnibus seqq.*

S V M M A R I V M.

1 *Filius natus ex soluta, & vxorato, etiam quòad matrem dicitur incapax, vbi decisio S.C. & num.* 15.

Contrarium tàm in patre, quàm in matre, num. 2. *&* 3.

Prima opinio verior, num. 4.

Quod intellige indistinctè, si habebat coniugatus mulierem loco concubinæ, vel non, num. 14.

Limita in successione extraneorum, nu. 16.

5 *Filius natus ex muliere soluta, & clerico beneficiato succedit matri, vbi decisio Sacr. Cons.*

6 Ludouic. decis. Vmbr. 18. num. 29. & Alexand. Trentacinq. in cons. 71. lib. 1. *confutantur.*

7 *Natus ex soluta, & coniugato filius nominari non debet.*

8 *Coitus respectu cõiugati dicitur damnatus, & punibilis.*

9 *Spurius licèt sit incapax successionis, tamen non est incapax alimentorũ, attento iure Canonico.*

10 *Spurij nomine veniunt tantũ nati ex quocunque genere prohibiti, & damnati.*

11 *Filius virginis defloratæ dicitur insuccessibilis tàm quòad matrem, quàm quòad patrem.*

12 *Filius natus ex soluto, & vidua habet querelam contra matris testamentum.*

13 *Mater non succedit filio spurio, nisi solùm in alimentis, vbi decisio S.C.*

16 *Spurij licèt quòad parentes dicantur insuccessibiles, tamen secus inter ipsos spurios, vbi decisio Senatus.*

18 *Spurij quàmuis non admittantur ad successionem parentum tamen admittuntur ad accusandum, & remittendum.*

D E C I S. CCXLIX.

FIlium natum ex soluto, & coniugata quòad matrem etiam insuccessibilẽ dici, cùm sit natus ex damnato, & punibili coitu, concludit
1 *Author*, quod amplia procedere, quàmuis natus fuisset ex soluta, & vxorato, cùm etiam quòad matrem ipse dicatur insuccessibilis, itaut ei nihil ab ea, vel alijs ex dicta linea materna relinqui possit, vt ex *Bart. in l. fin. ff. quib. vt indign. Spec. in tit. de success. ab intest.* §. 1. *vers. nunc ad naturalium*, póst infinitos, quos colligit, & sequitur *Alex. Trentacinq. lib.* 1. *variar. resol. tit. de noth & spur. resol.* 2. *nu.* 14. hãc quoquè communem esse ait *Vrsill. ad Afflict. in decis.* 96. subdens, sic per Sacrum Consilium decisum fuisse.

2 Et licèt secundùm aliquos natus ex cõiugato, & soluta nõ dicatur natus ex damnato coitu, quia non est de consuetudine ille coitus punibilis, prout concludit *Socin. in cons.* 148. & post eum, & alios *Crauett. cons.* 166. *num.* 2. *Roland. in consil.* 74. *num.* 12. *lib.* 1. & ideò iste spurius non erit incapax maternæ successionis, sed tantùm paternæ, vt ait *Gomes. ad l.* 9. *Tauri, nu.* 14. *in fine*, & ità semper in Regia Hispaniæ Cancellaria pronunciatum vidisse testatur *Suarez in tit. de todo home, num.* 5. *vers. ego dum eram*, ea ratione moti, cùm damnatus dicatur coitus, quando est accusabilis, & sic punibilis, vt per *Bart. in d. l. fin. nu.* 4.

ff. de

ff.de his,quib.vt indign.Capra in cons.1.per
tot.& præcipuè num.26. Alexan.cons.174.
vol.5. quam communẽ esse ait Iul. Clar.
in pract.crim.§.fornicatio,in vers.frequen-
tèr dubitari cõtingit, prout etiam de com-
muni testatur Couarr. in epitom. de spons.
in 2.part. cap.8.§.5.nu.15. sed coitus vxo-
rati cum soluta, maximè humilis, & vilis
conditionis,non est damnatus,& per con-
sequens accusabilis, nec punibilis, non ra-
tione adulterij, l.1.C.de adulter. vbi Salyc.
& Bald.nec etiam ratione stupri, vt in l.si
ea,& in l.qua adulterium,C.de adult.& in
l.si vxor, vbi Bart. ff. eod. ex quibus argu-
mentis Alexand. Trentacinq. in consil.71.
lib.1. infert, quòd in hoc casu etiam patri
sic talitèr natus ex testamento succedere
possit,subdens, & si dicatur, quòd vxor ex
generali capite iniuriarum possit virum
accusare,cùm matrimoniũ violentetur,ad
tradita per Bald.in l.1.C.de adulter.nihilo-
minùs propter reuerentiam matrimonij
actio iniuriarum vxori contra virum non
competit, arguméto l.non solùm, § quan-
quam, ff.de iniur. vltrà quòd vxorem age-
re cõtra virum est turpissimum, & succes-
siuè turpis actio vxori denegatur contra
virum ob matrimonij honorem, l. nàm in
honorem, ff.de act.rer.amot.quam supradi-
ctam opinionem etiam sequutus fuit Lu-
douic.in decis.Vmbr.18.num.29.& in indi-
3 uiduo quòad matrem voluit Merlin. de
legitima, lib.1. tit.2.quæst.5.num.46.& fa-
cit quod dixit idem Alex.Trentacinq.in
lib.1.variar.resolut.tit.de noth.& spur.re-
solut.2 num.13.ex mente Natt. cons.421.
num.4.& 5. scilicèt quòd illa differentia
in nato ex coitu damnato punibili,& non
punibili procedit respectu matris,cùm res-
pectu patris idem in vtroquè casu sit.
Tamen non est recedendũ à priori opi-
4 nione, scilicèt similem spurium esse inca-
pacem, nedũ ex parte matris, vt latè Dec.
cons.306. Alb.cons 37. cum alijs per Pere-
grin.de iure fisci, lib.3.tit.18.num.36. vers.
contrarium tamen, Lup.de illegitim.tom.1.
§.5.num.152.vbi multi alij,licet hoc intel-
ligat, quãdo legitimam sobolem haberet,
sed ex parte patris, vt decidit in text. in
cap.tanta, qui filij sint legitimi, vbi iste ve-
rè,& propriè spurius est,& insuccessibilis,
quia per subsequens matrimonium legiti-
mari non potest, latè etiam Paschal. de
vir.patr.potest.par.2.cap.1.n.40.& 41. vbi
multos ad hoc colligit,quam quoq; com-
munem esse ait Thesaur.iun.lib.1.quæst.fo-
rens. quæst.22.num.18.in fin. sic demùm
latissimè probat Manent.in cons.145. no-
uissimè impress. num. 8. & seq. post suas
decisiones, vt sic in pulchro casu tenet
Vincent.de Franch.in decis.47.vbi ait,fuis-
5 se per S. C. decisum, filium natum ex mu-
liere soluta, & Clerico beneficiato succe-
dere matri,& excludere ascendentes,quia
matrimonium inter eos contrahi poterat,
cùm dictus Clericus poterat cogi ad di-
mittendum beneficium, si dictum matri-
monium contraxisset, contra opinionem
Bart.in l.2.C.de concubin. quod secus esset,
quando natus fuisset ex damnabili coitu,
quia tunc matri nõ succederet,& sic ascen-
dentes non excluderentur.
6 Nec obstare quod dixit Ludouic. in d.
decis.18.nu.29. quem sequutus fuerat Ale-
xand. Trentacinq. in cons.71. subdit Ma-
nent. in citato loco, quia illi valdè halluci-
nati sunt,loquẽtes de directo contra text.
d.cap. tanta, nam ridiculum esset, (inquit)
quòd iste natus ex vxorato,& soluta dica-
tur spurius, & capax, quia hunc esse pror-
sus spurium, incapacem, pro qua opinio-
ne multos allegãs,sic quoquè bis obtinuis-
se testatur Peregr. de iure fisci, lib.3. tit.18.
num. 35. sic demùm contra dictum consil.
Socin.148. latè tenet Dec.in cons.306.
7 Ita & talitèr, ꝙ huiusmodi natus nequè
filius debet nominari, Auth.ex complexu,
C.de incest. nupt. & in §. fin. in auth. quib.
mod.natur.effic.sui, secundùm quam con-
clusionẽ aliàs iudicatũ fuisse refert Guid.
Pap. in decis.280. incip. Titius coniugatus
ex muliere soluta.
Nec etiã obstat,quòd non dicatur dam-
natus coitus, ex quo non possit esse accu-
8 sabilis,nequè punibilis,nam contrarium
verius est, quia violatur matrimonium, &
fit diuortium,seù Thori separatio per vxo-
rem,ità à viro læsam,& iniuria affectam,
cap.intelleximus,de adult.et cap.gaudemus,
de diuort. cum alijs per eundem Manent.
in d.cons.num.11.& quando non esset coi-
tus punibilis, pro adulterio,nõ poterit ne-
gari, quòd non esset punibilis pro stupro,
vt declarant Decius in d. cons. & Gozad.in
cons.21.in 7.& 8.fundam. prout sic respõ-
dit idem Peregr. in citato tit.18. d. nu.35.
vndè ex prædictis firma remanet conse-
quentia, spurius est, ergò insuccessibilis,
etiam de Iure Canonico,cùm Ius Canoni-
cum non det spurium capacem successio-
9 nis,nisi quòad alimenta,ad quę etiam ma-
ter in subsidium tenetur,quando pater est
inops, ad tradita per Gamm. in decis.Lusi-
tan.304. vt in puncto spurios istos, & na-
tos ex

tos ex punibili coitu dicit *Marilian. in decis. 1. num. 1.* sic quoquè in specie, quod
10 spurij nomine veniãt tantùm nati ex quocunq; genere prohibiti, & damnati coitus,
tradit *Rot. nouiss. in decis. 547. num. 5. in princ.* idem *Gamma in decis. 383. num. 4.*
11 ac in *decis. 322 nu. 2.* vbi ait, etiam filium virginis defloratę ex stupro esse insuccessibilem patri, per mirabilem doctrinã *Bald. in l. eam, quam, num. 14. vers. sed excipiuntur, C. de fideicommiss.* qui *nu. 25.* ampliat etiam quòad matrem, quod pro absoluto tenet *Dec. in cons. 306. num. 3.* quia coitus punibilis est per legem, *l. inter liberos, §. lex Iulia, ff. de adulter. l. stuprum, ff. eod. & l. si inter stuprum, ff. de verb. signific.* nequè in hoc possunt de iure ciuili legitimari quòad successionem, inquit *Bald. in d. nu. 25.* nàm aliàs sequeretur, quòd matrimonium excluderet crimen, quod falsũ esse inquit per *text. in l. palàm, §. non solùm, ff. de ritu nupt.* & quamuis contrarium videatur determinasse Senatum apud *Thesaur. lib. 2.*
12 *qq. forens. quæst. 26* scilicèt quòd filio nato ex vidua, & sic ex damnato coitu competat querela contra matris testamentum, tamen *ibi*, si benè aduertatur, pro nostra opinione facit, cùm in tantùm hoc admisit, in quantùm filius erat natus ex soluto, & ex vidua, cũ quibus tempore coitus poterat esse coniugium, & coitus de consuetudine non erat punibilis, prout *ibi nu. 6.*

13 Et hoc procedit etiam è contra, nam sicut filius non succedit matri, sic nec mater filio, sed solùm ad alimenta, attenta æquitate iuris Canonici, vt decisum per Sact. Cons. refert *Vincent. de Franch. decis 645. part. 4.* vbi allegat *Gutier. Thesaur. & Foller.*

Nequè etiam videretur fieri differentia ab aliquibus DD. adducta, scilicèt si coniugatus habebat illã mulierem loco concubinæ, quòd tunc filij insuccessibiles sint, secus autem quando illam non habebat loco concubinæ, quòd tunc procederet opinio *Socin. in d. cons. 148.* quòd dicti fi-
14 lij dicantur successibiles, nam indistinctè sunt spurij insuccessibiles, & ità practicatur, vt testantur *Addentes ad d. cons. Decij*, & singularitèr noster *Author in cons. 456. nu. 14 & 15.* vbi ait, istos esse spurios sine vlla controuersia, & de communi testatur *Vrsill. in d. decis. 96. nu. 14.* subdens, sic per Sacrum Consilium fuisse iudicatum, quod latissimè cõprobat post multos sequutus opinionem istam *Barz. in decis. 3. num. 18.*
15 *& seq.* vbi ait, quòd nati ab illo, cum quo tunc matrimonium contrahi non poterat, sunt omnino incapaces, ac detestabiles, etiam quòad matrem, cùm neque ei, vel collaterali, ex latere materno succedere possint, sic etiã descendentes ab eis, quamuis nati sint ex legitimo matrimonio, tanquàm ex infecta radice, vt per eundem *Barz. in d. decis. per tot.* sic quoquè *Bened. Barz. in tract. de fil. non legit. nat. part. 1. sub num. 1. & 4. & num. 21. & seq.* & hoc expresse sentit *Thesaur.* in citata *quæst. 22.*
16 *num. 18.* dum ait, quòd dicti spurij nati ex muliere nõ concubina vxorati dici possũt naturales largo modo, & iura naturalia habere quòad successionem obtinendam inter fratres naturales tantùm, non autem quòad parentes, cùm dicantur verè spurij. Non tamen dicendos esse natos ex punibili coitu, subdens hãc esse communiorẽ, quam vti æquiorem in iudicijs recipiendã esse, inquit, & iuxtà illam ibi iudicatum fuisse, sic etiam *Gutier. pract. qq quæst. 103. lib. 2. Vincent. de Franch. in decis. 238. in fine, Gratian. tom. 1. discept. forens. cap. 135. num. 30.* & ità iudicatum fuisse testatur *Gamma in decis. Lusit. 143.* scilicèt quòd iste spurius ex soluta, & vxorato admittitur ad querelandum fratris testamentum, quia non sunt infames infamia iuris, sed facti, licèt quòad parentes verè spurios esse, prout iterùm dixit in *decis. 149. nu. 1.* & sic quòad eos insuccessibiles, ex supra traditis. Quamuis multi hoc limitant in
17 successione extraneorum, cùm eis possit relinqui, *glos. in §. final. authent quib. mod. natur. effic. sui, verb. participium, Cagnol. num. 14. versic. & hac pari in proposito, ff. de inoffic. testament. Roland. consil. 87. num. 18. lib. 1. Thesaur. decis. 127 in princ. Fachin. lib. 4 controuers. cap. 93. in fine, Alexand. Trentacinq lib. 1. variar. resolut. tit. de nothis, & spurijs, resolut. 2. num. 26.*

Sed circa hoc nota, quòd prædicta li-
18 cèt procedant circa successionem, non tamen procedunt in criminalibus circa accusationem, cùm dicti spurij possint accusare de morte parentum, secundùm *Bart. in l. 2. ff. de accusat. colum. 2. versic. quid de filia*, prout ità obseruasse Magn. Cur. Vic. in quadam causa Magnif. Pompei Carminiani, nam nunquàm voluit compositionem facere de morte patris, nisi concordatis filijs præfatis querelantibus, testatur idem *Vrsill. loco citato, nu. 17.* subdens, & hoc non obstantibus adductis per *Alexand. in l. ex facto, §. si quis rogatus,*

gatus, num. 49. colum. 18. ff ad Trebellian. tenentem contra *Bart. in* dicta *l. 2.* sic etiam voluit *Paschal.* dicto *cap. 1. part. 2. num. 37.*

SVMMARIVM.

1 *Hæredi ipsi legari non potest.*
Intellige, num. 2.
3 *Prælegata quando veniant in restitutione fideicommissi.*
4 *Confessio debiti facta in testamento sustinetur in vim legati.*
Sed intellige, num. 6.
5 Lex Lucius Titius, §. quisquis mihi hæres erit, ff. de leg. 2. declaratur.
7 *Verba enunciatiua in testamento prolata quando expressam dispositionē inducant, & probationem, num. 8. & 9.*

DECIS. CCL.

DVO quæruntur ab Authore in hac decisione; primum scilicet an legatum factum hæredi sustineatur: secundū, an confessio debiti facta in testamento, sustineatur in vim legati.

Quòad primum, & si in iure cautum sit,
1 hæredi ipsi legari non posse, ex *text. l. legatum, §. hæredi, ff. de leg. 1.* cùm in eadem persona respectu eiusdem rei debitum, & creditū consistere non possint, *l. Verumius,*
2 *ff. de fideiuss.* tamen quando adesset fideicommissarius, vel substitutus, tale legatū detrahendum esset, vti exceptum à fideicommisso ipso, ad *tex.* singularem in *l. Titia, §. 1.* vbi etiā *glos. ff. de legat. 2.* nam tunc in casu restitutionis creditum suum non confunditur, vt latè probaui in *decis. 205.* prout quoquè indistinctè affirmat *Peregr. de fideicommiss. art. 7. nu. 16. vers. super hic,* quod procedit, quamuis non fuisset grauatus dictam hæreditatem restituere, sed cohæredes ei fuissent dati, cùm extra suā portionē respectu aliorū cohæredū legatarius esset, vt ex *text. d. l. Titia, §. 1. & ibi glos. in verb. non fit interpretandum,* & etiam probatur ex *text. & glos. l. qui filiabus, §. si vni, de leg. 1. & l. planè, §. si duobus. ff. eod.* dummodò legatum sit vni ab omnibus, secus si omnibus legetur ab omnibus, nam tunc siuè æqualiter, siuè inæqualiter sint instituti, non valet legatum, quia tanrùm tenetur quis eorum dare, quantùm recipit, vt tradit *Castr. in d. §. si duabus, num. 7* quamuis de his prælegatis non soluantur debita, inquit *Baldus in consil. 57. lib. 3.*

3 Quando autem prælegata veniāt in restitutione fideicommissi, latè *Peregr. de fideicommiss. art. 7.*

Quòad secundum verò, quamuis apud nostrates fuisset contentio, si, vel ne in vim legati talis cōfessio sustineretur, com-
4 muniter tamen fuit opinio, quòd si non constaret de debito, in vim legati sustineatur, per *text. in l. Lucius Titius, §. quisquis mihi hæres erit, el secondo 90. ff. de leg. 2.* prout ad hoc infinitos colligit *Mascard. de prob. concl. 350. tom. 1. n. 1. 2. & seq.* & multos alios *Tusc. concl. 639. in lit. C. Borrell. in summa decis. tit. de confess. tom. 2. nu. 350.* & dixi in *addit. ad decis. 55.* sic etiam idem *Surd. dec. 285. & Gamma in dec. Lusit. 293.* qui pulchrè declarat *text. d. l. Lucius Titius, d. §. quisquis mihi hæres erit,* scilicèt eius dispositionem procedere, quādo ille, qui actionem proponit, tanquàm ex debito confesso, posset petere etiam tanquàm legatarius; secus verò vbi is, qui petit ex debito confesso, nō posset agere tanquàm legatarius, cùm legatum esset fauore tertij, quia tunc illius dispositio non procederet, subdens, in hanc sententiam in quadam causa ipsum deuenisse.

6 Sed hæc omnia intelligenda sunt, quando ex dicta confessione resultaret aliqua testatoris dispositio, cùm tunc sustineretur in vim legati, si de debito non constaret, secus autē si essent aliqua verba enunciatiuè prolata propter aliud, cùm illa in testamento nō disponant, ad *text. & ibi glos. fin. in l. verba testamenti, C. de testam. l. rationes, C. de probat. l. scriptura, C comment. vtriusque, l. non nudis, & l. non epistolis. C. de probat.* prout quoquè *Gaball. milleloq. 40. num. 1. Decian. consil. 120. num. 17. vol 3. Panciroł. consil. 86. num. 8 vol. 1. Io. Castill. controuers quotid. iur. cap. 16. nu. 76. Galdat de iur. emphyt. lib. 1. quæst. 1. num. 41.* per *text. l. cùm tale, §. fin. ff. de condit. & demonstr. l. ex facto, §. agitatum, ff. de hæred. instit.*

Et licèt in contrarium faciat *text. in*
7 *l. ex hac scriptura, de probat.* tamen ibi verba illa enunciatiua sunt prolata principaliter propter se tantū, quo casu expressam inducunt dispositionem, vt etiam tradit *Sfort. Odd. in consil. 64. num. 57. volum. 1. Alex. Trentacinq. lib. 1. variar. resolut. tit. de verb. obligat. resol. 2. num. 38.* & hanc vti communiorem post infinitos sequitur *Gamma de verb. enunciat. lib. 3. quæst. 1. post*
8 *tract. de script. priuat.* quamuis hoc procederet

deret quòad dispositionem tantùm, non autem quòad probationē, vt ex *d. §. quis quis, & d. l. verba, C. de testam. & ibi glos. in verb. nō perstringitur*, ibi, *testatoribus enim obtemperatur, non etiam creditur.*

Licèt limitari possit supradicta prima
9 conclusio, quando dicta verba enunciatiua propter aliud per modum causæ essent prolata, nam tunc disponerent, ad *text. in l. qui volebat, ff. de hæred. instit.* præcipuè in vltimis voluntatibus, *l. nomen debitoris, §. fin. ff. de leg. 3. l. 1. C. de fals. caus. adiect. Magon. decis. Florent. 57. num. 53. Peregr. de fideicommiss. art. 51. num. 60.* plenè quoquè idem *Genua* in citato *tract. libr. 3. quæst. 7.*

SVMMARIVM.

1 *Filius vltrà legitimam detrahere potest falcidiam, quando sub conditione est grauatus.*

Item trebellianicam, vbi hæreditas veniret restituenda, & legitima esset semis ob numerum liberorum, num. 2.

Limita, quando detractio falcidiæ, & trebellianicæ esset per testatorem prohibita, num. 3. vbi decisiones Senat. Rot. & S. C. etiam tacitè, num. 4. vbi decisiones Rot. & S. C.

Quamuis esset in codicillis prohibita, nu. 5.

DECIS. CCLI.

IN hac decisione quando filius vltrà legitimam detrahere possit falcidiā à legatis particularibus, adde quòd communis DD. distinctio est, quòd aut est grauatus purè restituere legatarijs, & tunc non potest falcidiam detrahere vltrà legitimā, & sic procedit decisio hæc;
1 aut verò est grauatus sub conditione, & tunc benè potest vltrà legitimam falcidiā detrahere, vt plenè *Peregr. de fideicommiss. artic. 3. num. 55. vers. contrarium*, vbi infinitos colligit *DD.* post multos alios, quos sequitur, *Molin. de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 17. num. 6.* sic quoquè *Costa de port. rata, quæst. 160. num. 4. in fin. Mangil.* diffusè in *tract. de imputat. quæst. 117. num. 2.* latè etiam *Prat. de interpret. vltim. volunt. lib. 3. dub. 6. solut. 6. nu. 10.* nouissimè post omnes *Merlin. de legitima, lib. 1. tit. 3. q. 1. num. 8. vers. extenditur*, & sic hæres vltrà legitimam in hoc casu potest detrahere falcidiam, quam opinionem veriorem, & magis communem esse testatur *Cancer. lib. 1. variar. resolut. cap. 2. tit. de trebellian. & falcid. num. 15. in fin.* de qua etiam veriori sententia testatur, eam sequutus *Fachin. lib. 13. controuers. cap. 51.* quidquid in contrarium dixerint *Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 7. tit. 12.* & alij ab eo relati, quod falsum esse inquit *Peregrin. loco* citato, & *Mangil.* & omnes alij suprà citati *DD.* cùm iura loquentia de trebellianica locum habeant etiam in falcidia, vt hoc cum infinitis rationibus probat *Peregrin.* in citato *artic. 3. d. num. 55. in fine, & artic. 49. num. 58.*

Et hoc ampliatur etiā in casu, quo hæreditas esset restituenda, & ob numerum
2 liberorum legitima esset semis, nam nihilominùs detrahitur etiam trebellianica, nec in legitimam confunditur, aut imputatur, nam detrahunt medietatem ratione legitimæ, & ex residuo capiunt quartam, *glos. in §. si quis autem, vers. auferri, Auth. de hæred. & falcid.* prout tenent *Bart. in cons. 22. homo accursalis, & cons. 6. in fine, Bald. cons. 101. lib. 2. Capra cons. 103. Alex. cons. 3. num. 3. vol. 7. Cucc. in tract. de legit. in cap. legitima, & trebellianica simul coniuncta, Marzar. de fideicommiss. quæst. 51. & in cons. 11. Alba cons. 41. Rot. Auenion. in decis. 147.* vbi sic practicari testatur.

Et licèt contrarium affirmauerit *Bald. in cons. 94. lib. 2. & cons. 156. & 260. eod. lib.* dicens, aliàs honoratus remaneret grauatus, & grauatus verò honoratus.

Tamen non est recedendū à priori opinione, & communiori contra *Bald. in locis citatis*, & sic contra ipsum iudicatum refert per Senatum *Thesaur.* ipso referente, vt in *decis. 252.* quam sententiam sæpè sequutum fuisse eundē Senatum, inquit eius *filius in addit.* sic quoquè post omnes practicatum fuisse dicit *Peregr.* in citato *artic. 3. nu. 56. in fin.* hanc demùm à contrarijs tuetur *Mangil. loco* citato, & *Simon de Prat.* in citata *quæst.* cùm ipsa rei æquitas faciat, vt nō videatur absurdum, si plus liberi retineant, atq; deducant, quàm fideicommissario restituant, etenim si quinque sint filij, quilibet parum habebit, tùm ratione semissis legitimarij, tùm ratione quadrantis trebelliani, qui in quinque diuidendi sunt, & sic plus habebit fideicommissarius, quàm habiturus sit, quilibet ex filijs grauatis, vt sic existimat *Fachin. lib. 5. controuers. cap. 3.* & cum hac ratione iudicauit *Thesaur.* in citata *decis.*

Sed supradicta conclusio pluribus modis limitatur, vt per citatos DD. & signan-

3 ter quando dicta detractio falcidiæ, ac trebellianicæ esset per testatorem prohibita, quia tunc quamuis essent liberi primi gradus, non possunt illas detrahere, ex authoritate 52. DD. quos diffusissimè, ac copiosè enumerat, illos quoquè sequutus, & tuetur vltrà *decis. Rot. Amat. in decis. Marchia* 11. hanc etiam *Pacbin. in d. lib. 5. controuers. cap. 5. Clar. in §. testamentum, q. 22. vers. nihilominùs, & quæst. 63. Merlin. de legitima, d. quæst. 1. nu. 25.* vbi sic decisum refert, sic etiam *Bellon. cons. 80. num 19 & seq.* qui hanc magis communem profitetur, prout de magis communi attestantur *Anguis. in cons. 282. nu. 4. & seq. Tob. Non. cons. 32. num. 24.* ac meliùs in *cons. 90. Pantirol. cons. 98. Signorol. cons. 153. Bellemer. cons. 48. Gozad. cons. 45. Honded. cons. 59. Paris. cons. 17.* innumeros alios enumerat *Peregrin. de fideicommiss. art 3. nu. 58. Menoch. lib. 4. præsumpt. 198. Vtu. decis. 3. Peguer. decis. 107. Vincent. de Franch. in decis. 11.* vbi *Addentes* multos alios collegerunt, *Cassad. decis. 4 tit. de testam. Seraphin. decis. 553. num. 8. & decis. 570. Rot. Roman. in decis. 693. num. 4. versic. quantum ad posteriorem partem, part. 1. in nouiss. & decis. 313. part. 2. in nouiss.* & hanc opinionem esse de stilo in Rota Romana introductam testatur ipsamet *Rot. in recentior. par. 2. decis. 575. num. 3. Mantic. decis. 348. & decis. 183. num. 2. Farinac. in recollect. part. 1. decis. 67. num. 7. decis. 318. num. 3. part. 2. decis. 155. num. 3. & decis. 259. num. 4.*

Et hoc nedùm si expressè prohibuerit
4 testator dictam deductionem, sed etiam si tacitè, veluti prohibendo alienationem bonorum, cùm eo etiam casu intelligatur prohibita detractio falcidiæ, & trebellianicæ, etiam in liberis primi gradus, prout decisum fuisse in S. C. refert *Vincent. de Franch. in decis. 612. Rot. in dict. decis. 313. num. 2. part. 2. in nouiss.* sic quoquè idem *Peguer. in d. decis. 107.* demùm omnes suprà citati *DD.* quod post multos affirmat, & sequitur *Amat. cons. 1. num. 118. versic. quartò comprobatur ex prohibitione alienationis.*

5 Et hoc procedit, etiam si talis detractio prohibita esset in codicillis, quidquid in contrarium dixerit *Bald. in cons. 474.* quē etiam sequitur *Pedroch. in cons. 16. num. 4.* vt tenet *Curt. iun. in cons. 71.* dicens, *Bald.* opinionem *in d. consil.* fuisse insulsam, seù insipidam, hanc quoquè contrà *Bald.* sequitur *Io. Dilect. Durant. de arte testand. tit. 10. caut. 8. per tot.* vbi multas inducit rationes, quas etiā retulit, & sequitur *Maynard. in decis. 49. per tot. lib. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Filia à successione exclusa facit partem, quamuis non admittatur ad partem.*
Intellige, quando esset vtile masculis, nu. 2.
Sed contrarium, num. 3.
4 *Legitima liquidatio quomodò sit facienda, filiabus dotatis, & exclusis admissis, vbi decisiones S.C. & Rota.*

DECIS. CCLII.

1 IN hac decisione concludit *Author*, filiam à successione exclusam facere partem in computatione legitimæ ad beneficium aliorum, licèt ipsa nō admittatur ad partem, & quamuis circa quæstionē istam varia scripserint DD. vt per *Thesaur. in decis. 159.* & per *Merlin. de legitim. lib. 1. tit. 4. quæst. 3. & 4.* vbi meminit de hac nostra decisione, sic etiam in *decis. 4.* ac in *decis. 87. impress. in fin. dict.*
2 *tract. de leg.* vbi concluditur, fœminam facere partem, quando esset vtile masculis, secus quando nō esset vtile masculis, quod etiam admittit *Rota in decis. 266. part. 1. in nouiss.*

Nihilominùs non est recedendum ab
3 opinione nostri *Authoris*, prout sic tenent *Marant. in suis singul. in vers. stante statuto, Boer. decis. 104. Peregrin. de fideicom. artic. 38. Anna singul. 215.* latè *Paschal. de virib. patr. potest. part. 7. cap. 4. num. 27. & seq.* sic etiam *Minad. in Constit. Regni, In aliquibus, in 2. not. num. 17. & in 7. notab. in 4. illation.* prout hanc esse veram profiterur *Vincent. de Franch. in decis. 549. in princ.*

Benè verū in hæreditate, & in augmentum ponendæ sunt dotes per ipsas exclu-
4 sas habitæ, ex quibus simùl vnitis si sunt tres filij deducitur tertia pars tertiæ partis hæreditatis pro quolibet, iuxtà terminos *Authent. nouissima, C. de inoffic. testam.* & sic liquidanda erit legitima, habito respectu ad numerum filiorum, inclusis masculis, & fœminis, prout decisum fuisse per S. C. ait *Capyc. in decis. 158.* iuxtà quam decisionem sic aliàs iudicatum fuisse per idem S. C. testatur *Vinc. de Franch. in d. decis. 549.* prout sic sæpè per Rotam decisum quoquè refert *Grattian in tom. 3. discept. for. cap. 594. in fin.* id etiam *Molfes. ad Con-*

ad Consuetud. Neap part. 4. quæst. 17. quem modum liquidãdi legitimam latissimè sequitur *Peregrin. de fideicommiss. d. artic. 38. num. 18. & num. 24.* vbi ait, hanc opinionem esse multùm æquam, & rationabilẽ, subdens sic etiam in quadam causa fuisse iudicatum inclusis dotibus, quidquid in contrariũ senserit in *decis. Patau. 2. nu. 14.*

SVMMARIVM.

1 *Emptor an possit cogi ad pretij solutionem, non obstante eius oppositione, quòd res vendita sit aliena, vel alteri obligata, si tamen fuerit tradita, & num 4. & 24.*

2 *Venditor ad hoc vt pretiũ petere possit, opus est, vt ex parte sua adimpleat contractũ.*

3 *Venditor asserens, rem esse liberam, cùm sit aliena, vel alteri obligata, dicitur in dolo, & num. 6.*

5 *Dispositio* l. si post perfectam, C. de euict. *locum habet, vbi emptor exceperit de euictione.*

7 Text. in l. ijs prædijs, C. de euict. *habet locũ etiam re tradita, & num. 18. cum seq.*

8 Glos. d. l. ex ijs prædijs, vers. ex empto *non habet locum in exceptione.*

Contrarium, quamuis res sit tradita, nu. 21. cum seqq.

9 *Per voluntariam rei venditionem non resoluuntur posteriores hypotheca.*

10 *Creditor secundus agit hypothecaria super re alienata primo creditori per debitorẽ, soluta tamen quantitate.*

11 *Venditori ad pretium agenti per cautionẽ non succurritur, vbi res libera nõ fuerit tradita.*

Contrarium, num. 12.

Prima opinio verior, num. 15.

Limita, vbi res vendita esset aliena, nu. 16.

Contrarium, num. 17.

13 Text. l. si post perfectam, C. de euict. *non habet locum, vbi notorium esset ius euincentis.*

14 Bart. in l. cùm quis, §. qui hominem, ff. de solut. *limitatur, vbi res appareret alteri obligata.*

19 *Idem est, rem non tradere, vel tradere non liberè.*

20 *Res alteri obligata non dicitur liberè tradita.*

22 *Cautela pro emptore nolente soluere pretium, vt excipiat, rem esse alteri obligatã.*

23 *Instrumentum pro pretij solutione præsentari non potest contra emptorem, si ille excipiat, rem venditam esse alteri obligatam.*

DECIS. CCLIII.

1 Concluditur in hac decisione, Senatum determinasse, emptorem cogendum esse ad solutionem pretij rei emptæ, quia super ea nulla erat mota lis, & possessio iam erat tradita, non obstante emptoris oppositione, rem venditam fuisse alienam, de qua decisione *Author hic* valde dubitauit, vt *ipsemet in fine decisionis*, ex eo, quòd vendi-
2 tor non potest petere pretium rei venditæ, nisi priùs ex parte sua adimpleat contractum, ad *text. in l Iulianus, §. offerri, ff. de act. empt.* etiam si offeretur cautio, ex eo quia in instrumento venditor asseruit,
3 rem esse liberam, & expeditam, ob quod dicitur in dolo, qui nullum reddit contractum, *l. eleganter, ff. de dolo,* & de hoc latè dixit idem *Author in decis. 165.* vbi plenissimè per me.

Verùm cùm casus iste accidisset in S.C. (de quo etiam nemini in *d. decis. 165.*) in-
4 ter Iuliam Catulam, & V.I.D. Io. Nicolaũ de Fusco, dicebam, qui iura dicti Ioannis Nicolai emptoris tuebar, ad pretij solutionem non posse cogi, quia medietas domus ei per dictam Iuliam vẽdita erat obnoxia, & hypothecata nonnullis creditoribus alterius medietatis, & alijs non expressis in instrumento venditionis, in quo venditrix ipsa asseruit, dictam medietatem domus esse liberam, & francam, excepto à certis oneribus ibidem descriptis: vnde cùm fuisset per decretum S.C. ordinatũ, quòd emptor faceret depositum, verùm in liberatione audiãtur omnes creditores, & de eo dictum de nullitate, vti contra expressum casum *l. ex ijs prædijs, C. de euict.* & per idẽ S.C. postmodùm dictum, quòd venditrix infra mensem præstet fideiussionem de eximendo emptorem indemnem, & illæsum ab omnibus creditoribus, qua præstita procedatur ad discussionem nullitatũ; tamen quia venditrix præstita cautione institit pro solutione pretij; dicebam, per cautionem venditorem non esse liberatũm, quia res, vel omninò libera tradi debebatur, vel ad pretij solutionem non teneri, neque ad interesse, iuxtà terminos *l. curabit, de action. empt.* quia fructus, seu
5 pensiones domus ad instantiam dictorum creditorum fuerãt sequestrati, quapropter dicebam, quòd cùm dictus emptor non excipiebat de euictione, iuxtà *text. l. si post perfectam, C. de euict.* per quam præstita cautione est prouisum venditori, posse ad

pretium agere; sed exceptione doli ex fal-
6 sa assertione causati,dum asseruit,rem esse liberam,& francam, qui dolus causam dedit contractui, cùm aliàs emptor nõ emisset,quòd ob id venditor agens ad pretium repellendus erat,vt dicit *text.d.l.ex ijs prædijs, vers.id etiam*.

Nec obstare,dicebam,possessionem captam per dictum emptorem,quia *text.d.l.*
7 *ex ijs prædijs* locum habet etiam re tradita,vt notat *ibi glos. vers.ex empto*, quæ cõmunitèr fuit sequuta,vt dicit *Vincent. de Franch.in decis.*100 *num.*14.

Causa proposita in S.C. per vnũ ex maioribus Dominis, qui in dicta causa interuenerat, dicebatur, satis emptori esse consultum, nedùm quia per S.C. fuerat ordinatum, creditores omnes in liberatione audiri,verùm etiam quia fuerat præstita cautio per venditorem de eximendo emptorem indemnem,& illæsum ab omnibus creditoribus, per quam emptor remanebat securus,tantò magis,quia res erat tradita, cùm dictus Ioannes Nicolaus cęperat possessionem dictæ medietatis domus, ob quod omninò tenebatur ad pretij solutionẽ, & ad *text. l.ex ijs prædijs* dicebatur, *Imperatorem ibi* duos casus determinasse, alterum,vbi pretium esset solutum, sed res non esset liberè tradita, quòd posset emptor actione ex empto aduersus venditorem ad rem liberam tradendam agere, & quia *text. ibi* hanc actionem admittebat, re non tradita, tamen *ibi glos. in verbo ex empto* voluit, id esse etiam re tradita,& sic
8 *glosa* explicatio erat referenda in illo primo casu,scilicet quando emptor ad rem liberam tradendam egisset; alter erat casus,vbi pretium non esset solutum, & tunc aut res erat tradita, aut non, si erat tradita, quòd tunc emptor pretium retinere non poterat, sed vel actione ex empto, vel pro rescissione agere posset, aut non esset tradita, & in hoc casu emptor cogi non debet ad pretij solutionem, sed venditor agens doli exceptione erit repellendus, vndè dicebatur per dictum Dominum, hunc esse verum intellectum *d.l.ex ijs prædijs, cum glos.*

Verùm aduersus prædicta dicebã, vllo modo posse emptorem cogi ad solutionẽ pretij, nec per decretũ, quòd in pretio audiantur omnes creditores,nec per cautionem præstitam erat ipsi emptori consultum; nàm quoad decretum dicebam,venditionem,de qua agebatur,fuisse voluntariam, & nõ necessariam, ob quam emptor
9 nõ poterat remanere irreuocabilis dominus rei emptę, etiã interuenientibus cessionibus anteriorum creditorũ ob hypothecas posteriorum creditorum, quæ non aliter erant resolutæ,ad *text.in l.*1.*C.si antiq. credit.* & sic super illa re vendita omni
10 futuro tempore molestiam habere non dubitabatur, saltim super illo pluri, quod domus valeret, vel soluta quãtitate creditoribus anterioribus, ex traditis per *Vinc. de Franch. in decis.*453.
11 Respectu fideiussionis præstitæ dicebã, in casu,de quo agebatur,per eam non succurri vẽditori ad pretium agenti,sed quòd omninò res libera tradi debebat; nàm notorium erat ius euincentis, vt per *glos. in §.fin. Instit.de suspect.tutor.* tradit *Ioan. Faber ibi in fin.num.*3.*vers.sed antequam*, sic etiam *glos.d.l.ex ijs prædijs*,quod singulare dixit *Iason.in l.à diuo Pio,§.post additam, sub num.*2. *vers.& aduerte diligentèr, ff.de re iudic.*& quamuis contrarium firmet *Alberic.in d.l.ex ijs prædijs*,dicens,ita se obtinuisse,quem sequuntur *Rub.Alex.in l.non solùm,§.morte,num.*46 *cum seq.ff.de nou. oper.nunc.* dicens,durum esse recedere ab opinione *Alberic.& Rip. in l.*1. *§.si hæres, sub nu.*32. *ff. ad Trebell. vers. omnis tamen casu*, & antè eos *Bald. in d.l.ex ijs prædijs, nu.*3. vbi licèt dicat,id procedere, vbi euictio immineret in limine iudicij, tamen subdit, *quòd huiusmodi certum est, esse saltem potentialitèr*, sic quoquè firmat *Cancer.lib.*1.*variar.resolut.tit.de empt.& vendit.num.*12.*in fin.* tamen ij mouentur per *text. in l.si post perfectam, C de euict.* cuius
12 *text.* dispositio procedit, vbi dubius esset litis euentus, secus verò quando notorius, prout aduertit idem *Alberic. ibi*, sic etiam in terminis *d. l. ex ijs prædijs* tradit *Rota Romana* apud *Seraphin.in decis.*321.*nu.*9. *cum seq.* per notata per *Cuman.in l.cùm quis, §. qui hominem, ff. de solut. & Alex.* sequutus *Cuman.in l.Iulianus, §.qui fundum, num.*2. *in fin. vers.tamen vno modo, ff.de verb. obligat.* qui limitant *Bart. in*
14 *d. §. qui hominem*, quando res appareret alteri obligata, quo casu vẽditor per cautionem in casu euictionis non liberatur,
15 sed omninò rem liberam tradere debet, quam opinionem vti veriorem in puncto iuris tenendam esse dicit *Hondod.conf.*39. *num.*37 *lib.*1. cùm agens ex contractu vltrò, citròque obligatorio, debeat primò adimplere ex parte sua, antequàm agat, aliàs non auditur, *l.Iulianus, §.offerri*, vbi *DD.ff.de act. empt.* hanc quoquè sequitur

Bursat.

Burſat.conſ.194.num.41.lib.1. Vincent.de
Franch.deciſ.200.nu.13 cum ſeq.vel quod
fiat pretij deductio,vel vt cogatur ſtatim
venditor rem liberare, & hanc eſſe verio-
rem dicit Mangil.de euict.q.23.num.51.&
vide quæ ſcripſi in deciſ.165.& ſi Paul.de
Caſtr.in l.creditor fundum, §.1.nu.2.ff.de
16 act.empt. diſtinguat venditionem rei alie-
næ,& alteri obligatæ,in primo caſu vendi-
torem cōueniri nō poſſe, antequàm euin-
catur,vt faciat eam emptoris, ſed ſolùm
vt emptori habere liceat,per text. in l.ſer
uus,de act.empt. in ſecundo verò caſu poſ-
ſe conueniri dicit, vt eam liberet, etiam
antequàm euincatur per creditorem, ſub-
17 dens, hoc eſſe menti tenendum, dùm ad
declarationē huius dubij factus ſit §. iſte,
quicquid aliter ſentiat Surd.hic.
18 Ad text. verò l. ex ijs prædijs dicebam,
illum duo remedia emptori dediſſe, alterū
per viam actionis, hoc eſt actio ex empto
ad rem liberam tradendam, alterum per
viam exceptionis, vt non ſoluat pretium
antequàm liberetur, hoc eſt exceptio do-
li aduerſus venditorem agentem ad pre-
tium; quando autem gloſ. dicit, textum
illum procedere etiam re tradita, non
erit referenda ſolùm ad actionem ex em-
pto,ſed etiam ad exceptionem,ex ratione,
quam ponit ibi gloſ. quia emptor non de-
bet eſſe deterioris conditionis re tradita,
quàm anteà, nam quando tradidit, malè
19 tradidit,dùm liberam non tradit,cùm idē
ſit, rem non tradere, & liberè non tradere,
l. eleganter, §.non ſolùm, ff. de dol. & facit
text.in l.ſi rem meam 20.ff.de ſolut. l.3.§.ſi
reddita,vbi glo.verſ.vel melius,ff commod.
20 ſcilicet rem traditam nō dici, quando al-
teri obligata traditur, quod etiam in pun-
cto notat Annaſen. allegat.78. num.5. di-
cens, quòd vbi res ſubiacet hypothecæ, nō
dicitur liberè tradita, quam quoquè opi-
nionem firmarunt Gamma deciſ. Luſit.197.
Bero.conſ.158.num.31.lib.1.Surd.conſ.13.
num.16.lib.1. Amat.conſ.58.& 65. cùm
21 igitur ratio prædicta militet tàm in actio-
ne, quàm in exceptione, certum eſt,non
poſſe emptorem cogi ad pretij ſolutionē,
& quòd gloſ. loquatur etiam in exceptio-
ne re tradita, adduco Bald.in d.l.in princ.
qui reaſſumendo text. cum gloſ. d. l. ex ijs
prædijs ait,his verbis: Primo dicit,quòd vbi
res venditur ſimpliciter,videtur vendi tan-
quàm libera, & nemini obligata. Secundò
dicit,quòd poſito, quòd res ſit tradita, & nō
ſit libera,emptor habet duo remedia,primū,
quòd res liberetur, aliud quòd non ſoluat,
antequàm liberetur, ita dicit gloſ. deindè
ſub num.2. verſ.dicitur hic, inquit his ver-
bis: dicitur hic,quòd re non tradita,licèt po-
teſt excipi, ſi agatur ad pretium, ergo vide-
tur,quòd re tradita licèt malè non poſſet ex-
cipi,ſi pretiū petatur,cōtra, quarè idem eſt
nō tradere,& malè tradere, ff.de dolo, l.ele-
ganter,§.non ſolùm ſoluit gloſ.fatendò con-
trarium,ſic quoq; idē Bald in l.qui rem,in
22 princ.C.eod.dās cautelā emptori,inq̄t his
verbis:& intellige,quòd nō agitur ex capite,quòd
ſit euicta, ſed ex capite, quarè ſit res libera
ex natura actus,ad quā liberam tradendam
agi poteſt, ſi tradita eſt, & nota tu pauper
emptor, qui ſoluere non potes pretium, vt
excipias contra venditorem, quia rem libe-
ram non tradit, ex eo quia eſt obligata pro
dote vxoris, aut quia eſt obligata multis
alijs creditoribus, quam cautelam tacito
Baldo notat Rip. in l.1.§.ſi hæres, num.32.
poſt Alex.ff.ad Trebell. per dictā gloſ. d.l.
ex ijs prædijs, ſiuè res ſit tradita,ſiuè non,
cùm ei ſit ſuccurſum per viam exceptio-
nis, verùm ſi pretium fuerit ſolutum, erit
ſuccurſum per viam actionis ad rem libe-
ram tradendam, ſic etiam affirmat Salic.
in d l.ex ijs prædijs.& ob id Surd.in hac de-
ciſ.nu.8. in puncto dicit, tex.d.l.ex ijs præ-
dijs eſſe clarum,vt re non liberè tradita,
non poſſit emptor cogi ad pretij ſolutio-
nem,quodquè pleniſſimè probat Prece.de
præſent.inſtrum.part.7.quæſt.5.per tot. qui
diſputato articulo inquit, quòd ſi tradita
23 ſit poſſeſſio emptori,& inſtrumentum per
venditorem fuerit præſentatum pro pretij
ſolutione, quòd ſi emptor excipiat, rem
venditam non eſſe liberam, ſed alteri hy-
pothecatam, producendo inſtrumentum
obligationis, euitatur interrogatio, & li-
quidatio, ex rationibus, vt ſupra dictis,
quia non poteſt dici,rem fuiſſe traditam,
dùm alteri obligata reperitur, infinitos
eiuſdem opinionis allegans,quam opinio-
nem vti veriſſimam tenuit Amat. conſ.65.
num.5.per d.gloſ. & nouiſſimè Mangil.de
euict.quæſt.23.num.14.cum ſeq.nec omit-
tendus Cancer. lib.1.variar. tit.de empt.&
vendit.num.12.& 29.qui ait,text.d.l.ex ijs
prædijs eſſe capitalē, & expreſſum per gloſ.
d. l. ſcilicet quòd donec res à nexu obliga-
tionis liberetur, pretium emptor exburſa-
re non tenetur, & D.Merlin.lib.1.contro-
uerſ.forenſ.cap.45.in princ. indiſtinctè fir-
mat,gloſ.d.l.ex ijs prædijs procedere in ex-
ceptione,quamuis res ſit tradita,notando
etiā cautelam Bal.in d.l.qui rem, vt ſuprà.
24 His tamen non obſtantibus Die 22. Se-

ptembris 1642. ad relationem D. Consiliarij Didaci Varelæ cum interuentu Domini Spectabilis Præsidis fuit iudicatum, quòd restituatur depositũ pro pœna nullitatum, verùm dictus Ioannes Nicolaus faciat depositum integri pretij domus infra mensem, & quia etiam dubitatum fuit, an dispositio *d. l. ex ijs prædijs* ad hoc vt locũ habeat, opus sit, vt totum pretium creditores absorberent, ex eo quod tunc res non diceretur liberè tradita, de cuius veritate vide quæ scripsi in *decis.* 165. idcircò fuit in eodem decreto etiam ordinatum, quòd infra octo dies fieret relatio creditorum, vt in Banca Speræ. Posui prædicta, ad hoc vt quãdo casus acciderit possit melius cogitari, de qua etiam causa viso exitu relationis latiùs tractabo in *lib. 1. controuers.*

SVMMARIVM.

Emphyteusis non venit in confiscatione bonorum.

Amplia, siuè sit Ecclesiastica, siuè priuata, num. 2.

DECIS. CCLIV.

1 EMphyteusim non venire in confiscatione bonorum, cõcludit *Author* in hac decisione, quæ cum multis comprobatur per *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit.* 30 & per *Gratian. in tom. 3. discept. forens. cap.* 481, *num.* 61. *& seq. & Tusc. in tom. 3. lit. E. conclus.* 221. *num.* 10. latissimè pòst omnes *Amic. de iur. emphyt. quæst.* 48. *per tot.* vbi
2 tàm in emphyteusi Ecclesiastica, quàm priuata.

DECIS. CCLV.

DE hac materia plenè scripsi in *decisione* 112.

SVMMARIVM.

1 *Sententia contra vnum lata nocet tertio, quando lis non fuit principalitèr contra illum ordinata.*

Amplia, quàmuis tertius causam illam ignorasset, num. 13.

2 *Sententia lata contra prohibitum alienare, nocet etiam non citatis.*

3 *Sententia lata contra institutum nocet substituto, & alij successori, vbi decisio Senatus.*

4 *Sententia lata super nullitate matrimonij nocet alijs etiam non citatis.*

5 *Sententia lata contra particulares aliquam artem exercentes, respectu illius artis præiudicat alijs dictam artem exercentibus, vbi decisio Senatus, sic etiam lata pro vno proficit alijs, vbi etiam decisio.*

6 *Sentẽtia lata non nocet successoribus, quando ille, qui succubuit non appellasset, vel alia similia fecisset.*

7 *Tertius comparens in causa debet audiri in illis terminis, in quibus causa reperitur, vbi decisio S.C.*

Et quando, num. 10.

Amplia, quàmuis esset minor, num. 8. *vbi decisio S. C.*

9 Afflict. decis. 15. *declaratur.*

10 *Tertius comparens in causa, & admissus audiri in terminis, in quibus causa reperitur, potest habere beneficia, & producere testes, quamuis causa esset in limine expeditionis.*

11 *Sententia lata in contumaciam non nocet tertio.*

Intellige, num. 12. *&* 13.

14 *Sententia cum maioratus possessore lata, cæteris omnibus in infinitum non citatis præiudicat.*

Amplia in successore ex pacto, num. 15.

Sed contrarium, num. 16.

DECIS. CCLVI.

SEntentiam contrà vnum latam minimè nocere tertio non citato, concludit *Author*: adde quòd & si magna circa hoc *DD.* controuersia fit, tamen conueniunt inter eos cum di-
1 stinctione, scilicèt aut lis non fuit ordinata principalitèr contra illum tertium, & tunc dicta sententia ei nocet, vt singularitèr notat *Angel. in l. de vnoquoque*, post *glos. ff. de re iud. & in l. cum filiusfamilias, num.* 6 *ff de verb oblig. & Bald. in l. authore laudato, C. de euict.* vbi dicit, causam cum eo agitati satis esse, cum quo negotium principalitèr agitur, nec citandi sunt etiam qui in consequentiam per sententiã læduntur, vt in simili concludit *Faber in §. licèt, Instit. de action. & Bart. in l. filiusf-*
2 *familias, §. diui, ff. de legat.* 1. vbi sententiã latã contra prohibitum alienare, ait nocere, etiam non citatis, quam communem esse dicit *Couarr. in lib. pract. qq. cap.* 13. contra ea, quæ intellexit *Alex. in d. l. de vnoquoque*, hanc quoque tuetur *Cancer. in lib. 2. variar. resol. tit. de tert. opposit. cap.* 16. *num.* 98.

num.98. per text. in l. ex contractu, ff. de
3 re iudic. vbi sententia lata contra institutũ
nocet substituto, & ex tali sententia con-
tra institutum dari ius exequutiuum con-
tra substitutum, & alium successorẽ, prout
sic per prædicta tenuerunt in specie Oldr.
in cons. 94. num. 18. Suar. alleg. 27. num. 3.
& in similibus Peregrin. de fideicommiss. ar-
tic. 53. vbi plenè, & num. 52 & seq. vt sic in
his puris terminis cõtra fideicommissariũ
decisum fuisse per Senatũ refert Thesaur.
lib. 4. qq. forens. quæst. 23. hanc quoquè la-
tissimè tuetur Peguer. in decis. 119. per tot.
contra ea, quæ dixerat Puteus in decis. 91.
lib. 3. sic demùm tradit Marta in consil. 86.
4 vbi concludit, quòd sententia quando lata
est super nullitate matrimonij, illa nocet
alijs, etiam non citatis, quorum principa-
litèr non intererat, & contra eos transit in
rem iudicatam, ità vt nec eis permittenda
sit reuisio per viam querelæ, nisi ad eorum
instantiam, quorum interesse possit, etiam
si quis diceret se filium, sic demùm in plu-
ribus similibus Cancer. in lib. 3. var. resol.
cap. 17. tit. de sent. & car. exequut. num. 179.
& multis seqq. vbi etiam habes decisionẽ
5 in facti contingentia, prout de sententia
lata contra aliquos particulares aliquam
artem exercentes, respectu enim illius ar-
tis præiudicat alijs, qui posteà dictam ar-
tem exercebunt, vt decisum ipse refert in
num. 190. quod cum multis etiã alijs de-
cisionibus comprobat Fontanell. de pact.
nupt. claus. 4. glos. 17. num. 87. & seq. vbi
sic etiam è contra, quòd lata pro vno pro-
ficiat alijs.

Et licèt Alex. in d. l. filiusfamilias, §. di-
ui, num. 9. ad finem, vbi Rip. num. 62. cum
alijs per Peregrin. in citato artic. 53. dicãt,
quòd quàmuis sententia noceat successo-
ribus, nõ tamen eis adimitur facultas ap-
pellandi intra decem dies à tẽpore scien-
tiæ dictæ sententiæ.

6 Tamen hoc potest procedere, vbi ille,
qui succubuit non appellasset, & omne
examen rectitudinis dictæ sententiæ fieri
non curasset, argumento text. in l. si seruus
plurium, §. 1. cum glos. ff. de legat. 1. Pinell.
in l. 1. part. 3. num. 50. limit. 3. C. de bon. ma-
tern. prout sic respondet, & intelligit su-
pradicta Cancer. in citato cap. 16. nu. 108.
subdens, si cùm nulla culpa imputari pos-
sit possessori circa defensionem causæ, suc-
cessores in dictis bonis possent eandẽ rem
per viam appellationis in iudicium dedu-
cere, incideremus in illud inconueniẽs in-
finitatis, quam infinitatem iura vitant, l. fi-
deicommissa, §. si quis, ff. de leg. 3. notat glos.
penult. in l. in lege, ff. de contrah. empt. & in
l. 1. §. sicut. vers. infiniti, ff. de legat. præstand.
sic etiam declarat Thesaur. d. quæst. 23. n. 2.
& Peguer. in citata decis. 119 num. 3 vers.
sed hæc omnia intelligenda sunt, vbi subdit,
quod si lis diligentèr non fuit prosequuta,
sententia non noceret successoribus, vel
quando adesset fraus, vel collusio, nam
tunc probata fraude, & collusione, non so-
lùm nõ nocebit tertio, sed neque ipsi, con-
tra quem lata sit, vt singularitèr, & expres-
sè tenet Guid. Pap. in cons. 147. nu. 5. vers.
& licet dictæ partes, quod sequitur Mor-
zar. de fideicommiss. part. 3. quæst. 72. quæ
fraus, vel collusio probabitur eo ipso, qđ
principalis victus non curauit iura sua de-
ducere, vel exhibere, vel à sententia contra
ipsum lata non appellauit, vel supplicatio-
nem ab illa non interposuit, eo casu, quo
supplicationi, vel appellationi locus erat,
vel appellationem, seù supplicationem de-
seruit, in his namquè casibus expeditum
est, successorem sequentem posse appella-
re, & supplicare, dicto argumẽto l. si seruus
plurium, §. 1. prout declarat idem Cancer.
vbi supra, & Thesaur. in citata quæst. 23.
num. 2. sic demùm idem Peguer. in citata
decis. in fin. subdens, ita in praxi in iudican-
do obseruari debere, quàmuis ille victus
diligentèr, & bona fide litem prosequutus
fuisset, & adeò vera est prima conclusio, vt
si sublata fraude, & collusione iste tertius,
qui in consequentiam lędi poterat, com-
pareret in causa, non deberet audiri, nisi
7 in illis terminis, in quibus causa reperitur,
veluti si compareat tempore, quo princi-
palis non poterat appellare, vel beneficia
non haberet, vel alia similia, neque ipse
posset appellare, vel beneficia habere, cùm
præclusa via principali, intelligatur præ-
clusa incidentèr venienti, quàmuis igno-
rasset causam agi, vt ex solemnibus consil.
Fab. de Anna 97. & 98. vbi etiam si dictus
tertius veniret ad coadiuuandum, vel ad
infringendum, referens sic iunctis duabus
Aulis decisum fuisse in S.C. referente Reg.
Cons. Scipione de Curte, sic etiam iudica-
tum refert Vinc. de Franch. in decis. 492.
infinitos DD. & decisiones pro hoc colli-
8 git Giurb. in decis. 1. & hoc quàmuis iste
tertius esset minor, cùm neque ei benefi-
cia competere possint, per text. l. is, à quo,
ff. de rei vendic. vt decisum testatur Vinc.
de Franch. in decis. 261. scilicèt proceden-
dum esse ad expeditionẽ causæ, petito be-
neficio non obstante, & sic text. l. is, à quo
proce-

procedit, quando tertius venit ad causam
pro se, secus quando venit pro defensione,
9 in quo casu procedit *decis. Afflict.* 15. quæ
locum obtinet, quando à principio vendi-
tor iudicium susciperet, quo casu princi-
palitèr interesse ad ipsum pertineret, secus
verò si incidentèr veniret pro defensione
emptoris, quia tunc nō poterit ex sua per-
sona actoris conditionem deteriorem fa-
cere, prout in specie sic limitat *Afflictum*
Hond. ed. in cons. 25. n. 29. vers. vlterius opi-
nio glos. quem sequutus *Fab. de Anna in*
d. cons. 97 num. 18. dicit, illum omninò vi-
dendum.
10 Sed in contrarium pro *decis. Afflict.* ex-
tat *decis. Gizzarell. 41. nu. 15. cum seq.* sci-
licet tertio admisso audiri in terminis, in
quibus causa reperitur competere primū,
& secundum beneficium, & producere no-
uos testes, subdens, sic iunctis Aulis com-
muni voto fuisse iudicatum, quāuis causa
reperiatur in limine expeditionis, quic-
quid alitèr sentiat *D. Reg. Capyc. Galeota*
lib. 1. controuers. cap. 43. nu 7. cum seq. qui
in *cap. 45.* latè examinat *decis. V incent. de*
Franch. 261. ad intellectum *tex. l. si, à quo,*
ff. de rei vendic. & de hac quæstione quan-
do tertius comparens in causa, debeat au-
diri ex integro, vel in terminis, in quibus
causa reperitur, aut liti assistere tantum,
latè, & ex professo *Reg. Rouit. in decis. 1. &*
D. Cons. Merlin. lib. 1. controuers. cap. 30. &
Dom. Reg. Capyc. Galeota tàm in *d. cap. 43.*
quàm *cap. 45.*

Verùm limitatur prima cōclusio, quan-
do sententia esset in contumaciam lata
11 contra principalem, quia tunc non noce-
ret dicto tertio, vel eius successori, vt est
glos. notabilis in *§. fin. glos. vltim. Instit. de*
noxal. quam sequitur *Bart. in l. si finita, §. si*
de vectigalibus, num. 14. ff. de damn. infect.
cum alijs per *Peregrin. de fideicommiss. ar-*
tic. 53. num. 57. vers. si tamen sententia, cùm
talis sententia censeatur potiùs ob contu-
maciam lata, quàm ob non ius contuma-
cis, vt in *cap. fin. de empt. & vendit. & in*
l. qui repudiantis, §. fin. ff. de inoffi testam. &
l. si super lusorio, §. fin. de appell. sic etiam
in terminis *Farinac. de inquisit. quæst. 11.*
num. 92. & decisum refert *Ludouis. decis.*
371. num. 10. & ibi latè *Beltram.* quod se-
12 cus, si causa defensa tempore sententiæ
principalis defensor non abfuisset, & sic in
actu sententiæ fuerit contumax, nam tunc
tertio etiam noceret, vt latè hoc explicat
Peregrin. in d. artic. 53. d. num. 57. & Gabr.
Saray. omninò in ista materia videndus.

ad *Matth. s. not. 25. circa princ.* sic *Bart. in*
l. si superatus, ff. de pignor. cum alijs con-
cordantibus adductis per *Alex. in l. sæpè,*
num. 78. ff. de re iudic. sic demùm *Cancer.*
in citato *cap. 16. num. 113.*

Nec obstat limitatio aliquorum DD.
apud *Put.* relatorum in dicta *decis. 91.* sci-
licèt supradictam primam conclusionem
procedere circa fideicommissarium, siuè
alium successorem scientem, causam agi-
14 tari, non autem contra ignorantes, quia
infiniti sunt DD. qui hanc quæstionem
contra *Putei* decisionē determinant, quos
citat, & sequitur *Molin. de Hispan. primog.*
14 *lib. 4. cap. 8. num. 3.* vbi etiam probat, pa-
ritèrq; concludit, sententiam cum maio-
ratus possessore latā cæteris omnibus suc-
cessoribus in infinitum non citatis, nequè
etiam per generale proclama, vel edictum,
vel alijs certioratis præiudicare, ad *text. in*
l. ex contractu, ff. de re iudic. quem etiam
sequitur idem *Peguer.* in citata *decis. nu. 3.*
& hanc veriorem, & receptiorem esse sen-
tentiam testatur *Caldas in l. si curatorem,*
glos. prohibuerit, à nu. 77. vsque ad nu. 86.
C. de restit. in integr. Pelaez de maior. par. 4.
quæst. 14. nu. 7. & de magis communi pro-
bat *Cauall. qq. commun. contra commun.*
quæst. 636. Anna allegat. 47. num. 4. Boer.
decis. 255. Giurba post alios in *decis. 1. nu.*
15. & num. 47. in fine, quia iudicium so-
lemnitèr cum possessore actum, censetur
etiam agitatum cum successore, *Pereira*
decis. 65 post num. 1. quod vti æquissimum
insequendum inquit *Gregor. Lopez in l. 20.*
15 *tit. 22. part. 3. versic. però,* etiam successo-
ribus ex pacto, idem *Anna loco* citato,
Abb. in cons. 50. lib. 1. Roland. à Valle
consil. 92. num. 13. & 15. lib. 2. idem Mo-
lin. in citato *cap. 8. num. 7. & seq. Hond. ed.*
consil. 28. lib. 1. latè *Peregrin. in d. art. 53.*
num. 56. & seq. Intrigliol. de substitut. cen-
tur. 3. quæst. 73. num. 121. cum seq. Bam-
batar. de feud. in tit. si de feud. defunct.
contr. sub num. 42. versic. contraria verò
16 *opinio,* licèt quoad aliquos hæc vltima
conclusio non videatur omninò tuta, vt
Andr. in cap. 1. §. si vasallus, de feud. sub
colum. 2. si de feud. fuer. controu. Anna
in sing. 474. incip. *sententia,* vbi eius *filius,*
& ipse filius in cons. 18. lib. 1. Prœc. de sub-
feud. in 9. differen. feud. ex pacto, & hæ-
red. fol. mihi 443. sic quoquè *Giurba in*
dicta *decis. 1. num. 18.* vbi ait, primam
conclusionem procedere, quando filius,
vel alius successor succedit iure hæredita-
rio, non autem ex propria persona, quam
distin-

distinctionem sequutus est *Menoch. in consil.* 1118. *num.* 1. *& multis seqq.* sed tu cogita.

DECIS. CCLVII.

De hac quæstione scripsi in *decisione* 64.

SVMMARIVM.

1 *Confessio qualificata non potest pro parte acceptari, & pro parte non.*
Intellige, quando contra eam non concurreret iuris præsumptio, num. 3.
2 *Confessio introitus facta per tutorem, si non præiudicat, nisi acceptetur expensa.*
4 *Confitens se subscripsisse sub spe futuræ numerationis, elapso tpore opponendi h nc exceptionem debet condemnari qualitate reiecta.*
5 *Qualitas confessionis si remouet culpam ab actu nõ potest diuidi, & inquisitus debet absolui.*
Intellige, qualitate probata, num. 7. *quæ potest probari etiam in causa appellationis, num.* 8. *vbi decisio S.C.*
6 *Confessio professionis facta per violentiam reddit ipsum actum professionis nullum, vbi decisio Rotæ.*

DECIS. CCLVIII.

Confessionem factam ab aliquo se mutuo recepisse, sed restituisse, non posse pro parte acceptari, &
1 sic diuidi, sed in totum acceptari, vel in totum improbari, concludit *Author hic*, adde quod sic in simili decisum refert *Gmat.* sequutus *Authorem hic in decis. Marsb* 81. vbi plures attestantes de magis communi opinione allegat, sic quoquè *Rimminald.iun.consl.*127.*lib.*2.*Grattian. tom.*2. *disceptat.forens. cap* 339. *& Castill.*
2 *decis.Sicul.*22. *num.*14. vbi de confessione introitus facta per tutorem, cùm illa ei nõ præiudicet, nisi acceptetur expẽsa, per *tex. in l. quæritur, ff. de administr. tutor. & ibi DD. & in l. Thais ancillam, § libertatem, ff. de fideicommiss. libert.*

Verùm hoc esset, quandò cõtra dictam qualitatem confessionis, licèt contineret vnum capitulum, non adesset præsumptio
3 iuris, cùm eo casu possit diuidi confessio, prout tenet *Author hic*, addo *Seraphin. in decis.*644. qui ita refert fuisse determinatũ, sic quoquè respondet *Camill. de Medic. in cons.*139.*num.*41.*cum seq.* & ita concludit *Grattian. in d. cap.* 339. & demùm cum hac limitatione consuluit *Mart. cons.*133. di-
4 cens, confessionem ab aliquo factam, se non subscripsisse, nisi sub spe futuræ numerationis, elapso tempore opponendi hanc exceptionem posse diuidi, & confitens debet condemnari, ex eo, quia repugnat iuris præsumptioni, quod etiam admittunt *Triuisan. in decis.*46.*num.*14.*& seq. lib.*2. *& Mascard. de probat. conclus.*867. *Castill. d. decis.*22. *num.*24. *cum seq. Rot. Ianuens. decis.*95. *Ferret. cons.*74.
5 Quidquid esset, quando confessio cum qualitate remoueret culpam ab actu, prout tenet *Bart.* sibi contrarius in *cons.*128. incip. *Catharina accusauit, nu.*2. vbi quòd confessus fecisset ad sui defensionem, debet absolui, quod etiam sequitur *Angel. in cons.*27. *in* 3. *dub. num.*3. *& in l.* 1. *§. si quis simpliciter, ff. de verb. signific.* vbi etiam *Bald. & Marsil. in cons.*137. *nu.*31. dicens, contra opinionem *Bart. in l. Aurelius, §. idem quæsiit, de liber. leg.* magis communẽ, & æquiorẽ esse, sic etiam post multos alios *BertaZZol. in cons. crimin.*121. *nu.*14. *lib.*1. & de magis communi quoq; testatur *Fab. Turrett. in cons.*45. *sub num.*16. *volum.*1. & facit pulchra *decis. Seraphin.* superiùs al-
6 legata 644. dicentis, quod si quis confessus fuerit, se professionem emisisse per violentiam, quòd talis confessio non possit diuidi, cùm qualitas violentiæ reddat actum professionis nullum, subdẽs sic per Rotam fuisse resolutum.
7 Sed hæc omnia intelligenda sunt, quandò dicta qualitas inquisiti probaretur, vel cum ea concurrerent alia adminicula, & aliæ coniecturæ, vt in casu *decis. Mastrill.* 246. vbi vxor simul cum viro cùm esset inquisita de tonsione, & diminutione monetæ, tamen confessa fuit cũ qualitate, quòd ex mandato, & metu viri monetas tondebat, & quia in defensionibus per testes receptos deponebatur, quòd eius vir erat persona rigorosa, & quasi cũ vxore tiranna, & è contra huiusmodi mulier persona timida, & obediens dicto eius viro, & consequentèr censendum erat, quòd tale delictum de mandato viri fecerat, ideò fuit in exilium per annos quinque condemnata, prout de confessione homicidij ex metu viri facti, metu iustificato extrà ordinem esse puniendam inclinasse Senatum inquit *Thesaur. iun. in lib.*3. *qq. forens. cap.*46. vndè ex hoc dicit *Vincent. de Franch. in decis.*556. *part.*4. quòd confessio in crimina-

libus

libus cum qualitate non probata reijciatur, & ità credo, quòd procedat opinio *Bart.in dict.§.idem quæq*, vt etiam tradit *Pactan. de probat.* quem & alios sequitur *Barz.in decis.Bonon.141.num.18.& vers. & ità procedit doctrina Bart.cum seq.* quæ
8 qualitas si non fuerit probata in prima instantia, poterit in causa appellationis probari, per *text.in l.per hanc,C.de tempor.appellat.* per quem *text.* ità decisum fuisse per S.C. testatur *Vincent.de Franch.in eius decis.556.*

SVMMARIVM.

1 *Pactum legis commissoriæ quando in venditione improbetur.*

2 *Pactum circa damna, & interesse, quòd stetur iuramento damnum passi, an valeat.*

DECIS. CCLIX.

1 AD hanc decisionem vide DD. quos remissiuè allegaui in *decis.248.* qui plenè quæstionem explicant, & latè *Scacc. de commerc.& camb.§.2.glos.5.à num.303. vsque ad finem.*

2 Et circa id dicit *Author hic*, quòd valet pactum; quòd de damnis, & interesse stetur iuramento damnum passi, adde quod latissimè tractaui in *l.hac edictali,quæst.50. à nu.30. cum multis seqq.* vbi infinitos pro hac etiam opinione adduxi, dummodò contra iurantem aliqua iuris præsumptio non adesset, cum alijs limitationibus, vt ibi.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio adimplementi an obstet, vbi stipulantis non interest.*

2 *Exceptio non adimplementi ipso iure opposita censetur.*
Amplia, quamuis in minimo deficeret, num.3.

4 *Venditor non potest agere ad interesse pretij, si non consignauerit emptori scripturas promissas in instrumento venditionis.*

5 *Debitor non constituitur in mora propter non adimplementum creditoris, quamuis fuerit interpellatus, vel adiectus sit dies in contractu.*
Intellige, num.8.

6 *Verbalis, an realis oblatio sufficiat, & quando.*

7 *Exceptio non adimplementi opponi potest aduersus Cameralem obligationem.*

9 *Exceptio non adimplementi habet locum etiam vbi quis esset impeditus.*
Sed intellige, num.10.

DECIS. CCLX.

1 CIrca quæstionem nostri *Authoris hic* de exceptione non adimplementi an obstet, quando stipulantis non interest, adde *Dec.in l.cum proponas, num.4. vers.2. ampliatur, C.de pact. Mascard.de probat. concl.1393. num.52.Graff.de except. except.13.nu.42.* qui etiam plenissimè de hac quæstione exceptionis non adimplementi cum multis ampliat, & limitat, & præcipuè idem *Mascard. & Graff. in nouiss. impress.* ferè omnes modernos DD. de hoc articulo
2 tractantes colligit, & vterque authoritate multorum DD. concludit, hanc exceptionem ipso iure dici oppositam, nec requiri
3 aliam partis oppositionem, quamuis in minimo deficiet, vel quia in alijs fuerit adimpleta, nec omittēdus *Mut. in dec.73.*
4 qui ob id concludit, venditorem non posse ad interesse pretij agere, si nō consignauerit scripturas promissas in instrumento venditionis emptori, quia propter non
5 adimplementum quis non constituitur in mora, quamuis interpellatus, vel adiectus sit dies, vt latè idem *Mascard.d.conclus.* &
6 *ibi* an verbalis, vel realis offerre debeat oblatio, quæ exceptio est tantæ efficaciæ, vt ad-
7 uersus Cameralem obligationem iuratam admittitur, vt ex pluribus decisionibus Rotæ Romanæ tradit *Grattan. tom. 4. descept.forens.cap.740.num.43.*& si hæc pro-
8 cederent, vbi exceptio dependeret ex eodem contractu, vt probat *Fontanell. de pact.nupt. claus.4.glos.10. part.1.num.40.* subdens, cum hac intelligētia pluriès fuisse in Senatu decisum, & hoc in casu quis non
9 excusatur ob non adimplementū sub prætextu impedimenti illati, vt dicit idem *Mascard.d.conclus.num.43.* dummodò nō
10 fuerit impeditus ab eo, cui implementum erat fiendum, & sic ei, qui dicit, incumbit onus probandi, vt *ibidem num.65.cum seq.* verùm multa potuetam scribere, sed quia DD. allegati per *Graff.in nouiss.impress.* ex professo quæstionē cum ampliationibus, limitationibus, & declarationibus tractarunt, ideò satis est ad eos me remittere.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio ab expensis non comprehendit damna.*
Intellige, num. 2. 3. & 4.
5 *Sententia ad libellum est referenda.*
6 *Absoluisse non præsumitur Iudex, quem ab interesse iure actionis debito, & in libello petito, si in sententia omiserit, sed per explicationem capitis omissi ad illud condemnari debet.*
7 *Appellatione damnorum quæ veniant.*

DECIS. CCLXI.

1 Absolutum ab expensis non esse absolutum à damnis, concludit *Author*, addo *text. & glos. in l. si tutor, de author. tutor.* cùm differentia sit intèr remissionem expensarum, & damnorum, prout singularitèr notat *Roman. in singul. 346.*

Verùm quidquid sit de hac quæstione (quòad me) non recederem à distinctione
2 in hac decisione posita, scilicet, aut loquimur de damnis, quæ veniunt officio Iudicis, & tunc Iudex absoluendo rèum ab expensis, intelligitur etiam absoluisse à damnis, per *text. in l. 4. §. hanc autem, de damn. infect. l. aediles, §. sed sciendum, ff. de aedilit. edict. Guid. Pap. in decis. 405.* vbi quamuis non fuerint petita, & adducta, vt pulchra est *decis. Thesaur. 67* vbi condemnatus in expensis, & ad damna condemnatus censeatur.

Aut verò loquimur de damnis conuen-
3 tionalibus, & tunc secus, quia illa rectè peti possunt, nõ obstante absolutione rei ab expensis, & ratio est, quia inter hæc damna, quæ veniunt officio Iudicis, veniũt accessoriè, non autem de per se, prout sunt illa iure actionis, & proindè benè dixerũt *DD.* quòd absolutus censetur ab his, quæ officio Iudicis debentur, non quæ iure actionis, quæ etiam lata sententia peti, & liquidari possunt, vt latè probaui in *decis. 69.* addo *Rot. Ianuens. in decis. 87. nu. 5.*

Sed hoc intellige, dummodò non fue-
4 rint petita, & deducta, alioquin etiam illa in absolutione expensarum continerentur, quàmuis iure actionis, ad tradita singularitèr per *Alex. in l. properandum, §. fin autem, il secondo, num. 6. C. de iudic.* dicens, quòd vbi ex processu appareret, fuisse peticas expẽsas litis vti promissas, tunc enim etiam ab illis conuentionalibus Iudex absoluisse censeretur, ità vt neq; ampliùs detur actio, vt sic etiam comprobat noster *Author* post multos in *decis. 69. nu. 3. & 4.*
5 & multa *ibi* per *me* notata, cùm sententia ad libellum sit proferenda, *l. vt fundus 16. ff. commun. diuid. l. si ex testamento 20. in fin. ff. de except. rei iudic.* & quàmuis contrarium videatur firmare *Scaccia de appell. quaest. 17. limit. 21. num. 45. & de commerc. §. 1. quaest. 7. part. 2. ampl. 8. num. 298.* per *text. in l. 1. C. de iudic.* tamen id procedit, quando dicta damna, & interesse conuenta, licèt petita, nõ erant deducta, prout explicat *glos. d. l. 1.* & si circa interesse iure
6 actionis debitum contrarium fuerit decisum, ex quo fuit vti capud omissum in sententia explicatum, vt succubui in causa Laudoniæ Protæ cum Laura Cassana, ad relationem Domini mei, & doctissimi viri Aloysij Gamboa meritissimi Regij Consiliatij de hoc anno 1642. & penès Actor. Mag. Lictum. Sic Ego vti curator ad lites fui condemnatus ad illa, quamuis à die sententiæ, & duplicationis capitis omissi elapsi erant ferè 30. anni, licèt actrix erat paupera.

7 Appellatione verò damnorũ in sententia non veniunt nisi damna intrinseca, veluti illa, quæ circa litem sunt necessaria, vt expensæ Procuratorum, Aduocatorum, Notariorum, Scribarum, & similium, prout post longam discussionẽ relatis hinc indè opinionibus tenet *Thesaur.* in citata *decis. 67. & Gayll. lib. 2. pract. obseruat. 151. & Cumia super rit. Sicil. cap. 73. num. 29.* non autem illa, quæ respectu personæ pariuntur, vt quia erat Artifex, vel Aduocatus, vt ex citatis DD. licèt hoc arbitrio Iudicis relinquatur, vt per *Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. casu 154.*

SVMMARIVM.

1 *Interesse lucri cessantis ad hoc vt debeatur plura requiruntur, & num. 2.*
3 *Mora non contrahitur vbi quis per impotentiam soluere non potest, vbi decisio Sacr. Cons.*
4 *Debitor ex causa impotentia non excusatur ab interesse lucri cessantis, quando illud esset promissum.*
5 *Debitor quantitatis ob impossibilitatem excusatur à mora, & à periurio, nec potest contra eum via Ritus Mag. Cur. procedi, vt in furioso, prodigo, & similibus, & num. 12.*
6 *Debitor ob impotentiam non excusatur ab interesse contractum antè moram.*

7 *Mora*

7 *Mora contracta cum maiori currit contra minorem.*

*Intellige, num.*8.

9 *Interesse non currit contracta mora tempore impotentia.*

10 *Mora non committitur absquè culpa.*

11 *Culpa non imputatur non valenti agere.*

13 *Minor durante pupillari ætate in mora non constituitur.*

*Intellige, num.*14.

15 *Debitor non excusatur ab interesse ob difficultatem non soluendi, si illa à principio inerat.*

16 *Difficultas soluendi excusat debitorem ab interesse, vbi superuenerit casu fortuito, vel facto alicuius, aduersus quem regressus haberi non potest, dummodò factum non sit affectatum, & procuratum, num.*18.

17 *Iustum impedimentum idem operatur in maiori, quod minor ætas in minori.*

19 *Debitor non excusatur à mora ob impotentiam, si negaret se esse talem.*

20 *Fideiussor negans se fideiussisse, non gaudet beneficio excussionis, & num.*22. *cum sequent.*

21 *Debitor negans se esse talem nō gaudet beneficio cessionis bonorum.*

*Intellige, num.*22.24.25.*&* 26.

23 *Feudatarius, vel emphyteuta negans, rem esse feudalem, vel emphyteuticam, amittit feudum, vel emphyteusim.*

27 *Vsura non currunt in præiudicium posteriorum creditorum, pendēte generali iudicio decreti bonorum debitoris, contra* Authorem hic.

DECIS. CCLXII.

IN hac decisione quærit *Author*, an pendente genetali iudicio subhastationis bonorum, debeatur interesse lucri cessantis, pro cuius intelligen-
1 tia sciendum est, quòd ad hoc vt dictum interesse lucti cessantis debeatur, necesse est, quòd quis probauerit requisita necessaria ad dictnm lucrum, de quibus *Castr. in l.*3. *§.fin. ff. de eo, quod certo loco*, vt latè scripsi in *decis.* 240. *vers. & licèt succurretur mulieri*, & demùm quod debitor fuerit in mora, nam tunc probatis requisitis, & mora, debetur dictum interesse, ad *text. in l. mora, ff. de vsur. l. lecta* cum alijs similibus, *ff. si cert. petat.* prout ista fuit conclusio *glos. d.l.*3. *§. fin. ff. de eo, quod certo loco*, & habetur in *l. curabit, C. de action. empt. l. si sterilis, §. cùm per venditorem, ff. eodem*, *Cancer. in lib.*3. *variar. resolut. tit. de lite contestata, cap.*16. *num.*69. *Seraphin. decis.* 1240. *num.*1. *decis.*88. *num.*3. *& decis.*271. *num.*1. quo casu etiam de iure canonico tale interesse debetur, prout ex *text.* vbi notant omnes in *cap.*1. *& glos. de offic. deleg. text. in cap. cùm venerabilis, de except.* vbi *Abb.* quod latè prosequitur *Felin. colum.*2. idem *Abb. in cap. dilecti, il secondo, de foro compet. Ancbar. in clem.*1. *§. sanè, de vsur*, & de hac quæstione, quæ requirantur, ad hoc vt tale interesse debeatur, plenè *Scacc. de commerc. §.*1. *quæst.*7. *par.*2. *ampl.*8. *num.*244. *& seq.*

2 Vndè ex his sequitur, quòd ad hoc vt
quis teneatur de lucro cessante, duo simul, 1
& vno tempore concurrere debent, mora, scilicèt debitoris in non soluendo, & potētia creditoris ad lucrandum, argumento *l. si hæredi plures, ff. de condit. instit.* & eorū, quæ notat *Bart. in l. si is, qui ducenta, §. vtrum, de reb. dub. & in l. ea tamen adiectio, ff. de leg.*3. prout in his puris terminis considerauit *Gamma in decis. Lusit.* 110. *nu.*24. vbi ait, quòd vbi datur impedimentum impediens mercatorem mercaturam agere, veluti si fuerit in carceribus detentus, nunquàm pro isto tempore interesse debebitur, quāuis debitor fuerat in mora, quia impeditus dicto tempore nihil potuit lucrari, cùm interesse lucri cessantis tunc demum debeatur, quando immediatè propter moram non solutæ sortis illud lucrum cessauit, ex notatis per *Dec. in cap. cùm venerabilis, nu.*14. *de except.* sic etiam è contra, quando debitor non fuisset in mora, vt *l.*2. *§. si nauis, ff. ad l. Rhod. de iact. d.l. lecta, & glos. in cap. conquestus, de vsur. DD. in l. insulam, de verb. obligat. Cagnol. in d.l. curabit, num.*53. latè *Lup. de vsur. in comment.*1. *§.*6. *nu.*11. cum alijs per *Alex. Trentacinq. in lib.*3. *variar. resolut. tit. de interesse, resolut.*1. *num.*27. *Rot. Genuæ in decis.*30. *num.*7. *decis.*139. *decis.*61. *num.*9. *decis.*89. *num.*3. *decis.*86. *nu.*4. *& decis.*79. *num.*3. quam opinionem canonizatam esse ait in *decis.*139. *num.*7.

Quam moram non adesse considerant
3 DD. vbi per debitorem non stat, quominùs creditor satisfiat, & sic quādo debitor per impotentiam satisfacere non posset, argumento *l. cùm quidam, §. si de pupillo*, vbi etiam *glos. ff. de vsur.* per quem *text.* sic per Sacrum Consilium decisum fuisse refert *Minad. in decis.* 17. vbi inquit, quòd dùm Vniuersitas Noceriæ fuisset conuenta ad certam quantitatem promissam, & ad in-

ad interesse ratione moræ, tandem per Sa-
crum Consilium fuit absoluta, ex eo, quòd
illa fuerat passa multa damna, & erat im-
plicita multis debitis, talitèr quòd satisfa-
cere nequiuerat, & ratio redditur ab ipsa
glos. in d. §. si de pupillo, quòd nõ imputatur
alicui, si non facit, quod si facere vellet, non
posset, sic quoquè tradit nouissimè Scaccia
de commerc. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 8. nu. 100.
vers. amplia primò.

Ex his tamen infertur, quòd si dictus de-
bitor ad pinguiorẽ fortunam perueneriт,
non teneretur ad dictum lucrum interesse
cessantis pro tempore, quo soluere non
potuit.

4 Verũ circa hoc distinguerẽ sic, quod aut hoc
interesse fuerat promissum, & sic essemus
in interesse conuento, & tunc non obstan-
te causa impotentiæ debitor à mora non
excusatur, nam illud interesse debetur iure
actionis, & sic peti potest tanquàm sors,
argumẽto l. ait prætor, §. sed hodiè, vbi glos.
vers. vltra vsuras, ff. de minor. vt notauit
Thesaur. in decis. 247. num. 2. sic quoquè
Alex. in l. quod te, num. 9. ff. si cert. petat. vbi
veniendo ad indiuiduum huius quæstio-
nis, inquit, quòd aut erat debitor quanti-
tatis, & tunc difficultas non soluendi non
excusat à mora, ad text. in l. incendium,
5 C. si cert. petat quod secus esset, quando
adesset impossibilitas, veluti quando quis
notoriè non esset soluẽdo, vt quia fuit om-
nibus bonis, & eorum administratione
penitùs priuatus, nam eo casu quamuis es-
set debitor quantitatis, à mora eum im-
possibilitas excusat, talitèr quòd contra
eum nequè instrumentũ criminalitèr ser-
uata forma Ritus huius Magnæ Curiæ
præsentari potest, cùm ipse excusetur à
pœna, & à periurio, licèt debitum fuisset
contractum antè interdictionem dictorũ
bonorum, sicuti in prodigo, vel furioso cu-
ratorem non habente, vt cõsuluit Camill.
de Medic. post Prece. & alios in consil. 39.
in causa Illustr. Principis Bisiniani, quid-
quid dissenserit Vincent. de Francb. in
decis. 672. licèt ibi causa non fuerit alitèr
decisa.

Aut verò non fuerat conuentum, sed il-
lud veniret ratione moræ, & sic officio Iu-
6 dicis, & tunc si antè casum impotentiæ,
(& sic tẽpore, quo soluere potuerat) fuis-
set contracta mora, non impeditur cursus
ipsorum interesse, cùm in hoc cadat negli-
gentia debitoris, prout est text. singularis,
& menti tenendus, iuncta glos. in l. diuor-
tio 37. §. hæc ita, vers. sed hic, ff. de negot. gest.
& facit argumentum glos. dict. l. ait prætor,
7 vers. vltrà vsuras, prout dicimus de mora
contracta cum maiori, quòd currit contra
minorem, l. Aemilius, ff. de minor, l. ea,
quæ à patre, C. de in integr. restit. l. cùm pa-
terfamilias, vbi glos. ff. de vsuris, sic voluit
expressè Bart. in l. cùm filiusfamilias, §. in
hac stipulatione, nu. 3. de verb. oblig. Vinc.
de Francb. in decis. 16. num. 9. & 10. licèt
in hoc dicat Thesaur. in d. decis. 247. quòd
8 vbi mora esset contracta, & cępta cum
defuncto, in hoc casu (scilicèt quando in-
teresse deberetur Iudicis officio) nõ tran-
sit in pupillum, nisi dictus pupillus fuisset
interpellatus, vel notitiam habuisset, sub-
dens, sic in hanc opinionem inclinasse Se-
natum.

Aut deniquè fuit contracta mora tem-
9 pore impotentiæ, & eo casu nõ currit, nisi
à die potentiæ, & sic à die, quo soluere po-
test, cùm propter difficultatẽ soluendi de-
bitor non dicatur in mora, & per conse-
quens excusatur à dicto interesse, vel ab
æstimatione quantiplurimi, ad text. singu-
larem in l. Thais 41. in princ. vers. Lucius
Titius ita cauit, ff. de fideicommiss. libert.
& in d. l. diuortio, iuncta glos. l. si vehenda,
§. idem iuris, ad l. Rhod. de iact. prout in
specie ità concludit Salycet. in l. quod te,
num. 23. in fin. vers. quod autem ad secun-
dum, ff. si cert. petat. vbi de communi, & ibi
latissimè Alex. num. 9 vbi difficultas, licèt
non liberet totalitèr debitorem quantita-
tis ab obligatione, debet tamen excusare
à mora, sicuti in obligatione speciei dan-
dæ, & in obligationibus faciendi, l. sciẽn-
dum, ff. de vsur. l. ratio, §. si per venditorẽ,
ff. de act. empt. prout tradit Mantic. de tacit.
& ambig. lib. 14. tit. 35. num. 13. & seq. vbi
in mora non dicitur quis constitutus, si
fecit quod potuit, d. l. quod te. Et ratio
10 est, quia mora cùm sit delictum, nõ com-
mittitur absquè culpa, l. inter stipulantem
83. §. Stichum, in fin. de verb. oblig. culpa
11 enim non potest imputari nõ valenti sol-
uere, cùm nõ possit dici negligere, vel dif-
ferre, l. 1. ad fin. C. de ann. except. d. l. ratio,
§. si per venditorem, ff. de act. empt. igitur
non potest dici mora, & hoc etiam inter-
ueniente iuramento, cap. breuitèr, de iur.
12 iur. Alex. d. l. quod te, num. 9. in princ. cùm
difficultas excuset à pœna, & à periurio;
ad text. in l. sed etsi, ff. de vsur. latè Vinc. de
Francb. in decis. 624. num. 3. & 4. prout di-
13 cimus de minore, qui non constituitur in
mora durante pupillari ætate, ad text. l. sed
si ex stipulatu, ff. de verb. oblig. glos. in l. si

dictum, §.fin.ff.de euict.Petr.de Bellapert.
in l.minorum, col.2. in fin. verf.fed quaro
ponamus, C.in quib.cauf.in integr.restitut.
Mantic. de coniectur vltim. volunt. lib.7.
14 tit.10 num 2.in fin. dummodò nõ tracta-
retur de debito alterius personæ priuile-
giatæ, quia eo casu à mora non excusare-
tur, cùm priuilegia conquassarẽtur, ad tra-
dita per citatos DD. & per Gratian. in
tom.2.disсept.for.cap 400.num.29.

Verùm declara, hanc conclusionẽ pro-
cedere, quando difficultas soluendi super-
uenerit post contractum debitum, secus
15 autem quando inerat à principio, tunc
enim non habet locum excusatio à dicto
interesse, quasi imputandum sit debitori,
qui se ad hoc adstringit, quàmuis cogno-
uerit diffinultatem soluendi, cùm non sit
fauendum ei, qui se spontè supposuit ne-
cessitati, l.fideiussor 7. §.fi necessaria, in
fin. vbi glos. in verb. necessitatem, ff.qui sa-
tisd.cogant. prout sic respondet Mantic.de
tacit.& ambig. d.tit.35. num.28. per text.
in l. qui autem, §.sed si quis, ff. de constit,
pecun.

16 Secundò declara, eam procedere quan-
do difficultas soluendi superuenerit casu
fortuito, aut facto alicuius tertij, aduersus
quem non potest haberi regressus, ad tra-
dita per Socin.in cons 287 nu.31. Aretin.
17 in d.l.quod te, ff.si cert. petat, cùm iustum
impedimentum idem operetur in maio-
re, quod minor ætas in minore, l.1.& 2.ff.
de restit.in integr. Cancer. lib.3.variar.re-
solut. cap.12. de offic.Iudic.tabul. num.32.
& ideò legitimè impedito tempora iuris,
vel hominis non currunt, cap.1.& cap.il-
lud, de præscript. cap.quia diuersitatis, de
concess. prabend. cap.si electio, de elect.in 6.
& clem.sicut, in fin.de appell. Mastrill.in
decis.275.lib.3.

Quod secus esset, quando impedimen-
tum esset affectatum, vel impeditus dede-
18 rit causam, nam tunc impedimentum nõ
excusat, ad tradita per nostrũ Authorem,
& per me in decis.189.num.28.& seq.& in
decis.203. num.15. vel quando tale impe-
dimentum recurrendo ad Superiorem re-
moueri poterat, vt latè Camill. de Medic.
in cons.127.

Tertiò, & vltimò declara, procedere
quando debitor excusauit se non posse
19 soluere ex causa impotentiæ, non autem
vbi negaret se esse debitorem, vt est casus
nostræ decisionis hic, nam eo casu quam-
uis adesset impotentia, non per hoc excu-
saretur a mora, prout est text. singularis in
l.sciendum, cum l.seq. ff.de vsur. prout dici-
20 mus de fideiussore, qui si negaret se fide-
iussisse, non poterit deindè petere benefi-
cium excussionis, Angel in l.si fideiussor, ff.
de fideiussor. Bald. in auth. contra qui pro-
priam, C. de non numer. pecun. Afin. in
tract.de exequut.§.31.c.2. ampl.1.22.am-
pleat princ.Marsil de fideiussor.num.19 &
380.Corbul.de iur.emphyt.tit.ex quib.caus.
emphyt.iur.suo priuet caus.1.num.6. Ricc.
in decis.115.part 3.Rolan.à Valle cons.88.
21 nu.2.lib.4. idem in debitore, qui si nega-
ret se esse talem, non gauderet beneficio
cessionis bonorum, vel super debito liti-
garet, glos.singularis l.item si vnus, vers.ce-
dat, ff.de arbitr. Maxill.ad Consuetud.Ba-
rens.in rubr.de cessione bonorum, num.27.
Ricc. in collect.121. in princ. part.1. Alex.
Trentacinq. lib. 3. variar. tit. de solut.re-
solut.2.num.14.Peguer.decis.200.num.17.
Paschal.de virib.patr.potest.cap.9.num.58.
part. 2..

22 Quod tamen intellige, si ex certa scien-
tia, & dolo malo negauerit se esse debito-
rem, vel fideiussisse, exemplo feudatarij,
23 qui si negauerit, rem esse feudalẽ, vel em-
phyteuticam, amittit feudum, vel emphy-
teusim, ad tradita per Spec.in tit. de locat.
& conduct §.nunc aliqua, num.82. Marsil.
in d.rubr.num.384.Iacobin.de feud.versic.
dictiq; vasalli il primo, nu.34. Author no-
ster de aliment. tit.9. quæst.26. num.71.&
cons.151.num.45. Rosent. de feud. cap 10.
conclus. 32. num. 2. dummodò ex certa
scientia, & dolo malo negauerit, rem esse
feudalem, cap.1.§.vasallus, il primo, & ibi
DD. & §. vasallus, il secondo, si de feud.
fuer. controuers. Biro. consil. 82. num.14.
lib.1. Gratian.tom.2.disсept.at.for.cap.109.
num.34.& seq.vbi latè.

Secus autem si negaret per ignorantiã,
24 vel errorẽ, quia tunc excusaretur, ad tra-
dita per Ias. in l. sed hoc, §. quod autem,
num.5. de re iudic. cum alijs per Gratian.
in citato cap.109. nu.35. & per Authorem
in decis.273.num.2.& per totam.

25 Vel si pœnitẽtia ductus reuocasset antè
sentẽtiam dictam suam negationem, pro-
ut loquuntur Peguer.in d.decis.200.nu.17.
in fin.Gratian.in d.cap.109. & omnes alij,
26 vt suprà citati DD. licèt in debitore, quòd
admittatur ad cessionem, si se talem con-
fessus fuerit, etiam post sententiam, iudi-
catum per S.C. referat Afflict.in decis.379.
cum qua etiam pertransit Alex. Trenta-
cinq. in citata resol. num.14. vers. secunda
est opinio.

Circa

Circa verò illud aliud, quod dicit idem *Author hic*, scilicet quòd in hoc iudicio semper currunt vsuræ vsque ad effectualē solutionem.

27 Adde, quòd contrarium tenet *Manent. in decis. 61. num. 31. 49. & seq.* & antè, vbi ait, quòd pendente iudicio generali secundi decreti bonorum debitoris nō currunt vsuræ in præiudicium posteriorum creditorum, contrà *Surd. hic*, subdens, hanc opinionem *Surdi hic* non semper tenuisse Senatum, maximè vbi agitur de præiudicio aliorum creditorum.

Sed etiam in hoc casu, nè discedas à supradictis distinctionibus, vt suprà.

SVMMARIVM.

1 *Falsum non dicitur quod primordio veritatis iuuatur.*

2 *Probatio in materia falsi debet pernecesse concludere.*

3 *Constituens censum super re communi, & asserens, esse suam liberam, & explicitā non dicitur in dolo.*

DECIS. CCLXIII.

1 AD hanc decisionem adde *tex. in l. cum filius, §. hæres meus, ff. de leg. 2.* vbi falsum dici non videtur quod iuuatur primordio veritatis, vt etiam notat *ibi Bart.* & sic vbi causa non est omninò falsa, quem etiam sequitur *Clar. in §. falsum, num. 43.* qui ait, ita communitèr teneri, nam in probatio-

2 ne falsi, vbi criminalitèr agitur, probatio debet pernecesse concludere, vt latè *Mascard. de probat. conclus. 739. nu. 1. & 2.* vbi hanc communē appellat. Hinc dixit *Rot. Roman. in vna Perusin. hæreditatis de Almeris. 8. Aprilis 1557.* quæ est *39. post tract. de censib. Cenc.* quòd constituens cen-

3 sum super re communi, potest asserere, illam esse suam, & liberam, authoritate *Cuman. in l. locus, num. 2. ff. de acquir. possess. & Socin. in l. si quis cùm totum, num. 2. de except. rei iudic.* quod antè tradidit *Benintend. decis. 33. in fin.* sic quoquè hanc sequitur opinionem *Cenc. de censib. par. 1. cap. 2. quæst. 1. artic. 7. num. 10.* ex quorum dicto sequitur, falsam non dici talem assertionem.



SVMMARIVM.

1 *Emptor an, & quando teneatur stare colono, maximè quando sciuerit, rem esse locatam.*

2 *Successor necessarius per Iudicis sententiam an teneatur stare colono.*

DECIS. CCLXIV.

1 CIrca explicationem huius quæstionis plenè scripsi in *decis. 225.* quid autem dicendum de suc-

2 cessore necessario per Iudicis sententiam, latè *Vinc. de Franch. in decis. 488. & ibi Addentes* multos collegerunt *Doctores*.

SVMMARIVM.

1 *Venditor, qui tenetur rem vacuam emptori tradere, non tamen tenetur vacuam à conductore tradere.*

2 *Emptor sciens, rem esse locatam, an teneatur stare colono.*

3 *Emptor nùm possit agere ad pretium, re nō reperta libera.*

4 *Vendito fundo nùm censeantur vēditi fructus pendentes, etiam pro parte colonica.*

5 *Vēditor an teneatur exprimere omnes qualitates rei venditæ specialitèr, & non generalitèr.*

6 *Emptor qualitates rei venditæ perquirere non tenetur.*

DECIS. CCLXV.

SEcundùm hanc decisionem in simili casu fuit decisum in Rota Romana in vna Romana Casalis Veneris 12. Februarij 1609. vt testatur *Farinac.*

1 *in decis. 78. tom. 2.* scilicèt venditorem, qui tenetur rem venditam vacuam tradere, nō teneri eam vacuam à conductore tradere, & quando emptor sciens, rem esse locatā

2 teneatur stare colono, vide quæ scripsi in supradicta *decis. 225. in fin. & in decis. 165.* vbi an quis possit agere ad pretium, si res

3 vendita non fuerit reperta libera, ac latiùs in *decis. 253.* vide etiam omninò *Costan. de fact. scient. & ignor. cent. 1. distinct. 28. per tot. & Thesaur. decis. 55.* in quibus lo-

4 cis habes quæstionem illam, si vēdito fundo censeantur vendìti fructus pendentes, etiam respectu portionis colonicæ.

Et circa id, quod etiam quæritur ab *Au-*

5 *thore hic*, nùm venditor teneatur expríme-

re omnes qualitates rei venditæ specialitèr, vel generalitèr, adde quòd tenetur exprimere omnes qualitates, & ea omnia, quæ possunt ipsum emptorem ab emendo retrahere, *l. Iulianus, § qui pecus, & §, quod autem, l. quaero, & l. si sterilis, §. si pradij, ff. de action. empt. l. qui libertatis, §. sed etsi quis ff. de euict. l. quæritur, §. si venditor, ff. de adil. edict. & l. in venditione*, vbi *Castr, ff. de act. empt, l. in vendendo, §. si cum certius, ff. de contrab. empt.* ita vt non sufficiat partē onerū explicitē, & alia verò persunctorijs verbis significare. *d. l. Iulianus, §. idē Iulianus, et d. l. qui libertatis, §. sicuti, Bal, in rub. C. de contrab. empt. n. 6 & cons. 413, lib 5. Alex. cons. 95 lib. 5.* cū alijs per *Mangil. de euict. quæst. 29. nu. 7. cum seq.* subdens, nec sufficere certiorare emptorem solùm de his, quæ ab ipsa re dependent, sed de his quoquè, quæ sunt extrà rem, ponens exemplum, vt si sciat venditor decretum, seù Bannum breui publicandū, per quod diminuatur valor frumenti, cùm emptorē certiorare teneatur, aliàs teneretur de dolo, ex traditis per *Bart. in d. l. quaero*, sic in punčto firmat *Amat in cons.* 58 qui loquitur in venditione rei, tacito pacto de retrouendendo, vel prælationis, & hanc esse communem dicit *Guzman. de euict. q. 23. num. 18* hinc dixit *Surd. cons. 13. num. 38.* & antè eum *Menoch. cons. 1178. nu. 6. cum*
6 *seq.* quòd emptor de qualitate rei venditæ perquirere non cogitur. cùm ipsemet venditor omnia detegere teneatur, & supradictam opinionem neruosè tuetur *Barz. decis. 62. num. 7. cum seq.*

SVMMARIVM.

1 *Datio in solutum extinguit primaua iura,*
Contrarium, num. 2.
Intellige, num. 6. 7. & 12.
Limita, quando quis reseruauerit primaua iura, num. 13. vbi decisiones diuersorum Tribunalium.
Ampli a hanc limitationem tàm pro capitali, quàm pro interusurio, num. 14.
Item amplia, vt etiam contra tertium possessorem tales primaua actiones exerceri possint, num. 15.
Item, si in parte res in solutum data fuerit euicta, quàmuis datio consisteret in pluribus corporibus, num. 16.
Item, si esset dictum, citrà præiudicium, *seù* citrà animum nouandi, *num. 17.*
Limita secundò in dote indistinctè, nu. 18.
Limita tertiò, vbi esset facta assignatio pro facilìori exactione, num. 19. 20. & 22. vbi decisio S. C.
3 *Actus etiam validus dicitur nullus, si non habuit effectum.*
4 *Nouatio non inducitur ex secundo contractu inualido, licèt partes à primo voluerint recedere, & num. 11.*
5 *Emens domum, quam priùs conduxerat, non censetur à locatione recedere, si emptio fuerit nulla.*
7 Lex deferre, §. Papinianus, cum ll. seqq. de iur. fisc. *declaratur.*
8 *Venditor non tenetur emptorem facere verum dominum irreuocabilitèr, sed solùm rem tradere.*
9 *Paria sunt, non esse factum, & non habuisse effectum.*
10 *Caret nomine quidquid caret effectu.*
20 *Assignatio de sui natura dominij translationem non importat.*
Et quando, num. 21. vbi decisio S. C.

DECIS. CCLXVI.

NON minus pulchra, quàm practicabilis est quæstio ista, de qua noster *Author hic*, scilicèt si hypotheca creditoris sit extincta per dationem in solutum alicuius rei, deindè euicta, & licèt *Author* dicat, extinctam esse, & eam ampliùs non reuiuiscere.
1 Tamen pro eius concordantia, ac pleniori intelligentia sciendum est, quòd & si regularitèr per dationem in solutum extinguatur hypotheca, cum omnibus primæuis iuribus crediti, quasi solutione facta, per quam pignus liberatur, ad *text. in l. item liberatur. ff quib. mod. pign. vel hypoth. solut. l. eleganter 24. ff de pignor. act.* sed solùm agendum sit ex empto, vel ad euictionem contra debitorem, vt ex *d. l. elegantèr*, vbi *Bart. & DD. & in l. si quis aliam, de solut. l. si pro re, §. si pro euictione, ff. de euict. l. libera, C. de sent. & interloc. Afin de exequut. §. 4. cap. 2. num. 1. & seq. Castill. decis. 5. num. 1 lib. 1.* cùm ista in solutum datio sit ad instar venditionis, *l. si pradium, C. de euict.* vt latè *Surd. in consil. 145. lib. 1. Castr. cons. 165 num. 4 volum. 2. Fontanell de pact. nuptialib. claus. 5. glos. 8. part. 13. num 41.* sic etiam *Fab. de Anna in cons. 90. num. 4. & seq. Gratian. tom. 1. discept. for. cap. 3 nu. 14. & seq.* quòd commune est dationi in solutū, & voluntariæ, & necessariæ, detracta tertia parte veri pretij, ad tradita per *Afin. in d. loco, §. 7. c. 48. num. 2.* & per *Ioseph. Ludouic. in decis. 60.* dummodò seruentur requisita *Auth. hoc nisi*

nisi debitor, *C. de solut.* de quibus latè *Angu sol. in cons. 68. Capyc. decis. 169. Capell. Tholos. decis. 68. Benint. decis. 28. Rot. Auenion. decis. 132. Decis. Perus. 64.* idem *Fontanell. loco* citato, *num. 46. & seq.*

Tamen videretur contrariū esse dicen-
2 dum per *text. in l. deferre, §. Papinianus, cum tribus ll. seqq. ff. de iur. fisc.* ex quibus pignoris causa non est mutata per dationem in solutum, & sic actio primæua dicti creditoris remansit in suspenso, prout in *l. rescriptum, in fin. ff. de distract. pignor. l. si quis aliam, ff. de solut.* sic quoquè *Negus. de pignor. 1. membr. 6. part. princ. num. 42. & mult. seqq.* vt communi voto in Senatu resolutum fuisse inquit *Thesaur. iun. in lib. 2. qq. forens. quæst. 88 num. 2.* & ratio esset, nam vbicunquè res in solutum data euinceretur, perindè est, ac si solutum non esset, ad *text. in l. qui concubinam, §. si hæres, de leg. 3.* & hanc opinionem subtilitèr tuetur *Faber in suo Codice, lib. 8. tit. 29. definit. 49. & tit. 30 defin. 20.* vbi impugnat
3 *Bart* & aliorum distinctionem, cùm actus etiam validus dicatur nullus, si nō habuit effectum, ad tradita per *Ias. in l. fin. ff. de offic. assessor. Gratian. tom. 1. discept. forens. cap. 36. num. 55. Mart. in repetit. rubr. de solut. matr. quæst. 2. nu. 5. Aldcuin. cons. 51. num. 30.* & ratio rationis videtur esse, nam in hoc casu non adest contractuū incompatibilitas, per quam inducitur nouatio,
4 & successiuè quando secundus cōtractus, per quem contrahentes nouare voluerūt primum, sit inualidus, per secundum non dicitur recessum à primo, ad *tex. in l. 1. in fin. & l. nouatio, ff. de nouat. Bellon. consil. 87 nu. 15. Grat. cons. 123. num. 17. vol. 2. Purpur. in l. pacta nouissima, num. 14. C. de pact. Menoch. lib. 3. præsumpt. 134. num. 45. Caualc. in decis. 18. num. 11. par. 4. Bardell. cons. 70. num. 10 Roderic. lib. 2. de ann. reddit. quæst. 16. num. 58. & seq.* sic demùm idem noster *Author* latissimè, ac etiam
5 per *me in decis. 51.* vbi emens domum, quā priùs conduxerat, à locatione recedere non censetur, si emptio fuerit nulla, vt voluit quoquè *Costa de facti scient. & ignor. centur. 2. dist. 89. num. 10.*

Sed his non obstantibus, non est recedendum ab opinione nostri *Authoris*, scilicèt hypothecam per dationem in solutū iudicialem, vel conuentionalē esse extin-
6 ctam, sed solum creditori competere vtilē ex empto actionē, prout tenet *Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. glos. 8. part. 14. nu. 85. & seq.* ex *d. l. eleganter*, vbi *Bart. & DD. de pignor. act. d. l. si quis aliam, ff. de solut. d. l. si pro re, §. pro euictione, Castill in d. decis. 5. num. 1. Fab. de Anna in d. cons. 90. num 5. Faber in* citato *lib. 8 tit. 29. d. fin. 49. Costa de retrotract. casu 27. in cap. 8. num 10. Vitalus in decis. 256. num. 7. Mart. in vot. 144. Mastrill. in decis. 120.* idem *Fab. de Anna in cons. 35. num. 10.* quidquid in contrariū dixerint cōtra hanc decisionem *Thesaur. iun. in d. lib. 2. quæst 88. num. 13. & Dom. Cons. Merlin. lib. 1. controuers. cap. 27.* vbi meminit de hac nostra decisione ac *Dom. Reg. Capyc. Galeota lib. 1. controu. cap. 32. num. 1. vsque ad num. 8.* cùm creditor recipiendo rem sibi obligatam in solutum videatur recessisse à primo contractu, vt ex *d. l. eleganter*, vbi *DD. & glos. 1. l. si prædiū, C. de euict.* vbi *Bald. & Salic.*

Et nequè in hoc obstat *text. d. l. deferre, §. Papinianus, cum tribus ll. seqq. de iure fisci*, ex quibus inducitur, primæua iura
7 creditoris remanere in suspenso, nam ea benè procedunt, quando soluitur species pro specie, vel genus pro genere, vt expressè loquuntur *dictæ ll.* & sic re euicta agi posse primęua actione, ratio autē est, quia ista dicitur quædam permutatio, in quo casu tenetur tradens facere rem perfectè accipientis, & sic verum dominum irreuocabilitèr, cùm non censeantur partes à pri-
8 ma obligatione velle recedere, secus tamen, vbi esset data species pro genere, quod consistat in pecunia, nam tunc quia est contracta emptio, & venditio, sequuta traditione est perfectus contractus, cùm non teneatur venditor, nisi rem tradere, non autem emptorem facere dominum, & propterea sequuta euictione non agitur ex primo, sed ex secundo cōtractu, ad *text. in l. 2. ff. pro emptor. l. fin. ff. de bon. auth. iudic. possid.* prout sic in indiuiduo distinguit *glos. in l. si prædium, C. de euict. glos in l. libera, C de sentent. & interlocut. l. qui res, cum glos. ff. de solut.* quam distinctionem communitèr sequuti sunt *Bart. in d. l. si quis aliam, ff. de solut. & singul. 39. Cepoll. cautel. 123. Fab. de Anna in d. consil. 90.* idem noster *Author in decis. 51. nu. 4. & seq.* ac in *cons. 145. num. 5. & seq. & nu. 37. Fontanell. in d. glos. 8. part. 14. Castill. decis. 5. nu. 3. Mastrill. decis. 120. & dec. 40. & Mart. d. vot. 144.*

Nequè etiam minus refragatur supradictæ conclusioni quod diximus, quòd vbi secundus contractus esset nullus, non dicatur recessum à primo, nam illa non faciunt ad casum, quia aliud est, quòd datio

ſit nulla, & aliud, quando eſt valida, ſed
res in ſolutum data euincatur; in primo
enim caſu rectè redditur ad primęua iura,
9 cùm paria ſint, non fuiſſe factum, vel non
habuiſſe effectum, ad *text. in l.1.§.nihil. ff.
de inoffic. teſtam. l. ſi quis ſub conditione, ff.
de teſtam. tut. l. ex conſenſu, §.1. ff. de appell.*
prout dicimus de emptione, quòd nō po-
teſt dici cōtractus, qui nō habuit emptio-
10 nis effectū, cùm careat nomine quidquid
caret effectu, *l.2 §. appellata, ff. ſi cert. pet.
l. à nullo, C. de ſeruis*, & ratio eſt, quia in
11 hoc caſu nō adeſt incompatibilitas con-
tractuum, cùm per inualidam nouationē
non tollatur præcedens obligatio, *l. obli-
gatione, C. de fideiuſſ. DD. in l.1. C. etiam
ob chyrograph. pecun.* prout in his terminis
conſuluit *Mart. in conſ.* 100. & latè proba-
ui in *deciſ.* 51.

In ſecundo verò caſu, quando inſolutū
datio eſt valida, ſed res euincitur, ſecus eſt
12 dicendum, nam tunc dicitur receſſum à
prima obligatione, ad quam creditor redi-
re non poteſt, prout ſic deciſum concludit
Cioff. in conſ. 44. nu. 2. Mart. in d. conſ. 100.
num. 16 poſt *Gabr. in conſ.* 30 *num.* 66. *Co-
ſta de retrotr. d. caſu* 27. *in cap.* 8. *num.* 13.
& ratio eſt, quia per dationē iſtam indu-
cta eſt nouatio, ex quo licèt res euincatur,
non per hoc contractus dicitur nullus, ſed
benè datur creditori actio ex empto, vel
vtilis contra debitorē, ad notata per *gloſ.
in d. l. ſi prædium, & d. l. libera.*

Benè verum limita ſupradictam primā
concluſionem, quotieſcunquè creditor re-
ſeruauerit ſua primæua iura, nam tunc
13 quamuis ſit data ſpecies pro genere, quod
in pecunia conſiſtat, poteſt tamen præuia
dicta reſeruatione, vel proteſtatione ad
primæuas actiones redire ex prima obli-
gatione, ſi res in ſolutum data euincatur,
prout ſingularis eſt *gloſ. in d. l. libera, C. de
ſentent. & interloc.* ſic quoquè *Bart. in d. l.
ſi quis altam, Afflict. in deciſ.* 335. *Polydor.
Ripa obſeruat.* 186. *nu.* 6. *Papon. conſ.* 130.
num. 14. *cum ſeq.* idem noſter *Author in
conſ.* 22. *num.* 34. *& conſ.* 145. *num.* 20 *Ga-
ball. de euict. §.* 4. *num.* 4. *& ſeq. Lanar. con-
ſil.* 36. *num.* 5. *Maſull. ad Capyc. in deciſ.* 43.
nu. 5. *in fin. Vincent. de Franch. in deciſ.* 50.
ac in *deciſ.* 12. *Fontanell. de pact. nuptial.
d. clauſul.* 5. *gloſ.* 8. *part.* 14. *num.* 91. *Maſ-
trill. in d. deciſ.* 40. *Fab. de Anna in d. con-
ſil.* 90. *& conſ.* 35. *Caſtill. in deciſ.* 5. *num.* 5.
Muta in rit. Regni Sicil. 112. *nu.* 92. *Mart.
in vot.* 109. *Seraphin in deciſ.* 1114. *num.* 3.
idē *Maſtrill. in deciſ.* 119. *nu.* 17. *Gratian.
tom.* 1. *diſcept. for. cap.* 2. *nu.* 14. & hanc eſſe
cautelam creditoris, etiam contra tertios
poſſeſſores, inquit *Cepoll. in caut.* 123. ſe-
cundùm quam cautelam iudicatum ſæpè
fuiſſe per Senatum refert *Theſaur. iun. in*
citata *quæſt.* 88. *num.* 9. ampliando, id ha-
bere locum etiam contra fideiuſſores, ex
traditis per *Marſil. in rubr. de fideiuſſ. nu.*
373. & ſi *D. Regens Capycius Galeota* dicat,
hoc eſſe ad tollendum omnem dubitatio-
nem in *lib.* 1. *controuerſ. cap.* 32. *ſub num.* 8.
14 quo caſu dictus creditor tàm pro capita-
li, quàm pro interuſurijs poteſt vti dicta
ſua anterioritate, & prælatione, ad *gloſ. in
l. ſi quis aliam, verſ. ad priſtina, ff. de ſolut.
Gozadin. conſ.* 38. *num.* 2. *Grat. conſ.* 126.
num. 8. *Botta conſ.* 21. *num.* 11. *& ſeq.* cum
alijs per *Caſtill. in deciſ.* 17. *num.* 35. ac in
d. deciſ. 5. *num.* 45. vbi ſubdit, quòd nec po-
teſt in hoc caſu dici, quòd proteſtatio ſit
incompatibilis, cùm nulla detur incompa-
tibilitas, vt pro pretio, & capitali ſubiuga-
tionis, & eius interuſuriorum remaneant
iura, & priuilegia antiqua pro cautela ip-
ſius ſubiugatoris, ad tradita per *Milanenſ.
in deciſ.* 13. *num.* 21. *lib.* 1. *& Fab. de Anna*
in citato *conſ.* 90. *num.* 3. *&* 8. *& Vinc. de
Franch. deciſ.* 50. *in fin.*

Quæ quidèm actiones primæuę, (in ca-
15 ſu prædicto) poſſunt exerceri, etiam con-
tra tertium poſſeſſorem titulo poſſidentē,
prout in ſpecie *Afflict. in deciſ.* 16. quem
ſequitur *Morot. in tract. de iur. offer. n.* 33.
& ſeq. quos allegat, & ſequitur *Theſaur. in
d. quæſt.* 88. *num.* 11. ſubdens, ſic ſæpè per
Senatum fuiſſe deciſum, ſic etiā *Manent.*
nouitèr impreſſus in *deciſ.* 45. *num.* 15. *&
Chartar. in deciſ.* 105. excuſſo tamen prin-
cipali debitore, qui bona in ſolutū dedit,
vt inquit ipſe *Theſaur. in loco* citato.

Amplia, hanc ſupradictam limitationē
procedere, etiam ſi in parte res in ſolutum
16 data fuerit euicta, quàmuis in ſolutum da-
tio conſiſteret in pluribus corporibus ſe-
paratis, ad *text. in d. l. ſi quis aliā*, vbi *Bart.*
& in ſpecie *Socin. in conſ.* 129. quem ſequi-
tur *Gaball. de euict. §.* 5. *verſ. ex mille euin-
citur pars*, quod latè tuetur *Caſtill.* in ci-
tata *deciſ.* 5. *num.* 46. *& ſeq.*

Amplia, etiam dictam limitationem
17 procedere, & ſi in dicta in ſolutum datio-
ne fuiſſet dictum, *citrà præiudicium*, ſeù *ci-
trà animum nouandi cautionem cautioni,
& ius, cuiq; reddendo*, ad tradita per *Burſ.
in conſ.* 101. *col. fin. vol.* 1. *Boer. in deciſ.* 337.
quos ſequitur, & allegat *Coſta de retrotr.
caſu* 27. *in cap.* 8. *num.* 12. *in fin.*

Secun-

Secundò limita supradictam primam 18 conclusionem in dote, quo casu licèt non essent primæua iura reseruata, & fuerit data species pro genere, & sic pro pecunia, prout omnes suprà citati *Doctor. & Aloys. de Leo in l. 1. C. si aduers. transact.* per *text. in l. qui res 98. de solut. Thesaur.* in allegata *quæst. 88. in fin. Fontanell.* in citata *part. 4.* & demum idem *Castill.* in citata *decis. 5. per tot. & in addit.* plenissimè, *ibique* quid in hæredibus mulieris, & quid in antefato, & alijs similibus ad materiam concernentibus, latè *Mildenens. in decis. 9. lib. 2. n. 110. & seq. & decis. 13. num. 22. lib. 1.* ac *Mastrill.* in citata *decis. 40. part. 1. num. 1. & seq.*

Tertiò, & vltimò limita, quando esset facta assignatio, seù cessio, & hoc siuè à parte, siuè à Iudice, quoniam eo casu creditor semper poterit ad primæua iura redire, si corpus assignatum euinceretur, vel 19 deterioraretur; dummodò talis assignatio non fuisset facta per viam in solutum dationis, sed solùm solutionis causa, vt satis doctè tradit *Sesse in decis. Aragon. 133. lib. 2.* aliud est enim dare nomen in solutũ, cum cessione, aliud verò, cùm ceditur solùm solutionis causa, in primo casu cedẽs incontinenti liberatur, in secundo verò non, si non sequitur effectiuè exactio, vt per dictum *Sess.* in citata *decis. nu. 4. & 5.* & sequitur *Cancer. in lib. 2. variar. resol. cap. 6. tit. de solut. num. 68. & mult. seqq.* & 20 ratio est, quia datio in solutum cum cessione importat translationem dominij, vndè benè dixit *Rota* apud *Ludouis. in decis. 194. numer. 11. & 12.* quòd & si in dubio potiùs pignus, quàm datio in solutum præsumatur, tamen quando verba dationis sunt apta denotare translationẽ dominij, tunc censetur datio in solutum, & non pignus, vt latè etiam cum alijs decisionibus eiusdem Rotæ hoc comprobat *Beltram. ibi in addit.* & sequitur *Farinac. decis. 131. num. 6. part. 2. tom. 1. & decis. 46. post lib. 1. consil.* & hoc quamuis partes vsq; fuerint verbo, *pignoris*, vt latissimè *Menoch. in cons. 201. per tot.*

21 Vltrà quòd assignatio de sui natura dominij translationẽ non importat, sed aliquando custodiam, & administrationem, vt post *text. in l. cùm pater, § pater, ff. de leg. 2. & Bald. in l. omne verbum, num. 7. C. commun. de leg.* & quamplures alios significatus admittit *Costa in tract. de clausul. clausul. 4. per tot.* & si *Rutin. in consil. 162. n. 19. vol. 5.* loquens de debitore assignante, inquit, quòd præcedente causa debiti, in dubio videatur in solutum assignasse, & dominium transtulisse, quem latè commendat, & sequitur *Camill. de Medic. consil. 88. per tot.* subdens, maximè quando à Iudice hoc verbum proferatur, per *text. in l. arbiter, ff. de distract. pignor. & Roman. in l. si constante, num. 41.* vbi etiam *Bart. nu. 39. ff. solut. matrim.* ex eo, quia licèt verbum *assignare*, possit intelligi causa pignoris, & transferre dominium, tamen quãdo à Iudice profertur, erit interpretandum in potiori significatu, præcedente tamen causa habili ad illud transferendum, vt ipse *ibi* consuluit, quicquid esset, vbi assignatio facta esset creditori de fructibus, & non de re principali, quod tunc apud omnes pro indubitato est, nullum esse translatum dominium in creditorem, sed eum fructus assignatos percipere tanquàm ex pignore, vt in specie censuit *Costa in loco* citato, *num. 1.* & probatur ex *text. in l. Lucius Titius, ff. de aliment. & cibar. legat.* prout sic decreuit S.R.C. in causa Venerabilis Monasterij S. Ligorij cum hærede quondam Ascanij de Tolfa Duce Grummæ, scilicet quòd dùm Monasterium prædictũ repræsentando personam D. Lucretiæ de Tolfa creditricis in annuis ducatis 135. eius vita durante, vigore legati petijsset, dictam summam sibi assignari pro eius faciliori exactione super annuis introitibus huius Fidelissimæ Ciuitatis Neap. ex resta maioris summæ, tanquàm de bonis dictæ hæreditatis, & cùm per idem S. C. referente Reg. Cons. Io. Baptista Meliore fuisset factum simile assignamentum, & ad instantiam prædicti Monasterij petentis, in eius faciẽ dictos annuos ducatos 135. describi. Tandem cùm ex aliquibus causis omnes annui introitus dictæ Fidelissimæ Ciuitatis defecissent, cùm priùs essent ad rationẽ sex pro centenario, & demùm redacti ad quatuor; institit prædictum Monasteriũ, quòd dicti annui ducati 135. reduci debeant ad dictam rationem ducatorũ quatuor pro centenario in damnũ dicti Ducis hæredis, ita vt annui duc. 135. semper sint expliciti, & absq; diminutione in eius beneficium, vigore cuius petitionis post maximam discussionem, patrocinãte Domino meo Pomponio Magaldo, viro celeberrimo, ac Aduocato primario, fuit per idem S. C. referente Reg. Consil. Varella prouisum sub die 17. Decẽbris 1630. quòd infrà quindecim dies Dux soluat tertias decursas, & in eodẽ termino assignet aliud

corpus

corpus explicitum, aliàs prouidebitur super petitis, vt in Banca Ciosli.

Imò in fortioribus terminis decreuit
22 idem S.R.C. scilicet quòd dùm Monasterium D. Reginæ repræsentando D. Lucretiam Filamarinam monialē in dicto Monasterio, creditricem eius vita durante ann. duc. 200. & cùm viribus Præturę compulsus Marcellus Filamarinus eius frater debitor dictorum ann. ducat. 200. fecisset depositum duc. 2500. qui reluctante dicto fratre debitore, fuerunt ad instantiam prędicti Monasterij versi in emptionem cum hac Fidelissima Ciuitate Neapolitana, prætio decreto ipsius S. C. & cùm prædicta Ciuitas nemini solueret, nisi illis, qui in solutum accipiebant quoddam assignamentum ad rationem ducatorū quatuor pro centenario, tandèm præuia peritione dicti Monasterij, non obstante quòd dicta emptio fuisset facta de eius voluntate, & electione, reluctante debitore, fuit per idē S.R.C. decretū, quòd idem debitor aliud corpus assignet, prout ex processu in Banca Martini, nunc verò Strinæ, inter Monasterium D. Reginæ, cum Marcello Filamarino.

SVMMARIVM.

1 *Producens sententiam non censetur eam approbasse.*

2 *Impugnās actum non censetur eum ratificasse, vbi decisiones.*

3 *Producens titulum inualidum ad alium effectum, quàm in eo se fundandi, non excluditur, vt non possit alium titulum allegare, vbi decisio Rotæ.*

4 *Aditio nūm inducatur ex actu, qui citrà ius, & nomen haredis fieri non poterat, si priùs filius declarauerit, se velle abstinere, & num. 5.*

Et quid si ante protestatus fuerit, se nolle adire, sed pietatis intuitu illud facere, num. 6. & 7.

DECIS. CCLXVII.

PRoducenti scripturam non nocere in illo, quod primò impugnauerat, concludit *Author hic*, & ratio videtur esse, quia in productione semper debet attēdi animus, ità vt productio non noceat, quando fieret ad alium effectum, vel animo impugnandi, vel post
1 impugnationem, vt de producente sententiam post appellationem, quòd ex ea productione nō censeatur quis approbasse, & ratificasse in ea cōtenta, in specie concludit *Aym. cons. 175. num. 7.* quem sequitur *Rot. Roman. in decis. 204 num. 11. part. 2. in nouis*, prout quoq; in his terminis decisū fuisse refert *Grat in decis. Mareb. 205.* inferiores eriā ad hoc adducit *Graff. de except.*
2 *except. 14. nu. 89. & seq.* nam quando pars actum impugnauit, non potest ex illo actu inferri ad taciram ratificationem, *Butr. in cons. 128. nu. 8.* sic demùm idem *Gratian. tom. 2. disept. forens. cap. 279. nu. 26. & seq.* vbi latissimè decisionem istam nostri *Authoris* cum multis decisionibus Rotæ Romanæ cōprobat, subdens ità quoq; procedere in productione tituli inualidi, facta ad alium effectū, quàm in eo se fundandi,
3 quia non excludit producentē, vt nō possit allegare alium titulū, & sic per Rorā fuisse decisum coram R.P.D. Ludouico in vna Pampilonen. decimarum 14. Maij 1610.

Et circa id, quod dicit *Author hic*, quòd aditio non inducitur ex habitatione do-
4 mus paternæ, si priùs declarauerit filius, se velle abstinere, ex *glos. in l. 1. C. de repud.* adde, quòd hæc opinio non est vndiquè ruta, quoniam & si eam tenuit eademmet *glos. in l. 1. C. de iur. delib. in vltimo intellectu*, & sequuti sint *Bart. Paul. de Castr. & Angel.* ac *Vincent. de Franch. in decis. 80. num. 10.* cū non censeatur per subsequentem actum, qui citrà ius, & nomen, hæredis fieri non poterat, abstensio reuocata, nisi expressè illam filius reuocasset, prout latè *Gargiar. patrocin. 15.* ac *Paschal. de virib. patr potest. p. rt. 4. cap. 1. num. 25.* & facit *text. in l. si seruum, §. fin. ff. de acquir. hered. & l. si pupillus, § fin. ff. eod.* tamen
5 contra eam stat *Alex. in d. l. 1.* dicens; id esse contra *text. in l. pro herede. §. Baptistanus, ff. de acquir. hered.* quodquè etiam firmat *Ias. ibi, & Iacobin.* qui *in fine.* ait, q̄ si limitatio esset vera, esset multum singularis, & de veritate *glosa* prædictæ dubitasse nonnullos Dominos in S.C. testatur idem *de Franch. in d. decis. 80. num. 10.* & contra *Paul. de Castr. Ang.* aliosquè sequaces *glosa* latè tenet *Gulielm. de Benedict. in cap. Raynuntius, vers. mortuo itaquè par. 2. num. 131. in med.* dicens; talem abstensionem reuocare posse filium, nedùm expressè, sed etiā tacitè, vtputa exercendo actū, qui citrā ius, & nomen hæredis fieri non poterat, & hoc indistinctè, siuè iudicialiter, siuè extrà iudiciū fuerit facta abstensio, ex *Bald. Fulgos. Alex. & Ias. in d. l. fin.*
6 Et quamuis *Faber in suo Codice, lib. 6. tit. 12.*

tit. 12. *de repud. vel abstin. hæredit. definit.* 8. *in fin.* distinguendo cócludat, scilicet quòd si filius antè immixtionem abstinere se dixerit, quòd tunc faciliùs admitteretur, vt vt ob res post abstensionem amotas furti actione creditoribus teneretur qui semel abstinuisset, ex post delicto obligaretur, secus verò, vbi cù patris iussu faceret, protestatus fuerit, non immiscendi se animo id facere, sed solo intuitu pietatis, subdēs, cum hac distinctione fuisse in Senatu determinatum, tamen contrarium firmat *Mart. de succ. leg. part.* 4. *q.* 14. *artic.* 2.
3 *num.* 17 *&* 18. dicens, quòd si antè protestatus fuerit, se nolle adire hæreditatem, sed pietatis intuitu illa facere, quòd aditio non inducatur, subdens sic determinatum fuisse, de qua decisione mentionem fecit in *Digest. nouiss. tom.* 5. *tit. Aditio, cap. protestatio.*

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum Principis, quòd vxor minor possit, & valeat in dotem dare viro suo omnia, & singula bona, quæ tamen æstimentur, non arctat ad dandum omnia, sed tantùm quæ dantur, æstimentur, vbi decisio Senat. Mantuan. contra* Authorem hic.

2 *Decretum, quod interponitur in alienatione rei minoris, differt à decreto veniæ ætatis.*

D E C I S. CCLXVIII.

Dispensationem Principis, quòd vxor possit, & valeat dare in dotem viro suo omnia, & singula bona sua, quæ tamen æstimentur, non habere locum, nisi omnia bona data sint in dotem, præuia illorū æstimatione, ità vt si partem ipsorum dederit, cótractum dotis nullum esse concludit *Author hic* in causa cuiusdam Violantę Burgæ, adde quòd licèt multa conferat pro hac opinione *Mart. in cons.* 76. tamen in dicta causa eiusdem Violantæ postmodū in dicto Senatu Mantuano fuit iterùm de
1 hac quæstione controuersū; & tandem facta maxima discussione super nostri *Authoris decisione.* fuit contra ipsum pronunciatū, vt refert *Manent. in decis. Mantuan.* nonitèt impress. 43. qui respondet omnibus argumētis per nostrum *Authorem hic,*
2 cùm sit differentia inter decretum, quod interponitur in alienatione rei minoris, & veniam ætatis concessam, nam decretum interponitur in ipsa alienatione, ad tradita per *Afflict. in decis.* 249. venia autem conceditur, vt minor vti maior contrahere possit, nec refert, si minus rem suam cesserit, ad *tex. in l.* 1. *C. de his, qui ven. ætat. impetr.*

SVMMARIVM.

1 *Prælegata nùm veniant in restitutione fideicommissi, & num.* 2.
Et quid de eis, quæ iure hæreditario capiuntur, num. 4.
3 *Prælegatum dotis an, & quando veniat in restitutione fideicommissi.*

D E C I S. CCLXIX.

1 CVM hac opinione nostri *Authoris hic*, quòd legata effecta caduca veniant in restitutione fideicommissi, licèt institutio facta sit, exceptis legatis, & sic in alijs bonis, firmat disputato articulo *Fusar. de substit. quæst.* 652. *per tot.* subdens, hanc esse probabiliorem sententiam ex *Peregrin. de fideicommiss. artic.* 9. *num.* 6. *& quæst.* 650. *num.* 1. *cum seq.* sed contrarium innumeri firmarunt, vbi prælegata essent facta antè institutionem, asserentes, hanc esse veriorem, & communiorem, & secundum eam sæpè fuisse iudicatum, vt eos colligendo testatur idem *Fusar.* sibi contrarius dicta *quæst.* 650. *num.* 29. subdens, sic ipsum tenuisse consulendo, & secundum illam ob-
2 tinuisse, vt habetur in eius *cons.* 81. in qua ipse resides vti veriori, & magis consona voluntati testatoris, prout secundùm eam iudicatū testatur *Thesaur. lib.* 1. *qq. forens. quæst.* 17. *nu.* 14. de quibus etiam latè *Peregrin. artic.* 7. *per tot. & cons.* 47. *in fine, lib.* 1. vbi dicit, magis communitèr ità sentire *Doctores, & cons.* 44. *lib.* 3. sic quoquè *Faber in suo Codice, tit.* 25. *definit.* 28. *ad Trebell.* secundùm quam iudicatum Tholosæ testatur *Maynar. lib.* 5. *cap.* 160. eamquè receptiorem dicit *Intrigl. de substitut. centur.* 3. *quæst.* 74. *num.* 134. & de hac quæstione latè idem *Fusar. in d. quæst.* 650. vbi ad saturitatem omnia hinc indè habes, sed pro opinione *Authoris hic* latè *Marta de success. leg. part.* 4. *quæst.* 21. *art.* 11. *à nu.* 29. *vsque ad num.* 56. impugnans distinctionē illam, an prælegata facta sint antè, vel post fideicommissum, & *nu.* 52. idem sentit de
3 prælegato dotis, respondendo *l. à filia, & l. Lu-*

*l.Lucius,§.maritus,ff.ad Trebell.*quicquid alitèr dicat *Fusar. d.quæst.*650.*nu.*34. vbi innumeros in hoc coaceruat, & secundùm opinionem *Authoris hic* in consulendo, & judicando recedendũ non esse dicit *Barry de successſ. lib.*8. *tit.quæ res veniant in restit.fideic.sub num.*3.*sub* 9.*limit.* qui etiã *per totum titulum* prædictum in præcedẽti latè habes materiam ex professo,& per supradictos DD. habes omnes, qui de ipsa diffusim tractarunt, & *ibi* quid de eis, quæ
4 iure hæreditario capiuntur,cum similibus ad materiam spectantibus.

S V M M A R I V M.

1 *Pensio domus liquidanda est quanti actor locasset, & nõ quanti condemnatus conduxisset.*
2 *Possibilitas percipiendi consideratur non solùm ipsius domini, sed etiam possessoris.*
3 *Fructuum liquidatio quomodò sit facienda in pignore prætorio, vel iudiciali.*

D E C I S. CCLXX.

1 PEnsionem domus liquidandam esse quanti actor locasset, non autem quanti condemnatus conduxisset,cõcludit *Author*, per doctrinam *Bart.in l.in summa, §.in frumento, ff. de condict.indeb.* contra *Specul. in tit.de pignor. §.*1.*num.*24. adde quòd idem voluit *Maricond. in addit. ad Consuet.Neapol.de locat.& conduct.fol.*mihi 378. *in nouiss.* sic etiam contra eundem *Speculat.* latissimè *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. lib.*11. *tit.*2. *& Alex.Trentacinq. in lib.*3. *variar. resolut.tit.de pignor.resolut.*2.*Castill.decis.* 143.*num.*23.*& seqq.lib.*2.cùm possibilitas
2 percipiendi consideretut non solùm ipsius domini, sed etiam possessoris, quod notabile esse dicit *Bald.in l.*2. *C.de pignor.act.* si tamen possessor causam à domino haberet, alias non debet considerari, an creditor percipere potuit, sed an dominus percipere potuit,vt ex *text.in l.si nauis, ff. de rei vendic.* sic resoluit idem *Bald. in d.l.*2.

Quidquid sit in pignore prætorio, vel
3 iudiciali, licèt cum declarationibus, de quibus plenè *Mantic.& Alex.Trentacinq. in locis* citatis.

S V M M A R I V M.

1 *Hypotheca non competit in bonis testatoris pro fructibus rei relictæ ex causa moræ per hæredem contracta.*
*Intellige, num.*4. *vbi decis. S.C.*
*Contrarium num.*7. *vbi decisio Reg. Cam. Summar. & S.C.*
2 *Assensus super obligatione feudi non extenditur ad interesse ipsius ratione moræ contractum.*
*Amplia, etiam in contractu dotis, num.*3.
*Contrarium, num.*8. *vbi decisio Reg.Cam. Summar.& S.C.*
5 *Fructus, & vsura rei legatæ non debentur ratione rei legatæ, sed cõditionaliter propter moram.*
*Intellige, vbi nõ essemus in legato legitimæ, vel paragij.vbi decisio S.C. duarum Aularum, num.*6.
9 *Hypotheca an competat pro fructibus bonorum, quæ à consuetudine deferuntur, et à quo die.*

D E C I S. CCLXXI.

1 HYpothecam non competere in bonis testatoris pro fructibus rei relictę, cõcludit *Author hic*, ad quem addo *Paleoth. in decis.*336.quem refert,& sequitur *Gratian.in tom.*2.*discept.forens.cap.*206.*nu.*22. & pro hoc faciũt singularitèr adducta per *Freccia in lib.*2.*de subfeud.quæst.*20.*per tot.*vbi ait,
2 quòd feudum obligatum pro sorte principali cum assensu non censetur quoq; obligatum pro interesse ratione moræ contractæ pet debitorẽ, prout itá in Sacro Consilio iudicatum se vidisse testatur *Afflict. in cap.imperialem* 12.*not.quæst.*8. & sic sola quantitas principalis summæ expressa in assensu debetur in feudo, nam mora debitoris non debet obesse domino, cùm mora sit delictum, per *glos.in l.si mora, ff. solut. matr.* nemo enim ex alieno delicto coercetur,nam suũ tenet authorẽ,*l.sanci-*
3 *mus, C.de pœn.* sic etiã in dote voluit *Milanens.in decis.*8. *nu.*361.*lib.*1. dicens,& si cõstitutio, & restitutio dotis sit onus feudi, interussurium autem non dicitur onus feudi, cùm sit debitum propriũ ipsius Baronis ex sua mora.

Sed *Neguſ.de pignor.in* 5.*part. quæst.*6. *vsque ad* 7.*not. in* 1.*membr.& Lanar.consil.*10.*num.*5.*&* 6.sequutus *Neguſ.*dicunt, hypothecam competere,& sic bona testatoris esse obligata pro dictis fructibus rei

4 lega-

4 legatæ, licèt obligatio incipiat tempore moræ incursæ per hæredem, vndè si bona sint alienata per hæredem antè moram contractam, non poterit tertius molestari, quia libera ad eum peruenerunt, nam conditio nondùm erat purificata, aliàs si essent alienata, & distracta post moram contractam, in non soluendo legatum, secus cùm ratione dictæ moræ iam cęperūt esse obligata, & sic non poterant in aliquē transferri, nisi cum sua causa, prout etiam *Amat. in consf.66. nu.7. & 8.* & hoc voluit dicere *Vinc. de Franch. in decis.374. nu.12.* vbi ait, quòd licèt pro legato legatarius habeat tacitam hypothecā, & pro eo præferatur creditoribus hæredis in bonis testatoris, non tamen hoc procedit pro fructibus, seù vsuris rei legatæ, ad tradita per *Neguſ. in loco* suprà citato, subdens, quòd dum casus accidisset in S. C. inter illos de Centonze, Actuario Balsamo, ipso referēte, fuit reseruata melior deliberatio in hoc, quæ postea secundùm supradictam opinionem *Neguſ.* fuit explicata, & sic voluit dicere idē *Vinc. de Franch.* quòd pro dictis fructibus non præferebatur creditoribus habentibus causam antè morā commissam, nam commissa mora dicta hypotheca non retrotrahebatur in preiudicium dictorum creditorum, prout sic dixerat *Neguſ.* quem ipse sequutus fuit, non autē quòd pro dictis fructibus, vel vsuris non competat hypotheca, prout sic quoq; dixit *Manent. in decis. Mantuan.* sequutus *Neguſ. in loco* citato, *in decis.48. num.10.* sic etiam *Morot. consf.37. in fin. Thesaur. lib.4. quæst. forens. quæst.25.* & propterea ille, qui acquisiuit obligationem in bonis testatoris, præferri debet dicto legatario, non quidèm respectu ipsius legati, quod fuit purum, & pro eo orta fuit hypotheca antè obligationē factam, sed respectu vsurarum debitarum sub conditione, & post obligationem decursatū, & sic erit casus, in quo accessorium non sequitur naturam principalis, & hoc propter rationis diuersitatem, per *text. in l. si quis, C. de præd. minor.* quia legatum est purum, & debetur à die mortis testatoris, tempore, quo oritur hypotheca pro eo in eius bonis. Fructus
5 autem, & vsuræ rei legatæ nō debentur ratione rei legatæ, sed conditionalitèr propter moram commissam in non soluendo legatum, ad tradita per *Vincent. de Franch. in decis.583.* & per *text. in l.1. C. de vsur. & fruct. legat.* vbi à die litis contestatæ, nisi essemus in legato speciei, vt latè
6 *Giurb. in decis.97.* vel si essemus in legato facto in satisfactione legitimæ, vel paragij, nam tunc debentur à die mortis, non autem à die litis cōtestatæ, vt iunctis duabus Aulis iudicatum fuisse per Sacrū Consiliū testatur *Vinc. de Franch. in dec.575.*

Contrarium verò indistinctè affirmat *Salernit. in decis. nouiſſ. impreſſ.16. & 17.*
7 omninò videndus, scilicet hypothecariam competere pro fructibus rei legatæ, licèt ex causa moræ contractæ per hæredem, nō obstante alienatione interim facta tàm in legato puro, quàm in conditionali, subdens sic in vtroq; casu fuisse iudicatum in R.C.S. & in S.C. contra opinionem *Neguſ.* in suprà citato *loco.*

Nec obstare videtur q̄ dixerant *Frecc. & Afflict.* nam illi vltrà quòd loquuntur
8 extrà nostrum casum, tamen eorum opinio tanquàm contra communem omniū intentionem non erit admittenda, prout latè *Camer. in cap. imperialem, fol.52. lit. A. col.1. Io. Franc. de Ponte in consf.64. vol.1.* & signantèr in *num.19. cum omnibus seqq.* vbi inquit, quòd hæc quæstio licèt sit discussa, & ventilata, & de ea factæ diuersæ decisiones, tamen apud ipsum nullum talis opinio habet dubium, scilicèt quòd in contractibus bonæ fidei assensus extendatur etiam ad interesse debitum ex causa moræ tanquā ex natura ipsius contractus, & hanc esse veridicam, & à DD. approbatam, subdēs sic pluries fuisse iudicatum, vt etiā tradit in *dec.34. nu.38.* in quibus locis respondet *Frecc. & Afflict.* dicens, illos loqui in contractu stricti iuris, in quo non ex natura contractus, sed à tempore litis contestatæ venit interesse, vt etiam hanc opinionem latè tuetur *Paschal. de virib. patr. poteſt. part.2. cap.7. num.36. cum multis seqq.* maximè in contractu dotis, vt latè *Surd. de aliment. tit.9. quæſt.31. per tot.* in quo adest assensus legis, qui plus operatur, quàm hominis, cùm ipsius obligatio trahatur etiam ad vsuras, *l. Lucius, ff. qui potior. in pignor. habeant. Bart. & Doctores in l. si cùm dotem, §. fin. autem in fauisſimo, ff. solut. matrim.* quæ lex secundùm *Bald.* habet locum etiam in tacita hypotheca dotis in *l. si necessaria, § fin. ff. de pignor. act.* vndè ex hoc dixit *Gizzarell. in decis.74. in fin. in nouiſſ.* quòd pluries decisum fuit, quòd assensus præstitus super sorte non extendatur ad interesse, licèt aliud sit in assensu legis, quod etiam procedit in Neapolitanis, stante gratia eis cōcessa, quòd pro dote intelligatur præstitus

assen-

assensus mulieri, cùm intelligatur etiam pro interesse, vt tàm per S. C. quàm per R. C. S. decisum testatur *Vinc. de Franch. in decis.*613.*num.*6.*vers. nihilominus.*

Quid autẽ erit dicendum de fructibus bonorum, quæ à consuetudine deferun-
4 tur, an pro eis competat hypotheca, & à quo tempore debeantur, latissimè *Vinc. de Franch. in decis.*374. *per tot.* licèt ibi casus remanserit indecisus.

Sed in hac vide scripta per me in *decis.* 138. *in hac nouiss. impress.*

SVMMARIVM.

1 *Donans cum potestate disponendi de certa quantitate, nõ facta dispositione censentur vocati venientes ab intestato, vbi decisiones S. C. & aliorum Tribunalium, contra* Thesaur. in decis. 97.

Intellige, quòd permissiuè, & nõ dispositiuè vocati censeantur, num. 2.

Limita in Fisco, num. 3. *vbi decisio Regni Siciliæ.*

4 *Fructus bonorum donatorum non recollecti, & maturi an veniant in donatione omnium bonorum futurorum.*

5 *Verbum,* disponere, *an, & quando trahatur ad actus inter viuos.*

DECIS. CCLXXII.

Reseruationem factam disponendi de certa quantitate, non aliter facta dispositione prædicta spectare ad venientes ab intestato, concludit *Author hic*, ad quem adde
1 quòd ita decisum fuit in S. C. vt testatur *Vinc. de Franch. in decis.*45. quamuis sit reseruata tàm certa quantitas ad finem disponendi, quàm facultas disponendi de certa quantitate, prout etiam in *decis.*600. per regulam *text. in l. consiciuntur, de iure codic.* sic etiam dicit *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.*7. *tit.*7. *in fin.* se à quodam doctissimo Iurisconsulto fuisse de hac re interrogatum, & sic respondisse, & cùm diuersæ latæ essent sententiæ, tandem quæ pro suo consilio fuerit lata extitit, & per Iudicem appellationis confirmata, prout sic etiam obtinuisse refert *Cancer. in lib.*1. *variar. resolut. cap.*2. *tit. de trebell. & falcid. num.* 46. sic quoquè *Curt. iun. in authent. res, quæ, col.*8. *vers. ego tamen, num.*24. vbi refert, ita etiam fuisse iudicatum, quem sequitur *Vincent. de Franch. in d. decis.*45. *nu.*2. *& decis.*600. sic etiam affirmat *Anna* *sen. in singul.*391. ac etiam eius *filius in consil.*116. *nu.*15. *lib.*2. *Molfes. ad d. Consuet. part.*2. *quæst.*22. *in fin. Caualcan. decis.*12. *part.*4. *Bertazzol. consil.*116. *num.*25. *Gratian. tom.*3. *discept. forens. cap.*558. *num.*41. & 42. hanc quoquè sequitur *Amat. in consil.*8. *num.*14. vbi inquit, hoc procedere
2 quando ad prædictam reseruationem nullus successor fuerit vocatus, & ideò successor ab intestato debet venire permissiuè, & non dispositiuè, & allegat *Bald. in l. si emancipati, oppos.* 8. *num.* 11. *C. de collat.* idem tenuit *Maynard. in decis.*94. *lib.* 2. quem etiam refert, & sequitur post alios *Fontanell. de pact. nuptial. claus.*4. *glos.*23. *num.*11. subdens, cum hac opinione iudicasse Senatum in quibusdã causis per eum relatis, prout sic quoquè in *claus.*7. *glos.*2. *part.*2. *num.*6. contra ea, quæ dixerat *Thesaur. in decis.* 97. scilicèt supradictam opinionem non procedere, quando quis simpliciter reseruasset facultatem disponendi de tot florenis, sed solùm procedere, vbi quis reseruasset florenos tot, aut quid aliud, de quo disponere possit, quem etiã sequitur *Intrigl.* post alios *in singul.*112. *num.*20. & *Peregr. de fideicommiss. art* 40. *num.* 59. cùm contra eum iudicauerit Sacrum Consilium, vt refert *Vinc. de Franch.* in allegata *decis.*600. ex quibus rationibus sic etiam contra dictum *Thesaur.* tenet *Muta in decis. Sicil.*49. *nu.* 14. idem *Anna in collect.*317 & de supradicta quæstione latissimè *Mastrill. in dec.*277. *per tot. lib.*3.
3 vbi inquit, quòd quamuis hæc reseruatio spectet ad venientes ab intestato, non per hoc Fiscus propter confiscationem bonorum dicti donantis succedere possit in his bonis reseruatis, subdẽs sic decisum, quod multis rationibus comprobat, vt est videndus, sic etiam *Castill. in decis.*142. *lib.*2. vbi sic contra Fiscum fuisse iudicatum testatur.

Quid autem erit dicendum, quãdo quis fecerit donationem omnium bonorum præsentium, & futurorum, reseruato sibi
4 vsufructu, vita sua durãte, an introitus maturi, & fructus tempore mortis spectẽt ad ipsum donatorem, an verò ad hæredes ipsius donantis, quam quæstionem pro vtraque parte examinat *Vincent. de Franch. in decis.* 168. vbi propter difficultatem casus non fuit altèr decisus, tamen rectè propter rationes ab eo adductas colligere potes decisionem.

5 Circa id etiam, quod quæritur ab *Authore hic*, nùm verbum, *disponere*, trahatur ad actus

ad actus inter viuos, & quando, vide *Dom. Regentem Capycium Galeotam lib. 1. controuerʃ. cap. 10. nu. 2. cum ʃeq.* qui latè declarat materiam.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio pupillaris comprehensa in compendiosa excludit matrem à legitima. Pro veritate, num. 2.*

DECIS. CCLXXIII.

AD hanc quæstionem, de qua noster *Author hic*, an per substitutionem pupillarẽ comprehensam in compendiosa excludatur mater à legitima, adde quòd licèt aliqui dixerint, huiusmodi substitutionem etiam intra tempora pupillaris, substitutionem fideicommissariam, & non pupillarem censeri.

Tamen non est recedendum ab opinione nostri *Authoris*, scilicet aduersus matrem intra tempora pupillaris ætatis esse

1 directam, & substitutum totum capere, exclusa matre à legitima, prout hanc tanquàm veriorem, & communem tuentur *Thob. Non. in conʃ. 30. num. 3. & conʃ. 35. nu. 2. Bertazzol. conʃ. 29. col. 2. Riminaldi. conʃ. 267. num. 9. & conʃ. 270. nu. 65.* latissimè pro hac opinione vti magis communi quamplures referendo *Peregr. de fideicommiʃʃ. artic. 34. num. 39. verʃ. contra matrem* plenè *Ladereb. conʃ. 2. Hondad. in conʃ. 73. in fin. lib. 1.* qui ita iudicatum affirmat, & de magis communi, ac de receptiori opinione testatur, ità passim iudicari *Grattian. in tom. 3. diʃcept. forenʃ. cap. 407. num. 6. & ʃeqq. & per tot.* videndus, ità etiam *Rot. in deciʃ. 375. num. 3. in fin. par. 2. in recent.* sic sępè per Senatum decisum fuisse refert *Fontanell. de pact. nuptialib. clauʃ. 7. gloʃ. 1. part. 3. num. 58* plenè quoque *Griuell. deciʃ. Dolan. 41. num. 21.*

2 Verùm pro veritate huius quæstionis vide distinctiones, ac declarationes, quas ponit *Merlin. de legitim.* qui latè supradictam quęstionem examinat per extensum *in lib. 3. tit. 2. quaʃt. 14 per tot.* vbi ponit 87. num. cum multis decisionibus Rot. Rom. & Gratian. in d. cap. 407. ac Peregrin. & latè ex professo quęstionem istam cum omnibus limitationibus, & declarationibus, & explicat *Fuʃar. de ʃubʃtit. quaʃt. 242.* ad quos me remitto, sed *Mart. de ʃucceʃʃ. leg. part. 4. quaʃt. 30. artic. 5. à num. 26. cum ʃeq.* tenet indistinctè, quòd si compendiosa non sit facta cum expressa temporum dinumeratione, sed verbis cõmunibus, quòd tunc sẽper fideicommissum respectu matris iudicetur, & sic ipsa non excluditur, subdens, hanc verissimam esse, & communiorem opinionẽ, & secundùm eam fuisse per Rotam iudicatũ, latè pro matre infinitos colligit *DD. Barry de ʃucc. lib. 4. tit. an pupill. tacita excludat matrem*, & hãc eandem opinionem, quando adesset expressa temporum dinumeratio, scilicet vulgaritèr, pupillaritèr, & per fideicommissũ contra matrem, late firmat *Faber in ʃuo Codice, lib. 6. tit. 8. de impuber. & alijs ʃubʃtit. defìnit. 18. in fin.* aliàs si esset comprehensa in compendiosa, penitùs matrem, vel auiã à legitima excludi dicit in *in d. definit. 1. 2. & 3.* nisi aliter ex coniecturis appareat, cùm tũc etiam à legitima excludi inquit, & cõiecturas ipse enumerat *in d. definit. 3.* licèt vnam non sufficere subdat, coniecturas etiam refert *Barry de ʃucceʃʃ. d. tit. an pupill. tacit. exclud. matr.*

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus in expẽsis an teneatur etiam ad illas, quas victor propter eius contumaciam soluerat.*

DECIS. CCLXXIV.

1 DE hac quæstione, an condemnatus in expensis teneatur etiã ad illas, quas victor propter eius contumaciam soluerat, & de alijs similibus latissimè *Borrell. in ʃumma deciʃ. tom. 2. tit. de expenʃ.* videndus.

SVMMARIVM.

1 *Vasalli publica vrgente necessitate tenentur ad collectas pro bonis, pro quibus eis cõpetit immunitas, vnà cum eorum hominibus loci, in quo ipsi iurisdictionẽ habẽt, etiam si merum, & mixtum imperium haberent, vbi decisio Senatus.*

2 *Immunitas generalissima pro omnibus oneribus non comprehendit casum famis, pestis, & belli.*

3 *Immunitas generalissima concessa, excepto casu belli, non comprehendit casus famis, & pestis, vbi decisio Senatus.*

Limita, quando tempore cõcessionis immunitatis bellum, fames, & pestis vrgebãt, num. 7.

4 *Ecclesiastica persona tenentur ad collectas publicas urgente necessitate, licet non vi legis, sed rationis.*
Sed intellige, num. 6.
5 *Statuta laicorum ob publicam utilitatem, etiam Clericos comprehendunt.*

DECIS. CCLXXV.

PRO opinione nostri *Authoris hic* adde *Gasp. Thesaur.* videndum in *lib. 1. quæst. forens. quæst. 8 per tot.* ubi satis doctè probat, quod pu-
1 blica urgente necessitate ad similes collectas teneatur vasalli pro bonis, pro quibus eis competit immunitas, scilicet allodialibus, vn icum eorum hominibus loci, in quo ipsi habeant iurisdictionem, etiam si merum, & mixtum imperium haberent, subdens, sic fuisse in casibus prædictis decisum, quamuis bona prædicta non essent registrata, & fuissent possessa spatio 40. annorum absquè onerum solutione, quo casu etiam si quis immunitatem generalissimam haberet pro oneribus quibus-
2 cunquè, tamen sub ea non comprehenditur publica vtilitas, vel necessitas, veluti casus famis, pestis, & belli, tanquàm accidentales, ad quos immunitas non est porrigenda, *l. fistulas § fin. de contrahen. empt. l. Seio, § medico ff. de ann. leg.* & latè idem
3 *Thesaur. in d. lib 1. quæst. 13.* vbi ait, hoc esse, etiam si immunitas esset generalissimè concessa, excepto casu belli tantum, cùm hoc quoquè casu casum pestis, & famis non comprehendat, subdens sic contra hns immunes ad solutionem onerum, & expensarum factarū ex causa pestis fuisse decisum de anno 1591. in *d. q 8. nu. 12.* vbi sic similiter resolutum refert.
4 Quod adeò verum est, vt etiam Ecclesiasticæ personæ teneantur, (vt tamen rationis, nō autem legis, *Carain, Belarmin. in responsione*, quam fecit illi, qui scripsit contra *censuram* emanatam per *Summ. Pontif. Paulum V. contra Venetos, Surd. cons. 301. lib. 3 Vulpell. de libert. Eccles. p. 2. num. 21. cum seq*) vt latè prosequitur *Guterr. lib. 1. pract. qq. quæst. 3. num. 3. 4. 5. & seq. Poller. ad Capit. huius Regni Prædecessorum, sub num. 7. vers. in ò vltra, in tit. de Sacros. Eccles. Pestas. in tract. de æstim. & collect. part. 4. cap. 1. nu. 15. vers. limitatur, Bertachin. de collect. 7. part. princ. num. 19. & seq.* vbi plene, ita etiam ea ratione singulariſsimè *Vincent. de Franch. in decis. 9.* inquit, Principem tempore penuriæ posse pretium frumenti, & aliarū frugum etiam pretio viliori statuere, & moderari, & q in
5 dicta *Pragmatica* comprehendantur etiā frumenta Clericorum, & Religiosorum, subdens sic per Regium Collaterale Consilium cum interuentu aliquorum ex Regijs Consiliarijs S. C. fuisse iudicatum, prout etiam *Viuius in de cis. 18. num. 1. 11. & seq. Episc. Minor. in praxi Episc. in verbo pragmatica. § 2. fol. 165* latè *Menoch. cons. 800. num. 87. & seq.* qui loquitur in multis casibus, in quibus Clerici ligantur statutis laicorum, emanatis ob publicā vtilitatem, & latè quoquè *Mastrill. decis. 17. part. 1.* intelligendum tamen non vi legis, sed rationis, vt dixi.

Verùm quāmuis Ecclesiasticæ personæ compelli possint ad onus collectarum, existente, & imminente necessitate, ob publicam vtilitatem, ad quas etiam tenentur forenses, ad tradita per *Castill. in dec. 108.*
6 *num. 22. part. 3.* tamen hæc solutio permittitur habitò recursu ad Summum Pontificem, vel si vrgens immineat necessitas, authoritate Ordinarij, non autem Iudicis sæcularis, vt ex pluribus corroborat *Abb. in cap. 4.* vbi ponit quatuor requisita, ad hoc vt Clerici teneantur ad onera collectarum *sub num. 5. de immunit. Eccles.* latè *Gutier. d. quæst. 3* vbi reiectis argumentis *Luc. de Penna, Rebuff.* & aliorum contrarium sustinentium hanc firmat sententiam sub *nu. vers. quia tenendum, vsquè ad finem, Pestas. in citato tract. par. 4 cap. 1. num. 21. vers. hoc. Guid. Pap decis. 78.* post eum, & alios *Io. Franc. de Ponte de potest. Proreg. tit. de regal. imposit. § 1. num 62.*

Limita primam conclusionem, quando immunitas fuisset concessa per Communitatem per viam contractus, tempore, in quo necessitas prædicta vrgebat, quoniā
7 eo casu ratione dictæ immunitatis quis non teneretur ad collectas prædictas, vt pluriès decisum testatur *Thesaur.* in citata *quæst. 8. num. 13.*

SVMMARIVM.

1 *Cautio præstanda est à petente sententiæ executionem, quando ab ea possit reclamari, vel appellari, vbi de stilo Sacr. Cons. & debet præstari parte non petente, num. 3.*
Intellige, quando infra decem dies fuisset appellatum, seu reclamatum, num. 2.
4 *Cautio quando præstatur ad obtinendam executionem non est necessarium, tam per*

per partem acceptari, sed satis est, quòd à Iudice recipiatur.

5 *Exequutio sententiæ quòad principale per supplicationem retardari non potest, secus quòad expensas.*

6 *Et quid quòad fructus, vbi quis condemnatus esset ad restituendum rem cum fructibus.*

DECIS. CCLXXVI.

PEtens exequutionem sententiæ, à qua potest reclamari, vel appellari tenetur cautionē præstare, prout obseruatur de stilo Sacri Consilij, vt dixi in *decis.* 57. cuius sententia licèt
1 habeat exequutionem paratam, tamen illa non admittitur absquè dicta cautione in casu retractationis, quod procedit, quãuis fuerit à victo ad Principem supplicatum, vt est de stilo dicti nostri Tribunalis, vltrà quòd hoc expresè cauetur ex *Auth. quæ supplicatio, C. de precib. Imper. offeren. glos. in cap. ex literis. in verb. supplicatio, de restit. in integr.* vt tenet *Marant. in specul. part. 6. tit. de appellat. num.* 15. *& seqq. & membr. 8. num. 26. Abb. in cap. cùm susceptata, num.* 10. *eod. tit. de restit. in integr. Affl. in decis.* 356. *numer.* 2. *Guid. Pap. decis.* 189. *&* 240 sic demùm latissimè *Vincent. de Franch. in decis.* 603. *&* 646. verùm dicta
2 cautio est præstanda, quando à dicta sententia infra decem dies fuisset reclamatũ, secus si post decem dies, nam tunc mandatur exequutioni absquè aliqua cautione, prout testatur *Vinc. de Franch.* in citata *decis.* quàmuis ab ea non possit appella-
3 ri, sed solùm reclamari, vt *ibi*, quæ cautio debet præstari etiam parte non petente, vt probaui in dicta *decis.* 57. verum in casu, quo hæc cautio pro obtinenda exequu-
4 tione sit præstanda, non est necesse, quòd per partem hæc cautio acceptetur, sed satis est, quòd à Iudice recipiatur, aliàs nunquàm pars consentiret, vt fieret exequutio, ad tradita per *Rebuff. ad Const. Regni, art. 1. glos. 15. nu. 3 Sola ad Constit. Sabaud. rubr. de consilus. in caus. decr. vt nihil, par. 3. glos. 1 num. 17.*

Intellige tamē supradictã conclusionē, quòd licèt exequutio sententiæ fieri possit, non obstante reclamatione, & sic quòd supplicatio ipsam non retardet, hoc est
5 quòad principale per sententiam terminatum, non autem quòad expensas, ad quas victus condēnatus extitit, vt ex *Ritu M. C.* 252. incip. *Item si contingat*, vbi latè *Caravit. num.* 5. prout sic per S. C. fuisse decisum testatur *Affl. in decis.* 231. quod nouũ in Regno esse ait *Marant. in loco* citato, *num.* 16. cùm *text. d. auth. quæ supplicatio* hoc dubium non aperiat, sed generalitèr dicat, quòd sententia exequatur, non obstante supplicatione, licèt quòad fructus,
6 vbi quis esset condemnatus ad restituendum rem cum fructibus, contrarium teneant *Giurb. decis.* 81. *& Mastrill. decis.* 99. *&* 223. dicentes, quòd supersederi debet in reclamatione, donec restitutio fructuũ facta fuerit, sed contrariũ per S. C. sub die 8. Aprilis 1634. ad relationem doctissimi Consiliarij Dom. Andreæ Prouenzani obtinui in causa Scipionis de Henrico contra Alphonsum de Ritio, penès Act. Mag. Strinã, ex quo fuit dictum, quòd procedatur ad expeditionem causæ reclamationis, oppositis nō obstantibus, cùm pro parte aduersa fuerat præsuppositũ, supersedendum esse in causa reclamationis, donec facta fuisset liquidatio, & restitutio fructuum, quod decretum fuit per idem S. C. loco reclamationis confirmatum.

SVMMARIVM.

1 *Pactum, vel statutum, quòd solutio debiti non possit probari, nisi per scripturam, valet, vbi decisio S. C.*

Amplia, quamuis produceretur apoca, quæ de per se nullam fidem faceret, sed tota vis in testibus consisteret, num. 3.

Limita, quando probatio fuisset admissa absquè oppositione pacti, & indè sententia fuisset subsequuta, num. 4.

Sed contrarium, num. 5.

Intellige, num. 8.

2 *Scriptura deperdita non potest probari per testes, vbi lex eorum probationi non confidit.*

6 *Interpretatio semper sumi debet secundùm possibile, & prout actus fieri possit.*

7 *Amissio instrumenti, & eius tenor potest per testes probari, item amissio instrumēti emphyteutici, inuentarij, testamenti, & similium.*

8 *Testes ad probandam solutionem aduersus instrumentum debent esse omni exceptione maiores.*

Limita, si essent instrumentarij, num. 10.

9 *Quilibet testis præsumitur integer, bonus, & legalis.*

11 *Solutio debiti instrumētarij non potest probari, nisi per quinq; testes omni exceptione maiores.*

Intellige, vbi contractus de per se scripturã requirebat, vbi decisiones Senat. Magn. Cur. Vic. & Sacri Consilij contra Paul. de Castr. in l. contractus, de fide instr. *num. 12.*

13 *Scriptura nõ est de essentia contractus solo consensu perfecti; quàmuis Notarius rogatus fuisset, vt illam conficeret.*

Limita, quando esset dictũ, quòd de tali contractu fieret scriptura, aliter nõ valeret, num. 16.

Item limita, vbi contractus plura capita haberet, de quibus difficile inter contrahentes conueniri posset absquè scriptura, num. 17.

14 *Contractus erit perfectus, quàmuis partes aliqua accidẽtalia circa modum solutionis mutarent.*

15 Paul. de Castr. in l. contractus, C. de fide instrum. *limitatur, vbi pars pretij, vel arrha fuerit soluta.*

DECIS. CCLXXVII.

AD hancquæstionem, de qua noster *Author hic*, an statutum, vel
pactum, quòd solutio nõ possit
probari, nisi per scripturam, seù
instrumentum, valeat, ita vt illa non possit
probari per testes, adde quòd quãuis mul-
1 ti multa dixerunt. Dùm aliqui tenent,
pactum hoc valere, ex *tex. in l. contractus,*
C. de fide instrument. Alex. in cons. 50. nu. 1.
lib. 5. latè *Bald. in l. certi condictio, §. quo-*
niam, ff. si certum petatur, cùm possint par-
tes ad hoc se restringere per pactũ, ad tra-
dita per *Specul. in tit. de probat. §. fin. vers.*
sed quid si debitor iurauit, vbi *Io. Andr.* sic
etiam *Abb.* & alij apud *Alex. in cons. 102.*
viso processu, num. 5. vers. item quia in in-
strumento, vol. 5. prout valere hoc pactum
voluerunt *Dec. in cap. 1. num. 13. vers. po-*
stremo, extra de probat. plenè *Marsil.* vbi
discutiendo ad partes hanc opinionem
affirmat in *rubr. de probat. num. 42. versic.*
modò, & Thesaur. in decis. 260. num. 5. pro-
ut sic per S.C. decisum refert *Vrsill. ad Af-*
flict. in decis. 398. hanc quoquè *Galter. in*
praxi liquidat. instrum. in 2. part. 3. & vlt.
part. prime rubr. 2. num. 39. fol. mihi 159. &
seq. Roland. cons. 88. num. 4. vol. 3. Molfis.
ad Consuet. Neap. par. 7. quæst. 15. num. 22.
Prece. de præsent. instrum. par. 16. q. 3. & 4.
Vinc. de Franch. in decis 361. n 4. & ea ra-
tione mouentur, quia probatio per testes
cõtinet suspitionẽ subornationis, falsitatis,
& similium, in Dei offensionem, pernitiẽ
Reipublicæ, ac in damnum proximi, vt
post multos probat idem noster *Author*
in cons. 54. & 134. vol. 1. latè quoquè *Cu-*
mia in Rit. Magn. Cur. Sicil. cap 17. nu. 56.
vbi quando statutũ specialitèr prouidet,
probationem non nisi per instrumentum
fieri posse, quòd Iudex alitèr se intromit-
tere non potest, nec debet, nisi formalitèr
id exequendo, ex *text. in l. 1.* vbi notat *An-*
gel. ff. de vsufruct. prout ad hoc faciunt sin-
gularitèr notata per *Gratian. in tom. 1. di-*
scept. forens. cap. 168. per tot. nam quando
2 lex non confidit probationi testium, sed
solius scripturæ, tunc neque sufficiet pro-
batio testium, qui deponerent, scripturas
esse deperditas, licèt probarent illarum
tenorem, & allegat *Gonzal. de alternat.*
glos. 18. num. 82. qui loquitur in casu *Con-*
cil. Trident. sess. 25. cap. 9. de reformat. vbi
probatio requisita per *Concilium Triden-*
tinum in iurepatronatus Communitatum
per scripturas autheuticas, excludit testes
probantes amissiones scripturarum pro-
pter vsurpationes, quæ præsumuntur in
personis, de quibus idem *Concilium* loqui-
tur, vt in terminis est *decis. Rot.* relata post
Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glos. 18. nu. 82.
quẽ sequitur idem *Gratian.* in citato *cap.*
168. num. 22. & Rot. in decis. 199. num. 4.
part. 2. in nouiss. vbi hanc esse magis tutã,
quòd testibus non sit fidendum propter
vsupationes ostenditur.

3 Et hoc procederet, quãuis ad proban-
dam solutionem produceretur apoca, quæ
de per se nullam fidem faceret, sed tota
vis in testibus cõsisteret, vt singularitèr per
Alexand. in cons. 68. col. 1. vers. non obstat,
lib. 3. vbi *Incertus Author in addit.* quem
& alios hanc partẽ tuendo sequitur *Car-*
thar. in decis. Rot. Ianuens. 9. circ. fin. versic.
quod sine dubio.

Quàmuis hoc limitaretur, vbi probatio
fuerit admissa absquè oppositione dicti
4 pacti, & indè sententia fuisset subsequuta,
eo enim casu probatio, & sententia susti-
nerentur, nec creditor poterit in secunda
instantia, scilicet appellationis hoc pactũ
opponere, vt decisum refert *Thesaur. filius*
in addit. ad suum Genitorem in d. decis. 260.
vbi etiã allegat *Monter. in decis. Arag. 30.*
vbi, an publicatis testibus hoc pactũ possit
opponi.

Contrariũ autem alij tenent, quòd hoc
5 pactum non valeat, quàmuis nihil turpe
contineat, tamen illud reiiciendũ, ex quo
per eum coangustatur materia probatio-
num, contra *text. in l. quoniam, C. de hæret.*

& Ma-

& *Manich.* vt voluerūt *Afin. in praxi Iudic. §. 22. cap. 12. limit. 1. num. 2. Abb. in cap. 2. num.* 10. *vers. venio nunc ad tertium, & ibi Felin. num. 16. & seq. de probat. Florian. in l. Aquilia, ff. ad leg. Aquil. Butr. in cap. si diligenti, de for. compet. Paul. de Cast. in l. pactum inter haredes, num. 5. ff. de pact. Bald. in auth. iubemus, post num. 7. vers. & ideò illa, C. de iudic.* vbi etiam quòd tale pactum esset iuratum, ità etiam *Vrsinus in opin.* 575. *part.* 2. *Mascard. de probat. conclus.* 480. *Peregrin. in decis. Patauin.* 149. *num.* 3. infinitos colligit *D. de Ponte in cons.* 6. *num.* 16. & 17. *lib.* 1. hanc etiam sequitur *Reg. Rouit. in pragm.* 1. *de locat. & conduct. num.* 16. prout iudicauit Sacrum Consilium in anno 1628. referente Regio Consiliario Matciano, in causa Siluiæ Brigazzanæ cū illis de Malangulis, Actuario de Simeone, Tipaldo Scriba, vbi stante pacto prædicto in instrumento apposito, fuit
6 dictum, licere probari per testes, nam semper debemus sumere interpretationem secundū possibile, & prout actus fieri possit, ad *text. in l. stipulatio ista, §. hi, ad fin. ff. de verb. oblig. l. regula, §. & licet, ff. de iur. & fact. ignor.* quasi lex, vel statutū debeat sēper intelligi in casibus, & capitulis, quæ possunt adaptari, *l.* 1. *§. lex falcidia, ff. ad leg. falcid. Alexand. in cons.* 81. *num.* 11. *vers. confirmo, nam dispositio, lib.* 6. vt in terminis concludit *Castr. in l. testium* 14. *num.* 9. *col.* 3. *in princ. vers. sin verò facta,*
7 *C. de test.* vbi quòd poterit probari amissio, & tenor scripturæ, *Oldrad. in cons.* 254 *num.* 24. *col. penult. vers. præterea ad illud obiectum,* adeò vt probatis tenore, & amissione dicti instrumēti, probetur debitum, ac si de eo ostendisset instrumentū, ad tradita per *Bald. in cap.* 1. *§. si enim domino, num.* 1. *vers. nota, quòd licet, tit. quid sit inuestit.* prout voluit *Henric. Bouer. in singul. in verb. instrumentum,* cum alijs per *Mascard. de probat. in conclus.* 480. *nu.* 4. & hoc siuè scriptura sit de substantia actus, siuè de necessitate probationis, probatis tamen illis tribus, scilicet facto, scriptura, & casu, secundùm opinionem *Bart. in l. testium, C. de testib.* & in *l. sicut iniquum, C. de fide instrum. Marsil.* in citata *rubr. de probat. num.* 39. & 333. *cum seq.* & meliùs, ac copiosè *Amic. de iur. emphyt. quæst.* 44. *per tot.* vbi latissimè, quando est adhibenda fides testibus circa amissionem scripturæ emphyteuticæ, inuentarij, testamenti, & aliarum scripturarum publicarum.

Tamen omnes supradicti pro vtraque parte DD. ad inuicem concordantur, ex
8 quo isti, qui tenent, hoc pactum non valere, dicunt, probationem istam fieri debere per quinque testes, quæ probatio instrumento æquiparatur, vt latè probant *Marsil.* in citata *rubr. num.* 38. & omnes supracitati DD. & sic si pactum, vel statutum omnem probationem tolleret, non valeret, *Molfes. ad Consuet. Neap part.* 7. *q.* 15. *num.* 22. & hoc nō est mirum, nam appellatione instrumemtorū etiam testes comprehenduntur, *l.* 1. *de fide instrum. cap. peruenit, il primo, extra de testib. cogend.* cum alijs per *D. Regentem Rouitum in loco* citato, & *Cenc. de censib. part.* 3. *cap.* 1. *quæst.* 3. *artic.* 10. *num.* 8. quo casu dicti testes debent esse omni exceptione maiores, prout tradit *Roland. in cons.* 88. *vol.* 3. *Foller. de censib. fol. mihi* 544. *num.* 66. *Visccont. in suis conclus. in verb. pactum,* vt etiam ex multis rationibus cōprobat *Mascard. de probat.* dicens, hanc esse communem in *conclus.* 1254. *num.* 12. *cum seq. & Paris. cons.* 152. *num.* 4. *vol.* 4. in qua testium examinatione debēt interuenire illa quatuor requisita *text. in l. in testibus, ff. de testibus,* scilicet fides, dignitas, mores, & grauitas, & ità in praxi in his nostris Regijs Tribunalibus sæpè obseruari vidi, vt etiam sic tradit *Angel. in l. negare, ff. quemadm. testament. aper.* vbi inquit, quòd quotiescunquè opinio testium est causa inductiua plenæ probationis, quæ alids plena non esset, tūc de optima opinione est articulandum, & probandū, quem etiam sequitur *Mascard.* in citata *conclus.* 1254. *num.* 13. sic etiam *Barbat. cons.* 32. *nu.* 5. *lib.* 1. *Paris. cons.* 24. *num.* 14. *lib.* 3. *Bursat. cons.* 135. *nu.* 5. *lib.* 1. vbi ait, hanc esse communem, *Honded. consil.* 33. *nu.* 100. *lib.* 2. *Ladereb.* qui alios colligit in *cons.* 183. *num.* 9. licèt *Albens. in cons.* 244. *num.* 6. *lib.* 2. dicat, quòd tunc est articulāda, & probāda ista qualitas, quando à parte hoc fuerit oppositum, aliàs secus, & allegat *Curt. de testib. concl.* 35. cùm
9 quilibet testis præsumatur integer, bonus, & legalis, *l. penult. §. final. ff. de var. & extraord. crimin. l. quæcunque, §. fin. ff. de publican. Alciat. de præsumptionib. regul.* 3. *præsumpt.* 2. *Farinac. de testibus, quæst.* 47. *num.* 277.

Secus autem, si testes essent instrumen-
10 tarij, quia tunc non requiritur, vt sint omni exceptione maiores, *Corn. consil.* 232. *col.* 3. *vers. nō obstat, lib.* 1. *Crauett. cons.* 56. *nu.* 9. *& seq. Vrsinus decis.* 400. *Bertazzol. de clausul. claus.* 2. *glos.* 2. *num.* 13. ex quo

 cen-

censentur approbati à partibus, vt ex *Viuio in d.decis.*

Verùm hoc non solùm procedit respectu dicti pacti, quòd solutio non possit probari per testes, nisi per instrumentum,
11 sed respectu ipsius instrumenti, nam quotiescunq; quis vellet probare solutionem, seu satisfactionem alicuius instrumenti, non poterit illam probare, nisi per quinq; idoneos testes, ad *tex. in l.testium, de testib.* & sic aduersus contractum in scriptis celebratum admittitur probatio per quinq;
12 testes idoneos. Quod tamen intellige, quando contractus de per se requirebat scripturam, alioquin si scriptura non esset de essentia contractus, nec ille eam requirebat, & dictus cōtractus fuisset in scriptis celebratus, tunc non sunt necessarij quinq; testes, sed tres sufficiunt, veluti in emptione, & venditione, nam quamuis cōtractus emptionis, & venditionis esset in scriptis celebratus, non tamen scriptura esset de essentia contractus, quia antè scripturam contractus perfectus erat, & partes non poterant ab eo recedere, & sic pœnitere, prout ex *glos.fin. in l.contractus, vers.in scriptis, C.de fide instrum.* & sic scriptura illa dicitur facta ad probationē, & ad futuram rei memoriam, vt ex dicta *glos. in 3.opinione*, quamuis partes de illo contractu instrumentum rogauissent, *l.contrabitur, ff. de pignor.* prout communitèr *Doctores* sequuti *glos.* opinionem in *loco* citato, vt dicit *Grat. in consl.*107. *num.*4. *& 6. Gabriel. commun. conclus. tit. de pact. conclus.*3.*num.*1.*vers.contrarium, Brun.in tract. de forma, sub rubr. ex quibus consist. form.& solemn.vers.est tamen aduertendū*, prout ita tenuit *Rot.* apud *Put.in decis.*13. *lib.*3. vbi inquit, cōmunitèr reprobari opinionem contrariam *Paul. de Castr. in d. l. contractus*, contra quem multos colligit *Doctores*, & decisiones, ei respondendo *Thesaur. in decis.*197. subdens, sic cum hac opinione, reprobata illa *Castrensis*, & eius sequacium fuisse iudicatum per Senatum, & *ibi eius filius in addition.* sic quoquè sæpè per Sacrum Consilium fuisse decisum refert *Gizzarell. in decis.*72. *in nouiss.* hanc etiam tuetur, (reprobando illam *Castrens.* opinionem) *Alex. Trentacinq. in lib.*3. *variar.resolut. tit.de empt.& vendit.resolut.*14. prout quoquè cum pluribus rationibus contra dictum *Paul.de Castr. in loco* citato tuetur *Mantic. de tacit.& ambig.lib.*1.*tit.*10.*per tot.* non omittendus, *Centius de censib.part.*3.*cap.*1.*q.*3. *art.*10. vbi redemptio census non est probanda per scripturam, cùm sufficiāt duo, vel tres testes, & ità in quadam causa Petri Pauli Vicinanzo, contra Pirrum Galteriū Terræ Morroni, in Magna Curia post longam discussionem obtinui de mense Martij in anno 1627. referente eruditissimo Viro, ac Domino meo Marco Maresca, tunc in ciuilibus Iudice, Actuario Luca Maresca. De Neapoli Scriba, in qua causa controuertebatur, quòd dùm dictus Petrus Paulus præuio publico instrumento vendiderat quodam petium terræ dicto Pirro Galterio pro ducatis biscentū, quos in eodem instrumento dictus Petrus Paulus confessus fuerat habuisse, & recepisse pro pretio dictæ terræ, & cùm post decem annos dictus Pirrus egisset in dicta Magna Curia pro cōsignatione possessionis dicti territorij, randem quia ex multis apparebat, contractum prædictum fuisse simulatum, dictus Pirrus videns circa possessionem malam fouere causam, egit pro restitutione dictorum ducatorum biscentum solutorum dicto Petro Paulo, & quia dictus Petrus Paulus per tres testes iam probauerat, solutionem prædictam fecisse dicto Pirro in frumento, & alijs frugibus, fuit dubitatum, si probatio per dictos tres testes sufficiens erat ad probandam solutionem contra prædictum instrumentum,
13 vndè cùm replicassem per supradicta iura, hunc contractum esse emptionis, & venditionis, qui solo consensu perficiebatur, & sic de per se absquè scriptura erat validus, interueniente tamen scriptura nihil de nouo inducębat, sed solùm probationem ad futuram rei memoriam, contra ea, quæ dixerat *Paul. de Castr.* sententia cuius ea nititur ratione, quòd cùm contrahētes velint, scripturam fieri à Notario, videntur velle, quòd Notarius adscribat diem, quo fuerit rogatus, hoc autem facilè conceditur, sed non sequitur, quòd contractus non possit intelligi perfectus, nam quàmuis sit perfectus, tamen potest Notarius instrumentū cōscribere, nec propterea sequitur, quòd contrahentes voluerūt suspendere contractum in diem, quo fieri debeat instrumentum, vt respondit *Dec.in consl.*340. *num.*2. qui *ibi* etiam subdit, contra opinionem *Castrens.* communem esse opinionem, & practicam, nam quando priùs celebratur contractus, & deindè dictū fuit, quòd fieret scriptura, illa dicitur accedere ad faciliorem probationem, *d.l.contrabitur, ff.de pignor.* & sic non obstaret *text.d.l.testium, C.de*

C. de testib. Fuit demùm per dictam Magnam Curiam facto verbo dictum, quòd manuteneatur in possessione prædictus Petrus Paulus Vicinanzo, nec nō condemnetur prædictus Pirrus Galterius ad cassandum instrumentum dictorum ducatorum biscentum, de qua sententia cùm fuisset pro parte dicti Pirri appellatum ad Sacrum Consilium, ampliùs de ea loquutum non fuit.

14 Et hæc cōclusio procedit, etiam si postquàm fuerit de re, & pretio conuentum, aliqua pacta non substantialia, veluti circa modum solutionis alterarentur, dùm remanet firma substantia, non ex hoc censetur cōtractus imperfectus, sed quòd partes voluerint pro additamento tantū contractum reformare, vel mutare, vt ex multis firmat *Bursat. cons. 100. num. 10. in fin. & 21. vol. 1.* & supradicta eo maximè procedunt, quando pars pretij fuerit soluta, vel nomine arrhę, nam tunc etiam attenta opinione *Paul. de Castr. in d. l. contractus*

15 non erit locus pœnitentiæ, *glos. in l. 2. verbo recuperare, C. quando lic. ab empt. disced. Antharan. quæst. famil. 21. num. 30. part. 1. Caualc. decis. 27. part. 2. num. 44.*

Tamen hæc conclusio limitatur duobus modis, primò scilicet, quando inter partes conuentū esset, quòd de contractu conficiatur scriptura publica, alitèr non

16 valeat, tunc enim scriptura illa dicitur de substantia contractus, & conuentio de per se non valeret, cùm semper esset locus pœnitentiæ, prout declarant omnes supracitati *DD.* & *Vrsill. ad Afflict. in decis. 39.* vbi inquit, sic fuisse decisū, sic etiam *Thesaur. in d. decis. num. 7.*

Secūdò, quando conuentio, seù contractus, de quo tractaretur, haberet pluta ca-

17 pita, & pacta, de quibus difficilè inter cōtrahentes conueniri posset, nisi facta scriptura, vt latè *Thesaur. in d. dec. 197. in fin. vers. limitatur hæc opinio.*

SVMMARIVM.

1 *Mulier minor non potest bona æstimata in dotem dare absq; Iudicis decreto, vbi decisio Senatus.*
2 *Æstimatio emptionem facit.*
3 *Hæredes mariti non tenentur eadem bona æstimata in dotem data vxori restituere, vbi decisio Senatus.*
Amplia, quamuis maritus simplicitèr promisisset dotem restituere, num. 4.
Intellige, si tempore æstimationis maritus fuisset soluendo, aliàs vxor iure proprio poterit illa vendicare, num. 5.
Contrarium verius, num. 6.
Limita, si pactum præcederet, vt soluto matrimonio dicta bona æstimata reddantur pro eodem pretio, num. 8.
7 *Intellectus* l. in rebus, cum glos. C. de iure dotium.
9 *Æstimatio rei in dotem data ad finem sciendi illius valorem dominium non transfert.*
10 *Mulier minor non potest bona in dotem dare etiàm æstimata absq; Iudicis decreto, supposito statuto, vel pacto de lucranda dote, vbi decisio Rotæ Romanæ.*
Limita, quando statutum dotem constitueret, num. 20.
Item si iuramentum interueniret, nu. 21.
11 *Tutor, vel curator non potest dotem in immobilibus minori constituere absquè Iudicis decreto, stante pacto, vel statuto de ea lucranda.*
Amplia, quamuis dos fuisset à patre relicta, num. 15.
Contrarium, num. 16.
Intellige, num. 17.
12 *Minor absquè solemnitatibus potest bona sua pro dotis restitutione obligare.*
13 *Bona minoris ipso iure censentur obligata pro restitutione dotis per ipsum recepta.*
14 *Maritus recipiēdo dotem, dicitur patrimonium suum augere.*
18 *Pater pecuniam ad honestum lucrum sibi à filia minore datam, non potest in dotem genero suo concedere absquè Iudicis decreto.*
Intellige, si esset tutor, secus si legitimus administrator, num. 19.
21 *Minor ex iuramento obligatur, vbi decisio Rotæ Bononiæ, & num. 35.*
22 *Alienatio rei minoris ad hoc vt sustineatur quæ requirantur.*
23 *Minor non potest pro soluēdo debito testatoris absquè Iudicis decreto se obligare.*
24 *Vtilitas sola non sufficit, vt valeat alienatio rei minoris, quamuis res sit sterilis, & num. 25.*
Limita, si sit euidentissima, num. 28.
Contrarium verius, num. 33.
Limita, vbi esset periculum amissionis, num. 34.
Item si iuramentum interuenerit, nu. 35.
Item in Principe, num. 41.
26 *Decretum Iudicis non sufficit, vt alienatio rei minoris sustineatur, si requisita in causa cognitione deficiant.*
27 *Necessitas alienandi rem minoris debet esse in præ-*

censentur approbati à partibus, vt ex *Vi-uno in d. decis.*

Verùm hoc non solùm procedit respe-ctu dicti pacti, quòd solutio non possit probari per testes, nisi per instrumentum,
11 sed respectu ipsius instrumenti, nam quo-tiescunq; quis veller probare solutionem, seu satisfactionem alicuius instrumenti, non poterit illam probare, nisi per quinq; idoneos testes, ad *tex. in l. testium, de testib.* & sic aduersus contractum in scriptis ce-lebratum admittitur probatio per quinq;
12 testes idoneos. Quod tamen intellige, quando contractus de per se requirebat scripturam, alioquin si scriptura non esset de essentia contractus, nec ille eam requi-rebat, & dictus cōtractus fuisset in scriptis celebratus, tunc non sunt necessarij quinq; testes, sed tres sufficiunt, veluti in emptio-ne, & venditione, nam quamuis cōtractus emptionis, & venditionis esset in scriptis celebratus, non tamen scriptura esset de essentia contractus, quia antè scripturam contractus perfectus erat, & partes non poterant ab eo recedere, & sic pœnitere, prout ex *gloss. fin. in l. contractus, vers. in scriptis, C. de fide instrum.* & sic scriptura illa dicitur facta ad probationē, & ad fu-turam rei memoriam, vt ex dicta *gloss. in 3. opinione*, quamuis partes de illo contra-ctu instrumentum rogauissent, *l. contrahi-tur, ff. de pignor.* prout communitèr *Do-ctores* sequuti *glos.* opinionem in *loco* cita-to, vt dicit *Grat. in consf. 107. num. 4. & 6. Gabriel. commun. conclus. tit. de pact. con-clus. 3. num. 1. vers. contrarium, Brun. in tract. de forma, sub rubr. ex quibus consis. form. & solemn. vers. est tamen aduertendū*, prout ita tenuit *Rot.* apud *Put. in decis. 13. lib. 3.* vbi inquit, cōmunitèr reprobari opi-nionem contrariam *Paul. de Castr. in d. l. contractus*, contra quem multos colligit *Doctores*, & decisiones, ei respondendo *Thesaur. in decis. 197.* subdens, sic cum hac opinione, reprobata illa *Castrensis*, & eius sequacium fuisse iudicatum per Senatum, & *ibi eius filius in addition.* sic quoquè sæpè per Sacrum Consilium fuisse decisum refert *Gizzarell. in decis. 72. in nouiss.* hanc etiam tuetur, (reprobando il-lam *Castrens.* opinionem) *Alex. Trenta-cinq. in lib. 3. variar. resolut. tit. de empt. & vendit. resolut. 14.* prout quoquè cum plu-ribus rationibus contra dictum *Paul. de Castr. in loco* citato tuetur *Mantic. de ta-cit. & ambig. lib. 1. tit. 10. per tot.* non omit-tendus, *Centius de censib. part. 3. cap. 1. q. 3. art. 10.* vbi redemptio census non est pro-banda per scripturam, cùm sufficiāt duo, vel tres testes, & ità in quadam causa Petri Pauli Vicinanzo, contra Pirrum Galterii Terræ Morroni, in Magna Curia post lon-gam discussionem obtinui de mense Mar-tij in anno 1627. referente eruditissimo Viro, ac Domino meo Marco Marescа, tunc in ciuilibus Iudice, Actuario Luca Maresca. De Neapoli Scriba, in qua cau-sa controuertebatur, quòd dùm dictus Pe-trus Paulus præuio publico instrumento vendiderat quodam petium terræ dicto Pirro Galterio pro ducatis biscentū, quos in eodem instrumento dictus Petrus Pau-lus confessus fuerat habuisse, & recepisse pro pretio dictæ terræ, & cùm post de-cem annos dictus Pirrus egisset in dicta Magna Curia pro cōsignatione possessio-nis dicti territorij, tandem quia ex multis apparebat, contractum prædictum fuisse simulatum, dictus Pirrus videns circa pos-sessionem malam fouere causam, egit pro restitutione dictorum ducatorum biscen-tum solutorum dicto Petro Paulo, & quia dictus Petrus Paulus per tres testes iam probauerat, solutionem prædictam fecisse dicto Pirro in frumento, & alijs frugibus, fuit dubitatum, si probatio per dictos tres testes sufficiens erat ad probandam solu-tionem contra prædictum instrumentum,
13 vndè cùm replicassem per supradicta iura, hunc contractum esse emptionis, & vendi-tionis, qui solo consensu perficiebatur, & sic de per se absquè scriptura erat validus, interueniente tamen scriptura nihil de no-uo inducebat, sed solùm probationem ad futuram rei memoriam, contra ea, quæ di-xerat *Paul. de Castr.* sententia cuius ea niti-tur ratione, quòd cùm contrahētes velint, scripturam fieri à Notario, videntur velle, quòd Notarius adscribat diem, quo fuerit rogatus, hoc autem facilè conceditur, sed non sequitur, quòd contractus non possit intelligi perfectus, nam quàmuis sit perfe-ctus, tamen potest Notarius instrumentū cōscribere, nec propterea sequitur, quòd contrahentes voluerūt suspendere contra-ctum in diem, quo fieri debeat instrumen-tum, vt respondit *Dec. in consf. 340. num. 2.* qui *ibi* etiam subdit, contra opinionem *Castrens.* communem esse opinionem, & practicam, nam quando priùs celebratur contractus, & deindè dictū fuit, quòd fie-ret scriptura, illa dicitur accedere ad faci-liorem probationem, *d. l. contrahitur, ff. de pignor.* & sic non obstaret *text. d. l. testium,*

C. de testib. Fuit demùm per dictam Ma-
gnam Curiam facto verbo dictum, quòd
manuteneatur in possessione prædictus
Petrus Paulus Vicinanzo, nec nō condem-
netur prædictus Pirrus Galterius ad cas-
sandum instrumentum dictorum ducato-
rum biscentum, de qua sententia cùm fuis-
set pro parte dicti Pirri appellatum ad Sa-
crum Consilium, ampliùs de ea loquutum
non fuit.

14 Et hæc cōclusio procedit, etiam si post-
quàm fuerit de re, & pretio conuentum,
aliqua pacta non substantialia, veluti cir-
ca modum solutionis alterarentur, dùm
remanet firma substantia, non ex hoc cen-
setur cōtractus imperfectus, sed quòd par-
tes voluerint pro additamento tantū con-
tractum reformare, vel mutare, vt ex mul-
tis firmat *Bursat. cons. 100. num. 20. in fin.
& 21. vol. 1.* & supradicta eo maximè pro-
cedunt, quando pars pretij fuerit soluta,
vel nomine arrhę, nam tunc etiam attenta
opinione *Paul. de Castr. in d. l. contractus*
15 non erit locus pœnitentiæ, *glos. in l. 2. ver-
bo recuperare, C. quando lic. ab empt. disced.
Ancharan. quæst. famil. 21. num. 30. part. 1.
Cauale. decis. 27. part. 2. num. 44.*

Tamen hæc conclusio limitatur duo-
bus modis, primò scilicet, quando inter
partes conuentū esset, quòd de contractu
conficiatur scriptura publica, alitèr non
16 valeat, tunc enim scriptura illa dicitur de
substantia contractus, & conuentio de per
se non valeret, cùm semper esset locus pœ-
nitentiæ, prout declarant omnes supraci-
tari *DD.* & *Vrsill. ad Afflict. in decis. 39.*
vbi inquit, sic fuisse decisū, sic etiam *The-
saur. in d. decis. num. 7.*

Secūdò, quando conuentio, seù contra-
ctus, de quo tractaretur, haberet plura ca-
17 pita, & pacta, de quibus difficilè inter cō-
trahentes conueniri posset, nisi facta scri-
ptura, vt latè *Thesaur. in d. dec. 197. in fin.
vers. limitatur hæc opinio.*

SVMMARIVM.

1 *Mulier minor non potest bona æstimata in dotem dare absq; Iudicis decreto, vbi decisio Senatus.*

2 *Æstimatio emptionem facit.*

3 *Hæredes mariti non tenentur eadem bona æstimata in dotem data vxori restituere, vbi decisio Senatus.*

Amplia, quamuis maritus simplicitèr promisisset dotem restituere, num. 4.

Intellige, si tempore æstimationis maritus fuisset soluendo, aliàs vxor iure proprio poterit illa vendicare, num. 5.

Contrarium verius, num. 6.

Limita, si pactum praecederet, vt soluto matrimonio dicta bona æstimata reddantur pro eodem pretio, num. 8.

7 *Intellectus* l. in rebus, cum glos. C. de iure dotium.

9 *Æstimatio rei in dotem data ad finem sciendi illius valorem dominium non transfert.*

10 *Mulier minor non potest bona in dotem dare etiàm æstimata absq; Iudicis decreto, supposito statuto, vel pacto de lucranda dote, vbi decisio Rotæ Romanæ.*

Limita, quando statutum dotem constitueret, num. 20.

Item si iuramentum interueniret, nu. 21.

11 *Tutor, vel curator non potest dotem in immobilibus minori constituere absquè Iudicis decreto, stante pacto, vel statuto de ea lucranda.*

Amplia, quamuis dos fuisset à patre relicta, num. 15.

Contrarium, num. 16.

Intellige, num. 17.

12 *Minor absquè solemnitatibus potest bona sua pro dotis restitutione obligare.*

13 *Bona minoris ipso iure censentur obligata pro restitutione dotis per ipsum recepta.*

14 *Maritus recipiēdo dotem, dicitur patrimonium suum augere.*

18 *Pater pecuniam ad honestum lucrum sibi à filia minore datam, non potest in dotem genero suo concedere absquè Iudicis decreto.*

Intellige, si esset tutor, secus si legitimus administrator, num. 19.

21 *Minor ex iuramento obligatur, vbi decisio Rotæ Bononiæ, & num. 35.*

22 *Alienatio rei minoris ad hoc vt sustineatur quæ requirantur.*

23 *Minor non potest pro soluēdo debito testatoris absquè Iudicis decreto se obligare.*

24 *Vtilitas sola non sufficit, vt valeat alienatio rei minoris, quamuis res sit sterilis, & num. 25.*

Limita, si sit euidentissima, num. 28.

Contrarium verius, num. 33.

Limita, vbi esset periculum amissionis, num. 34.

Item si iuramentum interuenerit, nu. 35.

Item in Principe, num. 41.

26 *Decretum Iudicis non sufficit, vt alienatio rei minoris sustineatur, si requisita in causa cognitione deficiant.*

27 *Necessitas alienandi rem minoris debet esse*

in præ-

in præsenti, & instantanea, non autem de futuro.
29 *Alienatio feudi absquè assensu cum euidenti vtilitate alienantis sustinetur, & num. 32.*
30 *Permutatio cum vtilitate permutantis non comprehẽditur in prohibitione alienationis per testatorem facta.*
Intellige, num. 31.
36 *Minor ob iuramentum non restituitur aduersus alienationem à se factam.*
Intellige, num. 37. & 39.
38 *Absolutio iuramenti an sit necessaria minori petenti, se restitui aduersus contractum iuratum ex causa enormis læsionis.*
40 *Pupillus à quo dies dicatur doli capax, ità vt iuramento ligetur.*

DECIS. CCLXXVIII.

DVO ab *Authore* quæruntur *hic*,
primum nempè, si mulier mi-
nor possit fundum inæstimatũ
absq; solemnitatibus in dotem
dare, supposito statuto, vel pacto de lu-
cranda dote.
Secundum verò, an minor possit con-
tractum sibi vtilem absq; solemnitatibus
facere.
Quòad primum communis est *Docto-
rum* distinctio, quòd si non adest statutũ,
vel pactum de lucranda dote, & pro dote
1 dantur bona immobilia inæstimata, quòd
tunc cùm semper remaneant in ipsa mu-
liere, & in illius dominio, non sit necessa-
rium Iudicis decretũ, si verò dantur æsti-
mata, & eo casu cùm constitutio ista alie-
nationẽ sapiat, opus est, vt Iudicis decre-
tum interueniat, prout in facti contingen-
tia cum hac distinctione non semel decisũ
refert post infinitos *Hieronym. de Leo. in
decis. Valent.* 31. vbi ad partes, quem etiã
sequutus fuit *Fontanell. de pact. nuptialib.*
2 *claus. 5. glos. 7. nu. 27.* nam regularitèr æsti-
matio emptionem facit, *l. si ex conuentio-
ne*, vbi *Ias. C. de pact. Socin. cons. 56. Cre-
mens. singul.* 18. cum alijs per *Thesaur. in
lib. 3. qq. forens. quæst.* 21. qui per hoc sub-
3 dit, quòd quando dos fuerit promissa, &
bona in dotem data fuissent æstimata,
quòd tempore restitutionis mariti hære-
des non teneantur dicta bona in solutum
data restituere, sed sufficiat illam dotem
in pecunia restituere, per *text. in l. quoties,
C. de iur. dot.* prout sic decisum communi
voto refert ipse, sic quoquè *Honded. con-
sil. 41. num. 18. lib. 1. Fachin. controu. lib. 12.
cap. 74. Ludouis. decis. 573. nu. 4.* & ità fuisse
resolutum per Rotam inquit *ibi Beltram.
in addit. num. 16.* quod etiam post multos
voluit *Mantic. de tacit. & ambig. tit. 28.
lib. 12. n. 5. vers. secundus est casus*, vbi *n. 7.*
4 subdit, etiam si dos non fuisset in pecunia
constituta, sed res in dotem datæ fuissent
æstimatæ, & maritus simplicitèr promisis-
set dotem restituere, eo magis est dicen-
dum, quando maritus dicta prædia æsti-
mata accepisset pro se, & suis hæredibus,
& hoc in instrumento dotali fuisset scri-
ptum, quia tunc maritus voluit dominiũ
irreuocabilitèr acquirere, & ideò soluto
matrimonio nõ debet ea hæres mariti re-
stituere, sed æstimationem, ad notata per
*Nattam in cons. 560. num. 2. vers. secundo,
post Corn. in cons. 172. num. 12. lib. 1.*
Et quàmuis *DD.* dicant, hoc procede-
re, quando res in dotem datæ fuerint æsti-
matæ tempore, quo maritus erat soluen-
5 do, secus autem quando non erat soluen-
do, quia tunc non competeret petitio rei
in subsidium, prout in casibus prędictis, ex-
cussis priùs bonis mariti, vt latè *Farinac.
in decis.* 258. sed iure proprio soluto ma-
trimonio poterit rem illam vẽdicare, tan-
quàm dotalem, ex quo dùm dicto tempo-
re non fuit soluendo, non fuit potens æsti-
matio ad producendam venditionem, ità
vt non sufficiat æstimationẽ vxori soluere,
per *tex. in l. in rebus, cũ glos. C. de iur. dot. l. si
æstimatis, ff. solut. matrim. Cioff. in cons. 32.
num. 9. part. 1. Honded. in cons. 41. num. 18.
vol. 1. Morot. cons. 44. num. 5. & in tract. de
iure offerend. num. 6.* idem noster *Author
in cons. 491. num. 9. vol. 4. Becc. in cons. 42.
Laderch. cons. 65. num. 2.* cum multis alijs
allegatis, & collectis per *Costam de remed.
subsid. remed. 63. num. 1.*
Tamen contrariũ tuetur *Couarr. pract.*
6 *quæst. in cap. 18. num. 8.* dicens, hanc ratio-
nem infirmam esse, ac indignam etiam vi-
ro mediocritèr erudito, cùm nõ pretij nu-
meratio, sed conuentio perficiat sinè scri-
ptis habitam venditionem, *l. 2. ff. de con-
trah. empt.* ità vt si antè restitutionem res
æstimata eo etiã casu, quo maritus labo-
rat inopia, pereat, mariti periculũ est, pro-
ut hanc quoquè opinionem tanquàm ve-
riorem sequitur *Mantic.* in citato *tit. 28.
num. 23.* vbi etiam respondet ad multos
Doctores, & signantèr ad *text. & glos. d. l. in*
7 *in rebus*, (quæ in subsidium loquuntur)
nõ quòd ipsæ res dicantur dotales, ex quo
maritus nón sit soluendó, sed quasi dota-
les, ad effectum vt in subsidium vxor do-
tem

tem ſuam conſequi poſſit, vt *d. gloſ. in verbo æſtimare, in fin.* & ſic inopia mariti
debet conſiderari tẽpore reſtitutionis do-
tis, nõ autem tempore, quo res ei fuit con-
ſtituta, vt ex dicto *Couarr.* & alijs.
Licèt hæc concluſio poſſit limitari, vbi
fuiſſet factum pactum, vt ſoluto matrimo-
nio prædictæ res æſtimatæ eodem pretio
reddantur, quo fuerunt æſtimatæ, nam tũc
8 res illæ dicerentur dotales, & repeti poſ-
ſent, & ſi culpa viri factæ ſint deteriores,
ipſe ad æſtimationem tenetur, *l. inter vi-
rum, C. de iur. dot.* vbi *gloſ. & DD.* quia
æſtimatio intelligitur facta ad detegendã,
& probandam deteriorationẽ rei in pro-
greſſu temporis, prout ex noſtro *Authore*
9 *in deciſ.* 305. *nu.* 37 cùm per hanc æſtima-
tionem factam ad ſciendum valorem rei
non transferatur dominium in accipien-
tem, ſed res remaneat prioris domini, ad
tradita ſingularitèr per *Rotam Romanam
in deciſ.* 136. *&* 157. *part.* 2. *in nouiſſ. Ludo-
uiſ. in d. deciſ.* 573 *num.* 5. *& ibi Beltramin.
in addit.* vbi ſic pluriès Rotã determinaſſe
teſtatur, prout ſic in terminis deciſũ fuiſſe
per Senatum refert *Tb:ſaur.* in allegata
quæſt. 21. *lib.* 3. *num.* 3. licèt ipſe, & alij ex
Dominis contrarium tenuerint.
Tamen redeundo ad quæſtionẽ primo
loco cęptam, ſuppoſito ſtatuto, vel pacto
de lucranda dote, quàmuis bona inæſti-
10 mata fuiſſent pro dote conſtituta, conſti-
tutionem illam nullã eſſe inquit *Mantic.
de tacit. & ambig. lib.* 12 *tit.* 20. *num.* 32. *&
num.* 34. ſubdẽs, itȧ reſoluiſſe Rotam Ro-
manam coràm Card. Lancellotto in Sabi-
nen. dotis 13. Ianuarij 1576. quod etiam
voluit *Barboſ. in l.* 1. *part.* 4. *num.* 129. *ff. ſo-
lut. matrim.* cùm tunc militet ratio, quæ
11 cadit in alienatione, dùm eueniente caſu
cederet in mariti lucrum, & hoc etiam ſi
talis dos à tutore, vel curatore fuiſſet con-
ſtituta, cùm neque ipſe poſſit in immobi-
libus ſine decreto dotem conſtituere, ad
tradita per eundem noſtrum *Authorem
in conſ* 191. *num.* 22. *& ſeq. lib.* 2. ſic quo-
què *Hieronym. de Leo* in allegata *deciſ.* 31.
& Fontanell. in citata *gloſ.* 7. *num.* 24. *&
ſeqq.*
Et licèt obligatio dotis facta per mino-
12 rem abſquè ſolemnitatibus valida ſit, vt
conſuluit *Menoch. in conſ.* 142. *lib.* 3. cõtra
Gabr. in conſ. 20. *lib.* 1. contrariũ ſuſtinen-
tem, cũ in cauſa dotis ceſſent prædictæ ſo-
lemnitates, vt tradit *Pariſ. in conſ.* 81. *nu.* 9.
lib. 3. *Burſat. conſ.* 32. *nu.* 10. *verſ. namq; per
alium, lib.* 1. *Caputaq. deciſ.* 189. *part.* 3.

Tamen procedit, quando eſſemus in
marito, qui recipiẽte dotẽ, licèt ſit minor,
validè eius bona obligantur pro illius re-
ſtitutione, etiam ſine decreto Iudicis, &
curatoris authoritate, vt tradunt commu-
nitèr DD. contra *Bart. in l. ſi conſtante, ff.
ſolut. matrim.* vbi *Iaſ. in* 1. *lectur. num.* 210.
& ſeq. Corn. conſ. 254. *num.* 17. *Curt. iun.
conſ.* 168. *num.* 20. idem *Gabriel. conſ.* 29.
nu. 38. *lib.* 3. & hanc cõtra *Bart.* poſt mul-
tos communem teſtatur *Riminald. iun. in
conſ.* 260. *num.* 1. *&* 2. *& conſ.* 374. *nu.* 18.
& ſeq. & ſic per Rotam Romanam deciſũ
fuiſſe refert *Farinac. in vlt. vol. deciſ.* 511.
quod etiam cum multis infinitis probat
Mantic. contra eundem *Bart.* reſponden-
do omnibus argumentis in contrarium
facientibus *de tacit. & ambig. lib.* 11. *tit.* 21.
per tot. nam obligatio de reſtituendo do-
13 tem eſt neceſſaria, ex quo etiam illa ceſ-
ſante de iùre ipſius bona erũt tacitè obli-
gata pro reſtitutione dotis, quam recepit,
gloſ. in l. fin. in verb. teneri, C. de legit. tutor.
noſter *Author de aliment. tit.* 7. *quæſt.* 14.
num. 43. *Cauall. commun. quæſt.* 132. dùm
lex permittit, minorem ſine curatoris au-
thoritate, & Iudicis decreto dotem reci-
pere, & conſequentèr permittit, bona ſua
obligare pro ea reſtituẽda, vt tradit *Man-
tic.* in citato *tit.* 21. *num.* 12. ſubdens, quia
ſi aliud diceremus, minor difficiliùs pote-
rit vxorem cum congrua dote inuenire.
Et eſt alia ratio, nam maritus recipien-
do dotem dicitur quaſi patrimonium ſuũ
14 augere, & non diminuere, & ſic conditio-
nem ſuam meliorem facere, quod non eſt
in vxore dotem conſtituente, vndè non
mirũ, ſi potiùs in hoc caſu, quàm in alio
decretum requiratur, vt latè explicat idem
Barboſ. in l. ſi conſtante, num. 128. *& mult.
ſeqq. ff. ſolut. matr.*
15 Quam concluſionem amplia, etiam ſi
dos à patre fuiſſet relicta, cùm neq; in hoc
caſu poſſit à tutore promitti, nec fieri pro
ea valida bonorum obligatio, abſq; Iudi-
cis decreto, vt lariſſimè explicat idem no-
ſter *Author* in allegato *conſ.* 191. *num.* 24.
& ſeq. dicens, quòd vbi agitur de obligan-
do minorem in re propria, nõ attenditur,
quòd debitum deſcendat à facto teſtato-
ris, cùm ſemper requiratur decretum.
Et licèt *Mantic.* in citato *lib.* 12. *tit.* 20.
16 *num.* 40. dicat, quòd hoc caſu propter vo-
luntatem patris, (etiam ſuppoſito Statuto
de lucranda dote) non ſit neceſſarium de-
cretum, quod notatu digniſſimum putat
ipſe, cùm voluntas teſtatoris pro decreto
habea-

habeatur, *l.1. C.quando decret.opus non-*
eſt, l.1. C.de præd. minor. Monter. deciſ.1.
num.56. Io.Franc.de Ponte conſ.1. nu.10.
Tuſc.concluſ.149. nu.80. lit.M. Giurb.de-
ciſ.69.num.7.Coſta de port.rata,quæſt.123.
num.13.
17 Tamen hanc opinionem veram puto,
qñ nulla minoris lęſio interuenire poterit,
& ſic vbi teſtatoris præceſſerat diſpoſitio
de certa, & determinata ſpecie cõtractus,
veluti quòd res tali tradatur, vel vẽdatur,
ſecus verò, vbi diſpoſitio teſtatoris non
contineret quid certum, ſed quid in gene-
re, ſcilicet ſi teſtator expreſsè diſponeret,
rem vendi pro ſolutione æris alieni, quia
tunc ſeruandæ etiam ſunt ſolemnitates, li-
cèt circa modum, non circa facultatem
vendendi, vt latè explicat noſter *Author*
in deciſ. 77. & ibi per me, prout loquitur
Vinc.de Franch.in deciſ.302.
Verùm limita ſupradictam concluſio-
18 nem, vbi minor dediſſet patri pecuniam
ad honeſtum lucrum, & deindè idem pa-
ter illam in dotem genero cõceſſiſſet, nam
tunc quãuis res immobilis dicatur, tamen
non eſt neceſſaria ſolemnitas requiſita in
cõſtitutione dotis minoris, quia talis con-
ſtitutio non eſt facta ab ipſa muliere, ſed
à patre, & ſic obligatio dictæ dotis ad bo-
na paterna inhæret, vt in facti contingen-
tia concluſum fuiſſe refert *Gratian. in de-*
ciſ.95. dummodò pater non ſit tutor filiæ,
ſed legitimus adminiſtrator, ad *text. in*
l.quacunque, C. de bonis, quæ liber. & dixi
*in deciſ.179.nu.8.*nam ſi eſſet tutor, quam-
19 uis pater, requireretur Iudicis decretum,
ad *text.in l.ſi pupillo, §.ſi pater, ff.de rebus*
eorum, cum l.3.C.de præd.minor. Alexand.
Trentacinq.in lib.2.variar.reſolut. tit.de
minoribus, reſolut. 9. num. 10. & meliùs
Mantic. de tacitis, & ambiguis, lib.4.tit.6.
num.66.
Secundò limita, quando ſtatutum dotẽ
20 conſtitueret, quia tunc tanquàm dos con-
ſtituta à lege pretèr hominis voluntatem
non indigeret ſolemnitate aliqua ſtatuta-
ria, vel legali, vt ſingularitèr notat *Cauale.*
de tutor.& curat. num.156.
Tertiò limita, vbi in obligatione iura-
21 mentum interuenerit, cùm eo caſu minor
benè obligetur, quamuis nec decretũ, nec
aliæ ſolemnitates à iure, vel ſtatuto requi-
ſitæ in alienatione, vel obligatione rei mi-
noris adhibitæ fuiſsẽt, vt in caſu dotis pro-
miſſæ ſorori à fratre minori, eum fuiſſe
obligatum ex illa ſua promiſſione, conſul-
uit *Abb.in conſ.12.col.penult.circ.fin.verſ.*
vltimum dubium, & col.fin. part.1. prout
poſt infiniros in eodẽ caſu obligationem
exequutioni demandandam eſſe reſolutũ
fuiſſe teſtatur *Barz.in dec Bonon.74.* cùm
minor per iuramentum repręſentetur ma-
ior, vt per *DD. in authent. Sacramenta*
puberum, C.ſi aduerſ.vendit. & latè dicam
in ſecunda limitatione ſecundi dubij.
Circa verò ſecundum clarũ eſt, in alie-
natione rei minoris opus eſſe, vt decretũ
Iudicis cum cauſę cognitione interueniat,
22 in qua cauſæ cognitione, vtilitas, neceſſi-
tas, & qualitas rei, ſubhaſtatio, & legitima
perſona, quæ vendit requirãtur, prout om-
nia hæc, & alia requiſita enumerat *Afflict.*
in deciſ.249. vbi octo ponit, & poſt eum,
& alios latiſſimè *Mantic. de tac.& ambig.*
lib.4.tit.6. Coſta de port.rata, d.quæſt.123.
23 *num.1.* vndè etiam ſi ageretur de ſoluen-
do debitum teſtatoris, illa interuenire de-
bent, vt ex traditis per noſtrum *Authorem*
in d.deciſ.77 ſic quoq; concludit *Gratian.*
in deciſ.131. & in multis alijs, & ſimilibus
caſibus *Alexand. Trentacinq.* in citata *re-*
ſolut.9. vbi etiam de obligatione vendito-
ri prædiorum, quæ emerat minor, donec
pretium ſoluatur, ad *text.in l.1.§.fin.ff.de*
rebus eorum, quem etiam ſequitur *Conſil.*
de Georgio in allegat.2. num.23. & Pinell.
in l.1. part.3. num.52. illat.16. C. de bon.
matern.
24 Et proindè dicunt DD. vtilitatem ſolã
non ſufficere, ad hoc vt minor poſſit rem
alienare abſquè ſolemnitatibus, quam cõ-
ſiderant eſſe, vbi fundus ſaxoſus, ſterilis, ac
inutilis minori ſit, & vtilius eſſe, pecuniam
ex fundi alienatione receptam ad cenſum
ponere, vel penès mercatorem collocare,
quia ſub hoc vtilitatis prætextu multotiès
pecunia amittitur, & multis periculis ſup-
ponitur, & ſic vtilius eſt minoribus præ-
dium ſterile, ac incultum habere, quàm
totam ſubſtantiam in peculio conſtitue-
re, per *text in l.ſi fundus, ff.de rebus eorũ,*
& ſic reſpondit *Theſaur.in lib.4.qq.forenſ.*
quæſt.75. num.4. idem *Alex. Trentacinq.*
in citata *reſol.9.num.9.*
Et adeò eſt vera hæc concluſio, quòd
quàmuis ex tali alienatione melior con-
25 ditio minoris facta eſſet, nec per hoc ta-
lis alienatio ſuſtineretur, cùm etiã in bo-
nis ſterilibus ſolemnitas ſit neceſſaria, vt
ex *d.l.ſi fundus, gloſ Bart. & alij in l.cùm*
ij, §.eam tranſactionem, ff. de tranſact. vt
etiam atteſtatur *Iaſ. in l.cõtra iuris regu-*
las, num.9.ff.de pact. & ſequitur *Crauett.in*
conſ.336.num.8. Rimin.iun.conſ.5.nu.38.
& ſeq.

& ſeq. & num. 90. & 175. ac in conſ. 255. num. 74. & ſeqq. & poſt eos Conſil. Theodor alligat. 6. num. 15. Cauale. ac tutor. & curat. nu. 123. Surd. conſ. 49 num. 15. vol. 1. & deciſ 77. num. 2. Mantic. in citato tit. 6. num. 63. verſ. ſed aduerte, ſic etiam Aſſlict. in deciſ. 87. Capell. Tholoſ. deciſ. 98. in gloſ. Capyc. deciſ. 113. vbi Maſull. Roland. conſil 33. lib. 1. & conſ. 99 eod. lib. licèt etiam
26 interueniſſet Iudicis decretum, non exiſtente tamen cauſa neceſſitatis, & alienatio eſſet vtilis minori, vt deciſum in Sacro Conſilio refert Vrſill. ad Aſſl. in d. deciſ. 87. num 2. in cauſa illorum de Salamone. Actuario de Caio, cùm ſola vtilitas non ſufficiat, niſi cōcurrat neceſſitas, d. l. ſi fundus, qua non exiſtente alienatio eſt ipſo iure nulla, d. l. magis, & l. ob æs, & notant etiam Borrell. in conſ. 100. num. 24. Rebuff. tit. de reſtit. gloſ. 7. artic. 2. num. 2. Peregr. in deciſ. Patauin. 14. nu. 11. & hanc eſſe communem inquit noſter Author in conſ. 115. num. 25. plenè Hondid. conſ. 13. num. 26. & 33. lib. 2. Raudenſ. de analog. cap. 30 nu. 118. & deciſ. 30. nu. 227. idem Rimin. iun. in allegato conſ. 255. d. n. 27. & ſeq vbi ait, quòd iſto caſu eſt teſtituenda res vnà cum fructibus, quia decretum Iudicis in tantū valet, in quantum fit cum cauſæ cognitione, in qua cognitione cauſæ debent requiſita, vt ſuprà narrata, interuenire, & proindè licèt interueniat decretum, quòd iuſtè, ac cū cauſæ cognitione præſumatur fuiſſe interpoſitum, vt cōſuluit Corn. in conſ. 71. num 8 & conſ. 109 num. 2. & 5. lib. 3. Put. deciſ. 245. lib 2. prout ità in pluribus cauſis fuiſſe dictum teſtantur Ludouiſ. deciſ. 406. nu. 7. & ibi Beltram. in addit. lit. C. tamèn non per hoc non remanet actio minori probandi, tale decretum fuiſſe obreptitiū, maximè ſi appateat, ex alijs rebus minoris æſtimationis potuiſſe ſolui, nam tunc abſq; difficultate alienatio diceretur nulla, ex quo decretum euidenter eſſet ſubreptitium, tanquàm factum abſq; cauſæ cognitione, vt cum multis tuetur Mantic. in citato tit. 6. num. 3. noſter Author in conſ. 226. num. 16. Deciſ. Peruſ. 55. num. 10. & ſeq. part. 1. Coſta de port rata, d. quaſt. 123. num. 12. Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 52. num. 89. & Manent. in deciſ. infra citanda, Menoch. de arbitr. centur. 2. caſu 171. nu. 1. & 20. Gabr. conſ. 33. num. 10. vol. 1. Maccrat. lib. 2. variar. reſolut. reſolut. 31. nu. 10. & 13. Thob. Non. conſ. 57. nu. 4. Maſcard. de probat. concluſ. 219. vndè Roland. in allegato conſ. 33. in princ. vol. 1. & conſ. 60. vol. 1. & 2. vol. 4. inquit, quòd etiam neceſſe eſt, vt creditores cum effectu petant, & vrgeant, vt minor, vel curator eis ſolueret, prout poſt multos tuetur Manent. in de-
27 ciſ. 7. num. 27. & ſeq. vbi neceſſitas alienandi debet eſſe in præſēti, & inſtantanea, non autem de futuro, ſic etiā Thob. Non. conſ. 57. num. 1. & 2. Surd. conſ. 3. num. 9. & conſ. 49 num. 15. vol. 1. Cauale. de tutor. & curat. nu. 129. Maccrat reſolut. 31. nu. 5. 7. & ſeq. & pro hoc Bero. in conſ. 183. in prin. ponit caſum in matre tutrice, ſeu curatrice, quæ alienauit etiam cum decreto Prætoris bona filiarū, pro earum dotibus dandis tempore nuptiarum, vel Religionis ingreſſu, & inquit ipſe, alienationē eſſe nullam ipſo iure, quia cauſa futurā reſpiciebat neceſſitatem, & non inſtantaneā, dùm debebat cauſa nuptiarū imminere, & vrgere, quem etiam ſequitur idem Manent. loco citato, qui ſubdit, idem eſſe in alienatione feudi pro dotibus filiarū, & ſic ſubdit Riminald. iun. in conſ. 274. nu. 34 lib. 3. quòd hanc cauſæ cognitionem debet etiā adhibere Iudex, an creditor inſtet, & petat, argumento l. tutor vrgentibus creditoribus, ff. de minor.

Et quamuis primò poſſit limitari hæc
28 cōcluſio, ſcilicet vbi alienatio facta à minore eſſet cum euidentiſſima eius vtilitate, quia tunc etiam abſq; decreto valeret, vt voluerunt Io. Franc. de Pont. in conſ. 1. num. 92. & ſeq. Peregr. in deciſ. Patauin. 14. num. 14. Berett. in conſ. 42. Vin. in deciſ. 22. Anna in ſingul. 396. latiſſimè Raudenſ. in conſ. 10. lib. 1. vbi num. 10. ponit 18. limitationes ad tot. tit. de rebus eorum, ac de præd. minor. ſic etiam affirmat Camill. de Medic. in conſ. 117. num. 25. & ſeq. ſubdēs,
29 ſic etiam in feudo abſquè aſſenſu, cùm in eo ſemper reſpiciatur augmentū, ità quoquè in prohibitione alienationis in omnē caſum, quæ quamuis comprehendat per-
30 mutationem, tamen ſi permutatio fuerit facta cum euidenti vtilitate permutantis, ipſa benè valida remaneret, & alienans nō caderet in pœnā, vt poſt infinitos affirmāt Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 40. num. 32. et ſeq Petr. de fideicommiſſ. quaſt. 8. nu. 525. & ſeq. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 25. tit. 4. vt in pluribus caſibus deciſum refert Aſſl. 336. Magon. in deciſ. Florent. 16. nu. 6.
31 (dummodò non conſtaret, teſtatorem præciſè prohibuiſſe bona alienari, eò quia volebat, illa in familia conſeruari, vel eſſet res talis, ad quam habuiſſet teſtator affectionē, vt latè Peregr. in deciſ. 2. poſt nu. 4.) & ratio

& ratio est, quia substitutus per talem permutationem non dicitur in damnum, vt post alios innumeros *Mart. in consil.* 192. nouissimè impress. *num.* 8. qui hanc opi-
32 nionem cum multis comprobat, suadés, sic quoque in feudo absque Domini consensu, de quo latè *per tot.*

Tamen & si magna sit DD. controuersia, vt de rebus Ecclesiæ idem esse dicit *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 8. *nu.* 55.
33 *vers. sed quòd venditio*, super hoc nihilominus magis videtur opinio recepta, talé alienationé non valere, vt inquit *Menoch. in consil.* 655. *num.* 9. *lib.* 7 *& de arbitr. in d. casu* 171. *num.* 61. sic etiam *Bursat. in consil.* 411. *num.* 2. *lib* 4. & hanc tanquàm veriorem, & communiorem sequitur *Rinaldd. iun.* in allegato *cons.* 247.

Et si pro opinione, ꝙ sola sufficiat vtilitas in cötractu minoris, licèt solēnitates non interueniat, fuit iudicatum in S.C. ad relationem doctissimi Reg. Consf. Prouenzani sub die 3. mensis Martij 1636. in causa Lælij Salaia cum Catharina de Petruccio tutrice filiorum, & hæredum quondam Ioannis Valignani, & fuit absolutus minor, dùm maior, qui cum eo contraxerat prætendebat, contractum fuisse nullum, ex defectu solemnitatũ, de qua causa compilata est *decisio per D. Reg. Capyc. Latro*, quæ est 19. in ordine.

34 Secundò limita, quando fuisset periculum amissionis rei propter tyrannos, vel propter inundationem aquarum, vt consuluit *Ruin. cons.* 63. *vol.* 1. *Parif. cons.* 97. *lib.* 1. *Capyc.* in citata *decis.* 113. vbi etiam *Masull.* sed periculum debet imminere, & vrgere, *Boecat. ad Constit. Marchiæ, tit. de minor. in proœm. nu.* 20. cum alijs per eundem *Manent. loco* citato, *num.* 36.

Tertiò limita, quando in alienatione rei minoris, licèt absque solemnitatibus (vt putà decreto, vel sine curatore, vel alijs solemnitatibus) iuramentum interuenisset,
35 quia tunc benè minor teneretur ad obseruantiam contractus, *Auth. Sacramenta puberum, C. si aduers. vendit.* vbi *DD. cap. contingat, de iur. iurand.* & consuluit *Abb. in cons.* 108. *lib.* 2. quamuis esset pupillus, *Corn. de absolut. iurament. part.* 4. *casu* 7. *num.* 10. *& omnib. seqq.* vbi latissimè opinionem istam tuetur, sic etiam *Gutierr. in repet. d. authent. nu.* 23. 26. 110. *&* 119. qui mirabile hoc esse ait, *Lapus in allegat.* 25. *num.* 4. *Vinc. de Franch. in decis.* 448. *nu.* 1. *Barz. in decis. Bonon.* 74. *Put. dec.* 245. *lib.* 3. plenè *Thesaur. in decis.* 66. sic decisum refert *Afflict. in decis.* 322. *&* 393. *nu.* 10. idē *Manent.* in citata *decis.* sic etiam Dominus meus *Reg. Rouit. in pragmat.* 1. *de minorib. num.* 32. vbi 34. DD. pro hac opinione vltrà supradictos adducit, restantes, hanc esse communem, & veriorem.

Adeò vt neque possit se adiuuari resti-
36 tutione in integrum, quia reclusa est illa via per tale iuramentum: vt tenent *Abb. in cons.* 39. *Alciat. cons.* 9. *tom.* 2. *lib.* 4. *Bero. quæst.* 135. *num.* 2. *Parif. cons.* 96. *num.* 52. *cum seq.* plenè *Afin. de execut.* §. 8. *cap.* 145. *Gutierr. loco* citato, vbi ait, hanc esse verissimam, & tenendam in iudicando, & consulendo, vt sic Dolanum Senatum solitum iudicare iuramẽto accedente testatur *Io. Maurit. Dolan. de restit. in integr. cap.* 112. *nu.* 6. *Put. d. decis.* 245. *Corn. de absolut. iuramint.* in citata *part.* 4. *casu* 7. *Seraphin. de priuileg. iurament. priuil.* 83. 96. *&* 124. *Manent. de iurament. effect.* 1. *&* 3. idem *Barz. in d. decis.* 84. vbi sic resolutum fuisse refert, sic quoq; decisũ in Senatu ait *Thesaur.* in allegata *decis.* 66. *in fin. & eius filius in lib.* 3. *qq. forens. quæst.* 1. *num.* 3.

Nisi ex causa enormis, & euidentis læ-
37 sionis, vt solere Senatum iudicare inquit *Thesaur. loco* citato, obtẽta priùs iuramenti absolutione, quamuis contrariũ firmet *Corn. de absolut. iuram.* in citata *part.* 4. *casu* 8. *à nu.* 1. *vsque ad num.* 6. vbi ait, quòd quādo quis petit, se restitui ex causa enormis læsionis, iuxtà *l.* 2. *C. de rescind. vendit.* non est opus absolutione iuramenti priùs obtinere, quia hoc beneficium competit minori de iure communi, sed iuramentũ solũ aufert minori beneficia minoris ætatis, & sic tanquã minori iure speciali competentia, & successiuè dùm talis via non
38 est præclusa, petens dictum beneficium debet obtinere absque iuramenti absolutione, prout etiam tenet *Curt. iun.* latè *in cons.* 53. *colum.* 3. *Cassan. cons.* 161. *Gozad. cons.* 92. *col. fin. Parif. cons.* 75. *col.* 1. *in* 3. *Vinc. de Franch. in decis.* 247. *Menoch. de recuper. poss. remed.* 15. *nu.* 184. *& cons.* 412. *nu.* 34. *&* 39. *vol.* 5. *Sfort. Odd. de in integr. restitut. part.* 1. *quæst.* 16. *artic.* 75. *Siluan. cons.* 17. *num.* 7. *& cons.* 71. *num.* 4. *Boir. decis.* 38. *num.* 16. *&* 19. *Gallerat.* nouissimè *de renunc. lib.* 3. *cap.* 2. *Borrell. cons.* 4. idem *Thesaur. in lib.* 3. *qq. forens. quæst.* 1. *num.* 9. vbi etiam cöcludit, quòd hoc casu minor petens restitutionem in integrum, possit simul rectà via agere remedio possessorio ad reintegrationem possessionis, & hoc cũ multis comprobat.

Sed

Sed hoc intellige, dummodò non iurasset obseruare, & non venire contra per viam minoris ætatis, & occasione minoris
39 pretij, cùm eo casu vtraquè via esset ei præclusa propter tale iuramentum, vt tradit ipse *Corn.* in citata *part.4. casu* 8.

Verùm hoc à tempore, quo pupillus incipit esse doli capax, & sic à decimo an-
40 no, & dimidio expleto, quia tunc dicunt DD. pupillū esse doli capacem, iuramentoq; constringi, *l. pupillum*, vbi etiam *glos. de regul. iur. & ibi Dec. & Cagnol.* qui hanc communem esse testantur, *Mandos. in tract. de atat. minor. cap.4. in secund. pueri termination. numer.* 35. *& seq. Vtu. commun. opinion. in verb. minoris, opin.* 108. *lib.*1. *Laur. Tenn. Rodul. in tract. caut. cautel.* 122. *num.*3. cum alijs per *Corn.* in citato *loco*, licèt ipse dicat, tunc quē dici doli capacem, quando ipse est distans per sex menses tantùm ab ipsa pubertate, ad finē obligandi se iuramēto, per *glos in cap. continebatur, vers. proxima, de despons. impub. & l. non tantum, in princ. de excusat. tutor.* subdens *ibi in nu.*15. hanc esse veriorem, ac tutiorem, vt etiam in *num. seq.*

Quartò, & vltimò limita, quando esse-
41 mus in Principe, qui etiam si esset minor, vel pupillus posset contrahere, & bona sua obligare sine decreto, & iuris solemnitatibus, *Cephal. cons.* 519. *per tot.* & signantèr *num.* 9. quod procedit etiam in tutore Principis, vt latè *Manent. in decis.* 65. *n.*13.

SVMMARIVM.

1 *Mater transiens ad secundas nuptias non tenetur cauere filys primi matrimonij de conseruādo dotes, supposito statuto, quòd mulier nō possit de suis dotibus in præiudicium filiorum disponere, & num.*3. *vbi decisio Collat. Cons.*

Amplia, quamuis seruata forma statuti primo loco contraxerit, num. 13.

2 *Mulier potest facere pactum cum secundo viro de lucranda dote contra pactum initum in primo matrimonio, & nu.*4.

5 Consiliar. de Georg. in allegat. 26. *declaratur.*

6 *Mulier potest dotes suas alienare, vt nupta viueret, nec fily primi matrimonij possūt eam impedire.*

7 *Mater potest pro maritanda filia secundi matrimonij dotes suas alienare.*

*Intellige, num.*8.

9 Napod. in Consuet. Et si mulier, num. 13. *declaratur.*

10 *Pater, vel auus non possunt à nepotibus, & filijs compelli ad cauendum circa meditatem bonorum antiquorum, supposita* Consuet. Si aliquis moriens.

11 *Statutum, quòd quis non possit disponere in præiudicium aliquorum, comprehendit tantùm dispositionem vltimæ voluntatis, non autem inter viuos, dummodò non fiat in fraudem à statuto vocatori.*

12 *Mulier, quæ potest contrahere, potest quasi contrahere.*

DECIS. CCLXXIX.

AD hanc decisionem, si mater transiens ad secunda vota teneatur cauere de conseruando dotes filijs primi matrimonij, supposito statuto, quòd mater transiēs ad secundas nuptias non possit de suis dotibus in præiudicium filiorum disponere,
1 adde quòd cùm in simili adesset *Consuetudo* nostra Neapol. incip. *Si qua moriens*, per quam disponitur, matrem de suis dotibus non posse in præiudicium filiorum, nisi de decima parte disponere, fuit dubitatum, si in vita vltrà decimam illam partem poterat alienare, & tamen *Napod. in glossa in d. Consuet Si qua moriens, in verb. relinquere, nu.*6. decidit, quòd sic, cùm hoc verbum *disponere* transferatur ad tempus vltimæ voluntatis, non autem inter viuos,
2 & proindè inquit, matrem non obstante dicta *Consuetudine* posse facere pactum cum secundo viro de lucranda dote, cùm hoc non fiat in vltima voluntate, sed inter viuos, vt etiam notat *Consiliar. de Georg. in*
3 *allegat.*26. *nu.*18. ex qua *Napod.* decisione infertur, matrem non posse cogi ad cauendum, prout ex *glos* prædicta *Napod.* Sacrū Consilium simul cum omnibus Regentibus decreuit, istam cautionem non esse præstandam in causa Illustr. Marchionis Vasti, & fratris, cum Marchionissa matre, refert *Ant. Capyc. in addit. ad Consuetud. Si aliquis, in litt. A. & B. fol. mihi* 169. *in nouiss.*

Et licèt prima facie videatur dicta decisio *Napodan in d. num.*6. cùm ex ea inferatur, quòd stante pacto de lucranda
4 dote facto cum secundo viro, recessum intelligatur à pacto facto in contractu primi matrimonij, quod irreuocabile est, nec soluto matrimonio euanescit, vt in terminis tradit *Consiliar. de Georg. in d. alleg.* 26. *num.*6.7. *&* 8. vbi quærēs, si dispositio facta ab vxore contra pactum initum in pri-

mis nuptijs disponēdi secundùm formam *Consuet. Neap* (prohibentis, mulierem nō habentem filios, non posse nisi de medietate disponere) sustineatur in præiudiciū vocatorum ab ipsa *Consuetudine*, stante pacto inito in secundis nuptijs disponendi secundùm ius commune, post longam discussionem concludit, quod non.

Tamen si benè aduertatur, pro opinione *Napodani* concludit *Consil. de Georg.*
5 in citato *loco*, qui in tantum dicit, quòd dispositio non valet, in quantum illa mulier disponēdo non fecerat actum irreuocabilem, sed reuocabilem, ex quo vltima, & absoluta dicebatur illa dispositio, quod secus quando fecisset aliquem actum irreuocabilem inter viuos, vt patet ex eo, & eò magis dicerem, quia præsumitur, virum sine dicto pacto aliter non contraxisse, & sic tanquàm necessarium benè poterit fieri ab vxore, cùm sit de illis quatuor casibus enarratis ab ipso *Napod. in Consuet. Et si mulier, num. 8. versic. & tunc quæro,*
6 *fol.* 282. scilicet vt nupta viuat, ob quod permittitur alienatio, nec possunt filij primi matrimonij eam impedire, prout etiā
7 quando mater vellet filiam secundi matrimonij maritare, cùm ei licitum sit pro maritanda filia tanquàm pro causa necessaria, nec in hoc alij filij primi matrimonij possunt contradicere, & eam impedire,
8 dummodò non adessent bona paterna, alioquin diceretur donare, & in fraudem filiorum alienare, quod non permittitur, ad tradita per *Amat. in decis. Marchia* 34. *num.* 15. cùm paternum officium sit filiā dotare, sed in subsidium maternum, vt ex notatis per *Cost. de remed. subsid. remed.* 65. *num.* 1. prout sic declarat *Steph. de Gaeta in addit. ad Consuet. Et si mulier, fol. mihi* 284. & quamuis contrariū sentiat *Napod. ibi in num.* 13. quem sequitur *Camill. de Medic. in consil.* 161. *num.* 25. vbi ait, hanc *Napod.* doctrinam ponere gladium ad ra-
9 dicem, tamen ipse non supponit, paterna bona non adesse, vt declarat idem *Stephan. de Gaeta loco* citato, dummodò fiat in vita, non autem in morte, vt *ibi per eum*.

Sic quoquè dicimus circa *Consuetud. Si aliquis moriens*, per quā disponitur, quòd pater vel auus de bonis sibi paternis vel à consanguineis ex quocunq; latere obuenientibus vsquè ad medietatem teneatur
10 filiis relinquere, quòd non per hoc dicti filij, vel nepotes possunt agere contra patrē, vel auum, ad eis cauendum, vt decidit idē *Napodan. in d. Consuet. Si aliquis moriens, num.* 29. *fol.* 169.

Et sic quotiescunq; statutum prohibet, quem non posse disponere, semper intelligitur de dispositione vltimæ voluntatis, nō
11 autem inter viuos, dummodò non fiat in fraudem à statuto vocatorum, vt latè idē *Napod. in Consuet. Et si testator, in verbo disponere, & Afflict. in decis.* 350. *circ. princ. & in decis.* 370. *in* 3. *dubio*, ac *Io. Vinc. de Anna in singul.* 581. prout etiam *Vinc. de Franch. in decis.* 518. vbi ea ratione ait, quòd si mulier, (quæ vigore *Consuetudinis* non habens filios, non poterit nisi de medietate disponere, cùm reliqua ad proximiores spectet) fuisset à viro instituta, & inuentarium non confecisset, teneretur tamen de proprio erga creditores viri, taliter quòd ea decedente, in suis bonis, ac in sua dote præferendi essent creditores viri, & non proximiores vigore dictæ *Consuetudinis*, subdens sic per Sacrum Consilium
12 fuisse decisum, ex quo qui potest contrahere, potest quasi cōtrahere, & ex alijs rationibus per eum *ibi* adductis.

In fraudem autem vocatorum ex statuto, vel ex consuetudine quando quis dicatur alienare, latè explicat *Afflict. in decis.* 370. in citato 3. *dubio*.

Et ampliatur, quamuis mulier seruata forma dicti Statuti cum primo viro contraxerit, nam poterit secundò nubendo in præiudicium filiorum primi matrimonij cum secundo viro aliter contrahere, nec
13 filij possunt contradicere, vt latè probaui in *tract. l. hac edictali, quæst.* 5. *num.* 3. *C. de secund. nupt.* & *ibi per tot.* latè de hac materia, de qua noster *Author hic*.

SVMMARIVM.

1 *Succedentes ex dispositione* Authent. bona damnatorum, C. de bon. proscript. *subrogantur in locum Fisci*.
2 Authent. bona damnatorū *extenditur tàm ad descendentes, quàm ad collaterales in infinitum, iuxtà dispositionē iuris communis*.
3 Text. l. seruum plurium, §. si antè, ff. de legat. 1. *declaratur*.

DECIS. CCLXXX.

1 PRO opinione nostri *Authoris hic*, quòd succedētes vigore *Auth. bona damnatorū, C. de bon. proscript.* subrogentur in locum Fisci, adde in puncto

ctò Vinc. de Franch. in decis. 501. num. 14. & 15. & faciunt notata per eundem *Vinc. de Franch. in decis. 102. & 213.* sed ad hoc non sunt omittenda notata per *Farinac. in praxi crim. tit. de delict. & poen. quaest. 25. num. 1. 2. 3. usque ad num. 11.* quòd licèt *authent.* prædicta vocet descendentes vsq;
a ad tertium gradum, tamen ipsius dispositio extenditur tàm ad descendentes, quàm ad collaterales in infinitum, iuxtà dispositionem iuris communis, ex veriori, & magis communi, ac receptiori opinione, quã ipse ex mente *Aretin. Dec. Cagnol. Clar. Io. de Anan. Socin. Couarr. Marsil. Tob. Non. Honded.* & aliorum testatur.

Verũ illud, quod dicit *Author hic*, quòd præter Fiscum non possit de incapacitate opponi, procedit quando Fiscus nollet acquirere, ex eo, quia onerosa esset acquisitio, quo casu reluctante Fisco, cui principalitèr acquisitio per confiscationem pertineret, non poterunt in bonis condemnati venientes ab intestatò succedere, sed remanetent in dominio eiusdem condemnati, vt fatis doctè ad hoc motiuũ respondet *Vinc. de Franch.* in allegata *decis. 213.*
3 *num. 18. & 24.* vbi sic declarat *l. seruum plurium, §. si antè, ff. de leg. 1.* sic demùm voluit *Peregrin. de iure fisci, lib. 5. num. 58. vers. limita supradicta duobus modis*, subdens hanc esse veriorem.

SUMMARIUM.

1 *Vsufructuarius an antè præstitam cautionẽ petitam ab hærede faciat fructus suos, & num. 5. & 10.*
2 *Hæres si vult, potest vsufructuario cautionem remittere.*
3 *Cautio præstari debet ab vsufructuario, etiã proprietario non petente.*
4 *Cautio, quæ ab vsufructuario requiritur, est pro forma.*
- *Intellige, num. 11. & 12.*
6 *Omissio satisdationis tutoris nullitatem tutelæ operatur.*
Amplia, quamuis pupillus, vel minor, imò quisquam alius eorum nomine petierit, num. 7.
8 *Lex dans ordinem in procedendo, censetur formam supponere.*
9 *Cautio iuratoria non sufficit, vbi vsufructuarius sit pauper, & ibi decisio S. C.*
10 *Vsufructuarius antè præstitam cautionem fructus suos non facit.*
Intellige, num. 11.
Declara, num. 12.
13 *Error iuris excusat à fructibus.*
Intellige, quando error probaretur deducta causa ipsius, num. 14.
15 *Titulus non requiritur ad acquisitionem fructuum; sed satis est, quòd absit mala fides.*
16 *Error iuris non excusat à fructibus, quando ius resistit, & potuerunt Peritiores consuli.*
17 *Mulier, & rusticus non excusantur ob ignorantiam in his, quæ formæ obseruationem respiciunt.*
18 *Mulier non restituitur ex capite ignorantiæ aduersus inuentarium non confectũ.*
Amplia, etiam quoad solemnitates, num. 19. vbi decisio S. C.
Contrarium, num. 21.
20 Coriolanus Mandina *laudatur.*

DECIS. CCLXXXI.

IN *decis.* 109. fuit dubitatum, si testator poterat hanc cautionem vsufructuario remittere, modò quæri-
1 tur, si cautio petita ab hærede, & ab vsufructuario non præstita, fructuum acquisitionem impediat, pro cuius intelligẽtia sciendum est, quòd hæc cautio, quæ ab vsufructuario requiritur, est fundata in quadam æquitate, & iustitia simul fauore proprietarij, nè vsufructuarius bona dissiparet, & sic ad conseruandum ius hæredis, ad *text. in l. post si hæres, ff. ad leg. falcid.* vbi
2 *Ias. num. 95. & Rip. num. 41.* vbi potest hæres, si vult, hanc cautionem remittere, cùm ei fraus non fiat, si ius suum diminuat, idcirco necessitas imponitur dicto vsufructuario ad præstandam cautionem prædictam, *toto titulo ff. de vsufruct. ret. quẽ vsu consum. & de vsufruct. quemadm. cauæt.*
3 etiam proprietario non petente, vt tradunt *Socin. in l. Mutiana, col. 2. nu. 5. vers. tertiò not. de condit. & demonstrat. Grat. cons. 102. num. 45. vers. quod autem, lib. 2. Caualcan. de vsufruct. num. 91. 118. & 139. Pinell in l. 1. nu. 77. part. 2. de bon. matern. Menoch. cons. 4. num. 23.* & tanquàm veriorem sequitur *Gratian. in decis. Marcb. 3. num. fin. & ibi in eius addit. num. 6.* vbi etiã de communi testatur, *Sim. de Prat. de interpret. vlt. volunt. dub. 1. interpr. 2. nu. 23. post med. Fontanell.* post *Azon. in l. vxori, ff. de vsufruct. legat. in tract. de pact. nupt. claus. 4. glos. 12. num. 23.* nam quotiescunq; lex fideiussionem requirit, semper intelligitur, parte non opponente, vt latè *Author*
4 *noster*, & *ibi per me in decis. 57.* & sic cautio

ista videtur de substãtia esse, quia pro forma requiritur, vt firmant citati *Doctores*, *Bald. in l. 1. num. 10. C. de his, quæ pœn nomin.* ac *Dec. in cons. 565.* in tantum quòd omissio ipsius nullitatem vsusfructus operatur, ad tradita per *Vinc. de Franch. in decis. 497 num. 3. & 4.* prout dicimus de satisdatione tutoris, quòd omissio ipsius tutelæ nullitatem operatur, *l. si tutor, C. in quib. caus. in integr. restit. non est necess. l. in dubium, C. de tutor. qui satisd. non deb. Alba cons. 21. num. 61.* post *Aretin. Afflict Capyc. & Caualc. Caroc. in decis. 129 nu. 3.* & pulchrè *Amat in decis. Marcb. 63.* & hoc quã-
7 uis pupillus, vel minor, nec quisquã alius eorum nomine ab ipso petat, ad *text in l. 1. & 4. §. hanc stipulationem, ff. rem pupill. salu. for.* post multos *Schrader. de feud. par. 10. sect. 20 nu. 288 & seqq.* quan-
8 do enim lex dat ordinem in procedendo, censetur formam supponere, vt latè post *Felin. in cap. cum dilecto, col. 7. de rescript. Marant. in cons. 41. nu. 5. & 6.* de substantia autẽ est quicquid pro forma actui gerendo constituatur, ideòq; actus corruit in eius omissione, etiam minima ad notata per *Gamm. in decis Lusit. 45 nu 3.*

Et adeò vera est supradicta conclusio, quòd si non inueniatur cautio, non sufficit
9 iuratoria, sed bona traduntur administratori, vel prouidebitur alijs modis, de quibus per *Bald. in l. 4. quæst. 2. num. 4. & 8. C. de vsufruct.* vbi etiã id extendit ad pauperem, cui per iuratoriam nõ succurritur, & sequitur *Caual. quæst. 66.* sed possessio debet tradi proprietario, qui satisdare teneatur de soluendo vsufructuario omnes fructus à fundo percipiendos, prout hanc opinionem quoq; affirmat *Gayll. in lib. 2. obseruat. 47. num. 13. vers. volunt nonnulli, & Minsynger. centur 6. obseru. 48. nu. 8.* sic quoquè *Andr. Clud. in tract. de sequestr. cap. 10. num. 29* dicens, hunc modum quotidiè in Marchia practicari, prout decisum in S. C. refert *Vinc. de Franch. in d. dec. 497. & Grivell. in decis. Senat. Dolan. 42. nu. 5.*

Vndè ex his latè liquet, vsufructuarium antè præstitam cautionem non facere fru-
10 ctus suos, cùm illa debeat præcedere, ad tradita per *Socin. in cons. 131. lib. 1. in fine,* vbi ait, hanc esse communẽ, quem & alios sequitur idem *Gratian.* hanc opinionem tuendo in *addit. ad d. decis. 3. num. 7. cum sequent.*

Et licèt hæc procedant in vsufructu impropriè, & in his, quæ vsu consumuntur, cũ in ijs rebus cautio fit de substantia, non
11 tamen in ijs, in quibus propriè vsusfructus constituitur, ex eo, quòd duæ sint cautiones, quæ ab vsufructuarijs præstantur, vna scilicet ex edicto Prætoris, & altera ex Senatusconsulto. Prima quidem locum habet in rebus, in quibus propriè vsusfructus constituitur, & hæc non est de substantia vsusfructus; cautio enim ista duo cõtinet, primò vt caueat se vsurum arbitrio boni viri; scilicet se non deteriorem facturum; deindè vt caueat in rebus, quæ vsu non consumũtur, se rem vsufructuariam, prout extabit finito vsufructu restiturum.

Secunda verò locum obtinet circa ea, quæ vsu consumuntur, & in ijs rebus cautio est de substantia, ex traditis per *Alex. in cons. 58. col. 2. & 3. vol. 3. & Gayll. lib. 2. obseru 46. in princ.*

12 Nihilominùs indistinctè quãdo cautio à proprietario petatur, quòd tunc dicatur pro forma, & sic de substantia, & acquisitionem vsusfructus impediat, docet *Albert. in l. vxori, ff. de vsufr. legat.* quod dictũ satis commendat *Io. Franc. de Ponte in cons. 127. num. 2. vol. 2.* vbi latè hanc opinionem tuetur, de communi testãdo, prout determinasse Senatũ testatur *Faber in suo Codice, lib. 3. tit. 23. de vsufr. definit. 3.* prout etiam vt talem sequitur *Gayll. in lib. 2. d. obseruat. 46. nu. 6. & 7.* ex eo, quia in mala fide constituitur, ob quam non potest commodo fructuum gaudere, cùm vitiosa sit possessio, *Sichard. in l. 4. num. 7. C. de vsufr. Cuman. in d l. vxori, sub nu. 1. Florian. in l. si cuius, nu. 6. vers. aut fuit petita, & non præstita, ff. eod. tit. Paris. consil. 61. num. 50. lib. 3. Aym. cons. 300. num 2. Bellon. cons. 54. nu. 8.* cum alijs per *Castill. de vsufruct. cap. 6. num. 12. & 13.* vbi etiam ampliat, quòd stante huiusmodi mora satisdandi, ac inuentarium conficiendi, seù bona describendi fructus etiam perceptos restituet, & vsumfructum perdet, qui cum proprietate consolidabitur, ad tradita per *Caualc. de vsufr. mulier. relict. num. 142. & Pinell. in dict. l. 1. part. 2. num. 77. in fin. & nu. 78.* vbi latè, quamuis *glos. in l. si cultus, ff. de vsufr. legat.* dicat, etiam fructus perceptos antè satisdationem suos non facere vsufructuarium, quodquè voluit in alijs *locis*, vt obseruat *Bart. in d. l. vxori,* attamen in *dict. l. vxori* eademmet *glos.* tenet, quòd fructus perceptos antè cautionem suos faciat vxor, sed non eos lucretur, cũ post eius mortem teneatur restituere, nam vt dicit *ibi Azo*, quòd bona fide sunt percepti, si tamen credebat, se non teneri satisdare,

tisdare, secus verò fructus perceptos post cautionem, quam opinionem cōmuniorem, & veriorem existimat idem *Pinell. d. part. 2. num. 77. cum seq.*

Nec obstat quod dicit *Author hic*, (pace tamen tanti viri) quòd mulier, quæ non satisdedit, quamuis interpellata, si errauit in iure, putans se non teneri, excusetur,
13 quoniam & si error iuris excuset à fructibus, *l. sed si lege, §. scire, ff. de petit. haredit. glos. in l. si fur, §. 1. ff. de vsucap. Curt. iun. cons. 78. num. 6. & cons. 168. num. 29. Bertazzol. cons. ciuil. 25. nu. 10. Socin. cons. 58. num. 29. Tusc. lit. F. conclus. 490. num. 46. Io. Franc. de Ponte cons. 18. num. 15. & seq. Raudens. de analog. cap. 37. num. 188.* cùm
14 ad acquisitionem fructuum non requiratur titulus, sed satis sit, quòd absit mala fides, vt cōcludit *Marta in cons. 18. & cons. 84. num. 19. & seqq.*
15 Quod quamuis procedat, quando error probetur, vt ait *Bart. in d. l. sed si lege, §. scire, num. 4. & Alex. in cons. 73. nu. 12. vol. 2.* cùm regulariter scientia præsumatur, ad tradita per eundē *Bart. in d. §. scire, & ibi Angel.* ac *Ant. de Butr. Imol. & alij in cap. grauis, de restit spoliat. & Mascard. de probat. conclus. 253. num. 4.* imò non solùm sit probandus error, sed deducenda causa erroris, vt tradunt *Curt. sen. in cons. 56. col. 5. in fin.* & noster *Author in decis. 104. nu. 18.* & post eum *Gratian. tom. 1. discept. forens. cap. 105. num. 4.*

Tamen omnia procedunt, vbi ius non
16 resisteret, at secus quando ius resisteret, tunc enim error iuris non excusat à fructibus, vt singulariter *Gamma in decis. 311. num. 2. & Roder. de ann. reddit. lib. 1. q 17. num. 83.* in casu verò nostro cùm cautio pro forma acquisitionis vsusfructus, & sic actui gerendo constituatur, de substantia actus est, vt dixi, & ideò actus corruit in eius omissione, etiam minima; quamuis adesset iusta causa omittendi formam, vt latè idem *Gamm. in decis. 45. num. 3. post multos ibi*, maximè quādo Peritiores consulere potuisset, ad tradita per *Gratian. in tom. 1. discept. forens. cap. 72. num. 43.* cùm
17 in his, quæ respiciūt obseruantiam formæ actus, ignorantia rusticum, vel mulierem non excuset, vt voluerunt *Sfort. Odd. de in integr. restit quæst 9. lib. 1. Gaeher. decis. 87. nu. 4. cum seq. Menoch. de arbitr. casu 194. Costa de fact. scient. & ignor. reg. 15. nu. 2. & 3. Alexand. Trentacinq. lib. 1. variar. resolut. tit. de leg. & constit. resolut. 2.* qui ex hoc inferunt, mulierem inuentarium non conficientem teneri vltrà vires creditori-
18 bus, nec in tali casu possit ei consuli per restitutionem in integrum ex capite ignorantiæ, vt in specie firmarunt *Bald. in l. fin. 3. quæst. in princ. C. de iur. delib. Tiraquell. de vtroque retract. par. 2. § 4 glos. 4. nu. 16.* vbi hanc esse communem profitetur, sic quoquè post alios innumeros *Sfort. Oddus d. quæst. 9. artic. 4. num. 21.* & signanter in *vers. sed tamen*, vbi relata contraria opinione subdit, securius esse tenere hanc opi-
19 nionem, & hoc etiam quòad solemnitatū omissionem, cùm neque in tali casu ei succurratur per viam restitutionis in integrū, vt determinauit S. R. C. in causa Io. Laurētij de Alexandro cum Lucretia Moscata Baronissa Candidæ, & Io. Baptista, & Scipione de Magnaceruo super inuētario bonorū quondam Decij Magnacerui, ex quo fuerat intimatus quidam creditor domi, tempore, quo erat in rure, referēte Domino Consiliario Andręa de Ianuario, penès
20 Ferrarium, vt retulit mihi consummatissimus I.C. ex primarijs Aduocatus Coriolanus Mandina, qui doctina, & integritate refert doctissimum, & integerrimum illum D. Benedictum Mandina Casertanū Episcopum eius germanum fratrem.
21 Quamuis contrariū iunctis Aulis quòad solemnitates decisum referat *Vinc. de Franch. in decis. 229.* & ità postmodū fuit obseruatum in causa Marchionissæ Cusani Barijnoui.

SVMMARIVM.

1 *Testes falsi quando dicantur, ità vt illis vtēs causam perdat.*

2 *Taxatio fructuum perceptorum qualitèr probetur, varia recensentur opiniones, & per* Authorem *concordātur, & nu. 3.*

DECIS. CCLXXXII.

1 CIrca hanc quæstionem, quando testes falsi sint, ad hoc vt falsis testibus vtens cadat à causa, supposito statuto, quòd vtens falsis testibus cadat à causa, adde quòd simile statutum nos habemus, circa cuius intelligentiā post infinitos DD. latissimè *Dom. Reg. Rouit. in pragm. de fals. in 1. 2. 3. & 4. pragm.* vbi totam habes hanc materiam, ad quem me remitto.

Circa illud etiā, quod ab *Authore* quæritur *hic*, scilicet qualiter taxatio fructuum
2 probetur, adde quòd maxima inter DD.

fuit controuersia, tàm in scribendo, quàm in iudicando, cùm aliqui eorum dicant, quòd cum talis perceptio sit difficilis probationis, probari potest per coniecturas, veluti consuetudinem loci, redditus viciniorum, tempus præteritum, & similes, vt tradit *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 20. num. 11.* vbi iuxtà quantitates per tres annos proximè recollectas, & in indiuiduo sic voluerunt *Sola ad Const. Sabaud. tit. de execut glos. 8. num. 3. 4. & 5. Marcell. Calà de modo articul. num. 137. cum seq. folio 75. Pantzschman qq. iur. lib. 1. quæst. 23. Mascard. de probat. conclus. 817. Bald. cons. 323. num. 5. vol. 2. Achill de Graff. decis. 5. & 22. de restit. spoliat. Ioseph. Ludouic. decis. 87. part. 2. Seraphin. decis. 955. num. 3. et decis. 1461* vbi inquit, quòd si agitur de liquidatione fructuū, sufficit leuior probatio, etiam per coniecturas, etiam ex solito, ex *Achill. loco* citato, & si de probandis illis ad effectum rescissionis transactionis, tunc quòd plena requiratur probatio, licèt *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 18. nu. 17.* dicat, quòd quādo tractatur de rescindenda venditione ex causa læsionis, fructus debent æstimari quòad consuetū percipi.

Alij verò voluerunt, quòd dùm probatio illa non sit vniformis, eorū liquidatio probari non possit per consuetudinem locorum, & redditum viciniorum, culturam ipsius fundi, & similes coniecturas, sed solùm de ipsorum perceptione, ex *Bald. in l. 1. num. 16. C. de fruct. & lit. expens.* quem pro hac opinione etiam sequuti sunt *Pontan. de spol. lib. 4. cap. 1. num. 5. Seraph. decis. 1397. nu. 1. & 2. Gratian. tom. 4. discept. forens. cap. 705. num. 12.* vndè ex hoc *Rot.* apud *Verall. in decis. 30. seu 4. lib. 2.* dixit, liquidationem fructuum non esse probatam ex eo, quòd testes de potentia, & non de actuali perceptione deposuerant, sic quoquè in *decis. 31. d. lib. 2.* vbi quòd per vnum testem de vera scientia, & alios de publica voce, & fama cum iuramento in supplementum dicebatur probata liquidatio fructuum ad summam per eos expressam, subdens ità Rotam determinasse, sic quoq; in puncto distinguit *Andr. Barbat. consil. 214. num. 2. volum. 2.* quem etiam sequitur *Mascard. de probat. concl. 661. nu. 2.* scilicet quòd de perceptis probatio non sufficiat per coniecturas, cum probari debeat per testes, qui illorum perceptioni interfuerūt, de percipiendis verò secus, cùm tunc satis sit probatio per coniecturas.

Nec ex locationibus præcedentibus potest probari talis certa perceptio, nam (vt inquit *Gratian. tom. 3. discept. forens. cap. 600. num. 4.*) ex eis nō probatur verus annuus fructus, & assiduus, cùm possit fieri, vt quis locet pro minori pretio ratione amicitiæ, parentelæ, & miserationis causa, & quòd quis conducat pluris propter affectionem, & alios similes casus, subdens, sic Rotam determinasse, vt etiā tradit *ipsemet in tom. 4. cap. 700. nu. 20. & 21. & cap. 705. num. 15.* ac *Rot. in decis. 675. num. 5. par. 2. in nouiss. Ludouis. decis. 76. num. 6.*

Et licèt non desint qui dicūt, hoc Iudicis arbitrio esse relinquendum, vt tradit *Sol. loco* citato, & *Seraphin. in d. decis. 955.* vbi sic determinasse Rotam inquit *idem in decis. 1132. & 1399.*

Tamen *Verall. in d. decis. 30. in fin.* dixit, hoc arbitr. ū relinqui in casibus, in quibus probari debent fructus, qui percipi potuerunt, & non quando agitur de fructibus perceptis, subdens, sic Rotam determinasse, & hoc per *text. in l. si traditio, C. de act. empt.*

Verùm quòad me pro concordantia supradictarum opinionum adinuicem re-
3 pugnantium dicerem, quòd vtraque sustineri possit, videlicèt non posse talem probationem, fieri per coniecturas, & verisimilitudines, quando veritas cum effectu haberi possit, scilicet si de actuali perceptione constare posset, sed vbi veritas aliter haberi non posset, esset secus, quoniam eo casu in subsidium admitteretur probatio per coniecturas, & verisimilitudines, & ab hac distinctione in facto non recederem.

SVMMARIVM.

1 *Creditor cōditionalis nominatim in confectione inuentarij nō est citandus, vbi decisio Senatus.*
Intellige, num. 2.

DECIS. CCLXXXIII.

Circa hanc quæstionem vide quæ scripsi in *decis. 151.* & meliùs in *decis. 174. & 120.* verū pro comprobatione eius, quod dicit *Author hic in princ.* scilicet, quòd creditor sub conditione non sit propriè creditor, adde *Griuell. in decis. Dolan. 143. num. 17.* vbi
1 talis creditor nominatim non sit citandus in confectione inuentarij pro illius validitate,

tate, & ità fuisse iudicatum de anno 1607. & quod hoc iure ibi vtatur, testatur contra *Menoch. cons.* 89. *num.* 142. *& seq.* vt etiam tradit *Osasc. in decis.* 181. dummodò
2 cōditio sit incerta, aliàs secus, vt latè idem *Osasc. loco* citato, *num.* 6. & vide notata per *me in decis.* 120.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum an falsum præsumatur, si Notarius scripserit*: Titius habuit, & recepit in præsentia mei Notarij, & testiū infrascriptorum, *& testes contrarium probent.*
Limita, num. 2. *&* 3.
4 *Numeratio an probetur ex attestatione Notarij attestantis de numeratione corā ipso, & testibus facta, & num.* 5.
6 *Sententia sustinetur licèt non sit conformis libello, si summariè fuerit processum, dummodò id appareat deberi.*

DECIS. CCLXXXIV.

INstrumentum falsum reddi concludit *Author hic* ex eo, quòd Notarius scripserit: *Titius habuit, & recepit in præsentia mei Notarij, & testium infrascriptorum*, & testes contrarium pro-
1 bent. Secus autem quando non dixisset *in mei, & testium præsentia*, quia tunc possent adaptari, & referri ad partium confessionem, prout hanc distinctionem, & decisionem in puncto sequuti sunt *Gratian. in decis. Marchia* 166. *num.* 16. *& decis.* 228. *num.* 9. *et seq. Farinac. de falsit. et simulat. quæst.* 158. *num.* 68. *et* 80. plenè *Fontanell. de pact. nuptialib. claus.* 14. *glos. vnic. part.* 1. *num.* 11. *et mult. seqq.* diffusè *Mantic. de tacit. et ambig. lib.* 18 *tit.* 6. *num.* 4 ac *Mascard. de probation. conclus.* 1116. *et* 1117. *et seq.*

Quod tamen limita in duobus casibus, primò, vbi licèt Notarius dixerit, *habuit, et recepit in mei, et testium præsentia, et cate-*
2 *ra*, & testes deponerent, se non vidisse Titium recipientem pecuniam, quamuis esset præsens, non propterea falsum redditur instrumentum, quia cùm pecunia fuerit præsens, possit dici habita, & recepta, ad *text. in l. si pecunia, ff. de solut.* etiam si alteri fuerit numerata eo præsente, argumēto *l. falsus, §. sed si is, ff. de furt. Bart. in l. singularia, n.* 23. *ff. si cert. pet.* & in *cōs.* 19. *lib.* 2. cum alijs per eundē *Farin.* in citata *quæst.* 158. & per *Mantic. in d. tit.* 6. *nu.* 13. *Mascard.* post etiam alios in citata *concl.* 1117. *num.* 9.

3 Secundò limita, quando Notarius scripserit, *Titium habuisse, et recepisse pecuniā*, & testes deponerent, *Titium habuisse pecuniam, et incontinenti reddidisse*, nam eo etiam casu non potest dici falsum instrumentum, nisi probetur, ità actum fuisse ab initio, vt pecunia redderetur, quia pecunia reddi potuit ex liberalitate, ad notata per *Bart. in d. l. singularia, num.* 24. *in fine, ff. si cert petat. idem Farinac. in loco* citato, & *Mantic. in num.* 16. qui subdit, quòd si pecunia ab initio actum sit, vt incontinēti redderetur, Notario ignorāte, id ei imputari non debet.

4 Ex his igitur infertur, quòd numeratio eo ipso probatur, vbi Notarius scripserit, *in mei, et testium præsentia, vt suprà*, quando verò dixerit, *habuit, et recepit*, non præsumitur numeratiōē interuenisse, vt etiā tradunt *Roman. singul* 636. *Cremens. singul.* 44. *Gaball. milleloq.* 74. *Molin. de contract. disputat.* 302. *num.* 10. cum alijs per *Grass. de except. except.* 43. *num.* 24. vbi inquit, quòd si in instrumento Notarius diceret, *Titius habuit, et recepit in mei præsentia*, quòd tunc non poterit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, vt etiam tradit *Tusc. in lit. E. conclus.* 420. *num.* 16. sic demùm, quòd ex tali Notarij assertione numeratio probetur, tenuit *Rota* apud *Ludouis. in decis.* 157. *nu.* 6. *decis.* 355. *nu.* 5. *decis.* 375. *num.* 2. *et decis.* 459. *num.* 4.

Item si Notarius dixerit: *talis dixit, et confessus fuit habuisse, et recepisse, prout*
5 *actualitèr habuit à N. præsente, et soluente in tot zecchinis*, cū eo casu numeratiō probata diceretur, vt determinatum fuisse per *Rot.* inquit *Beltram. in addit. ad Ludouis. ad decis.* 355. *num.* 7. licèt ipse contrarium sustinuerit, ex eo quòd Notarius non dixerat, *manualitèr recepit*, vel alia similia, quæ non possunt ad solam confessionem referri, ex *Gratian. tom.* 2. *disceptat. for. cap.* 387. *num.* 42. *et seq.*

Circa illud aliud, quod dicit *Author hic num.* 14. quòd vbi agitur sola facti veritate inspecta, agens ex vna causa, probans de alia obtinebit, adde *Ludouis. decis.* 176.
6 *num.* 3. vbi si summariè agatur, & sententia non sit conformis libello, quòd illa sustineatur, si appareat, id deberi, & ità Rotam determinasse testatur, & *ibi Beltram. in prima addit.* quamplurimos allegat, dicēs, quòd propterea inter Mercatores, inter quos proceditur ex æquo, & summariè, nō atten-

attenditur quod fuerit petitum, sed quod probatum, subdens ità Rotam declarasse, de qua decisione meminit *Farinac. in decis.168.num.6.post 2.lib.consil.* sic quoquè in pluribus causis in S.C.vidi obseruatum, cùm in nostro Regno omnes causæ sint summariæ, vt probaui in *decis.17.num.4. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Confessio dotis receptæ facta in testamento num sustineatur in vim legati, & an reuocato testamento reuocetur.*

Et quid si esset facta fauore piæ causæ, vel pro exoneratione conscientiæ, vtrum reuocari possit, num.2.

DECIS. CCLXXXV.

1 DE hac quæstione confessionis factæ in testamẽto dotis receptæ, quòd illa sustineatur in vim legati, quamuis testator steterit in puris terminis confessionis, vlteriùs non disponendo cum *Authore hic* ex professo scribit *Gratian.tom.1.discept.forens. c.116. nu.39.cum seq vsq; ad fin.* quod latè etiam idem *Surd.cons.169.nu.5.cum seq.* & vide notata per *me in decis.55. & decis. 250.* &

2 quid de confessione facta pro exoneratione conscientiæ, vel fauore piæ causæ, & an reuocari possit, vide *D.Consiliar. Merlin. lib.1.controu. cap.75. & Stephan.Durant. quæst.26.*& latè dixi in *l.hac edictali, q.37. num.14. cum seq.*

DECIS. CCLXXXVI.

HAnc distinctionem *Authoris hic* notaui cum multis in *decis.160.*

SVMMARIVM.

1 *Minor quando possit res mobiles, quæ seruando seruari non possunt alienare, & quid de immobilibus, an possit in dotem dare, remissiuè, & num.2.*

DECIS. CCLXXXVII.

1 HAnc quęstionem, quando minor possit res mobiles, quæ seruando seruari non possunt, alienare, latissimè examinat *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 6. & Alexand. Trentacinq. in lib.2.variar.resolut.*

2 *tit.de minor.resol.9.* & quid dicendum de rebus immobilibus, an possit ea in dotem dare, plenè scripsi in *decis.178.*vbi etiam *Author.*

SVMMARIVM.

1 *Venditor nominis debitoris, tale quale sit, non tenetur eum debitorem locupletem præstare, sed solum debitorem.*

2 Lex si nomen, ff. de hæred. vel act. vend. *num habeat locum in dote, remissiuè, & num promittẽs nomen debitoris verum, & exigibile, teneatur non facta excussione, & quid si debitor haberet bona stabilia, quæ non reperiunt emptorem, dicatur inexigibilis, in materia* d.l.si nomen.

3 *Contractus quando censeatur factus iuxta præcedentem tractatum.*

4 *Venditor sciens vitium rei venditæ an liberetur, si dixerit, se nolle teneri.*

DECIS. CCLXXXVIII.

AD hanc decisionem adde, quòd si quis vendiderit aliquod no-
1 men debitoris, tale quale est, non tenetur eum præstare locupletem, sed solùm debitorem, *l.si plus, §. vltimo, ff.de euict. l.quod si in venditione, & l.si nomen, ff de hæred. vel action.vend. Alex.cõs.27.lib.2. Mangil.de euict.cap.79. num.6.& seq. per tot.* nàm cùm ità actum sit, & in verbis nulla sit difficultas, non debet admitti voluntatis quæstio, *l. ille, aut ille, §.cùm in verbis, ff.de leg.3.* verùm in
2 hac materia *l.si nomen* multa scribere possem, & præcipuè, an dispositio *d. l.* procedat in dote, vel vbi nomen debitoris fuisset promissum exigibile, nùm requiratur excussio, & vtrum promissio exigibilitatis verificetur, vbi debitor cessus, vel venditus haberet bona stabilia, quæ emptorem nõn inueniunt, de quibus omnibus diffusè tractabo in *lib.1.controuers.*

De alijs contentis in hac decisione, videlicèt si contractus cẽseatur factus iuxta
3 præcedentem tractatum, latè scripsi in *decis.71.*licèt *Ludouis.in decis.178 num.4. & decis.168. num. 2.* contrarium teneat, scilicet quòd attendi debeat conclusio, & non tractatus, subdẽs, sic Rotam determinasse, vbi *Beltram.in addit num.5.* & licèt pro dicta opinione plures eiusdem Rotæ decisiones alleget, tamen relata etiam cõtraria, allegatis nonnullis pro ea, dicit, quod si instrumentum se referat ad capitula, & sic ad

sic ad præcedentem tractatum, tunc censeatur contractus factus iuxtà illum, si verò non, & fiat ex interuallo secus, sed vide omninò dicta per *me in dict. decis.* 71. licèt pro opinione *Surdi hic, num.* 16. *cum seq.* latè doctissimus *D. Reg. Capyc. Galeota lib.* 1. *controuers. cap* 31. *num.* 19. *cum seq.* & in fortioribus idem *Author in cons.* 202.

4 Item si venditor sciens vitium rei venditæ liberetur, si dixerit, se nolle de euictione teneri, plenè quoq; scripsi in *decis.* 146. & meliùs *decis.* 165. *num.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio inhabilitatis personæ nō censetur à statuto sublata.*

2 *Alienatio nulla partis feudi non conualidatur per confirmationē factam à Prorege.*

3 *Sententia lata in fauorem falsi procuratoris an possit à Domino ratificari.*

DECIS. CCLXXXIX.

PRO hac decisione faciunt notata per *Graff de except. except.* 38. *in nouiss. impress.* scilicèt quòd quamuis statutum tolleret omnes exceptiones aduersus instrumentum, non tamen censetur reiecisse illam inhabilitatis personæ contrahentis, non obstante iuramento, & quouis pacto de non opponendo, nec sunt omittenda ad propositū huius decisionis notata per *me in decis.* 188.

2 vbi alienatio nulla partis feudi non conualidatur per confirmationem factam à Prorege.

De sententia lata in fauorem falsi procuratoris quando possit à Domino ratificari, latè scripsi in *decis.* 215. *num.* 2. & 10. addo etiam *Carocc. de remed. contr. sentent. except.* 88. *per tot.*

SVMMARIVM.

1 *Actio euictionis quando, & qualitèr in feudalibus competat.*

2 *Pater num possit in emphyteusi quæsita filijs præiudicare, & quando.*

DECIS. CCXC.

AD hanc decisionem adde *Thes. in lib.* 2. *qq. forens. quæst.* 23. vbi latissimè, ac diffusè examinat quæstionem istam, de qua in hac decisio-

1 ne, scilicèt quando, & qualitèr actio euictionis in feudalibus competat, & quid si ex natura rei sequatur euictio, vbi etiam meminit de hac nostra decisione, examinando decem casus, in quibus competat euictio, omninò videndum, vbi etiam venit ad examinationem *glos. in l. si familia, C. famil. ercisc.* hanc etiam decisionem sequitur cum multis *Costa de retrotract. in casu* 3. *in cap.* 8. *nu.* 17. *& seq. pag.* 210. vbi quamuis non decunciauerit litem concedenti, vel venditori, dummodò venditor non potuerat euictionem impedire.

Et circa quęstionem, de qua etiam *Author hic*, num possit pater in emphyteusi acquisita præiudicare filijs, adde quòd cū distinctione *Surdi hic*, scilicèt aut ex mera concedentis liberalitate, vel ex causa one-

2 rosa, & mediāte pecunia per patrem quæsita sit, transiuit *Rota* in pluribus causis relatis per *Beltram. ad Ludouis. in decis.* 529. *num.* 13. & de alijs decisionibus etiam testatur *Marescott. lib.* 1. *variar. resol. cap.* 74. *num.* 1. & 2. qui putat, ab hac distinctione non esse recedendum, quod etiam admisit *Rot.* apud *Farinac. in decis.* 435. *num.* 13. *par.* 1 post *Surd. cons.* 305. *num.* 35. vbi pro causa onerosa consideratur, quòd primus acquirens in ingressu soluerat quandam quantitatē pecuniæ, & deindè fecerat meliorament magni valoris, de qua quidem quæstione ex professo scripserunt *Natt. cons.* 475. *Gratian. tom.* 3. *discept. forens. cap.* 405. *per tot. Schrad. de feud. part.* 2. *cap.* 2. idem *Farinac. in decis.* 438. *num.* 1. & *Seraphin. decis.* 559. *num.* 19. idem *Surd. decis.* 209. *num.* 16. *& seq.* & *cons.* 35. *nu.* 32. *cum seq.* qui infinitos alios colligunt, ad quos me remitto.

DECIS. CCXCI.

AD hanc decisionem adde *Decisionem Rot. Roman.* 121. *part.* 1. *in nouiss.* & latiùs *part.* 4 *decis.* 846. quarum dicta satis ad hāc decisionem conferunt, & faciunt adducta per *me in decis.* 71. & 288.

SVMMARIVM.

1 *Testamentū non publicatū, ex quo testator publicationē in aliud tēpus distulerat, an dicatur imperfectū ex defectu solēnitatis, vel voluntatis, ità vt neq; ad pias causas sustineri possit, recensentur opiniones, & nu.* 4. *& affertur distinctio nu.* 5. *&* 7.

2 *Testamentum si habeat signum incisum, & sigilla reserata, an dicatur mutata voluntas testatoris respectu piæ causæ.*

3 *Testamentum ad pias causas reuocatur per secundum fauore liberorum, absquè speciali clausula derogatoria.*

6 *Testator censetur voluisse iuxtà solitum testari.*

8 *Testamenti nuncupatiui ad essentiam non requiritur scriptura, nec publicatio.*

9 *Testamentum probatum per testes quando valeat, licet Notarius illud non publicauerit, affertur distinctio, & nu. 10.*

11 *Testamentum dicitur imperfectum quando constat, testatorem voluisse aliud disponere.*

Limita quòad illam partem perfectam fauore piæ causæ, num. 12.

Contrarium, *nu. 13.*

14 *Testamentum imperfectum ex defectu solemnitatis fauore piæ causæ, vel liberorum sustinetur, secus ex defectu voluntatis.*

15 Clausula *codicillaris saluat testamentum nullum ex defectu solemnitatis, & num. 17.*

16 Clausula *codicillaris si non fuerit lecta, & publicata non operatur.*

DECIS. CCXCII.

1 MAgna fuit *Doctorum* controuersia super hac quæstione, de qua noster *Author hic*, scilicèt an testamentum non publicatum, ex quo publicationem testator distulerat in aliud tempus, dicatur imperfectum ratione solemnitatis, vel volũtatis, ità vt ad pias causas sustineri nequeat, cùm imperfectum quòad solemnitatem existimauerint *Imol. in cap. relatũ de testam. Bart. in l si is, qui, de testam. & l. fideicommissum, §. quoties, ff. de legat. 3. Alexan. in l. hac consultissima, §. ex imperfecto,* vbi latè *Ias. C. de testam. Aretin. Dec. Bertrãd. Ruin.* & alij apud *Gabr. commun. conclus. titul. de testamen. concl. 9. num. 8. & seq. Iul. Clar. Alexandrin. de testamen. q. 6. & 7. inter tract. diuers. de success. tàm ab intestato, quàm ex testam.* infiniti apud *Magdalen. de numer. test. in testam. requis. cap. 5. par. 2. num. 15.* quem, & alios allegat *Gratianus tom. 5. disceptat. c. 985. num. 22. Fachin. lib. 4. controuers. c. 4. vers. tertia propositio, Crescent. dec. 3. de testam. Boer. dec. 92. num. 10. & decis. 240. num. 3.* Marta *vot. 8. num. 25.* vbi quamplurimos pro hac opinione contra *consil. Oldrad. 119.* allegat,

2 prout etiam si testamentum haberet signum incisum, & sigilla fuissent reserata, quòd nequè per hoc dicatur mutata voluntas testatoris, vt ex multis probat *Castill. in decis. 59. lib. 1.* qui (si benè aduertatur) contrarium tenet, ex quo dicit, quòd licèt sit imperfectum ratione voluntatis, fauore tamen piæ causæ sustinetur, non tamen fauore liberorum, per *glo. in l. si is, qui, ff. de testam. & in l. vltima, in verb. impletum, C. famil. ercis.* & sic magis fauorabile videtur testamentum ad pias causas, quàm fauore liberorum, quod etiam in terminis voluit *Thesaur. iun. lib. 4. qq. for. quæst. 35. num. 7. & Mascard. de probat. concl. 1353. num. 71. & 72.* at totum oppositum sustinetur satis doctè per D. meũ *Reg. Rouit. in consil. 93 per tot.* vbi conclu-

3 dit, dispositionem ad pias causas reuocari per secundum testamentum fauore liberorũ, absquè specifica, & speciali clausula derogatoria, sed cùm hic non sit casus noster, ideò eum pertranseo.

4 Altera est opinio, & communior, scilicet hoc testamentum esse imperfectum ratione voluntatis, ità vt nequè ad pias causas sustineri possit, prout post *Boer. Grammat.* & alios innumeros, quos collegerunt *Ricc. & Io. Baptista Thor. in addit. ad Tiraq. de pia caus. priuil. 18.* Addo *Alex. Trentacinq.* pulchrè hanc partem tuentem in *consil. 42. lib. 2. Sigismund. Loffred. consil. feud. 14 num. 65.* vbi ait, *DD.* omnes concludere, hanc esse communem opinionem, de qua etiam communi testatur *Morot. consil. 6. num. 7. in fin. & seq. Bim. consil. 151. num. 9. lib. 2. Aym. cons. 689. num. 7. Rimin. iun. cons. 439. Argel. de acquir. possess. quæst. 6. artic. 13. num. 368. cum seq. Thesaur. iun. lib. 4. qq forens. q. 28. n. 6. & seq Gamm. in decis. Lusit. 221.* vbi in fortioribus.

Verùm pro reconciliatione harum opinionum recurrẽdum est ad distinctio-

5 nem, scilicet quòd si constaret, testatorem in scriptis voluisse solemnitèr testari, & tunc ex quo ad substantiam actus requirebatur scriptura, si voluntas testatoris non fuerit scripta à Notario, & coràm testibus publicata, non potest dici actus perfectus, arg. *l. contractus C. de fid. instrument.* vt in dubio sic præsumendum inquit *Socin. iun. cons. 71. num. 24. volum. 4.*

6 scilicet testatorem voluisse testari iuxtà solitum, quia communitèr solitum est, vt testa-

testamenta scribantur, & deinde legantur coràm testatore, & testibus, & in hoc necessariam esse publicationem testamenti, quando Notarius fuerit rogatus illud scribere.

Aut verò constaret, testatorem voluisse nuncupatiuum condere testamentum, &
7 eo casu licèt de eius dispositione Notariũ cum testibus conuocasset, hoc erat ad faciliorem probationem, vndè perfecta videretur eius voluntas, argumẽto *l. contrahitur, de pignor.* & eorum, quæ scripsi in *decis.* 277. vt in terminis post *Natt.* qui ex proto̅sso in *d. l. hac cõsultissima. §. ex imperfecto, nu.* 147. latè *Honded. cons.* 77. *nu.* 17. *cum mult. seqq lib.* 1. sic etiam *Manent. decis.* 59. *num* 24. *Rot. Roman. in decis.* 620. *part.* 1. *in nouiss.* singulariter *Corn. cons.* 77.
8 *col. fin. vol.* 4. vbi inquit, quòd dùm testamentum nuncupatiuum non requirit scripturam, ergò nec publicationem ad eius essentiam, & perfectionem, quem etiam sequitur *Bertazzol. cons. ciuil.* 86. *num.* 2. ità quoquè tradiderunt *Cephal. cons.* 294. *Ruin.* sibi contrarius *cons.* 1. *num.* 21. *vol.* 2. *Mart. cons.* 44 *num.* 5. *&* 6. *Decian. cons.* 8. *num.* 8. *lib.* 1. *Ladereb. cons.* 156. *Riminald. iun. cons* 439. *num.* 1. *cum seq. Peregr. decis. Patauin.* 80. *num.* 7. *vers. sed contra*, & hanc esse communem inquit *Rot. Roman. in decis.* 173. *num.* 5. *part.* 2. *in nouiss. Thesaur. d. quæst.* 28 *post num.* 3. *Gratian. d. cap.* 550.
9 *num.* 4. vndè si testator coràm septem testibus voluntatem suam expresserit, quamuis Notarius vocatus non publicauerit illius voluntatem, tale testamentum per testes, qui interfuerũt probatum valebit, per *text. in l. Lucius, ff. de testam.* vbi *Bart. & alij, Paul. de Castr. cons.* 307. *in* 2. *dub. vol.* 2. *Sim. de Prat. cons.* 14 *& cons.* 85. *& de interpret. vltim. volunt. lib.* 2. *interpr.* 1. *dub.* 2. *fol.* 1. *num.* 49. vbi refert, sic fuisse decisum, quod etiam latè idem *Bertazzol. d. consil.* 28. *per tot.* cũ alijs per *Peregr. in d. decis. num.* 10.

Quamuis *Crauett. cons.* 944. hoc intelligat, quando testator coràm septem testibus rogatis, & vocatis voluntatem suam
10 declarauerit, nam tunc testamentum probatum per dictos testes valeret, & diceretur perfectè probatum, at secus si testes nõ fuissent vocati, & rogati ab ipso testatore, nec ab alio eius nomine, vt etiam docet *Bart. in l. Lucius, in fin. num.* 5. *ff. de milit. testam. Iul. Clar. lib.* 3. *sentent. quæst.* 58. *vers. scias tamen, quòd nullibi constat*, & sic tenuit *Rot. Roman. in d. decis.* 620. *nu.* 1. *par.* 1. *in nouiss.* & de cõmuni *Boer. decis.* 34. *nu.* 8. post *glos. fin. in verb. adhibitis, Instit. de testament.* nam vt dicit *Corn. in cons.* 232. *sub num.* 15. *vol.* 1. quòd vbi testator testes nõ rogauit, præsumitur quòd tunc nõ habuerit voluntatem testandi, vt etiam tradit ipsemet in *cons.* 73. *sub num.* 12. *vers. & meritò, & cons.* 319. *sub num.* 13 *&* 19. *eodem volum.* cum alijs concordantibus allegatis per *Manent. in cons.* 7. *nu.* 2. & in *d. decis.* 59. *num.* 20.

11 Procedit quoquè supradicta opinio, vbi non cõstaret, testatorem voluisse aliud disponere, eùm eo casu non sustineretur, ex eo quia diceretur imperfectum ratione voluntatis, vt tradit post multos *Gratian. d. cap.* 550. *num.* 9. *&* 13. vbi ità fuisse iudicatum subdit.

Licèt *Bart. in l. in testamento, ff. de fidei-*
12 *commiss. libert.* hoc limitet in eam partem, in qua fuit perfecta fauore piæ causæ, quæ opinio vti verissima existimatur à quamplurimis à *Tiraquell.* allegatis *de priuileg. piæ causæ, priu.* 7. & ab alijs apud *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 5. *num.* 6. *vers.*
13 *declaratur autem primò*, quamuis contrarium affirmauerit *Io. Franc. de Ponte in cons.* 99. *num.* 9. *& seq. vol* 2. videndus, dicens, tale testamentum esse imperfectum ratione volũtatis, maximè quando dixit, *item volo*, & posteà obmutuit, cùm testamentum sit quid indiuiduum.

Hinc dixit *Magdalen. de numer. test. in testam. requis. cap.* 5. *part.* 2. *num.* 15. quòd
14 quando voluntas est perfecta, cõuocatio Notarij, & sic publicatio concernit actum solemnitatis ad finem probationis, quæ licèt deficiat, fauore piæ causæ, vel liberorũ valet. At secus vbi voluntas non esset perfecta, & conuocatio Notarij, & publicatio adhiberetur per testatorem, ad effectum vt sua voluntas per eum perficeretur, nam tunc neque ad pias causas, quamuis ipsæ institutæ fuissent, vel liberi valeret, & hanc esse communem distinctionem, quam etiã sequutus est eum multis comprobando *Gratian. tom.* 5. *discept. for. cap.* 988. *nu.* 22. *& seq.* quod etiam voluerunt *Iul. Clar. Alexand. de testam. quæst.* 7. *vers. aliquando & tertiò testator fecit vocari duos test.* 1 *inter tract. diuers. de successi. tàm ab intestato, quàm ex testamento, Clar. in §. testamentũ, quæst.* 7. *&* 9. *Grass. in d. §. testamentum, quæst.* 12. *Surd. cons.* 258. *nu.* 21. *volum.* 2. *Hondedcons.* 77. *num.* 13 *&* 20. *lib.* 1. *Menoch. cons.* 1189. *num.* 12. *&* 13. *lib.* 12. idem *Gratian. dict. cap.* 550. *Seraphin. decis.* 581.

Crest.

Cresc. decis. 3. *de testament. Thesaur. iun.*
15 *dict. quæst.* 28. *num.* 6. *& sequent.* quo casu tale testamentum neque valere potest vt codicillus, *l. fideicommissa*, *§.* 1. *de leg.* 3. idem *Surd. dict. consil.* 258. *num.* 23. *Ioan. Vincent. de Anna allegat.* 19. *num.* 11. *Turrett. de clausul. codicill. quæst.* 12. *nu.* 2. *& q.* 22. *Petr. Peralt. in l. si quis, in princ. nu.* 45. *de legat.* 3. idem *Thesaur. in dict. quæst.* 28. *num.* 12. *Castill. decis.* 59. *num.* 55. *lib.* 1.
16 *Ludouis. decis.* 271. *num.* 12. vltrà quòd talis clausula nihil operatur, nisi fuerit lecta, & publicata, *dict. l. fideicommissa*, *§.* 1. vbi *glos. in verb. quoties*, *& l. ex ea scriptura* 29 *ff. de testament.* idem *Thesaur. dict. quæst.* 28 *num.* 13. *Honded. consil.* 33. *nu.* 46. *volum.* 1. *Polydor. Ripa obseruat.* 322. *Costa de remed. subsid. remed.* 109. *num.* 15. quod procedit etiam inter liberos, distinguendo, vt supra, testamentum nuncupatiuum à testamento in scriptis, vt satis doctè *Laderch. in d. consil.* 156.

Et quamuis per clausulam codicillarem etiam rupto testamento sustineantur legata pia, ad tradita per *Thesaur. in decis.* 141. *nu.* 14 prout caducata institutione per mortem instituti per clausulam codicillarem sustineri substitutionem factam fauore piæ causæ iudicatum refert *Vinc. de Franch. in decis.* 156. vbi licèt non adesset expressa clausula codicillatis, sed *omni meliori modo*.

17 Tamen hoc nõ procedit, vbi testamentum esset imperfectum ratione volũtatis, vt *d. l. fideicommissa*, *§.* 1. quoniam etiam fauore piæ causæ non sustineretur, vt latè *Guid. Pap. decis.* 513. *Couarr. in cap. relatum, num.* 9. *de testament. Gamm.* in citata *decis.* 221. *num* 3. & idem *Thesaur. in dict. quæst.* 28. *d. num.* 13. *Pras. Amat. consil.* 61. *num.* 13. *&* 34. *Canter. lib.* 3. *variar. resolut. cap.* 10. *num.* 406.

Et cum hac distinctione fuit decisum in Sacr. Cons. contra testamentum, cuius stipulationem testator distulerat in alium diem, vt habetur in *decis.* doctissimi Domini mei *Regentis Capycij Latro* 7. in ordine, in qua meminit de hâc nostra *additione*.

SVMMARIVM.

1 *Filius in legitima an sit iure institutionis honorandus.*
2 *Filius quidquid de patrimonio patris capit, siue titulo legati, siue quocunquè alio titulo in legitimam imputat.*
3 *Clausula codicillaris, vel* omni meliori modo *saluat testamentum à vitio institutionis, vel præteritionis, vbi decisiones diuersorum Tribunalium.*
4 *Testamentum nullum ob præteritionem sustinetur per clausulam codicillarem in vim fideicommissi quoàd institutionem.*
Quãuis eo casu duæ quartæ non debeantur, num. 5. *& ibi quid in aula.*
Intellige cum distinctione, num. 6.
7 *Clausula codicillaris non saluat testamentum, vbi posthumus ignoranter fuerit præteritus, & hæres extraneus institutus.*
Amplia, quamuis hæc clausula esset posita per verba futuri temporis, num. 8.
Limita, vbi esset Ecclesia instituta, nu. 10.
9 Cancer. lib. 1. variat. resol. cap. 4. num. 35. *declaratur.*
11 *Testamentum fratris turpi personæ instituta erit nullum quòad totum, vel solùm respectu legitimæ, & num.* 13. *&* 14.
Limita, interueniente clausula codicillari, num. 36.
Contrarium, num. 37. *&* 39.
Item limita, vbi fuerit facta vulgaris substitutio, num. 38.
12 *Fratri legitima debetur turpi persona instituta.*
Amplia, etiam si esset instituta persona vilissima, veluti extortator equorũ, lusor, & similes, num. 15.
16 *Turpis persona in materia* l. fratres, C. de inoffic. testam. *quæ dicatur.*
Et quid de vxorato concubinato, num. 17.
18 *Querela ex dispositione* text. l. fratres *competit etiam sorori per agnatos exclusa.*
19 *Dispositio* d. l. fratres *locum habet etiam in donatione inter viuos.*
20 *Dispositio* d. l. fratres *non procedit, vbi turpis persona ab intestato succederet.*
Intellige, vbi fratrem ab intestato excluderet, vt quia filius, secus si alter esset frater, num. 21.
Item non procedit, vbi turpis persona cum alia non turpi instituta sit, licèt pro ea tantùm parte rescindatur, num. 22.
Amplia, quàmuis turpis persona eius partẽ repudiaret, num. 23.
24 *Vitricus non potest repudiando legatum sibi à secundo coniuge factum euitare dispositionẽ* l. hac edictali, C. de secund. nupt.
25 *Dispositio* d. l. fratres *in vterinis locum nõ habet.*
26 *Item non procedit in nepote personam patris repræsentare volente, & num.* 28.

27 *Frater adoptiuus admittitur ad querelandum fratris testamentum, si tamen in patris potestate adsit.*
28 *Rupto per fratrem fratris testamento nepos alterius fratris ad successionē eum eo ab intestato admittitur.*
29 *Frater fratris testamentum non expugnat, sed solùm ad legitimam agit, eiusque supplementum, si aliquid ei sit relictum.*
30 Text. l. omnimodò, C. de inoff. testament. *habet locum etiam in fratre.*
31 *Filius si aliquid sibi à patre relictū sit, turpi persona instituta, patris testamentum per querelam expugnat.*
Sed contrarium, num. 32.
32 *Fratris testamento rupto ob institutionem turpis personæ sustinetur legatum, vel fideicommissum.*
Contrarium, num. 34.
Prima opinio verior, num. 35.
33 Auth. ex causa, C. de fideicommiss. *sustinet testamentum quoàd legata, non fauore institutorū, sed vt conseruetur voluntas testatoris.*
40 *Clausula codicillaris in clausura testamenti apposita censetur potiùs de stilo Notarij, quàm de testatoris voluntate.*
41 *Medietas vigore consuetudinis proximioribus debita nūm succedat loco legitimæ, & num. 44.*
42 *Dispositio* d. l. fratres *nūm limitetur respectu bonorum antiquorum.*
43 *Portio à statuto, vel consuetudine filijs delata nūm veniat in collatione, in materia* d. l. hac edictali.
45 *Dispositio* d. l. fratres *in quo est fundata.*

DECIS. CCXCIII.

DVO proponuntur ab *Authore hic*, primum nempè si filius iure institutionis sit honorandus, secundum si testamētum, in quo filius sit præteritus, sustineatur per clausulam codicillarem.

Circa primum per extensum scripserūt *Mangil. de imputat. & detract. quæst. 126. & Merlin. in tract. de legitim. lib. 5. tit. 2.*
1 *quæst. 10.* vbi semper quòd relinquitur aliquid pro legitima, vel sua portione, vel sua parte, sua quota, pro omni eo, quod prætendere possit, pro suo peculio, pro sua falcidia, pro sua benedictione, pro sua dote, vel deniquè quādo aliquid legatur cum additione clausulæ, *& cætera*, tunc pro validitate testamenti sufficit huiusmodi expressio, nec aliter requiritur titulus institutionis, prout etiam satis doctè probat *Thes. in dec. 58.* vbi legatū factū tàm ascendēti, quā descēdenti, et absq; clausulis codicillaribus, ac *omni meliori modo*, quibus debebatur iure institutionis, censeri iure institutionis, & successiuè testamentum non dici nullum, subdens sic per Senatum fuisse decisum, prout etiam eius *filius ibi in addit.* qui ait, quòd si fuerit factum legatum illi, cui de necessitate relinquendum esset, quòd legatum sonat in institutionē, & quòd ità solet Senatus obseruare, & iudicare, quam etiam decisionem *Thesaur.* sequitur *Gruell. in decis. Senat. Dolan. 28. num. 26.* hoc quoquè post multos voluit *Valasc. in consult. Lusit. 23. per tot. & Ioan. Franc. de Ponte in cons. 66. num. 3. vol. 1.* ac plenè idem *Thesaur. iun. in lib. 2. quæst. forens. quæst. 71. per tot.* vbi concludit, quod legatum factum filiæ, soluendum Monasterio tempore ingressus, si filia nupserit, & Monasterium ingressa non sit, non per hoc ipso diei possit præterita, ità vt testamentum infirmetur, cùm tale legatum pro institutione habeatur, respondēdo multis
2 cōtrarijs; nam quidquid capitur per viam vltimæ voluntatis de patrimonio testatoris, siue titulo legati, siue quocunquè titulo, in legitimam est imputandum, ad *text. in l. etiam, §. penult. ff. de bon. libert.* noster *Author cons. 388. num. 20. lib. 3. Gratian. in tom. 3. discept. forens. cap. 448. num. 12. Marescott. in lib. 2. variar. resol. cap. 86. nu. 3. Put. decis. 212. num. 12. lib. 3.* infinitos colligit *Merlin. in tract. de legitima, lib. 2. tit. 2. quæst. 1. num. 5. & seq.*

Quæ conclusio eo magis procederet,
3 quando in testamento adesset clausula codicillaris, vel *omni meliori modo*, (& sic deueniendo ad secundum dubium) per quā testamentum sustinetur, nec corruit vitio institutionis, vel præteritionis, *Mantua cons. 128. num. 45. Bursat. cons. 92. num. 4. lib. 1. Beroi. cons. 10. lib. 2. Bertazz. cons. 64. lib. 1. Mar. Anguiss. cons. 19. nu. 3. Honded. cons. 18. num. 27. lib. 1. Barz. cons. vnic. nu. 129. post decis. Bonon. Mart. cons. 24. nu. 16. cons. 171. num. 27. & cons. 127. num. 3. Camill. de Medic. cons. 10. nu. 1. & cons. 40. num. 2.* Inter tractatus *Peregrin. de fideic. artic. 36. num. 56. Magdalen. de numer. test. in testam. requis. cap. 16. nu. 81. & 96. cum mult. seqq. Costa de remed. subsid. remed. 109. nu. 4. Merlin. de legitim. lib. 5. tit. 2. quæst. 4. nu. 1. Mart. de success. legal. par. 1. quæst. 25. art. 1. num. 14. Moises. ad Consuet. Neapol. part. 4. quæst. 62. Cancer. lib. 1. variar. resol.*

cap.4.num.31. & in lib.3.cap.20.num.405. Inter Decisiones *Piguer decis.108.num.1. Vituus decis.422.lib.3. Griuell.decis.Senat. Dolan. 28. & decis.126. num.24. Ludouic. decis. Perus.117. part.2. Rota Romana decis.568. num.1. part.1. in recent. Gratian. tom.4 discept.forens.cap.702.num.8. Peregrin.in decis. Patauin.54.* vbi inquit, quòd filia honorata in re particulari, licet sub expresso titulo legati non possit dicere testamentum nullum ex causa præteritionis, si in testamento erat inserta clausula codicillaris, vel, *omni meliori modo*, quamuis hęc clausula non reperiatur inserta ipsi relicto, sed annexa cum clausula codicillari, subdens sic fuisse decisũ, vel quando adesset clausula, *ad consilium sapientis*, vt latè idem *Merlin.de legit. lib.5. tit.2.quæst.12. per tot.*

Sed hoc non quia propriè ista clausula habeat hanc naturam, vt legitima non de-
4 beat relinqui iure institutionis, sed quia ipsa clausula saluat testamentum nullum, propter quam filius deducta sua legitima tenetur per fideicommissum hæreditatem scripto hæredi restituere, *l.fin.§.illud quoquè. C. de codicill. l. scriptura 29 §.1.* vbi *glos. de testament. ex l cohæredi 41 §.quid si hæredem, de vulgar. & pupill. Menoch de præsumpt. lib.4.præsumpt 32 Thesaur.decis.141. Rustic. ad l.cùm auus, lib.1. cap.1, num.21. de condit. & demonstr. Peregrin.de fideicommiss. artic.2.num.16.& seq* ac in *decis Patauin 54 nu.3. & decis 104.nu.1.* & hanc communem esse inquit *Intrigliol. decis.11.num.15. Paschal de virib.patr potest part.2.cap 4.num.36. Mart.de success. legal.*in citata *part.1.quæst.25.art.1.nu.16. & quæst.26.artic.4.num.2* multos quoquè pro hac opinione colligit *Merlin.* in citata *quæst.4 num.2.* sic etiam *Io.Franc. de Ponte cons.88. num.42. vol.1. & cons. 46, num.77. vol.2. Farinac. decis.568.num.3, par.1.tom.2. Gall.de except.tit.3.except.11. part.2.nu.71.& 72.* ac *tit.1.except.5.nu.6, part.3. Mandell. cons. 656.num.3. tom.4. Cancer.lib.1.var.resol.cap.4.num.31.*

Quo casu & si sustineatur testamentum
5 in vim fideicommissi, non tamen per hoc detrahi possunt duæ quartæ, sed tantùm legitima, cùm simus in puro fideicommisso, per *text. in l.2. §.fin. ff.de iur. codicill. Bart.in l.1. ff.eod. Cucc.de legitim.in rubr. quo tit.sit relic q. Io.Dilect.de arte testand. tit.de hæred instit.caut.1.num.4 Vituus decis.410. lib 3. Paschal de virib patr.potest. d.part.2. nu.37. Costa de port.rata, q.202. num.2. Thesaur. in d.decis.141.num.18. in princ.* prout post alios sic decisum refert *Merlin.in tract.de legitim. lib.1. tit. 3. q.1. num.21.*

Et quàmuis magna inter *DD.* sit controuersia super hoc, vt per *Thesaur.* in citata *decis. num.18.* vbi eius *filius in addit.* ac in *decis.128.*& *ibi* etiam *in addit.* & *Costa loco* citato, ac *de factis scient. & ignorantur.2.distinct.2.num.14.* & per eundem *Merlin.*

Tamen eorum opiniones cum distin-
6 ctione concordãtur, scilicet aut loquuntur de præteritione filij nascituri, aut de præteritione scientèr facta de filio iam nato, & non ignoto testatori, si in primo casu, & tunc vera est eorum opinio adiudicantiũ duas quartas præterito ex vi intrinsecæ conditionis, vel quia conditio non fit vera de præsenti, vt synodalis est doctrina *Bald.in l.filium, num 27. vers.item quaro, quid si filius, C.famil.ercisc.* quem sequitur *Sim.de Prat.de interpret.vltim.volunt.interpret.1.solut.11.num.29.& seq. Costa de port.rata, d.quæst.202, num.6. Mart. de clausul par.3.claus.11.num.38. Merlin.in addit.ad decis.21.impress.in fin. tract.de legitim.* aut verò in secundo casu, & tunc iterum subdistinguendũ est, scilicet aut sunt instituti alij liberi, seu aliàs successuri ab intestato, aut extranei, in primo casu procedit opinio dicentium, solam legitimam deberi, quia essemus in puro fideicommisso, *d.l.fin.ff.de iur.codicill.* In secundo verò casu si sunt extranei instituti, tunc duæ sũt detrahendæ quartæ, & hoc ad euitandam illam iniquitatem, atquè inhumanitatem, quòd filij priuentur bonis à natura sibi debitis, vndè hæc voluntas reputatur dementis, & insani hominis, prout tradit *Ripa de probat.respons.21.col.vlt.par.2. Merlin. d.tract.in lib.1. tit.3.quæst.1.num.23.Cost.* in citata *quæst.num.6.Thesaur.in lib.4 qq. forens. quæst.58.num.5. Rimin.iun.cons.78, num.16.Thesaur.& ibi filius in addit.* in citata *decis.141.nu.18.* & in *decis.128.* vbi loquitur de exhæredatione, ac præteritione filiæ à matre facta, licèt hoc procedat solùm in filio præterito, nõ autèm in auia, quæ non potest, nisi legitimam detrahere, vt latè *Vituus in dict. decis.410. libr.3. & Thesaur.in lib.4. quæst. forens. d.quæst.58. num. 5.*

Sed hæc vltima opinio procederet in casu, quo præualeret illa opinio DD. vt filius præteritus teneatur restituere hæreditatem instituto extraneo, vt inquit *Thesaur.*

iun. in addit. ad d. decis. sui Genitoris 141. in vltim. addit. prout indistinctè tenent Alex. Roland. Surd. Peregrin. Mantic. Becc. Gulielm. de Bened. & alij, quos refert, & sequitur Gratian. in tom. 3. discept. for. cap. 583. num. 31. & seq. hanc quoquè latissime tuetur Argel. de acquir. poss. ff. quæst. 3. art. 16. num. 527. subdens sic Rotam tenuisse, sic quoquè Marescott lib. 2. var. resol. cap. 78. cùm communior sit, vt in tali casu testamentum non sustineatur ex clausula codicillari, cùm contra naturalem rationem esset præferre extraneum suis descendentibus, l. in testamento, ff. de fideicom. hæred. glos. singularis in l. cohæredi, §. cum filio, in verb. non valuit, ff. de vulg. & pupill. & ibi Imol. Ias. & alij, de magis communi quoq; Decian. cons. 37. nu. 10. lib. 1. Mart. de success. legal. loco citato, Thesaur. Bertazzol. Bero Rot. Roman. Honded. Merlin. & omnes alij supracitati DD. qui proindè dicũt, quòd & si satis cõtrouersa sit quæstio illa, quòd ex clausula codicillari sustineatur testamentũ, in quo posthumus ignoranter fuit præteritus, & sic quando testator poterat mutare eius voluntatẽ post eius natiuitatem, de qua vltrà eos pro vtraq; parte scripserunt DD. relati à Thesaur. in decis. 141. vbi eius filius in addit. ac in lib. 2. qq. forens. quæst. 70. Menoch. cons. 499. Peguer. d. decis. 108. Mart. de success. legal. in loco citato, ac in cons. 127. Rot. Roman. decis. 367. par. 2. in recent. Costa de remed. subsid. remed. 109. & plenè Pedroch. in cons. 8. Marescott. dict. cap. 78 & quid si moriatur morte repentina, latè Mart. in fin. dict. cons. 127. Fachin. in lib. 3. controu. cap. 13.

Tamen quando extraneus hæres fuisset institutus, licèt posthumus fuisset ignorã-
7 tèr præteritus, testamentum non sustineretur per clausulam codicillarem, quia mera iniquitas esset videre, filium contra naturam, & votum paternæ pietatis, testituere hæreditatẽ extraneo instituto, pro quo videtur text. in l. si mater, in fin. C. de inoff. testam, l. Titia, ff. eodem, l. nec fideicommissa 36. de leg. 3. l. penult. ff. de iure codicill. prout hanc esse æquiorem, & humaniorẽ post multos refert Thesaur. in allegata decis. 141. num. 15. & ibi filius in addit. vbi istam æquiorem, ac in puncto iuris veriorem vocat, ac in conscientia per Iudicem, & Consulentem sequi debere, prout decisum refert Put. in decis. 234. part. 2. vbi subdit, quòd Domini de Rota inclinabãt pro opinione Bart. in l. 1. num. 10. ff. de iur. codicill. sed quia erat institutus alter filius testatoris, vota fuerunt diuisa, & tandèm in fine dicit, secus esse, vbi extraneus fuisset hæres institutus, vt etiam defendit Vin. in decis. 420. lib. 3. Gayll. in lib. 2. obseruat. 114. num. 8. cum seq. vbi opinio Bart. in d. l. 1. num. 10. ff. de iur. codicill. est verior, & ab ea in iudicando non discedendum, & secundùm eam fuisse iudicatũ inquit Ias. in auth. ex causa, num. 24. C. de liber. prat. sic quoquè idem Thesaur. in citato lib. 2. qq. forens. quæst. 70. & Peguer. hanc esse veriorem, ac communiorem post multos ostendit in loco citato, & per extensum idẽ Mart. in allegato cons. 127. per tot. & Clar. in §. testamẽtũ, quæst. 46. Cauall. quæst. 180. Fachin. in lib. 3. controuers. iur. cap. 12. qui hanc quoq; tuetur, sequutus Bart. in d. l. 1. quem communitèr esse receptum testatur Io. Franc. de Ponte in cons. 42. num. 11. & 13. vol. 1. Bursat. in cons. 89. num. 40. lib. 1. vbi allegat Rot. decisionem, Mandos. ad Roman. in cons. 122 in verb. cogitauit, vbi etiã testatur, ita in Rota decisum.

8 Et hoc quamuis hæc clausula esset apposita per verba futuri temporis, vt satis doctè ostendit Mart. in loco citato, vbi de communi testatur, & Gayll. d. obseru. quidquid de verbis futuri tẽporis dixerit Cancer. lib. 1. variar. resolut. cap. 4. num. 35. qui
9 loquitur in diuerso casu, scilicet quando esset institutus filius, nam pro sua opinione allegat Bart. in l. qui filiabus, in fin. ff. de leg. 1. hoc dicentem, & ideò testamentum cum clausula codicillari sustinetur, vt supra diximus, at secus vbi extraneus esset institutus.

Licèt Marc. Anton. Amat. in decis. Marchia 10. limitet supradictam conclusionẽ,
10 quando esset instituta Ecclesia, cùm in eo casu per clausulam codicillarem sustineretur testamentum, non obstante dicta prætetitione posthumi, vbi hanc communiorem post infinitos ostendit.

Sed circa hoc quæro, an supradicta pro-
11 cedant in testamento fratris turpi persona instituta, ita vt legitima ei nõ relicta iuxtà dispositionem l. fratris, & l. fratres, C de inoffic. testam. sit nullum, nedùm respectu legitimæ, sed quoad totum, adeò vt nequè legata præstari debeãt, etiam interueniente clausula codicillari. Ardua quidẽ quæstio, quoniam & si verum sit, fratri nullam
12 deberi legitimam, nisi turpi persona instituta, vt in dictis legibus, tamen si nulla fuerit fratri legitima relicta, testamentum nõ vitiatur quoad ipsam legitimam, sed in totum annullatur, ita ex cõmuni DD. opi-

nione rec eptum est, vt per *Bart.in d.l.fratres,in* ‸ *.quæst.num.3.Ias.ibid.num.8.vers. an a*‸*atem,Dec.cons.530 vers.quintò quarit* ‸*r, Clarus in §.testamentum, quæst.50. & quæst 52.& ibi Scholiastes, Gulielm.de Benedict.in cap.Raynuntius,in princ.num.28. extra de testam. Suarez in l. quoniam in prioribus, num.12.ff.de inoff.testam. Vasq. de testam.potent. §.10. num.580.& de success.creat.lib.1.§.11.nu.533.& 568.Hondod. cons.4. num.7. lib.2. Roland. cons.87. num.1. cum seq.lib.2. Peregrin.de fideicom. artic.36.num.45. Crass.§.legitima,quæst.6. & §.testamentum, quæst.46. Merlin.de legitima,lib.1.tit.2 quæst.13.nu.1.& 6. Barry de success. lib.10. cap.7.de exhæredat. & præterit.fratr. nu.7.* latè *Marta de success. legal.part.1. quæst.25. artic.2. num.29. & seq.Anna singul.506. Meirer.de testament. success. lib.2.tit.3.* plenè *Thes.in decis.126. 127.& 128.* & ità nouitèr fuit per S.C. iudicatum in causa Vrsolæ Bonifaciæ cum Ioanne Berardino Leopardo de mense Iulij 1633.cum interuentu Dom.Spectabilis Præsidis, penès Littum Actor. Magistr. ex quo fuit nullum declaratum testamentũ quondam Io.Francisci Leopardi, dùm instituta turpi persona dictum Io. Berardinum præterierat.

14 Quicquid in contrarium teneat *Angel. in l.1.ff.de inoff.testam.*cuius opinio fuit in S.C. approbata,vt dicit *Afflict.in dec.*204. *num.2.& 125.in fine,*ad cuius corroborationem nonnulli dicunt,testamentum in totum non annullari,sed solùm quoàd ipsam legitimam,cùm iure cautum sit,fratri nullam legitimam deberi,nisi turpi persona instituta,quod nõ negatur, sed hoc intelligitur,vbi ei fuerit relicta,aliàs daretur querela ad expugnandum testamentum fratris ad instar filij, qui si nulla legitima ei sit relicta, totum testamentũ expugnat, & tamen verum est, legitimam solùm ei deberi in bonis parentis.

15 Quæ conclusio procedit,etiam vbi fuerit instituta non turpis persona, sed vilissima,veluti excoriatores equorum,lusores, brigosi,& similes personæ,vt dicit *Laur.de Pin. cons.50.num.6. Ruin. cons.5. num.9.*
16 *volum.3.* item ebriosus,& qui pretio facit spectacula,& baiulus, dicit *Gomes. d. c.11. num.38.ac Sim.de Prat.de interpr. vlt.volunt. lib.5.interpr.1.dub.1.num.70.* & latè *Vasq. d.§.10 nu.571 cum seq.* vbi quatuor genera turpium personarum in hac materia fecit, quem etiam allegat, & sequitur *Barry de success. lib.10. tit.qua sint person. turp. nu.7.* vnum si sit infamis,& de facto, & de iure, aliud si sit vel de iure, vel de facto tantùm, tertium si neutro modo infamis sit, sed eius quæstus tantùm turpis, & modus viuendi, quartum licèt nullo modo infamis sit, nec habeat turpem modũ viuendi, si tamen sit homo sinistræ opinionis, similitèr *Meirer.d.tit.3.* turpẽ personã in hac materia dicit eum, qui sparsus est turpitudinis, vel leuis maculæ nota, nec omittendus *Charondas respons. lib.7. cap. 167.* vbi ponit quendam casum cuiusdam mulieris,quæ cùm incerta esset,an eius vir esset viuus, vel mortuus propter illius absentiam, & mansisset longo tempore apud vnum virum, quibus prohibitum fuerat à Consulibus, ne irà simul habitarent propter suspitionem stupri,& scandalum,tandem cùm decesserit mulier,instituto dicto viro,proposita per eius fratrem querela, asserentem, hæredem institutum esse turpem personam propter grauissimam fornicationis suspitionem,subdit,arresto pro fratre fuisse iudicatum,sic etiam de brigoroso, lusore, & similibus scribit *Mart.de success. legal. part.1.quæst.26.art.2.num.5.* qui *num.7.* probat,hanc conclusionẽ pro-
17 cedere etiam in vxorato tenente concubinam,cùm respectu eius procedat dispositio *dict. l.fratres*, & successiuè etiam in hoc casu dari fratri querelam firmatunt *Thesaur. decis.130. in fine, & Barry num.4. Dec. cons.530. in 1.dub. Curt. iun. cons.36. Iacobin.in l.1.num.9.ff.de inoffic. testam.* qui scribit contra *Mantuam* contrarium tenentem *in cons.259.* sic quoquè *Paris. cons.64. vol.3.* cum alijs per dictos *Barry,& Martam,*qui in *num.12.* firmat,
18 hanc querelam competere etiam sorori per agnatos exclusæ, quod in specie quoquè firmauit *Merlin.de legitim.lib.1.tit.2. quæst.13. num.3. & 4.* vbi dicit, non reperisse Doctorem hoc specialitèr determinantem,quod ex terminis *l.hac edictali, C. de secund.nupt.* probare conatur.

19 Quæ conclusio ampliatur etiam in donatione facta inter viuos, cùm & ipsa in totum reuocetur sicut testamentum, ità probat *gloss. in l.si filius,vers.si filius,& l.2. vers.ad similitudinem, C.de inoffic. testam.* & firmarunt *Ruin.cons.5.lib.3.* latè *Mangil.de imputat. quæst.112. num.8.& 9.* vbi totam rescindi scribit, non quoàd quartã tantùm, *Anna filius ad singul.506.sui Patris*, & si hoc esset,vbi ex donatione quasi torum patrimonium esset exhaustum, ità vt parũ, aut nihil remaneret, vt dicit *gloss.*

d.l.si

d.l.si filius, sic etiam Merlin.de legit. lib.1. tit.2.quæst.13.num.5. licèt de hoc dubitauerit Bald.in d.l.fratres.

20 Sed hoc erit intelligendum, vbi turpis persona ab intestato succedere nō posset, aliàs secus, quo casu fratris testamentum frater querelare nequiret, vt latè Marsil. in l.diuus, num.9. ff.ad l. Pomp. de parric. latè Mart.de success. legal.d.artic.2.num.2.
21 hoc est, vbi excluderet fratrem à successione ab intestato, vt quia esset filius, secus verò si esset alter frater, tunc enim ob præteritionem fratris honestæ vitæ, testamentum querelari posse non negauit Menoch. cons.853.in 1.dubio.

22 Item vbi turpis persona cum alia non turpi instituta non sit, aliàs pro eius tantū parte rescinderetur testamentum, vt probat text. in l.circa, & ibi glos. verb.diuersi, ff. de inoffic. testam. quia testamentum potest pro parte rescindi; & pro altera parte valere ex post facto, dicit text. in l.cum
23 duabus, C. eodem, & in puncto notat Salicet. in d.l.fratres, quæst.5. etiā si eius partē repudiaret, dicit Vasq. de success.d.tit.de testam.§.10.nu.576. quæ opinio satis placet Mart.d.artic.2.num.26. & eum etiam sequitur Barry de success.lib.10.cap.7.n.2. ad quod facit id, quod dixi in materia l.hac edictali, C. de secund.nupt. de portio-
24 ne relicta vitrico, vltrà quantitatem relictam vni ex filijs primi matrimonij, qui repudiando dictum legatum non præiudicat alijs filijs, vt probaui in tract. dict.l. quæst.42.

25 Item vbi frater, vel soror, qui querelam exponerent essent vtrinquè coniuncti, vel consanguinei, non autem vterini, ad text. l.fratris, & ibi glos. fin. vers. sorore, C.de inoffic. testam.glos.in l.1.vers.proprij, ff.eodem, & ibi Salyc. & Paul. sic etiam Crass. §.testamentum, quæst.46. num.5. quamuis enim sublata ab intestato successione sit differentia inter fratres consanguineos, & vterinos, tamen in hoc contra testamentū non sunt æquales, vt dicit Petr. Gregor. syntagm.iur.cap.4.num.10.& 18.ac Cuiac. in nouell.84. quicquid sit in nepore, vt di-
26 cit Gomes. d.cap.11. qui licèt repræsentando personam patris concurrat cum fratre patris sui ad successionem patrui, tamen non admittitur ad hanc querelam, ad quā soli fratres, vt supra, admittuntur, licèt non sint emancipati, vt dicit Vasq.d.§.10. num.584. qui num.562. ait, hanc querelam
27 fratribus adoptiuis competere, si tamen in patris potestate adessent, & si in hoc ca-
28 su rupto per fratres testamento filius alterius fratris ab intestato cum eo admitteretur, glos. singularis in §.1. vers. agentes vincere, Instit.de inoff.testam.

29 Item vbi fratri aliquid non esset relictū, aliàs non competeret querela, & sic non expugnaret fratris testamentum, sed tantū ageret ad legitimam, & eius supplementū, ità in puncto probat text.l.omnimodo, C.de inoff.testam. qui text. nedùm procedit in
30 parentibus, & filijs, verùm etiam in fratribus, ibi, vel alijs personis, quibus eadem ratio competere poterat, iuncta glos. versic. & alijs, quæ exemplificat in patre, & fratre, & hanc opinionem tenet Angel.in l.1.ff.de inoff. testam. quem sequutū fuit S.C. apud Afflict.in d.decis.204. num.2. decis.123. & 125.& est de mente Bart.in §.primum itaquè, auth. de hered. & falcid. sic etiam firmarunt Ias.in d.l.fratres, num.2. vers.extende, C. de inoffic. testam. vbi hanc magis communem appellat, Fab. de Mont. in auth.nouiss. num.32. C.eodem, Corn. cons. 176.col.2.vers.& licet Dyn. vol.4. idem Afflict.decis.123.Vasq.de success.creat.lib.1. §.10.num.589.Cuce.de legit.§.vlt.num.7. Clar.§.testamentum, quæst.50. num.5. vbi dicit communem, Anchar. quæst.familiar. quæst.11.num.6.& seq. Suarez.in l.quoniā in prioribus, in euidem, num.12.vers.contrariam opinionem, vbi sequitur opinionem Angeli, reprobando opinionem Gulielm. de Cuneo in d.l.fratres, subdens, fauctores contrariæ opinionis loqui contra casum expressum d.l.omnimodo, eamq; etiam sequuti sunt Gabr. cons.126. col.1. Honded. cons.47.nu.33.& seq. vol.2. Paris.cons.64. num. 26. lib. 2. & hanc esse veriorem dicit Peregrin.de fideic. artic.36.num.46. in fin. Mart.de success.legal.par.1.quæst.26.art.2. num.19.& 20.& sequuta fuit Rota Romana apud Ludouis. in decis.171.nu.19. latè Surd.de aliment. tit.8.priuileg.95.num.10. & seq.Vasq.de success.§.20.n.215. Metrer. de testam. lib.2.tit 3. Merlin.de legit. lib.1. tit.2. quæst.13. num.30. vbi veriorem sententiam appellat, & talem existimat Mattheac.de legat. lib.4.num.9. Scoliast. ad Gomes.tom.1.variar. cap.11 in fin. & ad Iul. Clar.q.50. Barry de success.d.cap.7.num.6. qui ait, hanc opinionem hodiè esse receptiorem, eamq; veriorem quoq; dicit Caprol.de success.ab intest.in præfat. nu.168. & indistinctè Thesaur.in decis.128. nu.11. versic. sed ego nullam constituo differentiam, subdens hanc esse magis communem opinionem, & Dec. consilium in con-

trarium communitèr damnari.

Quicquid in contrarium nonnulli dixerint, sequuti *Gulielm. de Cuneo in d. l. fra-*
31 *tres*, cuius opinio corroboratur per ea, quæ tradidit *Paul. de Castr. in d. l. omnimodò* ad intellectũ illius, dicens, quòd si pater instituerit turpem personã, & aliquid filio relinqueret pro sua legitima, quòd tunc dispositio *d. l. omnimodò* non militaret, cùm filius in totum per querelam expugnaret patris testamentum, & auocaret totam hæreditatem, subdens, hoc menti tenendum, quia est vtilis valdè, & magna limitatio ad *d. l. omnimodò*, idem firmans in *d. l. fratres*, quam admirabilẽ dicit *Suarez in d. l. quoniam in prioribus, in euident. nu. 15. in fin.* licèt *ibi* reprobet hanc *Pauli* opinionem, & respondet *l. Pantonius, ff. si quis à parent. fuer. manumiss.* super qua fundamentũ facit *Paul. de Castr.* allegans inter alios *Bald. in dict. l. fratres*, qui dicit, quòd non reperitur lex in Mundo, quę hoc dicat, scilicet quòd turpi persona instituta filius possit totum paternum testamentũ expugnare, non obstante quòd sibi sit aliquid relictum, quod etiam firmauit idem *Paul.* sibi parum constans in *cons. 59. col. vlt. circ. med.* incip. *quòad præsens videtur dictas sorores*, quem allegat idem *Suarez*, tamen eum non potui inuenire.

32 Et si in hoc casu legata, & fideicommissa debeantur per dispositionem *Auth. ex causa, C. de fideic.* prout hanc opinionem vti humaniorem, & rationabilem sequuti sunt *Afflict. in decis. 125. num. 2. & 3.* qui licèt loquatur de legato alimentorum, tamen idem est in omnibus, quia, vt in puncto dicit *Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 95. num. 5. & 11. in fin.* quòd in hoc casu non adest quid specialitatis, vel fauoris, sic etiã *Clar. in § testamentum, quæst. 52. vers. sed quæro, Peregrin. de fideic. artic. 36. num. 49. in fine*, & hanc vti sustentabiliorem sequi deberi dixit *Merlin. de legitima, lib. 1. tit. 2. quæst. 13. num. 13. vers. sed contrarium*, quã etiam vti æquiorem, & humaniorem, ac in iudicijs amplectendam valdè commẽdat *Thesaur. d. decis. 128. nu. 8.* ea ratione, quia testamentum per *Auth. ex causa* quòad le-
33 gata, & fideicommissa sustinetur, non fauore institutorum, sed vt conseruetur voluntas testatoris, quã in vim legis seruandam esse decreuit *Iustinianus in §. disponat testator, auth. de nupt.* & hanc vti humaniorem, & veriorem sequitur *Barry de success. d. lib. 10. sub num. 7. tit. qua conseru. in testam. irrit. ex causa exhæred.* quicquid
34 alitèr innumeri senserint, vt per *Surd. d. priuileg. 95. num. 4.* licèt *ipse nu. 11.* dicat, hanc contrariam opinionem non esse tutam, allegans eiusdem opinionis *Fabr. in d. auth. nouissima, num. 291.* vbi in specie
35 inquit, quòd frater querelans testamentũ, legata præstare tenetur.

36 Verùm limitatur prima opinio, quando in fratris testamento adesset clausula codicillaris, ex qua detracta per fratrem legitima per fideicommissum tenetur hæreditatem turpi personæ restituere, ità *Angel. in l. 1. num. 1. ff. de inoff. testam. & Alex. in l. si patroni, §. fin. col. fin. ad Trebell. Afflict. decis. 125. in fin. Ancharan. lib. 1. quæst. famil. quæst. 11. num. 3. cum seq. Peregr. de fideic. artic. 36. num. 48. Io. Dilect. de arte testand. tit. 3. cap. 6. Meirer. de testam. success. d. tit. 3.* & hanc esse communem, & receptiorem dicit *Turret. de clausul. codicill. quæst. 28.* quicquid dixerat in *q. 27. Surd. de aliment. d. priuileg. 95. num. 11.* vbi ait, contrariam opinionem non carere dubitatione, sic etiam *Fab. d. auth. nouissima, nu. 291. Merlin. de legit. d. quæst. 13. nu. 15.* quamuis ipse contrarium verius esse existimet *numer. 14.* & hanc opinionem vti æquiorem in iudicijs obtinere debere inquit *Thesaur. in d. decis. 128. nu. 2.* ex ratione tradita per *Afflict. in d. decis. 125. in fine*, scilicet quòd fauorabilius sit remediũ clausulæ codicillaris *Auth. ex causa*, & tamen si rumpatur testamentum sustinetur quòad legata, & fideicõmissa per *d. Auth.* ergò multò magis sustinebitur per clausulam codicillarem, & hanc veram esse opinionem, à qua recedendum non putat vti in Tribunalibus receptã *Mart. de success. legal. part. 1. quæst. 16. art. 2. num. 24.*

37 Quamuis in contrarium infiniti adsint DD. quos colligit *Merlin. de legit. d. q. 13. num. 14.* vbi communem opinionem esse ostendit, sic etiam *Sim. de Prat. de interpr. vlt. volunt. lib. 2. interpr. 1. dub. 1. solut. 11. nu. 18. Cremens. sing. 91. Guid. Pap. sing. 91. Fachin. lib. 4. controu. cap. 91. Vasq. d. §. 10. num. 591.* & verissimam dicit *Turrett. de clausul. codicill. quæst. 27.* & magis communem post alios, si *DD.* scripta numerentur dicit *Thesaur. in d. decis. 128. num. 1. & sub num. 2.* ait, hanc habere grauissimos defensores, à qua in iudicando recedere dubitat per rationem, quam ponderauit *Sim. de Prat. d. solut. 11. num. 20.* scilicet quòd incapacitas illa sẽper inest, siuè per testamentum, siuè per fideicommissum ab intestato admittatur, quod secus est, vbi fuerit

fuerit facta vulgaris substitutio, & substitutus non esset turpis persona, licèt turpi personę, quoniam eo casu, inquit ipse, lo-
38 cum esset substitutioni, si non per vulgarem, saltem per fideicommissariam, virtute dictæ clausulæ codicillaris, quia substitutio, quæ iure directo non potest valere stante clausula prædicta, valet in vim fideicommissi, maximè vbi constat de expressa testatoris volũtate, subdens in hanc partem multos ex Senatoribus cum ea inclinasse, cuius opinionem quoq; sequitur *Mart. de success. legal. par. 1. quæst. 26. art. 2. num. 22.* tum qua demùm opinione in
39 supradicta causa Vrsolæ Bonifaciæ transiuit S. C. dùm non obstante clausula codicillari in testamento apposita, nullum declarauit testamentũ ob fratris prætẽritio-
40 nem, licèt ibi clausula non esset apposita in ipso testamento, sed in clausura ipsius, ex quo testator ibi in scriptis voluit testari, & sic videbatur non de voluntate testatoris, sed ex stilo potiùs Notariorum fuisse clausulam illam appositam, non obstante quòd fuerat producta quædam fides plurium Notariorum asserentium, indistinctè clausulam codicillarem de eorũ stilo apponi solere in clausura testamenti.

Et si sententia prædicta aliquantulum visa fuit dura, eò quia ad prædictũ Berardinum fratrem præteritum spectabat medietas dictorum bonorum vti antiquorũ vigore Cõsuetudinis huius Ciuitatis Neapol. de quibus dictus quondã Franciscus disponere nequiuerat, & in specie dictus
41 Berardinus eam petierat, quę medietas videtur succedere loco legitimæ, nã in puncto dicit *Napod. in Consuet. Et si testator, nu. 5.* quòd ista medietas æquiparatur tertiæ debitæ filijs, in qua sicut filij non possunt absquè causa exhæredari, sic isti proximiores in hac medietate, indè subdit idẽ *Napod.* quòd ista medietas habet naturã illorum bonorum, quæ debentur filijs, scilicet tertiæ in bonis pèr defunctum quæsitis, hoc est legitimæ, & medietatis secundùm bonorum distinctionem, & sic videtur medietatem istam succedere loco legitimæ, vndè instituendo fratrem turpem personam, fratri nullam infert iniuriam, &
42 sic in hoc casu dispositio *d. l. fratris* videtur limitari respectu bonorum antiquorũ, hinc videmus, quòd & si nouercæ, vel vitrico plusquàm vni ex filijs primi matrimonij relinqui non possit, vt *l. hac edictali,*
43 *C. de secund. nupt.* attamen respectu bonorum antiquorum non militat illius dispositio, quia cùm ad eum spectat illorum medietas, quæ succedit loco legitimæ, non videtur plus secũdo coniugi, quàm ei fuisse relictum, vt latè probaui in *tract. d. l. hac edictali, quæst. 22. per tot.* nisi velis dicere,
44 quòd tunc medietas fratri debita succederet loco legitimæ, vbi à testatore fuerit relicta, quàmuis eam relinquere agnatus non teneatur, vt dicit *text. Consuetud. Et si testator*, dùm ait, *reliqua autem medietas perueniat*, quod optimè aduertit *Napod. in Consuetud. Si aliquis moriens, verb. liberis, num. 31.* & sic respectu illius agnatus habet labia clausa, & manus ligatas, cùm non ab eo, sed ex prouidentia Consuetudinis peruenire dicatur, attamen vbi præcederet dispositio, videtetur saltim fuisse honoratum, & sic nullam videtur intulisse iniuriam, cùm dispositio *text. d. l. fratris* sit
45 fundata in illa præteritione instituta turpi persona, quasi quòd tanquam quid iniquè propriam fratris personam immemorauerit, eamq; ob turpem personam præposuerit, & sic in odium turpis personæ, sed circa hoc in facti contingentia cogita, quia casus nouus est, & à nemine tactus, nec ponderatus. Verùm in causa prædicta Vrsolæ Bonifaciæ fuit pro parte ipsius dictum de nullitate, & ipsis nullitatibus pẽdentibus cũ transactione ea fuit sopita.

SVMMARIVM.

1 *Fructuum pars colonica an in venditione censeatur comprehensa, recensentur opiniones, & num. 2. & 6.*

3 *Retentio fundi etiam prædoni competit pro impensis in eo factis, & num. 4.*

5 *Legatum fructuum, seù redituum alicuius fundi non comprehendit partem colonicam.*

DECIS. CCXCIV.

SAtis cõtrouersa videtur quæstio, quę ab *Authore hic* pertractatur, scili-
1 cèt si vendito fundo comprehendantur fructus etiam pro parte colonica, de qua latè *Ias. in l. cum filiofamilias, num. 180. & 181. ff. de leg. 1.* qui distinguit ignorantiam à scientia venditoris, cũ in primo casu non comprehendantur, in secundo verò sic, quæ distinctio multis nõ placet, ex eo, quòd ignorantia non dicatur probabilis in re propria, & idcircò dixerunt, illos cõprehendi, & ad emptorẽ spectare, vt latè *Io. Vinc. de Anna in sing.* . . .

Con-

Contrarium tamen alij voluerunt, scili-
2 cet fructus pro parte colonica in fundi vẽditione non comprehendi, cùm quilibet censeatur vendere ius, quod habet, *l. qui tabernas, ff. de contrah. empt.* dũmodò ipse venditor manu sua non coluisset, ad *glos.* singularem in *l. Iulianus, §. si fructibus, vers. explorat, ff. de act. empt.* prout sic decreuisse Senatum sequutum *Ias.* limitationem inquit *Thesaur. in decis.* 55. cuius opinio satis placuit, & cum ea concludit *Alexand. Trentacinq. in lib. 3. variar. resolut. tit. de empt. & vendit. resol. 6. num. 3. vers. mihi autem placet opinio Ias. secundùm quam iudicauit Senat. Pedemont.* licèt indistinctè, siuè nouerit, siuè ignorauerit, dummodò manu sua venditor non coluisset, voluit *Peregrin. de iure fisci, lib. 6. tit. 4. num. 32. vers. ego autem existimo*, & sic seruari dixit in *tract. de fideicommiss. art. 49. num. 92.* plenè *Gratian. in addit. ad eius decis. Mareb.* 176. *num.* 3. 4. 5. *& seq.* subdens, hanc esse veriorem, & *Anna in singul.* 530. qui sic refert fuisse decisum, licèt colonus esset partiarius, prout iudicatum quoquè testatur *Vinc. de Franch. in decis.* 334. sic etiam *Alba cons.* 138. *vol.* 1. *& cons.* 305. *num.* 4. *&* 5. *vol.* 2. *Viu. commun. opin. lib.* 1. *cap.* 127. *Mart. vot.* 139. *Griuell. decis. Senat. Dolan.* 51. *num.* 20. *&* 21. *Paschal. de virib. patr. potest. par.* 4. *cap.* 6. *nu.* 27. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 16. *num.* 45. ex eo, quia colonus ius in re non habet, *Menoch. decis.* 34. *num.* 32. *&* 36. *Decian. cons.* 44 *num.* 84. *vol.* 4. sic quoquè *Cacher. in decis.* 82. *Costa de port. rata, quæst.* 129. *num.* 3. vbi hanc etiam veriorem profitetur, vt etiam voluit in *tract. de remed. subsidiar. in prælud.* 1. *num* 9. *& de fact. scient. & ignor. centur.* 1. *dist.* 68. *Caualc. decis.* 44. *num.* 10. *cum seq. part.* 1. & hoc (inquit *Cacheran. in loco* citato) ex vi cuiusdam tacitæ hypothecæ, quã habet in fructibus propter operas, & impensas in eis factas, pro
3 quibus colono retentio fundi datur, *glos.* singularis est in *l. si quis rem, ff. de acquir. possess. l. colonus, ff. de vi. & vi armat.* latè *Molignat. de retent. quæst.* 117. cùm fructus
4 dicantur deductis expensis, *l. si à patre, ff. de petit. hared.* etiam si fierent à prædone, *Mantic. de tac. & ambig. lib.* 4. *tit.* 23. *nu.* 12. *cum seq. Menoch. de recuper. poss. remed.* 15. *num.* 574. & ad hoc facit pulchra doctrina *Bart. in l. fundi* 38. *num.* 3. *ff. de vsufruct.*
5 *legat.* quod in legato fructuum, seu redituum fundi semper censetur deducta pars colonica, quod etiam prosequitur *Surd. de aliment. tit.* 8. *priuil.* 82. *num.* 2. quæ opinio
6 eò magis procederet, vbi fructus essent de proximo colligendi, vt tradit *Alex. Trentacinq. d. resolut.* 6. *num.* 3. *vers. secundò procedit.*

Verùm ego indistinctè hanc opinionẽ sequerer, vbi colonus pro obseruantia locationis rem locatã specialitèr hypothecatam haberet, vel in dicto contractu locationis iuramentum interueniisset, ex traditis per *me in decis.* 225. & hoc licèt essemus in iudicio subhastationis, & sic in venditione necessaria, dummodò conductio esset facta antè litem contestatam, per ea, quæ dixi in *decis.* 40.

SVMMARIVM.

1 *Euictio licèt pro parte vbi in limine contractus immineat, fideiussio pro omni euictione erit præstanda, vbi decisio Sacri Consilij.*
Amplia, quamuis esset diues, num. 2.
Contrarium, num. 3. *vbi decisio S.C.*
Et quid vbi ius euincentis esset notorium, nùm per cautionem succurratur venditori ad pretium agenti, num. 4.
5 Text. in l. si post perfectam, C. de euict. *procedit etiã si euictio immineret ratione hypotheca.*
Item agendo, & excipiendo, num. 6.
Intellige, vbi lis esset mota, num. 7.
Limita, vbi lis esset affectata, num. 18.
9 *Lis quando, & ex quibus præsumatur affectata.*
10 *Cautio nùm præstanda erit, quãdo emptor spontè vellet venditori pretium soluere, quamuis lis esset mota super re vendita, vel quando pretium esset à vẽditore eius creditoribus delegatum, nunquid emptor possit vltrà retrouenditionem, vel cessionem petere cautionem.*

DECIS. CCXCV.

1 Licèt multa scripsissem in *dec.* 165. *&* 253. tamen adde, quòd quãdo euictio imminet in limine contractus, fideiussio debet præstari pro omni euictione, quãuis pro parte immineret, prout re benè discussa cum maxima difficultate fuit per Sacrum Consilium decisum in materia *l. si post perfectam, C. de euict. & l. habitationem, §. fin. de peric. & comm. rei vend.* vt refert *Vinc. de Franch. in decis.* 555. prout etiam affirmat *Canter. in lib.* 1. *variar. resolut. cap.* 13. *de empt.*

empt. & vendit. num. 17. per text. in l. fin. §. fin. ff. de rescind. vendit. sic etiam Costa de port. rata. quaest. 14 nu. 1. Author noster cons. 36. vol. 1. Vrsill. ad Afflict. in decis. 171. num. 4. Paschal. de virib. patr potest. par. 1. cap. 8. col. 2. vt etiam expressè confirmat Thesaur. filius in addit. ad suum Genitorem in dec. 102. latè Laurent. Tennin. Rodulph. in tract. cautbelarum, caut. 60. per discursum, Bartazzol. de clausul. claus. 42 glo. 11. Herring. de fideiuss. cap. 10. num. 244. vbi subdit, hanc esse communiorem, & hoc
2 quamuis venditor esset diues, vt tenet Carauit. in Rit. Magn. Cur. 173. in fin. Prece. de praesent. instrum. part. 7. quaest. 5. nu. 6. & mult. sqq. Morla in empor. iur. tit. de empt. & vendit. Marchisell. quaest. 61. num. 5. & 6. Author d. cons. 36. num. 14. Costa de port. rata in citata quaest. 14. licèt contra-
3 rium per Magnam Curiam, & deindè per Sacrum Consilium confirmatum, iudicatum referat Vrsill. ad Afflict. in d. decis. 171. num. 5. sed vide Hondedan cons. 43. vol. 1. per discursum.
4 De materia l. si post perfectam vide quae scripsi in decis. 253. & ibi an per cautionē succurratur venditori, vbi ius euincentis esset notorium.
5 Verùm circa hoc nota, quòd text. d. l. si post perfectam procedit etiam vbi euictio immineret ratione hypothecae, vt per eundem Vinc. de Franch. in d. decis. 555. nu. 1. & Monter. in decis. 47.
6 Secundò nota, quòd d. l. si post perfectā procedit, nedùm agendo, sed imò excipiendo, quādo pretium nō solutū petitur, ex glos. fin. l. 1. §. stipulationē. ff. de praetor. stipul. vbi Bart. prout sic decisum per S.C. refert idem Vinc. de Franch. in decis. 557.
7 Tertiò, quòd in tantum procedit dispositio illius text. d. l. si post perfectam, in quātum lis esset mota, aliàs secus, vt decisum fuisse in Rota Romana probatur in decis. 281. part. 2. in nouiss.

Sed supradicta intellige, quòd licèt lite mota fideiussio praestanda sit, & interim poterit emptor pretiū retinere, iuxtà dispositionem d. l. si post perfectam, & tenet
8 ibi glos. & cōmunitèr omnes DD. tamen hoc erit, vbi lis non esset affectata, aliàs fideiussio praestanda non erit, & emptor teneretur soluere pretium, non obstante lite mota, ità Bart. in d. l. si post perfectam, & Bal. in l. non idcircò. C. de contrah. empt. Socin. cons. 208. col. fin. in princ. vol. 2. Gomes. de contract. cap. 2. num. 39. vers. vnum tamen est, Menoch. de arbitr. cap. 224. Gaball. in tract. de euict. §. 2. num. 9. Surd. cons. 32. num. 5.
9 Coniecturas autem, ex quibus praesumitur affectata lis, ponit Surd. in d. cons. 32. quarū prima est, vbi magnum adesset odiū inter emptorem, & venditorem, secunda, vbi iudicium modicam afferret vtilitatē, tertia, vbi lis esset mota tempore, quo lis esset inter emptorem, & venditorem super consequutione pretij, quarta, vbi emptor iactasset, velle per aliquod tempus pretiū retinere, quinta, vbi emptor instirisset multis intercessoribus, vt venditor ad pretium soluendum dilationem concessisset, quamuis hae coniecturae dicat Surd. ibi, non singulae, & solae, sed simul affectationem demonstrant, quae arbitrio Iudicis sunt relinquendae, & in hoc casu bonum erit habere Iudicem fauorabilem, nec deferendum esse, subdit, iuramentum emptori, quia homines sunt valdè proni ad deierandum, neque etiam erit deferendum ei, qui litem mouit, quia non erit credendum, quem fore suam malitiam aperturum, atquè detecturum suam turpitudinem.
10 Item & secundò declara praedicta, vbi euictio immineret in limine contractus, tempore, quo vēditor peteret ab emptore pretium, tunc enim ob litem motam fideiussio praestanda erit, secus verò quando emptor spontè vellet soluere pretium, eo, inquam, casu venditor nō cogitur cautionem praestare, prout satis doctè ex tex. d. l. si post perfectam explicat Fab. de Anna in suis collect. 167. vers. ego aliàs dicebam, subdens, sic in causa propria obtinuisse per Sacrum Consilium sub die 19. Decembris 1584. licèt non semel de hoc vidi dubitari, & praecipuè quando pretium à venditore esset delegatum creditoribus censualibus, iuxtà Bullam, an emptor deponendo pretium pro retrouenditione annuorum inrroituum possit ab eis fideiussionem petere in casu euictionis, vel ob litem morā super re empta tempore, quo in pacto de retrouendendo nullum aderat vinculum, vel conditio.

DECIS. CCXCVI.

De hac quaestione scripsi in decisione 59.



SVM-

SVMMARIVM.

1 *Hæres non tenetur vltrà vires, quamuis se obligauerit de proprio, & num. 3.*

2 *Pupillus nõ tenetur vltrà vires ex contractu facto per tutorẽ nomine eius pro soluendis debitis hæreditarijs.*

DECIS. CCXCVII.

De hac quæstione, si hæres inuẽtarij excussionẽ opponere possit, vbi se obligauit creditoribus defuncti, & sic quòd teneatur vltrà vires, & de proprio, vt concludit *Author hic*, latè scripsi in *decis*. 132. vbi cõtrarium probaui cũ multis decisionibus,
1 prout sic etiam in materia obligationis factæ per tutorẽ nomine pupilli pro soluen-
2 dis debitis hæreditarijs, per quam pupillus non tenetur vltrà vires hæreditarias, & sic de proprio, sed quatenùs ex illa hæreditate factus sit locupletior, & proindè gaudere debet beneficio inuentarij, decisum refert *Thesaur.iun. in lib. 3. qq.forens. quæst. 14.* cùm tutor nõ possit rem in damnum pupilli facere, sed vtilẽ sic, nec omit-
3 tenda est *decisio* doctissimi *Dom. Regentis Capyc-ij Latro* 38. vbi in fortioribus probat, promissionem dotis factam per fratrem sorori, censeri hæreditario nomine, & non proprio, & ibi interuenerat instrumentum mutui, quod erat fortius.

SVMMARIVM.

1 *In legatis tàm pijs, quàm pro dote semper venit quod est maius, & non quod est minus.*

2 *Legatum pro cõiuncta persona largè est interpretandum.*

3 *Legatum pleniùs interpretari faciunt necessitas, charitas, dilectio, & coniunctio personæ.*

DECIS. CCXCVIII.

1 In hac decisione concludit *Author*, quòd in legatis tàm pijs, quàm pro dote semper venit quod est maius, & non quod est minus, prout latè etiam in *tract. de aliment. tit. 8. priuileg. 25.* ac in *tit. 2. quæst. 10. num. 17. & quæst. 12. num. 9 & 10. Rice & Thor. in addit. ad Tiraquell. de priuileg. piæ causæ, priuileg. 23. Gratian. in tom. 4. discept. forens. cap. 611.*
2 *num. 14. & seq.* vbi etiã sic largè interpretandum sit pro coniuncta persona, ac in *cap. 666. num. 5.* & diffusè in *cap. 700.* vbi loquitur de legato ex causa dotis, quòd electio non sit hæredis, & quamuis habuerit facultatem eligendi, non poterit rem peiorem eligere, sed recurrendum sit ad arbitriũ boni viri, vt per notata per *Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 3. tit. 1. nu. 18.* & per *Afflict. in decis. 371* & ad hoc faciunt notata per *Camill. de Medic. in*
3 *consf.* 73. vbi necessitas, charitas, dilectio, & coniunctio personæ faciunt legatum pleniùs interpretari.

SVMMARIVM.

1 *Locationi factæ per tutorem, vel maritum vxor, & pupillus stare tenentur.*

2 *Locatio à tutore, vel administratore rei Ecclesiæ facta vltrà tempus permissum, an in totum corruat, asseritur distinctio.*

DECIS. CCXCIX.

1 In hac decisione concludit *Author*, pupillũ debere stare locationi factæ à tutore, prout ẽt in vxore locationi factæ per maritum, vel in successore per Prælatum, & alijs similibus, de quibus per extensum *Barbos. in l. si filiusfam. 1. ss. si vir in quinquennium, ff. solut. matrim. Mantic. de tac. & ambig. lib. 5. tit. 10. per tot. Peguer. decis. 215. & Alex. Trentacinq. lib. 3. variar. resol. tit. de locat. & cond. resolut. 3. per tot.* & quid de successore per sententiam, latè scripsi in *decis.* 40.

Circa illud verò, quod dicit *Author hic in fin.* quòd contractus locationis à tutore factus vltrà tempus consuetum, & per-
2 missum sit nullus, adde, quòd non simplicitèr hoc est intelligendũ, sed cum distinctione, scilicet quando locatio esset facta per quinquennium sub vnica pensione, tunc enim propter vnitatem pensionis per tempus permissum contractus non sustineretur, cùm in totũ corruat, at secus vbi esset facta sub annua pensione, cùm eo casu valeret locatio per tempus permissũ, vt ex traditis per *Bald. in consf. 475. num. 8. lib. 1.* per *text. in l. si plura, ff. de ædilit. edict.* cum alijs adductis per *Rotam in decis. 709 part. 1. in nouiss.* & hanc partem vti veriorem, & communiorem latissimè prosequitur *Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 5. tit. 5. per tot.* respondendo decẽ argumentis in contrarium facientibus, vbi quoquè de locatione facta ab administratore rei Eccle-

Ecclesiasticæ vltrà tempus permissum, prout etiã tradit post *decis. Riec.* 117. 119. *&* 121. *Castill in decis.* 114. addo *Gutterr. lib. 2. canon. qq. cap.* 13. *nu.* 6. vbi hanc esse voluit communiorē, & magis receptam, & ab ea non esse recedendum censuit *Caualt. commun contra commun. quaest.* 199. *nu.* 15. *&* 16. sic etiam *Vrsill. in decis.* 101. *nu.* 5. *& decis.* 17. *Gamm. in decis.* 390. *nu.* 3. quoniam in separabilibus vtile per inutile non vitiatur, *cap. vtile, de regul. iur. in* 6. *l.* 1 *§. si stipulanti, de verb. oblig.*

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta, qui domum à se constructam destruit, an cadat in commissum, remissiuè.*

DECIS. CCC.

1 Concluditur in hac decisione, emphyteutam, qui destruit domum à se constructã, cadere in commissum, & quia pro hac opinione per extensũ scripsit *Amic. in eius tract. de iur. emphyt quaest.* 47 respondendo multis contrarijs, & colligendo infinitas rationes, ideò ad eum me remitto, vltrà quòd pro hac decisione faciunt notata per *Authorem in decis.* 78. & per *me in decis.* 160, *num.* 6. *&* 7.

SVMMARIVM.

1 *Securitas debitori concessa tàm quòad personam, quàm quò ad bona proasijs sequestratario eorum, dummodò antè illam fuerint sequestrata.*

Contrarium in fideiussore, num 2.

3 *Dilatio quinquennalis debitori concessa an prosit fideiussori, remissiuè.*

DECIS. CCCI.

1 Securitas concessa debitori, ne molestetur in ære, aut persona, quòd prosit sequestratario, si antequàm fuerit data, bona erant sequestrata, & proindè ipsum sequestratarium, seu illorum depositarium non posse à creditoribus molestari ad illa præsentandum, ad finem vendendi, concludit *Author hic,* ad quem adde *Gratian. in tom.* 1. *discept. for. cap.* 12. qui de verbo ad verbum cum omnibus suis declarationibus hanc decisionē sequitur, cum multis alijs nõ adductis per *Surd. hic* comprobando, & *Coler. de process. exequut, cap.* 3. *in fin, num.* 21. *& seq.* quamuis *Farin. de carcer. & carcerat. q.* 29. *nu.* 25. *cum seq.* dicat, quòd si in securita-

2 te, vel saluo cõducto expresse nõ fiat mentio de fideiussoribus, quòd in eo non continebuntur, subdēs, hanc esse communem.

De dilatione quinquennali concessa

3 debitori, quando prosit fideiussori, latè *Herring. de fideiuss. cap.* 27 *part.* 5. *num.* 76. *vers. octauum beneficium, cum seq. Fab. de Anna in cons.* 82. *vol.* 1. *Muscatell. in praxi par.* 2. *quaest.* 9. *& Alex. Trẽtacinq. lib.* 3. *variar resolut. tit. de solut. resolut.* 1. *num.* 25. *vers. in secundo dubio,* idem *Gratian. d. cap.* 12. *num.* 2. 4. 5. 9. *& seq.* vide eundem *Farinac. in d. quaest.* 29. *num.* 26.

SVMMARIVM.

1 *Notarius recipiens instrumentum venditionis rei sibi hypothecatæ absquè protestatione, sibi non praeiudicat.*

Et quid in Iudice, Aduocato, & Procuratore, num. 2.

3 *Fideicommissarius adhibitus vt testis diuisioni, sibi non praeiudicat in iure suo.*

4 *Depositi custodiam quis in se suscipere non censetur, si ipso praesente, & tacente fuerit aliquid depositũ in eius capsa, vbi decisio Rota.*

5 *Tacens praesumitur consentire fauore pupilli, Republicae, & Ecclesiae.*

6 *Praesentia, & taciturnitas quando praeiudicium inducant.*

DECIS. CCCII.

Ivxtà hanc decisionē plenè *Gratian. in tom.* 1. *discept. for. cap.* 38. *num.* 15. *& seq.* imò fortiùs decisum fuisse refert *Thesaur. in lib.* 3. *qq. forens. q.* 31.

1 *per tot.* scilicet Notarium recipientem instrumentum venditionis rei sibi hypothecatæ absquè protestatione, sibi non præiudicasse in hypotheca dictæ rei vēditæ, respondendo multis legibus, & DD. contrarium decernentibus, vt etiam tradit *Cancer. lib.* 2. *variar. resolut. cap.* 1. *tit. de minor. num.* 142. quasi ex necessitate officij, vt in

2 Iudice circa causam ad se spectantē, quidquid sit in Aduocato, & Procuratore, cùm eorum officium sit voluntarium, vt tradit *Felin in cap. quamuis, de sentent. & re iud.* quem, & alios sequitur *Cancer. loco citato,*

3 sic quoquè in fideicommissario adhibito diuisioni vti teste, nõ præiudicare iuri suo, dicit

dicit *text. in l. Titia, §. Lucia, ff. de leg. 2.* cũ alijs similibus per eundẽ *Thesaur. in loco* citato, vltrà quod & si consentiret fideicõmissarius, tamen non valeret in præiudiciũ fideicommissarij vlterioris in gradu, vt latè *Peregrin. de fideicommiss. art. 40. nu. 67. cum multis seqq.* & latiùs *Intrigl. de subst. cent. 3. quæst. 73. nu. 132. & seq. & Molin. de Hispan primogen. lib. 4. cap. 9. num. 31.*

4 sic de custodia depositi, quod quis non censeatur eam in se suscipere, si ipso præsente, & tacente fuerit depositum in eius capsa, dicit *Rot* apud *Ludouis. in decis. 146. nu 15.* & hanc esse communẽ dicit *Natt. cons. 131. num. 1.* quicquid esset fauore pupilli, *l. causam ostendimus, §. si ergo, ff. de*

5 *fideiuss. tut* fauore Reipublicæ, *l. 2. ff. ad munic.* item fauore Ecclesiæ, vt latè *Rom. cons. 311. num. 3.* fauore quorum taciturnitas pro consensu habetur.

Verùm hęc omnia, & decisionem istam nostri *Authoris hic* intellige, non procede-

6 re, quando præsẽtia, & taciturnitas tenderent ad decipiendum, vt putà si aliquis obligaret, vel alienaret rem alteri hypothecatam, & obligatam præsente creditore, & tacente, tanquàm liberam, & nemini obligatam, quia tunc talis præsentia, & taciturnitas præiudicarent, sicut actus positiuus, vt singularis est *text. in l. si sine, C. ad Vellean.* prout tenuit *Rot Roman. in decis. 797. num. 4. part. 1. in nouiss.* sic etiam affirmat *Costa de facti scient. & ignorant. distinct. 75. num. 12. centur. 1. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos 9. num. 154. vers. nisi tamen.*

SVMMARIVM.

1 *Conditio*, si Monasterium ingrediatur, *dicitur successiua, & purificatur per ingressum antè professionem, vbi decisio Rotæ.*

Intellige, num. 2.

DECIS. CCCIII.

AD hanc decisionem adde *Gratian. in decis. March. 35. per tot.* & in *eius addit.* qui sequitur, & tuetur opinionẽ nostri *Autho-*

1 *ris hic*, scilicet conditionem istam, *si Monasterium ingrediatur*, dici successiuam, & esse purificatã per ingressum antè professionem, subdens, sic ipsum declarasse, quod cum multis comprobat, omninò videndum, licèt *Menoch. in tract. de præsũpt. lib. 6. præsumpt. 184. num. 13. & seq.* & latè *in adait. de arbitr. in casu 436. num. 19. & multis seqq.* post multos DD. dicat, hanc

2 conclusionem procedere, vbi re vera ab initio ingressus expresse dicasset Monasterio se, & bona sua, vel si constaret ex cõiecturis, voluisse Religionem amplecti, secus vero si ex coniecturis constaret, prædictam vitam voluisse mutare, vel si essemus in dubio, nam tunc illo decedente intrà annum professionis bona ipsius nõ acquiruntur Monasterio, sed eius proximioribus.

SVMMARIVM.

1 *Procurator constitutus ad emendum an possit cogi ad rem emptam restituendam, & num. 2.*

Et quid si contractus emptionis longo ex interuallo post mandatum celebratus fuerit, num. 3.

DECIS. CCCIV.

PRocuratorem ad emendum teneri emptum mandanti restituere, licet emerit nomine proprio, concludit *Author hic*, cui indubitantèr adhærendum erit, si tamen mandatum speciale ad rem emendam præcessisset, secus verò si generale, & ratio diuersitatis

1 est, quoniam si generale esset mandatum, licèt simplicitèr emerit, non exprimendo, quo nomine id faciat, censetur in dubio nomine proprio emisse, ad *text. in l. Titiũ, & Mauium, §. perfectus, ff. de admin. tut. & ibi Bart. & in l. patruus, C. commun. vtriusque iur.* vt etiam tradit *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 7. tit. 18. num. 25.* dummodò cõtraxerit super re, quæ ad vtrumq; pertinere possit, ad tradita per *Roman. in l. si post dotem, num. 17. vers. ego verò salua substantia, ff. solut. matrim.* ad quod facit *text. in l. Papinianus, ff. mandati*, vbi fideiussorem præsumitur suo nomine soluere, cùm quilibet actus, qui geri potest nomine proprio, & alieno, pręsumatur gestus nomine proprio, *l. 3. §. sed quod de tutore, ff. iudic. solu.* vbi in specie *Alexand. & Ias. Alciat. de præsumpt. præs. 24. nu. 5. vers. limitatur secùdò*, motus ex traditione *Bart. in l. gerit, nu. 12. ff. de acquir hared.* cui etiã sententiæ accessit *Menoch. de præsumption. lib. 3. præs. 49. num. 22. & seq. idem Mantic. d. num. 25. & Gratian. tom. 2. discept. forens. cap. 207. num. 4. & 5.*

2 In

2 In secundo verò casu, vbi speciale præcesserit mandatũ, secus quia nomine mandantis emisse censetur, idcircò ad rem restituendam compelli possit, *text.* singularis est in *l. 4. §. vnde quari poterit, & ibi* quoq; *DD. ff. de manum.* vbi ex eo quòd à principio actum fuit, quòd seruus emptus manumitteretur, emptor licèt de suo soluerit, pretio restituto manumittere compelli tur, cùm actus sequens censeatur factus in exequutionem præcedentis mandati, & tractatus, *l. si post dotem*, ibi *de voluntate filiæ, ff. solut. matrim. l. pignoris, §. fin. de vsucap. l. qui in aliena, §. ss. qui potebat, ff. de acquir. hered. l. si seruus communis, & l. proindè, ff. de pupil. seruor. l. eum, qui ff. de probat* vt in specie tradũt *Mantic. d. tit.* 18. *num.* 20. *cum seq. Roder. de ann. redit. lib.* 3. *quæst.* 11. *num.* 80. *vers. aduerte tamen, ne decipiaris, & num.* 81. *vers. si autem mandatum fuit speciale*, *Caldas Pereira*, qui etiã ad partes *cap. 7. de empt. & vendit.*

Et hęc conclusio procedit, licèt contractus emptionis longo ex internallo deindè post susceptum mandatum celebratus
3 fuerit, cùm mutatio voluntatis non præsumatur, sed susceptum mandatum exequi voluisse, vt in specie *Roman. in dict. l. si post dotem, num.* 17. *vers. ego verò, & num.* 18. ac idem *Mantic. d. tit.* 18. *num.* 21.

Verùm pro pleniori huius quęstionis, & materiæ resolutione vide quæ scripsi *in decis.* 15. vbi latè.

SVMMARIVM.

1 *Gabella rùm solui debeat pro resolutione contractus facta vigore reseruationis dominij, non obstante quòd semel antèa soluta fuerit.*

2 *Gabella, seu datium quando debeatur ex contractu resoluto per pactum ab initio appositum.*

DECIS. CCCV.

1 Contra hanc decisionẽ in eadem met causa consuluit *Cæsar Manent. in cons.* 128. & 129. impressis post suas decisiones, qui *in cons.* 130. latè etiam tractat, nùm gabella, seu datium debeatur ex contractu resoluto per pactum ab initio appositum.



SVMMARIVM.

1 *Pretium loco rei in hypothecaria succedit in subsidium.*

2 *Dominus pro laudemio in pretio non præfertur creditoribus venditoris, vbi decisio Senatus.*

3 *Creditor anterior absq; assensu an præferatur creditori cum assensu, licèt posteriori in pretio rei feudalis.*

Et affertur distinctio, num. 4. *& 6.*

5 *Et quid respectu tertiai & ex pretio rei feudalis in emptionem conuerso.*

DECIS. CCCVI.

1 Quamuis *Author* concludat *hic*, pretium loco rei in particularibus, & in hypothecaria succedere, tamen procedit, quando creditori non possit alia via esse consultũ ad recuperandum debitum, vt quia res esset perempta, vel mutasset formam, & sic in subsidiũ, vt latè *Meno. h. de adipiscend. possess. remed.* 3. *nu.* 110. *& seq.* omninò videndus, vt etiam post multos *Grattan. in tom. 2. discept. forens. cap.* 304 *num.* 6. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 14. *tit.* 28. *nu.* 38. *& seq. Vinc. de Franch. in decis.* 64. *nu* 17. & sic quando non remaneret actio contra rem, vt tradit *Manent. in decis.* 58. *num.* 10. *& Oliban. de action. part. 2. lib.* 1. *cap.* 29.
2 *num.* 18. prout sic venditorem esse Domino pro laudemio præferendum in pretio sequestrato: decisum fuisse refert *Thesaur. in lib. 4. qq. forens. quæst.* 52. *num.* 7. *in fine, vers. & tacitè benè declarasse Senatum Pedemontanum*, ea ratione, quia Dominus pro laudemio poterat vti iure suo cõtra quoscunq; tertios possessores, etiam hypothecaria, vt ex multis ostendi in *decis.* 31.

Supposita tamen prędicta conclusione; quæro vnum, quid si esset pretium rei feudalis, (quod clarum est, non dici feudale) quis nam in hypothecaria sit pręferendus, creditor posterior cũ assensu, an verò an-
3 terior absquè assensu, & quamuis prima facie videretur dicendum, illum anteriorẽ absquè assensu, cum licentia Domini non prosit quoad pretium, quia Dominus feudi non dicitur Dominus pretij, & pro eo non debetur aliquod seruitium, prout debetur pro re feudali, cùm licentia respiciat rem feudalem, vt tradit *Manent. in decis.* 58. *num.* 8.

4 Tamen *Vinc. de Franch. in d. decis.* 64. dicit, quòd aut pretium peruenit ex venditio-

ditione facta ad instantiam creditorum assensum habentium,& tunc cum eorum hypotheca non sit extincta, debeant præferri, aut verò non, vt putà quando peruenit ex reemptione vigore pacti de retrouendendo appositi in ipsa venditione, & sic absq; facto creditoris cum assensu, & est secus, & sic debent præferri illi absquè assensu, dummodò sint anteriores, subdēs, sic per Sacr. Consil. iunctis duabus Aulis fuisse decisum, quod etiam sequitur *Fab. de Anna ad singul. Genitoris* 204. & admittit *Manent. in decis. Mantuan. Senat.* 58. *sub num.* 16. & id procedit, non quia pretium sit feudale, sed quia per venditionem non soluitur hypotheca,& alitèr non possent effectum sortiri venditiones, vt dicit idem *Vincent. de Franch. decis. num.* 1. *&* 16. & latè *Dom. de Curte lib.* 1. *de feud. cap.* 8 *nu* 8. *Dom. Reg. Capyc. Galeota lib.* 2. *controuers. cap* 63. *num.* 17. *& seq.* qui proptereà cōcludit, alitèr dicendum esse quòad tertias peruentas ex pretio rei feudalis venditæ ad instantiam creditorum cum assensu, & conuersi in emptionem ex præ-
5 cepto S.C. sic quoquè pro creditoribus cū assensu, licèt posterioribus, vbi ad eorum instantiā venditur feudum, fuit iudicatum per S.C. sub die 15. mensis Maij 1610. ad relationem olim Consiliarij D. Caroli Tapiæ, nunc verò Regentis, in causa creditorum quondam Io. Vincentij Caraccioli, penès Figliolam, & iterum in causa quondam Aloysij Pignone super liberatione depositi Terræ Orioli sub die 6. Iulij 1618. ad relationem Reg. Cons. Pomponij Salui, penès Romanum, ac in causa creditorum quondam Io. Vincentij Manifeuli sub die 26. Nouembris 1631. ad relationem olim Consiliarij Dom. Zufiæ, nunc verò meritissimi Regentis, penès Strinam.

Sed hoc intelligendum, vbi ageretur inter creditores illius debitoris, cuius feudū
6 vēditur, cùm eo casu procederet *decis.* 64. *Vincent. de Franch.* at secus in creditoribus creditoris feudi, tunc enim primus debet præferri, prout sic iunctis duabus Aulis S. C. decreuisse, testatur idem *Vincent. de Franch. in decis.* 75. sic quoquè post infinitos tuetur *Manent. in decis.* 58. *per tot.* & rationem assignat idem *Vinc. de Franch.* in citata *decis.* 75. *num.* 7. quia inter creditores illos non sit hæc differentia, nam pecunia peruenta ex re feuali soluenda creditori, penès eum non dicitur feudalis, & successiuè tantò minus quando venit soluenda eius creditoribus, vt notat etiam *Monter. in decis.* 4. *num.* 28. *& Thor. in compend. decis. in verb. creditor anterior, fol.* 128. *lib.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Securitate debitor vti non potest, si fugam parat.*

2 *Debitor licèt in diem, vel sub conditione si sit suspectus de fuga, potest etiam per capturam compelli ad cauendum, & num.* 3.

Intellige, vbi suspitio esset probabilis, quā uis hoc arbitrio Iudicis relinquatur, d. num. 2.

4 *Creditor in diem an possit antè diem agere.*

DECIS. CCCVII.

1 SEcuritate debitorem vti non posse, si fugam parat, concludit *Author*, ad quem adde *Neguz. de pignorib. part.* 4. *cap.* 10. *num.* 3. *Menoch. de arbitr. casu* 87 *nu.* 1. *Natt. cons.* 430. *nu.* 21. cum alijs per *Grass. de except. in prælud. nu.* 138. *in nouiss. Mauson. de caus. exeq. am-*
2 *pliat.* 22. *num.* 9. & hoc etiam si esset debitor in diem, vel sub conditione, cùm si suspectus sit de fuga, (dūmodò suspitio probabilis sit) possit antè tempus per capturam compelli ad cauendum, per *text. in l. possessor, in princ. ff. quib. ex caus. in poss. eat. l. inter omnes, ff. qui satisd. cogant. Herring. de fideiuss. cap.* 10. *num.* 73 *Costa de remed. subsid. remed.* 68. *num.* 5. *Petr. Peck. de iur. sistend. cap* 4. *nu* 6 *Vlasc. consult.* 66 *num.* 33. *Ioseph. Ludouic. conclus.* 8. *vers. tertiò limita in debitore, Manein de iuram. effect.* 6. *num.* 8. *part.* 4. *Giurb.* post infinitos in *decis.* 4. *nu.* 28. idem *Mauson. de caus. exequut. in loco* citato, *nu.* 4. *Milan. in decis.* 15. *num.* 12. *lib.* 2. *Author* noster in *decis.* 120. *num.* 13. *& decis.* 151. *num.* 7. *Tusc. lit. D. conclus* 52. *num.* 31. *&* 41. plenè *Alexand. Trentacinq. lib.* 3. *variar. resolut. tit. de solut. resolut.* 10. *num.* 24. *& sequent.* licèt hæc suspitio reposita sit in arbitrio Iudicis, si, vel nè sit probabilis, vt per *Menoch. de arbitr. casu* 140 *Raudin. consil.* 61. *nu.* 17. *volum.* 1. cum alijs per eundem *Giurbam*
3 in citata *decis. num.* 29. qui subdit, hoc fieri posse, non ad finem, vt soluat, sed vt solutio in tuto sit, prout etiam tradunt suprà citati *DD. & Colér. de process. exeq. par.* 3. *cap* 11. *num* 91.

Nec obstat, quòd creditor antè tem-
4 pus non dicatur verè creditor, quia non

pet

per hoc sequitur, quòd non possit agere antè tempus, vt adueniente die sibi soluatur, vt latè probaui in *decis.*120.

SVMMARIVM.

1 *Cessio facta correo debendi post solutionem non valet.*
*Intellige, vbi non praecederet pactum de cedendo, num.*3.
Contrarium, ibid.
*Limita, vbi fuissent à creditore instrumenta originalia tradita, num.*26.
2 *Restitutio in integrum non datur ex causa cessionis non factæ à creditore.*
4 *Fideiussor insolidū obligatus respectu creditoris dicitur reus principalis, sed respectu principalis debitoris dicitur fideiussor.*
*Intellige, num.*6.
5 *Debitori nulla fit cessio.*
6 Textus l. Modestinus, & l. cū is, de fideiuss. *explicantur, & num.*8. 15. *& seq.*
7 *Obligatio reorum debendi varia est respectu creditoris.*
9 *Fideiussor non potest conueniri, nisi facta prius excussione contra principalem.*
10 *Fideiussor est debitor conditionalis.*
11 *Fideiussores pro rata tenentur, vbi omnes essent soluendo.*
12 *Fideiussori soluenti fieri potest cessio, etiam ex interuallo.*
13 *Tertio soluenti an, & quando cessio fieri possit.*
14 *Fideiussor potest spontè inuito creditore soluere, & cessionem obtinere.*
16 Text. in l. Stichum, §. si mandato tuo, ff. de solut. *declaratur.*
17 Paul. de Castr. in l. cùm is, ff. de fideiussor. *notatur.*
18 Text. & glos. in l. si res obligata, ff. de leg. 1. *declaratur.*
19 Herring. de fideiuss. cap. 27. nu. 38. cū seq. *confutatur.*
20 *Correctio inter leges Digestorum non datur.*
21 *Correctio non datur, nisi expressè dicatur.*
22 Text. dict. l. Modestinus *generaliter loquitur.*
23 *Allegare specialitatem est refugium miserorum.*
24 Vincent. de Franch. decis. 55. *declaratur.*
25 *Fideiussoris insolidum obligatio non dicitur accessoria.*
27 *Fideiussori insolidum obligato ex aequitate fit cessio ex interuallo.*
28 *Fideiussor insolidum obligatus habet beneficium excussionis suis sumptibus.*
29 *Correus debendi potest absquè cessione agere contra correum, licèt voluntariè se obligauerit.*
30 *Fideiussor insolidum obligatus non potest contra alterum confideiussorem sinè cessione agere.*

DECIS. CCCVIII.

1 CVM opinione nostri *Authoris*, scilicet cessionē factam correo debendi ex interuallo post solutionem contra alios correos nō valere, transeunt *Vincent. de Franch in decis.*55. *num.*11. *Amat. in decis. March.*31. *nu.*18. *Menoch. lib.*3. *de praesumpt. praes.*143. *num.*4. *Papiens. in lib. act. hypothecaria. super verb. cedente, Thesaur. tun. in lib.*4. *qq. forens. quaest.*39. *num.*5. vbi subdit, ita fuisse per Senatum determinatum, sic etiam *Alex. Trentacinq. in cons.*17. *num.* 24. *& omnib. seqq. lib.*2. *Mantic. de tacit. et ambig. lib.*16. *tit.*19. *nu.*11. *Ronchegall. in l. reos* 11. *in ordine, num.* 54. *& seq. de duobus reis, Gutierr. in alleg.*4. *num.*10. *Rot. decis.*153. *num.*2. *part.*2. *in nouiss. Borrell. in summa decis. lib.*3. *tit.*13. *num.*308. *Faber contect.*
2 *lib.*11. *cap.*9. *& seq.* hinc dixit Senatus Dolani apud *Gruell. in dec.*80. quòd vbi cessio correo soluenti à creditore facta non fuerit, restitutio in integrū non datur, & *ibi* etiam in confideiussore.

Quod tamen intelligendum est, quando non praecederet pactum de cedendo,
3 aliàs si praecederet pactum, secus esset, nam tunc cessio etiam quandocunquè post solutionem fieri posset, prout communitèr *DD. in l. Modestinus, ff. de solut.* sic etiam *Menoch.* in citata *praesumpt.* 143. *num.*6. *et praes.*45. *nu.*26. *Ronchegall. in d. l. reos* 11. *num.*56. *& Rot. d. decis.*153. quia pactum efficit, vt cessio censeatur facta eo tempore, quo initum fuit pactū cedendi, vel quia mediante pacto creditor dicatur retinuisse actionem contra debitorem, non autē illam remisisse, vt tradit idem *Menoch. in* citata *praesumpt.* 143. *num.* 4. post. *Albir. Gomes.* & alios, quem etiam eum approbando sequitur *Grattan. in tom.*2. *discept. for. cap.*286. *num.*5. *& Alex. Trentacinq.* in citato *cons.*17. *nu.*25. *& seq.* ac *Bertazzol. de clausul. claus.*40. *glos.*4.

Et quamuis nonnulli indistinctè contrarium teneant, ex traditis per *Herring. de fideiussor. cap.*28. *num.*38. *cum seq.* scilicet fideiussori insolidum obligato posse

fieri cessionem, etiam ex interuallo, nullo
præcedēte pacto, per *tex. in l. cùm is 37. ff.*
de fideiuss. pro cuius confirmatione faciũt
tradita per *Vinc. de Franch in decis.* 55. vbi
habetur, quòd etsi propter insolidũ obli-
gationem respectu creditoris dicantur rei
debendi, vt dicit *Bart. in l. reos, ff. de duob.*
4 *reis*, attamen quando pecunia ad fideius-
sorem non peruenit, & negotium ad se nõ
pertinet, tunc respectu principalis debito-
ris dicitur fideiussor, ad *text. in l. sed Iulia-*
nus, § item ait. si duos, ff. ad Macedon. l. si
vir vxori, § final. ff. ad Velleian. subdens
per S.C. fuisse habitum pro vero fideiusso-
re, & quòd proindè fuit iudicatum, validã
fuisse cessionem ei per creditorem factam
contra principalem debitorem, alioquin
si pro vero debitore haberetur, nulla fuis-
5 set cessio, cùm debitori nulla fiat cessio,
l. nulla, C. *de solut.* quam etiam opinionẽ
latè probat *Surd. consi.* 150. *num.* 57. *Bel-*
tram. ad Ludouis. in decis. 445. *num.* 2.
6 Nihilominùs hæc opinio apud me non
transit absquè maxima difficultate, cùm
diuersus videatur casus *l. Modestinus* à ca-
su *l. cùm is*, nam vbi interuenit insolidum
obligatio, fieri non potest cessio ex inter-
uallo, non præcedente pacto, in quo casu
loquitur *text. d. l. Modestinus*, quia nõ con-
sideratur, an reus debendi sit, vel nè respe-
ctu principalis debitoris fideiussor, sed so-
lùm an respectu creditoris sit reus insoli-
dum, & ratio ea esse videtur, nam cùm
tunc vna omnium sit obligatio, *l. 3. § fin.*
ff. de duobus reis, soluendo absq; pacto de
7 cedendo, videtur extinguere, prout extin-
guit actionem, & sic obligationem, quæ cũ
vnica sit, ex ea etiam principalis debitor
liberatur, *l. 2. & 3. ff de duobus reis*, cùmq;
per solutionem sit creditoris actio extin-
cta, ad quid cessio? Sed in casu *l. cùm is*
8 est secus, ibi enim fideiussores non princi-
palitèr, sed accessoriè obligationi accesse-
runt, ob quod respectu creditoris non po-
terant vnica actione cum principali debi-
9 tore conueniri, nisi priùs facta excussione,
Auth. præsente, C. de fideiuss. § si quis igitur,
& § non solùm, Auth. de fideiuss. cùm obli-
10 gatio fideiussoris sit conditionalis, *l. de-*
cem, ff. de verb. obligat. immò non ad totũ
11 debitum, sed pro rata, vbi omnes essent
soluendo, *§. sed si plures, Instit. de fideiuss,*
qua de causa soluens benè obtinere debet
cessionem, etiam ex interuallo, quia non
censetur obligationem voluisse extingue-
12 re, cùm ipse adhùc ad totum debitum nõ
tenebatur, sed tanquã tertius, quasi emen-
do nomẽ debitoris, cui fieri potest cessio.
13 Nec mouet, quòd si tanquã tertius sol-
uit, cessio fieri non possit, cũ non cuicunq;
soluenti cedenda sint iura, vt per *DD. in*
l. 2. C. de fideiuss. l. nulla, C. de solut. quoniã
hoc non procedit vbicunquè aliquis præ-
cederet contractus inter eum, qui soluit,
& creditorẽ, tunc enim cessio semper fieri
potest, vt in puncto notant *Cyn. & Salicet.*
alijq; *DD. in l cum altero, C de fideiuss. &*
in l. 2. C. eod. in l. Stichum, §. si mandato tuo,
ff. de solut. à contrario sensu omnes in *d. l.*
nulla, & itá respondet *Dyn. in l. fideiussori-*
bus, ff. eodem, & post eos *Surd. consil.* 536.
num. 6. 7. *& seq.* ob quod idem *Salicet. &*
Cyn. ibi dicũt, quòd fideiussor potest spon-
tè inuito creditore soluere, & cessionem
exigere, quod singulare dicit *Surd. in dict.*
14 *cons.* 536. *nu* 11. quòd fideiussor, qui non
vrgetur ab aliquo, spontè soluendo credi-
tori inuito, debeatur cessio, quod etiam
vti mirabile dictum notat *Gratian. tom.* 1.
discept. for. cap. 49. *num.* 57.
15 Et quòd hoc sit verũ, itá in puncto con-
cordando *text in l. Modestinus* cum *l. cùm*
is, declarat *glos. in d. l. cùm is, vers. & ideò*
habet, quæ loquens de simplici fideiussore,
dicit, *quòd si creditor non cedat, potest solu-*
tum repetere, & *in fin.* quærens de insolidũ
16 obligatione, dicit his verbis: *item an inso-*
lidum, dic vt infra de solut. l. Modestinus,
sed apertiùs declarauit in *l. Stichum* 95.
§. si mandato tuo, verb. cedat, ff. de solut. di-
cens, quòd ideò *in l. Modestinus* soluens
non potest ex interuallo cessionem obti-
nere, quia vna est actio, qua omnes rei de-
bendi conueniuntur, quæ per solutionem
extinguitur, sed ibi plures sunt actiones, &
ideò vna solutione vna tantùm tollitur,
qua tenebatur qui soluit, & sic alter non
liberatur, & facta hac distinctione *in fine*
concludit, *& secundùm prædicta non obest*
suprà de fideiuss. l. cùm is, ob quod *Bart. in*
d. l. Stichum reassumẽdo *textũ* inquit, quòd
vbi actiones sunt dispares, soluẽs ex inter-
uallo possit petere, vt actiones sibi cedan-
tur, hanc quoquè opinionem vti veram
17 declarando *text. d. l. Modestinus, & l. cùm*
is latè tuetur *Paul. de Castro* Doctor veri-
tatis in *d. l. cùm is*, dicens, quòd ideò solutũ
in d. l. cùm is non tollit, nequè extinguit
obligationem, & sic actionem creditoris,
licèt illa tollatur ope exceptionis, ex eo
quia ibi creditor diuersas habebat actiõ-
nes, tàm contra principales, quàm contra
quemlibet ex fideiussoribus, nàm illa, pro
qua tenebatur soluens, ipso iure est subla-

ta,

ta, & pro illa fieri non potest cessio, nisi
tempore solutionis hoc actum esset, aliæ
verò non, quia pro eis non censetur facta
principalitèr solutio, sed vt cedātur actio-
nes contra principales, & fideiussores, sub-
dens his verbis: *hoc dicere text. dùm dicit*
insolutum, qui est aliquantulum obscurus,
scilicet, vt pro sua obligatione soluitur vt
debitum, & sic cedit insolutum, pro obliga-
tionibus aliorum non soluitur vt debitum,
& sic nō cedit insolutum, sed resoluitur vt
pretium earum, & sic eas non tollit, & hoc
in his, qui sunt accessoriè obligati, vt videā-
tur soluere pro sua tantùm obligatione, non
pro obligatione principali, nisi hoc expres-
sè dicatur, & tunc illa tolleretur ipso iu-
re, & in consequentiam aliæ etiam accesso-
ria similitèr tollerentur, vt habetur in l. Pa-
pinianus, suprà mandati, l. Stichum, §. si
plures, infra de solut. sed in pluribus prin-
cipalitèr obligatis eodem genere obligationis
dic, vt l. Modestinus allegata, quia si vnus
soluit, censetur pro sua, & aliorum obliga-
tione soluere, & sic omnes tolluntur ipso iu-
re, & ex post facto non potest fieri cessio, nisi
fuisset actum tempore solutionis, hanc deni-
què opinionem latè firmat *Ias. in l. si res*
legata, num. 44. cum seq. ff. de leg. 1. vbi di-
uersificat casum *l. Modestinus* à *l. cùm is*,
ex eo quia *in d. l. cùm is* diuersæ, & dispa-
res sunt actiones, secundùm *glos. ibi*, qua-
18 propter explicando *text. & glos. d. l. si res*,
inquit, quòd *ibi* legatario potuit fieri ces-
sio etiam post solutionem, quia non fecit
animo liberandi hæredem principalem
debitorem, sed luendi rem sibi legatam,
ob quod remansit actio contra hæredem,
quæ potest cedi, idquè pro absoluto tenet
Angel. de Perus. in d. l. Modestinus, num. 1.
& nu. 3. in 3. & 4. fallent. & hoc est quod
voluit dicere *Menoch. lib. 3. præsumpt. 143.*
qui relatis nonnullis casibus *num. 11.* in
specie inquit, quòd quando agitur de plu-
ribus accessoriè obligatis, vni soluēti pos-
sit fieri cessio ex interuallo, per *d. l. cùm is*,
sic quoquè determinauit *Rot. in decis. 153.*
part. 2. in nouiss. num. 7. & cum hac intelli-
gentia pertranseunt *Gutierrez* omninò vi-
dendus in *alleg. 4. num. 10.* ac *Roncbegall.*
in d. l. reos 11. num. 54. & seq. ff. de duob. reis,
& hæc est vera, & communis opinio, & in
hoc casu loquuntur omnes DD. per *Her-*
ring. allegati, scilicet in fideiussore, prout
etiam loquitur idem *Herring. in princ. nu.*
35. non autem in reo debendi.
19 Nec obstat id, quod dixit idè *Herring.*
de fideiuss. in d. num. 40. quòd *l. cùm is* sit
correctoria *l. Modestinus*, & *nu. 45.* quòd
d. l. Modestinus loquatur in casu tutelæ, &
sic in casu speciali, siquidèm vtrumquè ve-
rum non est, cùm verissimum sit, inter le-
20 ges Digestorum non dari correctionem,
alitèr sequeretur, malam fuisse compila-
tionē *Theophili, Therodsi, & Triboniani*,
qui compilarunt leges Digestorum, corre-
ctio autem aliquando ex legibus Codicis,
& Constitutionibus datur, vbi expressè di-
21 catur, *l. sancimus, C. de testam. l. præcipi-*
mus, C. de appellat. §. cùm igitur, versic. nec
qualibet est lex, authent. de non eligend. se-
cund. nub. videtur quidèm non correcto-
ria, sed limitata ratio *l. Modestinus* in casu
l. cùm is, tanquam diuerso, quia alius est fi-
deiussor, & alius reus debendi quòad cre-
ditorem, vt dixi.
22 Non est etiam verum, quòd *text. in d. l.*
Modestinus loquatur in casu speciali, quia
ibi in d. text. nullum quidèm verbum spe-
cialitatis continetur, sed per regulam ge-
neralem *ibi* constituitur, & casus determi-
natur, vt benè declarat *glos. in princ.* quæ
dicit, *pone casum in pluribus tutoribus; vel*
23 *in pluribus fideiussoribus*, & allegare spe-
cialitatē est refugium miserorum, ad *text.*
in l. filium, quem habentē, vbi *glos. C. famil.*
ercisc. & ad propositum *Surd. in decis. 317.*
num. 20. & si dici possit, quòd loquatur in
casu speciali, scilicet in insolidum obliga-
tis, quod dici non debet in fideiussoribus.
24 Minus refragatur *decis. Vinc. de Franch.*
55. scilicet quòd ille, ad quē pecunia non
peruenit, vel negotium nō spectauit, licèt
quòad creditorem dicatur reus debendi,
respectu autem principalis debitoris sit fi-
deiussor, quia non per hoc sequitur, ei pos-
se fieri cessionē ex interuallo, cùm ad hoc
vt cessio ex post fieri possit, consideretur
actio creditoris, an sit insolidum, vel nè, &
sic an fideiussor respectu ipsius sit reus de-
dendi, vel merus fideiussor, vt in pūcto di-
cit *Rot. Roman. in d. decis. 153. nu. 7. part. 2.*
in nouiss. quæ respondendo ad contraria
dicit, quòd illa iura loquuntur in mero fi-
deiussore, & mandatore, & ob id eadem
Rot. apud *Ludouis. in decis. 564. nu. 2. & 3.*
25 inquit, quòd fideiussoris insolidū obliga-
tio nō dicitur accessoria, & dependere ab
obligatione alterius, sed de per se sola.
26 Verùm limitatur prima conclusio, vbi
correus vltrà apocam solutionis factæ ha-
beret instrumenta originalia ipsius credi-
toris penès se, eaque sibi tradita probaret,
cùm eo casu traditio facta à creditore, qui
cedere, & tradere tenebatur, vim cessio-

nis, aut mandati habere videatur, vt tradit
post *Roman. sing.* 643. *& conf.* 446. *Griuell.*
in d. decis. 80 *num.* 8.

Sed negari non potest, quin (circumscripto iuris rigore) contraria opinio videatur aliquantulũ æqua, ex qua pati non
debet, vt is, qui pecuniam non accepit, nec
27 negotium ad se pertinuit, sed gratiosè pro
alio fideiussit ex suo officio damnum patiatur, & principalis debitor cum aliena
iactura lucraretur, cum qua æquitate pro
dicto fideiussore insolidum obligato determinauit S.C. potuisse ei fieri cessionem
ex interuallo, vt habetur per doctissimum
D. Regent. Capyc. Latro in decis. 32. ad quod
facit *deci. Thesaur.* qui ęquitate motus ait,
tali fideiussori insolidũ obligato competere beneficium excussionis, subdens ita
Senatum determinasse, cuius dictum sustineri posset,
28 vbi excussio fieret sumptibus
dicti fideiussoris, ad *text. in l. vndè quaeritur, §. fin. ff. commod.* & *ibi Bart.* qui etiam
in l. complures, §. vestimenta, nu. 1. *ff. locat.*
Rimin. iun. cons. 402. *num.* 13. *& Mantic. de*
tacit. & ambig. lib. 16. *tit.* 17. *num.* 43. *Parr.*
Maur. Arct. de fideiuss. part. 2. *sect.* 6. *cap.* 3.
num. 200.

Circa verò aliam quæstionem, quam
29 tangit *Surd. hic*, an plures rei debendi in
solidum obligati videantur inter se fideiubere, ita vt si vnus eorum soluerit, possit
absquè cessione ab alio repetere, & quid
ex causa onerosa, vel lucratiua, adde quòd
per extensum illam examinat *Gutierr. in*
allegat. 2. *per tot.* videndus, nec omittendus
Thesaur. in decis. 191. qui facta longa discussione concludit pro correo soluente,
quamuis voluntariè se obligauerit, iuxtà
opinionem *Bald. in l. si rem, C. si cert. petat,*
subdens, sic totum Senatum congregatis
Classibus re maturè considerata, reiecta
opinione *Bart in l. reos. num.* 3. *C. de duob.*
reis decreuisse, licèt *in fine* dicat, tutius esse, vt euitentur difficultates cessioné à creditore obtinere, quod etiam comprobat
Viu. in decis. 379. *in fin. lib.* 2. quidquid sit
30 respectu duorum fideiussorum in solidum
obligatorum, vno enim soluente absquè
cessione non competit actio contra alterum, prout hanc esse veriorem opinioné
profitetur *Thesaur. iun. in addit. ad d. decis.*
sui Genitoris, subdens, sic determinasse Senatum ex *Euerard. cons.* 1. per *text. in l. vt*
fideiussor, ff. de fideiussor. & tradit etiam
Vincent. de Franch. d. decis. 55. *nu.* 1. quicquid alitèr sentiat *Thesaur. pater in decis.*
166. *num.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Confessio facta ab aliquo tanquàm teste, sibi praeiudicat in alio iudicio.*
Contrarium, num. 6.
2 *Confessio in vno iudicio facta praeiudicat confitenti in alio, etiam inter diuersas partes.*
3 *Confitens se haeredem, sibi praeiudicat in repudiatione.*
4 *Tutrix exponẽdo querelam de furto bonorum pupilli, sibi praeiudicat in restitutione ipsorum.*
5 *Confessio facta in iudicio criminali quando probet in iudicio ciuili, & num.* 10.
7 *Confessio incidentèr, & ad alium finẽ facta non probat debitum, nec potest ille, ad cuius fauorẽ tendit confessio, agere ad quantitatem confessatam.*
Sic etiam de confessione in criminalibus incidentèr prolata quando probet, num. 8.
9 *Confessio facta in iudicio ad se defendendũ non praeiudicat confitenti in alio iudicio.*

DECIS. CCCIX.

1 Confessionem factam ab aliquo
tanquàm teste, sibi nocere in
alio iudicio, concludit *Author*
hic, qué sequitur *Gratian. tom.* 2.
discept. for cap. 287. *num.* 12. *cum seq.* hanc
2 etiam partem in pũcto strenuè defendit
Valasc. consult. 33. sic quoquè *Guid. Pap.*
in decis. 254. dicens, confessionem in vno
iudicio factam præiudicare confitenti in
alio, etiam inter diuersas partes, cum quo
pertransit *Papon. in tit. des preuues desfmins, arrest.* 22. quicquid dixerit *Ranch.*
ibi in addit. ob quod *Put. decis.* 451. *nu.* 3.
part. 2. *in nouiss. impress.* dicit, non esse verum, quòd confessio ad commodum alicuius non præiudicet confitenti, ex *Bart.*
in l. sicut, C. de repud. hared. asserente, quòd
3 confitens se hæredem sibi præiudicat in
repudiatione, vt de confessione facta per
Commissarium deputatum à Thesaurario
Generali spoliorum, se percepisse fructus
per mortem beneficiati, probare contra
eum in alio iudicio super perceptione ipsorum, vt tenuit Rota apud *Farinac. in*
decis. 158. *num.* 11. *tom.* 1. & de confessione
4 facta per tutricem in iudicio criminali,
exponendo querelam de furto bonorum
pupilli, quòd probet in iudicio ciuili contra eam super restitutione ipsorum, quia
ex ipsa querela præsumitur, bona apud eã
fuisse, tenuit Rota apud eundem *Farinac.*
in de-

in decis.762.num.1.tom.2. & de confessio-
ne facta in vno iudicio, quod probet con-
tra eum in alio, voluit Rota apud *Verall.*
*in decis.*190.*part.*1. cùm nõ conueniat bo-
no viro, vt quod semel dixit, posteà reuo-
cet, quod etiam latè idem *Farinac. in de-*
*cis.*250. *crimin.num.*2.*tom.*2. vbi indistin-
5 ctè tenet, confessionem in iudicio crimi-
nali factam, probare in iudicio ciuili, & la-
tiùs in *decis.*253.*num.*3.*tomi crim.* sic etiã
è contra confessio facta in iudio ciuili, suf-
ficit ad torturam in iudicio criminali, &
concurrentibus alijs adminiculis plenè
probat, vt post *Clar. Dec. & Diaz* docet
idem *Farinac. in cons.*23.*num.*12.*vers. nec*
*releuat, tom.*1. sed hoc erit intelligendum,
vbi contra eam non fuerit iudicatum, ità
Alex. Dec. Rip. & Purpur. in l.is, apud quẽ,
C. de edend. Aym. de antiq. tempor. sect. visis
*de verb. enunciat. nu.*53. *Verall. decis.*197.
*lib.*1. *Farinac. cons.*150. *num.*12. *in fin. &*
*cons.*185.*nu.*63.*tom.*2.

6 Contrarium autẽ firmauit Senatus con-
tra *Valasc. in d. consult.*33. vbi vertente
lite inter Caium, & Seium super petitione
certæ quantitatis, cùm aliquis in testem
productus ad probandam dictam solu-
tionem dixerit, se illam à Seio recepisse,
se, & Caio dedisse, quòd Caio absoluto ob
defectum probationis, non possit idem
testis ex dicta cõfessione facta in alio pro-
cessu à Seio molestari ad illius restitutio-
nem, licèt hoc cogitandum relinquat *Bor-*
*rell. tom.*3.*summa decis. tit.*3.*de confess. nu.*
281. sic etiam tenuit *Rot. in decis.*4.*num.*2.
de confess. est enim confessio ad alium finẽ
facta, quæ confitenti non preiudicat, vt ex
professo idem *Surd. decis.*259. *num.*6. qui
inter allios allegat *Albert. Brun. de stat.*
*part.*2 *quæst.*148. dicentem, quòd emisso
7 proclamate, quòd omnes teneantur fideli-
tèr cum iuramento profiteri bona sua, &
debita pro faciẽdo æstimo, quòd si aliquis
in consignatione dixerit se debitorem Ti-
tij de certa quantitate, non poterit Titius
vigore illius confessionis iuratæ petere
quantitatem confessatam, quia id nõ age-
batur, vt se obligaret ergà Titiũ, sed vt in
æstimo minus grauaretur, & *Salic. in l.*1.
*nu.*37. *vers. est enim confessio, C. de confess.*
ait, quòd si requisitus ab aliquo ad mu-
tuandum, dicat, ipsum non habere, immò
qui eguit, accepit paulò antè viginti mu-
tuo à Titio hic præsente, quòd non pote-
rit Titius in vim illius confessionis ipsum
molestare, quoniam eius intentio non fuit
obligandi se Titio, sed excusandi, nè mu-
tuam pecuniam cõcederet, quod latè *Ti-*
*raquell. in tract. res inter alios acta, limit.*1.
in fin. vers. & id quidem, vbi post multos
probat, quòd ex iudiciali confessione in-
cidentèr, & ad alium finem facta quis non
possit damnari, cuius etiam opinionis est
*Gratian. tom.*1.*discept. for. cap.*151.*nu.*18.
cum seq. sic quoquè *Afflict. in decis.* 176,
8 qui ait, quòd cùm mulier inquisita de fur-
to confessa sit, adulteriũ commisisse, quòd
non possit ex dicta confessione incidentèr
facta condemnari, subdens sic per S.C. re-
uocando decretum Mag. Cur. iudicatum,
*Rot. Roman. in decis.*274. *part.*4. *in nouiss.*
inquit, quòd orta controuersia super nulli-
tate matrimonij ob impotentiam viri, si
idem vir cõfiteatur adulterium, quòd vxor
ex tali confessione pro adulterio ad Thori
separationem agere non possit, cùm illa
sit facta ad alium finem, scilicet se defen-
dendi ob impotentiam allegatã ab vxore,
sic quoquè Rota apud *Cenc. in decis.* 76.
*num.*6. post *tract. de cens.* dicit, quòd con-
fessio emptoris, censum esse capacẽ facta
ad aliũ finem, sibi nõ noceret in alio iudi-
cio, subdens sic eam determinasse, & eadẽ
Rota apud *Farin. in decis.*127.*sub nu.*10.
*vers. ultrà, tom.*1. firmat, quòd cõfessio fa-
cta ad excusandum confitentem, non pro-
bat cõtra eum ad alium finem, & in *decis.*
332.*tom.*2.*in crim. num.*7. tenet, quòd con-
9 fessio in criminalibus ad alium finem, sci-
licet ad se defendendum, non probet in
causa ciuili, vt de confessione emanata in
10 criminali ad instantiam Fisci, ad finem
publicæ vindictæ, eam non probare cõtra
confitentẽ in causa ciuili, tenuit eadẽ Ro-
ta relata per eundem *Farinac. in cons.*185
*num.*62. *tom.*2. *& decis.*89. *in addit. lit. D.*
*tom.*1.*crim.* & apud *Verall. decis.*209.*nu.*4.
*part.*2. & apud *Seraphin. decis.*377.*num.*6.
*& Diuersor. decis.*445.*num.*5.*part.*1.

S V M M A R I V M.

1 *Creditor chirographarius defuncti præfer-*
tur hæredi creditori habenti etiam hypo-
thecam expressam.

D E C I S. CCCX.

1 CVM hac opinione nostri *Autho-*
ris hic pertransit Io. Francisc. de
*Ponte in cons.*64. *num.*34. *col.*2.
per *text. in l.*1. *ff. de separ.* subdẽs,
sic aliàs fuisse iudicatum, sed de hac ma-
teria vide quæ scripsi in *decis.* 271. *per tot.*
& de

& de alijs contentis in hac decisione vide quæ scripsi in *decis.* 315.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus habet hypothecam pro collectis.* *Intellige, num.* 2.
3 *Onus reale transit ad quemcunque res vadit, vt in censu.*
4 *Retentio alterius rei dari non potest, quando res debetur ratione rei.* *Intellige, num.* 5.

DECIS. CCCXI.

1 QVamuis Fiscus hypothecam habeat pro collectis, cùm sit onus reale, vt ex multis ostēdit *Mantic. de tac. et ambig. lib.* 11. *tit.* 18.
2 *per tot.* ramen hypotheca illa non extenditur nisi ad bona, ex quibus ipsæ debentur, vt etiam concludit *Author hic*, prout
3 dicimus de laudemio, quod cùm sit onus reale, transit ad quemcuuque res vadit, & rem ipsam concomitatur, *l. rescriptum*, *§. sciendū, ff. de muner. & honor.* & ex alijs per *Gratian. tom.* 4. *discept. forens. cap.* 784. *nu.* 23. vt in censu notat *Afflict. in decis.* 95. vbi *Vrsill.* qui afficit quemlibet possessorem, sic etiam in decimis, *Capyc. decis.* 20. *in fin.* & in tributo, *l. Imperatores ff. de pu-*
4 *blic. & vectig.* imò neque retentio alterius rei dari potēst, quādo aliquid debetur ratione rei, vt ex multis ostendit *Molignat.*
5 *de retent. quæst.* 236 dummodò res illa in posse dicti creditoris non peruenisset occasione illius rei debitæ, vt *ibi*.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, vel Consuetudo, quòd stetur libris Mercatorum valet.*
Amplia, etiam contra tertium, num. 2.
Intellige, num. 7.
Item dicti libri præferuntur instrumento, num. 3.
Item extēditur extrà territorium statuentium, si tales libri fuerint confecti in loco statuti, num. 4.
Et quid in Curia Episcopali pro, vel contra Clericos, num. 5.
6 *Statutum, quòd stetur libris Mercatorum locum obtinet in pertinentibus ad mercaturam tantùm.*
8 *Liber Gabellarij non probat contractum venditionis, si venditor non fuerit præsens.*

DECIS. CCCXII.

PRO hac opinione etiam concludit *Genua in tract. de scriptur. priuat. lib.* 4. *sub tit. de lib. mercat.* vbi
1 inquit, quòd tale statutū, vel consuetudo, vel Principis decretum, quòd ste-
2 tur libris Mercatorum, valet, etiam contra tertium, prout quoque probat *Gratian. in addit. ad decis. March.* 203. *nu.* 6. 7. *& omnibus seqq. Trutus. in decis.* 16. *num.* 2. *lib.* 1. *Borrell. in summa decis. tom.* 2. *tit.* 22. *nu.* 41.
3 in tantum quòd ipsi libri præferuntur creditori posteriori fundanti se in instrumento, vt satis doctè post DD. relatos ab *Ancharan. in lib.* 1 *qq. famil. quæst.* 10. ostendit
4 *Gratian. in d. decis.* 203. cuius vires extenduntur etiam extrà territorium ipsorum statuentium, quando talis liber esset confectus in loco statuti, cùm circa fidē scripturæ inspiciatur locus, vbi est celebrata ipsa scriptura, vt ex multis ostendit *Vincius in opin.* 806. *nu.* 2. *&* 30. *& Scacc. in lib.* 2. *de iudic. caus. ciuil. cap.* 11. *num.* 239. *& seq.*
5 imò tale statutum debet obseruari etiam in Curia Episcopali, nisi illud referat se ad proprios Iudices, verùm de hac materia, quando prædicti libri tàm pro, quàm contra Clericos probationem inducant, plenè scripsit *Mart. de iurisd. part.* 4. *cent.* 1. *casu* 84. *per tot.*

Sed hoc procedit in pertinentibus ad
6 mercaturam, cùm in illis solùm adhibeatur fides, non autem in alijs, alioquin esset contra dispositionem iuris communis, vt docuit *Aretin. cons.* 33. *n.* 1. *cons.* 44. *n.* 2. *& cons.* 45. *in fin. Turrett. cons.* 74. *nu.* 4. *lib.* 2. *Beccius cons.* 5. *num.* 11. *&* 14. *Borrell. in cons.* 66. *num.* 11. *Gayll. lib.* 2. *obseruat.* 20. *num.* 8. *&* 9. *Vasq. lib.* 1. *controuers. illustr. cap.* 35. *num.* 8. *&* 9. *Macerat. variar. resol. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 25. *cap.* 58. *num.* 6. *et resol. vlt. cap.* 14. *Gratian. in tom.* 4. *discept. forens. cap.* 727. *num.* 1. 2. *&* 3. vbi subdit, sic fuisse per Rotam decisum, *Seraphin. decis.* 442. *in princ. decis.* 1088. *nu.* 4. *& decis.* 1390. *nu.* 2. *Vincius decis.* 445. *nu.* 2. & in similibus *Verall. in decis.* 77. *lib.* 1.

Verùm intellige primam conclusionē, scilicet librum probare etiam contra ter-
7 tium, procedere, quando in ipso Mercatoris libro reperiretur aliquid scriptū, quod est actum principaliter inter ipsum Mercatorem, & Negoriatorem cum eo, & in consequentiā ex illa negotiatione, & scriptura oriatur interesse alicuius tertij, qui tunc tēporis præsens fuisset, vt latè *Scacc. in d.*

in d.cap.11.nu.103.cum multis seqq. quem plenè sequitur *Genua de scriptur. priuat. lib.4.quaest.3.num.15.& seq.*

Aliàs si absens fuisset, tunc nullam fidē cōtra tertium talis liber faceret, tanquàm res inter alios acta, vt in specie notat *Aym. de antiquit.temp. part.1. §.quartò limitatur, nu.71.fol.102. Menoch.de arbitr. casu 91.num.25.cum seq.Rot.Roman.in decis.443.nu.3.part.4.in nouiss.* eademmet *Rot.Roman.* apud *Gene.in decis.103.nu.10. decis.209.num.4. & decis.239. num.1. post tract. de censibus,* plenè *Gratian.* in citato
8 *cap.727.num.11.* prout de libro Gabellarij subdit post infinitos in *num.19.& seq.* in quo non probatur contractus venditionis, si venditor non fuerit præsens, vt etiā voluit idē *Genua* in citato *lib.4. tit.de libr. rat.gabellar.num.10.cum seq.*

SVMMARIVM.

1 *Quæ nàm differentia sit inter Mercatorem, Negotiatorem, & Artificem.*
2 *Mercator quando quis dicatur, ad hoc vt possit Mercatorum priuilegijs gaudere, & num.3.4.& 6.*
5 *Dohanati non gaudent, nisi maiorem partem animalium in Regia Dohana posuerint.*

DECIS. CCCXIII.

1 QVæ nàm differentia sit inter Artificem, Mercatorem, & Negotiatorem, satis doctè declarat *Rebuff.ad Reg.Const. tom.2.tit.de mercat.* & antè eum *Bart. in l.legati, ff.de leg.3.Goffred.de Caieta super rit.Reg.Cam. in rubr.de iur.fundac.vers.item reuertendo ad Canonicos, fol.23. à ter. & fol.24.à ter. vers. sed circa proximè dictum,* quem allegat *D.Reg.Ronit.in pragm.de mercat.offic. prohib.in rubr.nu.3.& Gabr.cons.98.n.37.* addo *Scacc.de commerc.§.1.quaest.1.nu.13. & part.3.quaest.1.§.1.limit.17 num.19.*

Verùm circa hanc quæstionem nota,
2 quòd is verè dicitur Mercator, qui quæstuariam negotiationem exercet in rebus mobilibus comparandis, & distrahendis, vt post *Bart.in d.l.legati* sic notat *Roland. à Vall. in cons.35.nu.15.& seq. lib.1. Polyper.de censib. lib.2.cap.5.num.14. Signorol. cons.95. num.2.* cum alijs per *Cancer. in lib.3.variar.resolut. cap.10. de content.iu-*
3 *risd. num.10. & seq.* hinc est, quòd si quis vēderet vinum, aut frumentum, quod perceperit ex proprijs vineis, aut præbenda, vel beneficio, non diceretur exercere mercaturam, seù negotiationē, & sic non gauderet priuilegijs Mercatorum, vt ex traditis per *Vincent. de Franch. in decis.128.* & per dictum *Rebuff.in loco* citato, imò non
4 potest dici Mercator ille, qui ex aliqua causa mercatur, sed oportet, vt perpetuò se ad illud artificium applicauerit, nam vna mercatura non facit Mercatorem, sed requiritur vsus, exercitium, & perseueratio, vltrà vnam, & alteram negotiationem, cùm Negotiator non dicatur qui semel, atquè iterum id facit, sed qui frequentèr, ad *tex.cum glos.in l.1.§.1.vers.omnis, ff.de tribut.action. Bald.in rubr.C.de constit.pecun.colum.fin.vers.vltimò quæro, Crass.* qui multa ad id congerit in *cons.134.* & antè eum latè *Bero.in quaest.famil.115.num.14.* qui subdit, quòd debeat habere maiorem partem facultatum suarum in mercaturis, per *text.in l.sēper.§.negotiatio, & ibi Bart. ff.de iur.immunit.* per quem *text.* sic voluit *Abb. in cap.1. circa finem, de iudic.* notat *Alex. in cons.109. lib.4.* sic quoquè *Sfort. Odd. de restitut.in integr. part.1. quaest.23. num.22.* prout sic iudicauit S.R.C. teste *Vincent.de Franch.in decis.175.* quam decisionem etiam sequitur *D. Reg. Tapia in 2.tom.iur.Regni, in pragm.36.§.& piis per. ebe, num.2.* subdens, ità pluriès fuisse de-
5 cisum, sic quoquè in simili iudicatum fuisse in Reg. Cam. Summat. testatur *Amend. in addit.ad d.decis.175.de Franch.num.5.* quòd Dohanati non gaudent, nisi maiorē partē animalium posuerint in Regia Dohana, & ad appula pascua portent.

Verùm intellige, supradicta procedere,
6 quādo mercatura per se ipsum exercetur, alioquin non gauderet priuilegijs Mercatorum, ex quo non diceretur Mercator, si per aliū exerceatur, vt ex traditis per *Dec. num.17.& Alexand.col.2.in l.scriniarios, C.de testam. milit.* dummodò priuilegium cōcernat hominis industriam, aliàs secus, prout loquitur *Alex.in l.diem functo, col.1. de offic.assessor.* quem, & alios cum hoc intellectu refert, & sequitur *Gamma in decis. Lusit.110.num.22.* dicens, quòd in hoc casu talis Mercator poterit petere interesse lucri cessantis.

DECIS. CCCXIV.

DE hac quæstione vide quę scripsi in *decis.167.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Bona hæredum an possint per testatorem obligari, & num. 2.*

3 *Precarium non transit ad hæredes precario rogantis.*

4 *Hæres adeundo hæreditatem censetur obligationem eius bonorum per testatorem factam ratificare.*

Intellige, si inuentarium non confecerit, num. 5.

6 *Hæres conficiens inuentarium videtur se ab hæreditate abstinere.*

DECIS. CCCXV.

1 Bona hæredum non venire in obligatione facta per defunctum cõcludit *Author hic*, cuius dicta intellige procedere, vbi quis non obligasset suos hæredes, & successores, & eorũ bona expressè, aliàs si expressè obligasset bona hæredum, secus esset, prout hanc esse communem ostendit *Paris consil. 2. vol. 3. & Vinc. de Franch in decis. 53.* subdens, sic pluriès per S. C. fuisse iudicatum, vt etiam testatur in *decis. 321.* ac in sua *additione*, vbi inquit, hoc cõstantèr tenendum esse, quòd etiam bona hæredum sint obligata, sic quoq; *Minad. in decis. 20.* vbi etiam *Addens, et Grattian. in tom. 2. disceptat. for. cap. 225. num. 75. & 76. Fontanell.* qui tanquàm veriorem hanc etiam sequitur in *tract. de pact. nupt. claus. 4. gl. 5. num. 54. & seq.* sic etiam *Afflict. in decis. 200. & 201.* vbi hoc etiam videtur sentire.

2 Et hoc nulla data bonorum distinctione, scilicet an procedat in bonis peruentis hæredi ex hæreditate defuncti, vel suis proprijs, cùm indistinctè quando defunctus expressè obligauit bona hæredũ, omnia veniant, vt post multa hinc indè adducta affirmat *Vinc. de Franch.* in allegata *decis. 321. & Afflict. in locis* citatis.

Et quamuis contrariũ videatur determinate *Afflict. in decis. 335. in 3. dubio*, tamen

3 men ille loquitur in precario, & sic quando creditor vult agere vigore illius clausulæ iure assistendi super bonis hæredis acquisitis post dictam hæreditatem vigore dictæ obligationis factæ per defunctum, cum clausula precarij, cùm tunc dictum precariũ non trãseat ad hæredes precario rogantis, *l. cùm precariũ, §. fin. ff. de precar.* imò ad hoc vt precariũ habeat effectũ suum, necesse est, vt ille, qui se precario constituit nomine alterius, tunc temporis naturalitèr possideat, aliàs illud nihil operaretur, vt ex *glos. in l. quamuis, §. si conductor, ff. de acquirend. possess.* cum quibus, & alijs sic per Sacr. Consil. votatum fuisse subdit ipse *Afflict.* in citata *dec. 335.* & cùm de nouo hoc controuersum fuisset in eodem S. C. in causa Monasterij Monialium Diuæ Mariæ Egyptiacæ coràm meritissimo Consiliario D. Carauita, adhùc pendet decisio.

Et ratio supradictæ primæ conclusionis est, nam testator videtur compensare

4 cum dicta obligatione suam hæreditatẽ, vndè hæres adeundo censetur ratificare, vt post multos concludit *Alex in l. si hæredes, colum. 2. circa medium, ff. de legat. 1. & Gratian. in tom. 3. disceptat. forens. cap. 433. num. 22.*

5 Quod tamen intellige, vbi hæres inuentarium non confecerit, nam tunc censeretur factum defuncti ratificasse, vt pulchrè explicat *Bertazzol. de clausul. claus. 12. glos. 4. sub num. 2. vers. & est sciendum.*

Et quamuis absurdum hoc esset, ex eo quòd talis obligatio videretur conditionalis, si tamen hæres inuentarium non conficiat, & sic esset contra supradictam communem conclusionem, quòd testator potuerit bona hæredum expressè obligare, ex qua supponitur, obligationem prædictam esse puram à principio.

Tamen respondetur, quòd & si obliga-

6 tio sit pura, nihilominùs si hæres inuentarium conficeret, videretur se abstinuisse ab hæreditate, & sic non diceretur verè hæres, vt latè *Minad. in cons. 17. num. 3. de Pont. cons. 37. num. 3. Giurb. in decis. 43. num. 25. ad med. Monticul. de inuent. cap. 8. in princ. Anna in allegat. 30. num. 13. Molfes. in cons. 42. num. 29. de Georg. allegat. 42. nu. 6.* cùm exhæredari, abstinere, hæreditatem capere cum beneficio legis, & inuentarij idem sint, ad finem obtinendi priuilegiũ *l. fin. §. & si præfatam, C. de iur. deliber.* vbi latè *Salic.* vt inquit *Minad.* in citato *consil. 17.* & proindè obligatio non extenderetur ad eius propria bona, sed quatènus sit in hæreditate, ad *text. l. cùm à matre, C. de rei vendic.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Filius an possit à legatis, & quomodò legitimam detrahere, & num. 2. & 3.*
4 *Legitima vbi à legatis esset detrahenda, omnes legatarij conueniendi sunt.*
5 *Legitima detrahi potest ex bonis fideicommisso subiectis in subsidium.*
6 *Filius pro legitima num possit agere contra tertios possessores, nulla facta excussione contra heredes, vel legatarios.*
7 *Filius non conficiens inuentarium legitimã non amittit.*

DECIS. CCCXVI.

PLura quæruntur in hac decisione, primum nempè, si filius legitimã à legatis deducere possit, secundum, si per omissionem inuentarij illa amittatur.

1 Quòad primum quamuis communis
DD. opinio sit, vt quando alia bona non
supersint, ex quibus commodè legitima
deduci possit, & res pretiosæ, & meliores
legatæ sint, quòd tunc ab eis detrahenda
sit legitima, prout tradunt *Alex. in l. Marcellus, § res, quæ, vers quod est intelligendum, ff ad Trebell. & in l. in quartam, vers. intelligo tamen, ff. ad leg. falcid. Gabr.* post multos in *cons. 138 vol. 2. Mangil. de imput. & detract. quæst. 115. num. 49. Merlin. in tract. de legitima, lib. 2. tit. 1. quæst. 10. nu. 13. & lib. 5. tit. 4. quæst. 6. num. 8. Menoch. de arbitr. casu 163. num. 20. Marescott. in lib. 1. variar. resolut. cap. 23. nu. 14. & lib. 2. cap. 8. num. 5 & seq. Costa de remed. subsid. remed. 90. Peregrin. de fideicommiss. art. 4. nu. 13. 14. 15. 23. 33. & seq. Maluas. cons. 8. num. 29. Natta cons. 238. num. 5. & 6. Ronchegal inter cons. Marzar. 35 num. 10. Papon. cons. 146. num. 13. & 16. Grammat. decis. 93. num. 4. Barz. decis. 104. num. 12. & decis. 105. nu. 2. Ioseph. Ludou. in decis Lucens. 28. nu. 33. & seq. Rot. Rom. decis. 113. part. 2. in nouiss. Peguer. decis. 110.*
2 Tamen intellige, excusso priùs hærede
vniuersali, & si sint plures, excussis omnibus, vt loquuntur citati DD. cùm onus hereditarium sit illam præstare, vt in *§. ceterùm, auth. vt cùm de appellat. & in l. Papinianus, §. si conditioni, ff. de inoffic. testam.* quãuis dicta legitima esset semel detracta, & deindè euicta, vt tradit *Merlin.* in citata *quæst. 6. num. 10.*
Et hoc etiã respectu fideicommissi vni-
3 uersalis, quòd priùs excuti debet, an eius
vires suppetant, vt satis doctè ostendit *Peregrin.* in citato *art. 4. num. 32. & multis seqq.* sic quoquè idem *Mangil. in d. tract. quæst. 123. num. 31. & seq. & Merlin. in* citato *lib. 2. tit. 1. quæst. 10. num. 11.* cùm legitima quòad legatarios, & fideicommissarios particulares loco æris alieni, & tanquàm æs alienum deducatur, & hoc tàm
in legitima, quàm in supplemento inquit
Mangil. loco citato, quo casu omnes lega-
4 tarij sunt conueniendi, non autem vnus, vt
benè aduertit *Peguer. in fin. dictæ decis. & Costa de remed. subsid. loco* citato, *num. 5.*
Prout dicimus de bonis prohibitis alie-
5 nari, cùm ex illis nõ possit legitima detra-
hi, si alia sufficiant, vt decisum refert *Peguer. in* citata *decis. 110. in princ. & Vin. in decis. 528. nu. 24. cum seq. lib. 4.* & hoc pro-
6 cedit, etiam quãdo filius vellet agere con-
tra tertios possessores, nam in hoc casu
etiam esset facienda excussio contra hæredem, deindè contra legatarios, & postmodùm agendum contra tertios possessores, vt plenè ostendit *Merlin.* in citata *quæst. 6. per tot.* quãuis hoc onus probandi bona sufficere, vel nè, spectet alleganti, vt latè *Barz. in decis. 104 & 105.*
Circa verò secundũ verior, & commu-
7 nior opinio est, quòd per inuentarium nõ
confectum legitima non amittitur, prout vltrà allegatos per *Authorem hic* latè *Peregrin. de fideicommiss. artic. 36. num. 141. Marescott. lib. 1. variar. resol. cap. 23. nu. 5. cum omnibus seqq. Fab. de Anna cons. 25. nu. 27. Gutierr. de tutel part. 2. cap. 1. nu. 43. & seq.* & innumeri apud *Merlin. de legit. lib. 3. quæst. 24. tit. 2. per tot.* vbi latè hanc opinionem à contrarijs tuetur, ampliando id etiam in matre quòad eius legitimam, vt *num. 29.*

SVMMARIVM.

1 *Dominus recipiendo canonẽ præteriti temporis an censeatur remisisse caducitatem, & ibi de cautela.*

DECIS. CCCXVII.

1 DE hac quæstione plenè scripsi in *decis. 6. & ibi* nota cautelam, quando Dominus possit recipere canonem, & sibi non præiudicare in caducitate, & vide *Gratian. in decis. Marchia 49.*

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij num possit bona in solutum creditoribus dare.*

DECIS. CCCXVIII.

De hac quæstione scripsi in *decis.* 30. pro cuius corroboratione
1 sic decreuit S. C. iunctis Aulis referente eruditissimo Vito D. Francisco Salgado, meritissimo Consiliario, in causa creditorum Domitij Caropresi, penès Carbonum Actor. Mag. cùm dicti creditores licèt in pecunia fuerint coacti ad accipiendum tot bona in solutū pro rata eorum crediti.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus per subsequens matrimonium non excludit substitutum, vbi decisio Senatus, & quid vbi matrimonium esset contractum in articulo mortis, num. 3.*

Contrarium, num. 5.

4 *Legitimatio per subsequens matrimonium ad hoc vt in præiudicium tertij sustineatur, an necesse sit, vt inter coniuges tempore conceptionis matrimonium contrahi potuerit, vel sufficiat tempore natiuitatis.*

DECIS. CCCXIX.

Cum hac opinione transit *Thesaur. filius in addit. ad suum Genitorem in decis.* 196. *in* 1. & 2.
1 *addit.* scilicet filium legitimatum per subsequens matrimonium non excludere substitutum, subdens, sic fuisse iudicatum, vt etiam notauit in *lib.* 3. *qq. forens. quæst.* 80. *nu.* 8. sic quoque decisum refert *Peregrin. de fideicommiss. artic.* 24. *num.* 46. cùm legitimatio non retrotrahatur in præiudium tertij, vt notat *Bart.* per illum *tex. in l. Paulus, ff. de statu homin.* nam tempus
2 conceptionis attenditur, vt satis doctè ostendit antè *Peregrin.* in citato *artic.* 24. *nu.* 40. *cum seq. Sarmient. select. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 10. qui reprehendit *Didacum* contrarium tenentem, sic etiam *Costa de retrotr. casu* 32. *in cap.* 8. *num.* 15. & *seq.* & quòd tales filij non excludant substitutum, prout in casu huius decisionis, latè post infinitos DD. prosequitur *Fusar.* in eius solemni *tract. de substit. quæst.* 408. qui sub *num.* 15. *in fine* subdit, sic eum consulendo probasse, quamuis *nu* 35. & 38. alitèr distinguendo sentiat, & *ibi* etiam quid de matrimo-
3 nio in articulo mortis cōtracto, vt *nu.* 75. sic demum *Alexand. Trentacinq. de substit. part.* 4. *cap.* 7. *num.* 42. & *variar. resolut. lib.* 1. *tit. de legitimatione, resolut.* 1. *num.* 28.
4 quamuis DD. ad dilucidandam veritatē quærant, an tempore conceptionis potuerit inter Genitores contrahi matrimoniū, & quid tempore natiuitatis, de qua quæstione plene *Peregrin.* in citato *artic.* 24. *nu.* 47. & *multis seqq* & idē *Fusar. vbi sup.* ponit alias similes quæstiones, *ibique* ferè omnes DD. pro vtraque parte cumulat,
5 ad quos lectorem remitto, & si indistinctè, quòd substitutum talis legitimatus excludat, licèt esset dictum, si decesserit sine filijs legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis, & procreatis, contra *Thesaur. in decis.* 196. & *Peregr.* & alios voluit respondendo multis contrarijs *Lupus de illegitim. comm.* 4. § 3. *nu.* 14. & *seq.* omninò videndus, cùm hoc expressè exprimi debeat in conditione, ex rationibus per eum adductis.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas à rescripto requisita debet probari.*

2 *Pauper in dubio quis præsumitur.*

3 *Promittens cautionem idoneam, debet probare, quòd sit talis.*

DECIS. CCCXX.

Cum hac opinione nostri *Authoris* decisum fuisse refert *Afflict. in decis.* 377. omninò videndus,
1 vbi loquitur de qualitate à rescripto requisita, quòd illa debet probari, veluti in eo, qui vult vti moratoria tanquā pauper, si tamen non probet, se esse pauperem, non gaudebit dicta dilatione, licèt
2 quis in dubio præsumatur pauper, nam nudi nascimur in Mundo, & nudi reuertimur, vt tradit *Tiraquell. de retract. consanguinit.* §. 32. *glos.* 1. *num.* 94. qui etiam *ibi* sequitur decisionem istam *Afflict.* quam cum multis comprobat *ibi Vrsill.* vt etiam affirmat *Mascard. de probat. conclus.* 526. vbi alia quoque similia colligit, & in *conclus.* 1254. *num.* 9. *Menoch. de præsumption. lib.* 6. *cap.* 25. *num.* 14. *Vincent. de Franch. in decis.* 565. *num.* 7. vt in simili de fideiussore idoneo pro securitate euictionis præ-
uio

nio pacto, tradit *Gratian. in tom. 2. disept. forens. cap. 289. nu. 8. vers. praeterea, & nu.*
3 *seq.* vbi, quòd venditor debet priùs probare, quòd sit talis fideiussor idoneus, licèt subdat, quòd in casu discordiae inter emptorem, & venditorem super habilitate erit in arbitrio Iudicis declarare, an sit, vel nè sufficiens, & cum hac opinione concludit, prout etiam de communi testatur *Menoch. de arbitr. casu* 142. *nu.* 2. *&* 4. contra *Corset. in singul* 42. *num.* 3. sic etiam tenet *Mascard. de probat. conclus.* 526. *num.* 11.

SVMMARIVM.

1 *Gabella pro retrouenditione à principio conuenta non soluitur, vbi decisio Senatus.*

Intellige, num. 4.

2 *Laudimium non debetur ex retrouenditione, quae fit ex pacto in venditione appositio.*

3 *Fideicommissarius non obstante alienationis prohibitione potest retrouendere, vbi illa ab initio conuenta erat.*

4 *Gabella solui debet vbi pactum de retrouendendo esset prorogatum vltrà tẽpus conuentum, & retrouẽditio fieret elapso primo tempore.*

DECIS. CCCXXI.

1 CVM hac opinione nostri Authoris, quòd pro retrouenditione à principio conuẽta non soluatur gabella, transit *Roder. de ann. redditib. lib. 2. quaest. 4. num. 9.* vbi allegat *Eman. Rodriq. in explicatione motus proprij Pij V. super forma creandi census, in 3. cond. dub. 5. & Menchac. controuers. vsufrequent. cap. 1. num. 16.* qui inquit, sic saepè vidisse in Senatu Regio iudicari, quòd nõ debeatur alia gabella, vt etiam *Molin. de contract. disput. 384. num. 3. lib. 2.* & pleneè *Gutierr. in tract. de gabell. quaest. 10. nu. 22. 23. & seq.* & hanc communem, & veriorẽ ostendit *Gratian. in tom. 1. disept. forens. cap. 180. nu. 9. & seq.* subdens, sic quoquè
2 dicendum de laudemio, cùm nequè illud ex retrouenditione, quae fit ex pacto in vẽditione apposito soluì debeat, vt etiam latè *Muta super Consuet. Panorm. cap. 26. num. 24. vers. argumentum, & num. 124. & 125.* cùm illa fiat ex necessitate, vt ex multis probat *Giurba in decis. Sicil. 79.* vbi
3 inquit, quòd etiam fideicommissarius non obstante alienationis prohibitione possit retrouendere, quando illa ab initio venditionis cum defuncto conuenta erat, prout in quadam causa Thomae Bonicordis vertente in Tribunali Reuerendae Fabricae sic obtinui, existente tunc Commissario Reg. Cons. Patigno.

Sed supradictam conclusionem intellige, vbi retrouenditio fit vigore pacti initi
4 in ipsa venditione, secus autem si pactum esset appositum ex interuallo, & ex noua causa, vel ex noua cõuentionẽ, tunc enim diceretur nouus contractus, & deberetur noua gabella, quamuis fiat occasione primi contractus, vt satis doctè probat *Manent. in cons. 128. lib. 2. post suas decisiones*, cõtra ea, quae dixerat *Author in decis. 305.* hinc est, inquit *Gutierr.* (post *Lassar. de decim.*) in citata *quaest. 10. numer. 26.* quòd
4 si pactum esset ad tempus, veluti per sex annos, & deindè antequàm dictum tempus compleretur, de consensu partium fieret prorogatio per sex alios annos, & retrouenditio fieret elapso primo tempore, quamuis in his vltimis annis deberetur gabella.

SVMMARIVM.

1 *Pater stipulans, pro se, & filijs, an, & quando censeatur stipulasse vti haeredibus, & num. 2. 3. 7. 11. 14. 15. 16. 20. 22. 23. 39. & 44.*

Et si esset stipulatum vti haeredibus, nunquid admittatur extraneus, vel opus sit, vt sit filius, & haeres, num. 9. 10. & 28.

Et quid in donatione contemplatione matrimonij facta filio pro se, & filijs nascituris, nunquid censeatur vti haeredibus, vel vti filijs, & num. 29. 33. 39. & 44.

4 *Datum ab auo nepti non dicitur profectitium.*

Intellige, num. 24.

5 *Datum ab auo nepti imputatur in legitimã nepti, & filijs.*

Intellige, num. 6.

8 *Quilibet in dubio censetur sibi, & haeredibus suis prospicere voluisse.*

12 Camill. de Medic. in cons. 142. num. 13. *declaratur, & num. 14.*

13 *Filiationis amor cadit etiam in vtero existente.*

14 *Datum filio sub commemoratione patris, vel patria potestatis, censetur datum contemplatione patris.*

15 *Affectio cõtemplationem induxit, & quando, num. 20.*

16 *Filij persona in stipulatione patris quãdo censeatur contemplata.*

17 *In stipulationibus responsio in dubio intelligitur secundùm interrogationem.*

18 Surd.in decis.324.sub num.8.*notatur.*

19 *Stipulatio in dubio interpretatur cõtra stipulatorem.*

20 *Verba* pro se,& filijs *comprehendunt etiam nascituros.*

21 *Donatio facta patri pro se,& filijs natis,& nascituris, contemplatione patris iudicatur.*

23 Amat.in cons.68.*impugnatur,& nu.*28.

25 *Affectio in non natis non cadit.*

26 *Donatum illi dicitur,cuius maius commodum est.*

27 *Legatarius dicitur, quamuis non nominatus in testamento,si ex legato alteri facto commodum sentiat.*

29 *Donatio contemplatione matrimonij dicitur pars contractus dotalis.*

30 *Filius non potest donationem sibi à patre factam contemplatione certi matrimonij retrocedere absquè uxoris, & filiorum consensu, vbi decisiones S.C. & aliorum Tribunalium.*

*Limita, si incertum esset matrimonium, licèt sit facta contemplatione matrimonij, num.*34.

Donationis contemplatione certi matrimonij medietas spectat ad uxorem,& altera ad virum.

32 Molfes.in cons.2.num.51.*declaratur.*

33 *Ex donatione facta alicui contemplatione matrimonij, occasio illa matrimonij non efficit,vt res donata non fiat donatarij.*

35 *Donatio contemplatione matrimonij num dicatur simplex,vel ob causam, ità vt in legitimam veniat imputanda, recensentur opiniones,& num.*36.

Declara, num 37.*vbi decisio S.C.*

38 *Donatum ob titulum patrimonij pro suscipiendis sacris ordinibus, an dicatur simplex,vel ob causam, & in legitimam imputetur.*

40 *Pater potest in profectitijs filiji praeiudicare.*

41 *Profectitium est, ergò hæreditarium.*

42 *Pater super legitima onus imponere non potest.*

*Intellige, num.*45.

43 *Filius quando donationem contemplatione matrimony in legitimam imputet.*

46 *Donatio contemplatione matrimonij nunquid veniat in collationes.*

47 *Filius non tenetur donationem sibi à patre factam conferre.*

48 *Filius in tantum confert, in quantum vellet succedere.*

49 *Collatio nõ habet locum in donatione, quæ habet exequutionem post mortem donantis, maximè si erit dictã,* pro omni parte,& portione,*& num.*51.

50 *Donatio non venit in collatione, vbi promissa esset euictio.*

52 *Donatio annua an transeat ad hæredes donatarij.*

DECIS. CCCXXII.

1 Quamuis satis cõtrouersa sit quæstio ista, de qua noster *Author hic*, an pater stipulans pro se, & filijs, censeatur stipulari vti hæredibus: vel vti filijs,tamen omnes DD.cõmunitèr concludunt, quòd si ex coniecturis alitèr non appareat, patrem voluisse prospicere filijs vti filijs, tunc censeri debet,stipulatum esse vti hæredibus,per *tex.* cum *glos.in l.si tibi,§.si pactus, ff.de pactis,* prout *Isern in cap.*1.*nu.*10.*& seq.de alien. feud patern. Lanar.cons.*89. *Anna cons.*52. *Camill.de Medic. cons.*142. *Molfes.* omninò videndus in *cons.*2. *Io Franc.de Ponte in cons.*25.*circa princ. Alciat.de præsumpt. regul.*1.*præsumpt.*31. *Menoch.in eo l.tract. lib.*3 *præsumpt.*48.*per tot. Mantic.de tacit. & ambig. lib.*14.*tit.*18. *&* 19. *per tot. Peregrin.de fideicommiss art.*32.*nu.*15. plenè *Molin.de ritu nupt.lib.*3.*quæst.*15.*à nu.*28 *vsquè ad finem,* qui licèt conatus fuerit cõtrariam opinionem tueri, & ad multa argumenta nostri *Authoris* respondere, tamen *in fine* subdit, non esse recedendum à supradicta prima, & communiori opinione, imò inquit, coniecturas, ex quibus censetur,filios vocatos esse vti filios, & nõ vti hæredes,probãdas esse per ipsos filios, se in hoc fundantes, vt in *d.quæst.*15. *in fine*, sic etiam *D. Reg. Capyc. Latro in decis.* 70. *num.*8. vbi etiam meminit de hac nostra *addit. hic*.

2 Et licèt nonnulli cum distinctione, dirimendam esse, afferant hanc controuersiã, quærentes,an donans concedat soli patri, & ipse recipiat pro se, & filijs, vel liberis, an verò concedat patri, & filijs; in primo casu dicunt, filios vti hæredes venire, quia à patre recipiente habere dicuntur, non autem à donante; in secundo verò casu secus, vt opiniones hinc indè conciliando tradit *Surdus Author* noster *in decis.* 324. *num.*6. licèt de ea dubitet *num.*8. *in fine*, eamq; sũma ratione niti, & in praxi absq; vlla

vlla dubitatione recipiendã affirmat Fon-
tanell. de pact.nupt. claus.4.glos.9. part.1.
num.10. quam quoquè secuti sunt Lanar.
consil.89. num.6.sic ad contraria respon-
dendo, & nouissimè D. Regens Galeot.lib.
1.controuers.c.57.num.18.

Tamen Præsid. Amat.in consil.68.num.
24. cum seq.aliam amplectens distinctionẽ,
3 hanc controuersiam concordare conatus
est, dicens, aut pater stipulatur ab extra-
neo, qui nullam affectionem erga acqui-
rentis filios habere posset, sed solùm pa-
tris contemplatione aliquid promittat,&
tunc filius ex persona patris capiat, &
in hoc casu procederet opinio Isern. in d.
cap.1. num.10. de alienat. feud. patern. vbi
pater poterit rem illam alienando filijs
præiudicare, vt etiam voluit Camill. de
Medic. in consil. 142. qui inquit, hoc eo
magis procedere, si donator dixisset do-
nare propter amorem fraternum, si esset
frater, qui donaret, nam fratris contem
platione, non autem nepotum diceretur
donatum. Aut verò stipulatur ab eo, qui
& patri,& filio côiungitur, veluti ab auo,
& eo casu vtriusq; persona contemplata
videtur,cùm fuerit vterq; nominatus, pa-
riterq; coniunctus, subdens, sic pro filijs,
exclusis creditoribus paternis fuisse iudi-
catum per Sacrum Consilium, supposita
quadam donatione facta ab auo contem-
platione matrimonij filio, & nepotibus,
cum qua etiam distinctione pertransèunt
D.Regens Galeot. in lib. 1. controuers. cap.
57.num.17.& D.Regens Capyc.Latro in
decis. 70. num.14. pro quo faciunt notata
per Ias.in l.qui in aliena, §.interdum, ff.de
acquir. hæreditat.vbi datum ab auo nepti,
4 non dicitur profectitium, addo Menoch.
de præsumpt.in citato loco contra Bart. in
consil.131. qui communitèr improbatur,
vt dicit ibi Ias.& idem Menoch. cons. 183.
nu.15.& probatur ex l. quæsitum,in princ.
vbi glos. ff. de leg. 1. Afflict.decis. 393.num.6.
Natta consil.363. num.10. & singularitèr
Peregrin. de fideicomm. artic. 31. num.22.
Quicquid in contrarium dixerint Merlin.
5 & alij ab eo relati de legitima, lib. 2. tit.2.
quæst. 8. quòd profectitium esse dicatur,
cùm sit datum contemplatione filij, &
proindè esse in legitimam dictæ nepti im-
putandum, etiam respectu filij, cùm illi
loquãtur,quando dos fuisset data ab auo,
tunc enim cùm paternum officium sit do-
tare filiam, auus illam legando, vel nepti
dando, censetur contemplatione filij da-
6 re,quasi suum exercendo officium, vt be-
nè aduertit Peregrin.de fideicomm. d.artic.
num. 22. vbi loquens de dote, subdit, di-
uersum autem est, cùm auus simplicitèr le-
gat nepti, nam relictum præsumitur omni
respectu aduentitium.

Ego verò recedere non putarem à su-
pradicta prima opinione,vti communitèr
recepta, scilicèt in rebus transitorijs ad
quoscunquè hæredes,in dubio non existẽ-
tibus coniecturis, patrem stipulatum esse
pro filijs vti hæredibus,ex rationibus,qui-
7 bus vsi sunt Author hic, & alij citati DD.
& præcipuè, quia dùm pater stipulatur
pro se,& filijs,stipulatio originem sumit à
persona patris, & sic ordine successiuo,
scilicet sibi primò, & post obitum eius fi-
lijs,l iurisiurandi,§.si liberi,& l.si quis ope-
ras, ff.de oper. libert. quibus vti hæredibus
acquiri voluisse censetur, cùm quilibet in
8 dubio sibi, & hæredibus suis prospicere
videatur, l.pactum, de probat.glos.in d.l.si
tibi,§.si pactus,quia vtilius est patri,quòd
stipulatio sit facta vti hæredibus, quàm vti
filiis, vt dixi in l.hac edictali, quæst.2.num.
30. maximè vbi nedùm pater receperit
pro se,& filiis, sed etiam donans, & con-
cedens alicui, pro se, & filiis concesserit,
& hanc esse veriorem, & communiorem,
ac magis receptam opinionem dixerunt
citati DD.quo casu si extraneus, & non
filius sit hæres donatarij, extraneus ad-
mittitur, & sic non est opus, vt duę con-
9 currant qualitates,scilicet quòd sit filius,
& hæres, sed tantùm quòd sit hæres, ità
Imol.in l quod dicitur, num.8. vers.inter-
dum verò in stipulationibus, & ibi Alex.
num. 15. vers.secundo verò casu ff. de ver-
bor.obligat.ac Rum.cons.122.num.3. vers.
sed isto casu dubium est,lib.1. & dict.num.
3.in fin.dicit, hanc opinionem esse verio-
rem, eamquè num.4. tuetur,sic etiam vti
veriorem post eos idem Mantic. in dict.
tit.19.sub num.23.contra Aretin. in dict.l.
quod dicitur,num.8.vers.quærit etiam hic,
10 contrarium sententem,vbi putat, extra-
neum non esse admittendum,sed filium,
qui tamen hæres extitit,per tex.in l. auus
nepti, ff. de pact. & l. auus pactus est, ff.de
pact. dotal. & si hoc non transeat absquè
difficultate, cùm id videatur procedere,
vbi pater stipulatus esset pro se, & filijs,
& hæredibus, pro vt firmat idem Alex.in
dict. num.15. post vers. subdit tamen, &
apertiùs num. 28. sed tu cogita in hoc,
quia passus iste difficilis aliquantulum est.

Nec obstant supradictæ distinctiones,
nam quòad primam videtur dicendum,

11 eam simplicitèr non esse admittendam, quoniam licèt concedens, & donans dederit alicui, & eius filijs, non tamen sequitur, quòd stipulatio donatarij, & recipientis pro se & filijs, non censeatur vti hæredibus, nisi adsint coniecturæ, ex quibus appareat, fuisse contemplatas personas filiorum, quo casu filijs vti filijs acquisitū diceretur, & sic non consideratur, an concedens dixerit, sibi, & filijs, sed ex cōiecturis appareat, filios esse contemplatos, & propterea si filij donatarij non essent nati, tunc absolutum erit, stipulationē patris esse factam eis, vti hæredibus, & non vti filijs, etiam vbi concedens donasset patri, & filijs, vt post *Fortun.* & alios firmat *Mazol. consil.* 1. *num* 83. *&* 96. latè *Camill. de Medic. consil.* 142. *de Pont. consil.* 80 *sub num.* 16. *lib.* 1. *Thesaur. lib.* 4. *qq. forens. quæst.* 2. *Menoch. cons.* 286. *lib.* 3. apud quos innumeros habes *DD.* quos omitto, & tradidi *in l. hac edictali, quæst.* 2. *n.* 30. *C. de secund. nupt.* ob quod *Afflict. in cap.* 1. *num.* 21. *de alienat. feud. pater* dicit, quòd magnoperè interest, an filii sint nati tempore acquisitionis, an nascituri, quoniam si nati sunt, & aliqua coniectura concurreret, præsumeretur eorum persona contemplata, at vbi nati non sunt, nulla in eis coniectura considerari posset, prout eum sequutus tradit idem *Camill. de Medic. in dict. consil. num.* 6. *&* 13. asserens *in fine* sic sæpius secundùm hanc opinionem fuisse iudicatum in S. C. qui id ampliat, etiam si donatarij filius esset anniculus, ex *Andrea ibidem, num.* 14. ex eo, quia in eo nullum meritum consideretur, & sic contemplatio, quæ verò limitatio posset procedere respectu extranei cōcedentis, vel donātis, non aūt respectu aui ergà ne-
12 potē, quamuis anniculum, in quo nedum cadit affectio, immò, vt plurimum solet maior concurrere, amor enim descendit, & non ascendit, immò etiam si in vtero existeret, adhùc in eo caderet amor filia-
13 tionis, & sic affectio, ob quam posset dici contemplata eius persona, vt latè ex *Bart. in l. qui filiabus, num.* 3. *ff. de leg.* 1. tradidi in *l. hac edictali, dict. quæst.* 2. *num.* 47. *vers. quartus est casus. & num.* 48. *C. de secund. nupt.* Sed hoc intelligerem, vbi esset
14 datum filio tantùm, absq; commemoratione patris, & patriæ potestatis, vt tradidi *in dict. l. hac edictali, quæst.* 2. *num.* 51. vel vbi esset datum patri, & filio sub no-
15 mine proprio ipsius filij, veluti *tibi, & Petro tuo filio,* quo casu licèt esset anniculus, maxima esset coniectura vocationis ex affectione, ex traditis per *Menoch. lib.* 4. *præs.* 70. *num.* 17. *vers. primus est, & vers. huius casus.* Item vbi dixisset, *tibi, & filio tuo,* cùm alij sperabantur, tunc enim vide-
16 retur filij persona contemplata, & successinè patrem vti filium, & non vti hæredem stipulatum esse, quod de extraneo dici non potest, ea ratione, quia stipulatio regulatur à voluntate concedentis, cùm responsio in dubio secundùm interroga-
17 tionem intelligatur, vt latè *Gaitaul in l.* 1. *§. si quis ità, col.* 3. *vers. & per hoc infertur ad aliud, ff. de verbor. oblig.* cum alijs pleniùs per *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 14. *tit.* 10. *num.* 12. *&* 13. quicquid alitèr intelligat *Surd. author* noster *in decis.* 324. *sub num.* 8. dicens, quòd non debet atten-
18 di mens concedentis, sed acquirentis, quia stipulatio requirit vtriusq; verba, scilicèt interrogantis, & respondentis; nam responsio congruam recipit interpretationem à præcedenti interrogatione, maximè quando salua ratione recti sermonis alia non posset dari differentia inter effectum interrogationis, & responsionis, vt dicit *Mantic. loco citato,* quòd stipulatio in dubio interpretatur contra stipulatorem,
19 cùm poterat apertiùs loqui, *l. quicquid ad stringenda, in princ. & l. stipulatio ista, §. in stipulationibus, ff. de verbor. obligat.* Secus verò vbi concedens, vel donans dixerit,
20 *tibi, & filijs,* & tempore donationis donatarius vnum tantùm filium habuerit, & alios potuisset sperare, tūc enim illa affectio non erit in consideratione, quia sub dictis verbis comprehenduntur etiam filij non nati, in quibus nulla cadit affectio, *l. qui filiabus, ff. de leg.* 1. & sic donatio haberetur ac si esset facta, *tibi, & filijs natis, & nascituris,* quo casu patris contemplatione diceretur donatum, & sic filijs vti
21 hæredibus ex stipulatione ius fuisse quæsitum, ex traditis per *me in dict. l hac edictali, quæst.* 2. *num.* 50. *& Mantic. de coniect. vltim. vol. lib.* 8. *tit.* 16. *sub num.* 7.
22 Et hæc conclusio eò magis procederet, vbi ex facto patris esset concessum, vel donatum, veluti vbi ex propria pecunia, vel ex meritis, aliauè iusta causa intercesserit, quo casu filijs vti hæredibus stipulatū esse diceretur, vt latè *Menoch. in dict. cons.* 286. *& Camill. de Medic. dict. cons.* 142.

Minus refragatur secunda distinctio
23 relata per *Amat.* quia illa intelligenda erit secundùm prædicta, & in filiis natis,

nec mouet, quòd donatum nepti, non dicatur datum filio, quia id procedit, vbi da-
24 tur nepti tantùm, nō autem filio, & nepti, & pater stipularetur pro ea, maximè si nō esset nata, eo enim casu profectitium esse diceretur, quoniam ad non natos nulla cadit affectio, *d. l. qui filiabus*, quod pro absoluto firmat *Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 8. tit. 16. nu. 7.* vltrà quòd quam-
25 uis esset datum nepti, & tamen commodum respiceret personam filij, filio, & non nepti diceretur donatum, quamuis filius in donatione non sit nominatus, cùm DD. ad dignoscendum, cuius contemplatione
26 testator, vel aliquis donator motus fuerit ad donandum, vel disponendum, inspiciatur personam, cuius principaliter commodū, & vtilitas maior sit, nam & illa est, cui præsumitur testator, vel donator velle prouidere, & consulere, vt tradunt in *l. 3.* per illum *text. §. fin. ff. de liber. legat.* cùm principale propositum attendatur, & non veniēs per consequentiam, *Bald. in l non verè dicitur, ff. ex quib. caus. maior. l. regisss, in princ. ff. si cert. pet.* prout in indiuiduo *Simon de Prat. de interpr. vltim. volunt. lib 1. interpr. 2. solut. 6. num 9. & 10.* dicēs, quòd quando quis non est scriptus in testamen-
27 to, sentiens tamen maius commodum, dicitur etiam legatarius, & hoc probatur ex aperto *text. l. qui filium, in princ. ff. ad Trebell.* vbi habetur, quòd commodum præcepti à testatore facti filiæ, nè testetur, donec liberos habeat, respiciens fratrem venientē ab intestato, facit eum fideicommissarium, etiam non nominatum in testamento.

Et quamuis nonnulli dicant, hoc non procedere in donatione contemplatione
28 matrimonij facta filio pro se, & filijs nascituris, vt est casus *d. conf. Amati*, prout ipsemet aduertit *nu. 33.* quo casu filijs absq; vlla qualitate hæreditaria ius quæsitum diceretur, subdēs sic exclusis paternis creditoribus fuisse in eo casu per S.C. iudicatum, vt etiam decisum testatur *Castill. in decis. 106. num. 6. vers. contrarium*, subdēs sic pluries fuisse decisū ex *Aufrer. ad Capell. Tholos.* sic testante in *decis. 454. Bertr. cons. 176. vol. 3. de Ponte cons. 25. num. 6. lib. 1.* tamen hæc decisio non videtur vndiquè tuta ex supra traditis, vltrà quòd in puncto contrarium firmarunt *Menoch. in cons. 286. lib. 3.* qui loquitur in donatione facta contemplatione matrimonij à patre filio pro se, & descendētibus, quod est fortius, & tamen concludit, ius esse quæsitum vti hæredibus, & non vti filijs, sic etiā *Thesaur. lib. 4. qq. forens. quæst. 2.* vbi secundùm dictū *consilium Menoch.* in simili casu asserit, fuisse per Senatum iudicatum, *Camill. de Medic. in d. cons. 142.* qui loquitur in donatione facta contemplatione matrimonij fratri pro se, & filijs, & tamen concludit, nullum fuisse ius quęsitum illis, nisi vti hæredibus, subdēs *in fine* sic sæpius fuisse iudicatum in S.C. *Reg. de Ponte in cons. 80. sub num. 16. lib. 1.* inquit, quòd ad impediendas alienationes requiritur, vt donans contēplatione matrimonij alicui pro se, & filijs nascituris, dicat, ità vt filij succedant vti filij, & non vti hæredes, sic etiam in *cons. 25. num. 3.* nisi alitèr ex coniecturis appareat, vt *ibi*, quod etiā admittit *Anna cons. 52. num. 22.*

29 Contemplatio autem matrimonij aliud nō operatur, nisi vt talis donatio retrocedi non possit à donatario in præiudicium vxoris, & filiorum, quorum contemplatione censetur facta, ex eo, quia dicitur pars contractus dotalis, & cēsetur vnus, & confunditur cum eo, & debet paritèr iudicari sicut donatio ex causa dotis, vt latè *Natta cons. 609* & antè eum *Bald. in l. fin. § simili modo, C. de donat. antè nupt. Guid. Pap. decis. 145. num. 2.* idem *Natt. cons. 115. nu. 2. Roland. à Valle cons. 44. num. 10. cum seq. & cons. 70. num. 3. & 4. vol. 4. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glos. 1. num. 19 Vinc. de Franch decis. 105.* qui per hoc sub sit, fuisse iudicatum, retrocessionem factam à filio
30 patri donationis sibi factæ contemplatione matrimonij contrahēdi cum certa persona, & iam contracto fuisse nullam, non interueniente consensu vxoris, & aliorum, qui in cōtractu interuenerunt, imò & omnium, ad quos poterat aliquo modo spectare commodum talis donationis, vt ex traditis per *Grattan tom. 5. discept. forens. cap 984 nu. 23. cum seq.* & latiùs *cap. 924. num. 36. & seq.* sic etiam *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 14. nu 11. ad medium, Deciαn. cons. 42. nu. 22. lib. 1. Seraphin. decis. 427.* prout iunctis Aulis in S.C. iudicatum refert *Reg. de Ponte in d. cons. 25. lib. 1.* scilicèt retrouenditionem factam patri à filio in præiudicium vxoris, & filiorum ex dicto matrimonio procreatorum, quorū contemplatione erat donatum, fuisse nullam, vt etiam iudicatum testatur *Annæus Robert. rer. iudic. lib. 1. cap. 2. & Fontanell.* per Senatum in quadam causa in citata *glos. 1. num. 72.* idquè etiam tuetur *Castill. in decis. 106. num. 17. cum seq.* ea ratione, quia

quia hæc donatio non tantùm commodũ donatarij continet,quàm vxoris, & filiorũ ex dictis coniugibus procreandorum, ac etiam parentũ, quorum maximè intereſt, generum,& maritum reſpectiuè diuitem habere,vt honorificentius viuerent,& mulier ſecuriorem dotem haberet, ob quod *Bart. in conſ.10.lib.2.in fin.* voluit dicere,
31 quòd de tali donatione medietas ſpectat ad vxorem, contemplatione cuius matrimonij fuit donatum,& altera medietas viro,& *Bart.* ſequuti ſunt *Molin. de ritu nuptiar.lib 3.quæſt.12.num.26.in fin. & Menoch.conſ 41.num* 19.*lib.*1.qui hoc notandum eſſe ſubdit, quicquid aliter reſpondendo *de Ponte d.conſ.25.* dixerit *Molfeſ.in d.conſ.2.n.51.* ſcilicet q *de Pont.* dicat,re-
32 troceſſionẽ fieri nõ poſſe à donatario,niſi interueniẽte vxoris conſenſu,cuius contẽplatione fuit donatũ,arguens,ex hoc nullum ius filijs fuiſſe acquiſitum, cùm alitèr ſine eorum conſenſu fieri nequiret, cùm vltrà quòd *de Ponte in d conſ.25.* fundauit non potuiſſe fieri retroceſſionem in præiudicium filiorum,quibus ius erat quæſitũ ex tacita mente contrahentium, nedum quia erat facta donatio pro ſe, & filijs,ſed ex alijs,ex quibus filij naſcituri erant contemplati,vt *ibi* dicit *num.3.verſ.hoc autem eſt indubitatum, & nu.*4. & ſic dicebat oppoſitũ,quod *Molf ſibi* dixerat, vltrà quòd *Molfeſ ibi* mouetur per ea,quę tradit *Vincent.de Franch.in d.deciſ.205.*in qua non ſupponitur,donationem fuiſſe factam pro ſe,& filijs expreſsè,ſed tantùm pro contrahendo matrimonio cum certa perſona ſimpliciter, vndè diuerſus erat vnus caſus ab altero, & propterea omnes citati DD. fundant eorum opinionem in eo,quòd retroceſſio fieri non poſſit à donatario in præiudicium vxoris, cuius contemplatione fuerit donatum.
33 Hoc autem,quòd retroceſſio fieri non poſſit, nihil commune habet cum filijs, vt ſuccedant vti hæredes, & ſic cum alienatione, vel obligatione per virum donatarium facta,in quo quidem caſu præiudiciũ vxoris ceſſaret,aliud eſt enim retroceſſionem fieri nõ poſſe, & hoc oritur, non quia vxor actionem habeat ſuper re donata, ſed ex intereſſe, quod maritus habeat donationem, ſine qua non eſſet matrimoniũ contractum,vt ſit diues,& commodius viuat, & dicitur habere actionem mulier, vt reuocatio donationis retractetur, vt illa firma remaneat, vt ſimulatę, & fictæ, cautelæ annullentur, aliud verò eſt, quòd donatio ſit iam facta, vt firma remaneat, & effectum ſortiatur, ſed quòd maritus non poſſet rem talitèr donatam obligare, & alienare, hoc enim iure nõ reperitur cautum, cùm dominium ſit translatũ in perſonam donatarij,& non vxoris,vt ſatis doctè hanc partem reſpondendo *Vincent. de Franch. d.deciſ.* 205. aliiſquè deciſionibus S.C. tuetur *Reg. de Ponte d.conſ.80.per tot. lib.*1. quod ſingulare eſt, dans cautelam, vt donatio fiat patri, & filijs vti filijs, & nõ
34 vti hæredibus, quæ verò retroceſſio tunc fieri non poſſit à donatario, vbi donatio eſſet facta cõtemplatione certi matrimonij, ſecus verò incerti, vt tradidi in *l. hac edictali, quæſt.2.num.46.cum ſeq.*

Quamuis DD. ſatis ſe inuoluãt in hoc,
35 quærentes, ſi, vel nè donatio prædicta dicatur ſimplex, vel ob cauſam,ità vt in legitimam filij ſit imputanda, cùm ſimplicem eſſe voluerint *Oldrad. in conſ.5. Cabiran.conſ.61. Crauett. conſ.85. & conſ. 114.num.17. Bertrand.Socin.iun.Bero.* & alij,quos refert,& ſequitur *Fab.de Anna in conſ 73 num.28. Author* noſter in *conſ.* 143. ac in præſenti *deciſ. num.28. Coraſ. Gabriel. Pariſ. Claud. Chillet.* & alij apud *Gratian. in tom.1. diſcept. forenſ cap.159. num.34. & ſeq. Amat. in conſ.75 num.17. Tell.Fernand.in l.26.Tauri, num.5. verſ. ſed vt vidiſtis*, nouiſſimè *Merlin. de legitima, lib.2.tit.2.quæſt.29 nu.5.* prout pluriès deciſum fuiſſe teſtatur *Suarez in l.quoniam in prioribus, in declarat.leg.Regni, 2.dub. quæſt.5.num.10.in fine, C.de inoffic. teſtament. Peguer. in deciſ.* 213. vbi ſubdit,ſic fuiſſe deciſum, *Seraphin. deciſ 568. Franc.Marc. deciſ.326.num.4.& deciſ.546. nu.31.lib.1. Griuell.deciſ.Senat. Dolan.139 num.17.& ſeq.*
36 Ob cauſam verò, & proindè imputandam alij dixerunt, videlicet *Peregrin.conſil.78.num.12. lib.3. Becc. conſ.20 per tot. Menoch. conſil. 91. Matth. Gribald. inter conſil.Port.80.num.5.Hieronym.Torniell. inter conſil. eiuſdem Port.81. num. 25.& ſeq. Pariſ. conſ.16.nu.24.& ſeq. lib.2.Rol. conſ.44.à nu 9. vſque ad num 25. lib.4.& conſ 70.num.13.cum ſeq. eodem libro, Alciat. conſil. 57. num.3.tom. 3. Author* noſter ſibi contrarius in *conſ.* 361. *in fine*, ac in *conſ.164. num. 30. cum ſeq. & conſ. 195.num.15. Anton.Faber de error. pragmat. decad.41.error.3. Dom.Reg.Rouit. in conſ.41. nu.17.* vbi infinitos alios colligit, *Peregrin.de fideicommiſſ. artic.36. nu.136. in fine, & num.134. ad medium, verſ. vltra*

tra eos autem addo, in fin. vbi testatur de communi, *Mangil. de imput. quaest. 33. nu. 18. & seq. Cost. de fact. scient. & ignor. inspect. 14. num. 15. Cuchus de legitim. in verbo data inter viuos non imputari, à num. 29. vsq. ad 35. Parlador. 3. part. diff. 150. §. 3.* plenè *Gratian. tom. 5. disceptat. cap 924. & dict. tom. 2. cap. 297. Monter. decis. Aragon. 10. per tot. Thesaur. in decis. 46. num. 11.*

37 Huius verò quaestionis resolutio est, quòd aut donatio praedicta non fuit causa finalis matrimonij, euius contemplatione donatum fuit, ità vt matrimonium absq; dicta donatione contractum fuisset, & tunc procederet supradicta prima opinio *Oldradi*, dicentis, simplicem esse; Aut verò aliter non fuisset contractum, non existêre dicta donatione, adeò vt donatio fuisset facta causa matrimonij cōtracti, & eo casu procederet secunda opinio, & erit imputanda, ac conferenda, prout sic *Oldrad.* intellexerunt *Roland. in dicto cons. 44. num. 23. & seq. Bertrand. cons. 77. num. 6. lib. 7. Bere. dict. consil. 20. num. 20. & seq. Cancer. lib. 1 var. resol. cap. 8 num. 61. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glos. 1. num. 16. Alex. Turam. in cons. 135. inter cons. Fab. de Anna, volum. 1* idem *Surd.* sibi contrarius in citatis *cons. 361. in fin. & cons. 164. nu. 30. cum seq. ac cons. 196. num. 15 Io. Franc. de Ponte in dict. cons. 25. & cons. 80. num. 13. Bertazol. cons. ciuil. 28 num. 52. & seq. Vrsill. de Franch. in decis. 436. num. 4. 5. 6. & 7. Vinc. decis. 257 num. 1. in fin. Gratian. tom. 5. discept. cap. 984. num. 22. & seq. ac Monter. decis. 10. num. 15. Castill.* in citata *decis. 106. num. 13. in fin. vers. item Surd. mouet, & num. 14. Mulanens. decis. 1. num. 164. lib. 1. Boer. decis. 353. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. titul. 4. num. 11. ad medium, vers. sed hac sententia locum habet*, cum qua opinione iunctis duabus Aulis determinauit S. C. in anno 1629. in causa Monasteriorum SS. Francisci de Paula, & de Assisa, cum haeredibus quond. Ioannae de Transo ob donationem factam à Iulia Cossa Scipioni de Transo filio contemplatione matrimonij cum Andriana Piscicella, referente D. Consiliario Andrea de Ianuario, penès Iosephum de Felice Act. Magistr. S. C. de qua etiam decisione restatur *Thor. in lib. 2. comp. decis. fol. 163. in verbo donatio*, licèt in dicta decisione nonnulla verba legantur, quae de iure ad materiam non adaptantur, cùm ex errore potiùs scripta reperiantur. Nam familia de Transo tùm ob vetustū Castrorum dominatum, ac dignitates, pace, belloq; in hoc Regno obtentas, tùm maximè ob praeclaram originem à Dominis posteà Marchionibus de Transo, ac Baronibus Villae nouae in Gallia ex Principum prosapia, de quibus scripserunt *Franc. Purpurat. in l. 1. nu. 234 ff. de offic. eius, Cassan. in catbal. glor. mund. part. 2. consid 55. Boer. de author. Magn. Consil. num. 111. Dec. cons. 268. & Io. Garz. de nobil. glos. 35. num. 59.* inter primarias Regni familias connumeratur. Vndè redeundo ad quaestionem ex hoc dicunt *DD.* quòd si matrimonium non haberet effectum, non sustineretur donatio, vt satis doctè probat *Caldas Pereira in respons. 6. pro Roderico de Silua Mendoça de nomin. emphyt. post tom. 3.* sic etiam *Molin. de rit. nupt. dict. quaest. 15. & Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glos. 1. part. 1. nu. 54. & Alex. Turam. in dicto cons. 135. inter cons. Fab. de Ann. nu. . .* prout dicimus de donatione facta in titulum patrimonij pro

38 suscipiendis Ordinibus sacris, cùm illa etiam ob causam dicatur, & proindè venit imputanda, vt voluerunt *Couar. in capit. Raynaldus, §. 2. num. 7. de testam. Vasquez de success. creat. part. 1. lib. 3. §. 21. num. 44. Cuchus de legitim. §. rursus hac verba, num. 30. cum seq. Gutierr. pract. quaest. lib. 2. quaest. 65. num. 3. vers. rursus, Peregr. de fideic. art. 36. nu. 134.* plenè *Mangil. de imput. q. 33. nu. 18. & seq.*

Sed ex his dubia redderetur supradicta conclusio, in qua diximus, filios nascituros ex tali matrimonio ex tacita mente contrahentium esse vocatos vti filios, & non vti haeredes, cùm rotum oppositum videatur, nam dùm donatio praedicta ve-

39 niret imputanda in legitimam filij, certum est, quòd quicquid imputatur, profectitium esse dicitur, ad *text. l. scimus, §. repletionem, C. de inoffic. testam.* sic plenè pro-

40 bat *Magon. in decis. Florent. 13.* in profectitijs autem potest pater filijs praeiudicare, *l. filia cuius, C. famil. ercisc. Bald. in auth. quas ruinas, C. de Sacros. Eccles.* cùm in eis habeat ius quòad vsumfructum, & proprietatem, ex *text. §. 1. Instit. per quas person. nobis acquir. & l. sed si plures, §. in arrogato, ff. de vulg. & pupill.* vndè *Bero. in cons. 155. nu. 8. lib. 3.* per *tex. l. fin. C. de vsu-*

41 *fruct.* inquit, quòd valet argumentū, profectitium, ergò haereditarium.

Nec etiam obstare videretur, quòd donans donauit cum hac conditione, vt ad filios ex tali matrimonio contrahendo

talis

talis donatio perueniat, quia dùm illa in
42 filij legitimam imputatur, cautum est in iure, in ea à patre onus imponi non posse, *l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. testam.* & consequenter tale factum subsistere non posse.

43 Nam respondetur, quòd & si verum sit, illam in legitimam imputari, tamen hoc est, quando filius vltrà donationem, legitimæ successionem peteret, vt tradit *Io. Franc. de Pont in dict. cons. 25. num.* 8. per
44 *text. l. illud C. de collat.* nec talis imputatio in aliquo afficeret filios nascituros, quin non sint vocati vti filij, cùm patre consentiente in tali donatione sint ita vocati, scilicet vti filij, & non vti hæredes,
45 nam quando *DD.* quærunt, an super legitima filij onus imponi possit, concludunt, quòd non, dummodò filius eam cum tali onere non acceptasset, prout tradût *Surd. in cons. 412. num. 27. Cost. de fact. scient. & ignor. dist. 58. num. 4. Ludovic. cons. 101. in fin. Peregr. de fideicomm. art. 36. num. 89. & 90.* adeò vt si talis acceptatio fuisset facta viuente patre, non poterit filius post eius mortem de ipso grauamine opponere, vt tradunt *Menoch. in cons. 71. num. 21. Mangil. de imput q 90 num. 27 vers. limita, & quæst. 7. num. 41.* ac etiam *Merlin. in tract. de legit. lib. 3. tit. 2. q. 10. num. 22.*

Minus quoq; obstat, quòd talis donatio
46 veniret conferenda, nam alia est imputatio, & alia collatio, cùm quicquid imputetur, conferatur, sed non è contra, vt *dict. l. illud, §. 1. C. de collat.* & tradit *ibi glos.* quia multa conferuntur, quæ in legitimam non imputantur, cum ea, quæ imputantur, videantur magis onerosa, quàm collatio, quæ habet recompensationem successionis, vt tradit *Dec. in l. illud, C. de collat. nu. 2. & Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 2. quæst. 12.*
47 *num. 2.* vltrà quòd filius non poterit cogi ad conferendum, quia semper veniret in
48 collatione, quoniam in tantùm confertur, in quantum filius petat virilem, & vellet succedere cum alijs fratribus, ex *text.* singulari *in l. si ff. de colla. dot.* per quem sic affirmant *Gom. ef. in l. 29. Taur. num. 32. & Crass. de success. art collat. bonor. quæst. vlt. num. 5. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glo. 1. num. 44. de Pont. in* citato *cons. num. 15.* & de communi testatur *Seraphin. de priuileg. iurament. priuileg. 72. num. 9.* & facit etiam *text. in l. 1. ff. de collat. bonor.* ibi, *consequens esse credendum, vt sua quoq; bona in medium conferant, qui appetunt paterna*, hinc dixit *Lupus in l. Taur. 25.* Fratribus non posse consuli per viam collationis, sed per viam querelæ inofficiosæ donationis, imò collatio neque præiudicaret vxori, & filijs, quorum fauore fuit facta donatio, per *text. in l. dotis, C. de collat.* quem ad hoc ponderat idem *de Ponte in* allegato *cons. 25. num. 27.* Rursus hæc col-
49 latio nequè locum habere poterit, si donans voluerit, donationem habere exequutionem post eius mortem, veluti reseruando vsumfructum, & similia, tunc enim ex quo cessaret tacita voluntas æqualitatis seruandæ, cessaret quoq; ipsa collatio, vt tradit *Griuell. in d. decis. Senat. Dolan. 139. num. 19. & seq. & Ayman cons. 87. nu. 7.* quod etiam reperi allegatum ab ipso *Io. Franc. de Pont.* qui subdit, illud *consilium* ad hoc synodale esse, cùm pater post eius mortem possit plus vni, quàm alteri
50 ex filijs relinquere, maximè, inquit, si in donatione fuisset promissa euictio, vt ex *cons. 127. Socin. num. 14. vol. 3.* cùm idem fit ac si dixisset, dono talem rem absq; onere, & sic absq; collatione, vel si fuerit facta pro omni parte, & portione compe-
51 tente in bonis donantis, vt considerauit pro exclusione collationis idem *de Pont. d. cons. 25. num. 18.*

Circa illam quæstionem, quam tangit
52 *Author hic*, quòd donatio annua transeat ad hæredes donatarij, adde *Gaspar. Thesaur.* contrarium affirmantem *in lib. 2. quæst forens. quæst. 60 circa fin.* vbi subdit, sic Senatum determinasse de anno 1614. licèt hoc sit in simplici donatione, non autem vbi stipulatio pro se, & hæredibus interuenisset, vt *ibi*, & ex traditis per *Capyc. in decis. 203.* quem, & alios sic declarat *Thesaur. loco* citato.

SVMMARIVM.

1 *Inducia concessa pro debitis, ad causam alimentorum non extenduntur.*
2 *Alimentorum præstatio per appellationem non suspenditur.*
Intellige, num. 3.
Amplia, siuè officio Iudicis, siuè iure actionis alimenta debeantur, num. 4.
Sed contrarium, num. 5.
Prima opinio verior, num. 6.
7 *Alimenta futura, ad effectum vt per appellationem non suspendantur, quæ sint.*
8 *Alimentorum præstatio compensationem non admittit.*
Item nec compromissum, num. 9.
10 *Alimentorum ratione hæres conuenitur etiam*

etiam intrà tempus conficiendi inuentarium.

11 *Hæredes pro alimentis inſolidum cõueniri poſſunt.*

12 Text. in l. 3. ff. de aliment. & cibar. legat. *declaratur.*

13 *Alimenta in generali bonorum confiſcatione non comprehenduntur.*

14 *Alimenta, & expenſæ pro defenſione perſonæ debitoris deduci debēt ex bonis ſequeſtratis per creditores, vbi alia et non remanent.*

DECIS. CCCXXIII.

1 INducias pro debitis cõceſſas ad cau-
ſam alimentorum non extendi, ſcri-
bit *Author hic*, quem ſequitur *Gra-
tian tom. 2. diſcept. for. cap 236. n 51.
cum ſeq* & ex eo, vt ipſemet dicit in *tract.
de aliment. tit. 8. priuileg. 11. num. 3.* quia
fames eſt acutiſſimus enſis, & venter non
patitur dilationem, & propterea eorum
2 præſtatio per appellationem non ſuſpen-
ditur, *Bart. in tract. de aliment. nu. 47. Iaſ.
in l. alimentis, C. de tranſact. & conſ. 124.
num. 2. lib. 1. Cauale. de vſufruct. num. 138.
Afflict. deciſ. 152. Caeberan. deciſ. 25. nu. 20.*
quamuis *Mieres in cap. pari appellata, nu.
191. part. 2.* cum hac opinione concurrat,
3 ſi tamen alimentarius non habeat vnde ſe
alat, cum qua etiam opinione pertranſit
*Cancer lib. 1. variar. tit. de aliment. cap. 16.
num. 17.* dicens, admitti quidèm appella-
tionem à prouiſione alimentorum, non
impedita exequutione, præſtita tamen
cautione, ſi alimētarius eam præſtare poſ-
ſet, aliàs ea non obſtante fieri debeat exe-
quutio, allegans eiuſdē opinionis *Couarr.
pract. qq. cap. 6. num. 6. Mich. Ferrer. 3. par.
obſeru. cap. 502.* & hanc partem, quòd ſuſ-
penſiua, non autē deuolutiua prohibeatur
appellatio, etiā firmarūt *Contard. in l. vnic.
limit. 3. ſub n. 54. et ſeq. C. ſi de moment. poſſ.
Lancellott. de attent. p. 2. c. 12. de attent. &
innouat. appell. pend. limit. 24. princ. nu. 7.
Verall. deciſ. 39. part. 1. & deciſ. 145. ſiù 32.
part. 3. Scaccia de appellat. quæſt. 17. limit. 7.
num. 14. Alex. Trentacinq. lib. 1. variar. tit.
de aliment. reſolut. 1. num. 17. & Guido de
Suzar. in l. ſi Iudex, ff. de his, qui ſunt ſui,
4 vel alien. iur.* & hoc ſiuè ex officio Iudicis,
ſiuè iure actionis, vbi tamen alimentarius
eſſet pauper, dicit idem *Alexand. Tren-
tacinq. d. num. 17.* cum qua opinione de
æquitate tamen pertrāſit *Barz. in deciſ. 69.
ſub num. 20.* & indiſtinctè firmat *Scaccia
de appellat. quæſt. 17. d. limit. 7. nu. 17.* quic-
5 quid alitèr nonnulli ſentiant, ſi iure actio-
nis alimenta deberentur, vt poſt *Speculat.
Angel. & Contard.* tenet *Lancellott. de at-
tent. part. 3. cap 28. ſub num. 65. Cacher in
d. deciſ. 25. nu. 20. Corbul. in l. ſi quis à libe-
ris, §. ſi vel parens, nu 28. ff. de liber. agnoſc.
Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 60 ſub nu. 21.
& 22.* cum qua declaratione tranſiuit *Ro-
ta in deciſ. 764. par. 1 in nouiſſ. & Gratian.
in deciſ. 53. nu. 10 Thomat. deciſ. Macer. 10.
num. 3. Mauſon. de cauſ. exequut. ampl. 31.
6 num. 12.* ſed vera videtur prima opinio per
ea, quæ tradit *Scaccia loco* citato, in alimē-
ris futuris tantùm, & non in præteritis, im-
probans tenentes contrariam diſtinctio-
nem, & dicuntur futura ad hunc effectum
etiam illa, quæ ſunt decurſa antè ſenten-
7 tiam, poſt tamen litē motam, ſeù petitio-
nem illorum, *Surd. de aliment. d. priuil. 60.
num. 15. in fine, Ruginell. de appellat. §. 2.
cap. 3. nu. 273. Verall. deciſ. 24. part. 1. Lan-
cell. de attent. d. limit. 24. nu. 8.* & ità ſæpiùs
declaraſſe Rotam, habetur in dicta *deciſ.
764.* quodq; firmat *Gratian.* tàm in dicta
8 *deciſ. 53. num. 11.* quàm in *addit.* adeò vt
vllam compenſationem admittant, vt per
*tex. in l. ea, de qua, C. de compenſat. Surd. de
alim. tit. 7. q. 10. num. 8. & tit. 8. priuil. 83.
Mareſcott. lib. 2. variar cap. 83. nu. 4. verſ.
poterat, Giurb. deciſ. 4. num. 48. verſ. reſpon-
de, Mauſon de cauſ. exequut. d. ampliat. 31.
num. 7.* imò nec compromiſſum, vt deciſū
9 in S. C. refert *Minad.* vbi etiam latè *Mo-
nac. in addit. in deciſ. 3.* adeò vt ſuper eis ſe-
queſtrū fieri non poteſt, ſcribit poſt *Coler.
de aliment. lib. 1. cap 13. num. 20. Giurba
d. deciſ. 4. num. 49. verſ. ſicut*, ex traditis per
*Gigant. conſ. 130. nu. 20. & Aufrer. ad Ca-
pell. Tholoſ. deciſ. 478. num. 4. & 5.*
10 Pro quorum conſequutione nedùm he-
res etiam infrà tempus conficiendi inuen-
tarium conueniri poſſet, vt latè vltrà *Au-
thorem hic in fine*, tenuit *Iaſ. in l. eam, quā,
num. 20. verſ. tertiò notabilitèr limita, C. de
fideicommiſſ. Phanuc. de inuent. quæſt. 241.
num. 8. in tract. diuerſ. Coler. de aliment.
lib. 1. cap. 15 num. 99. Mauſon. de cauſ. exe-
quut. d. ampliat. 31. num. 5.* quod vbiq; ſer-
uari ex *Ancharan. conſ. 383. num. 4.* dixit
Giurb. d. deciſ. 4. num. 46. ſic etiam firmat
*Thomaſ. tract. var. tit. 13. cap. 5. num. 75.
Dueñas regul. 267. num. 4.* immò etiam
11 hæredes inſolidum pro eis conueniri poſ-
ſe, ſcripſit *Vincent. de Franch. in deciſ. 203.
num. 1. & 3. in fine, Ioſeph. Ludouic. deciſ.
Peruſ. 92. num. 1. & 14. cum ſeq.* prout iu-
dicatum

dicatum in Senatu refert *Thesaur. iunior lib. 2. qq. forens. quæst. 67. num. 13.* quicquid aliter ipse sentiat respondendo *text. d. l. 3. ff. de aliment. & cibar. legat.* dicens, non

12 esse verum, quòd ex eo *text.* insolidū hæredes conueniri possint, sed quòd solùm officiū Iudicis ad hoc extendatur, vt conuocatis omnibus hæredibus, vnus eligatur, qui alimenta ministret, nè ex minutata solutione alimentatius damnum sentiat, & sic non quia ab initio actio insolidum competat, prout etiam firmat *Mynsynger. centur. 1. obseruat. 63.* qui sic Imperialem Cameram determinasse testatur, sic quoquè *Costa de port. rata, quæst. 215.* & licèt *text. d. l. 3. ibi* loquatur de legato, *Thesaur.* tamen illum intelligit in ijs, quæ ex æquitate, vel legis prouisione, aut ex contractu debentur.

13 Hinc etiam dixerūt DD. quòd in generali bonorum confiscatione alimenta non continentur, vt ex multis notat *Surd. de alim. tit. 8. priuil. 59. nu. 14. cum seq. Peregr. de iure fisci, lib. 5. cap. 1. num. 127.* & tenuit Rota apud *Farin. decis. 107. part. 1.* immò & ex eis deduci debeant alimenta vnà cū sumptibus faciendis pro eius defensione, latè fundat *Valasc. in consult. 1. num. 2.* nec

14 hoc videtur nouum, siquidèm etiam ex bonis sequestratis, si alia debitori non remanent, alimenta, & litis sumptus sibi deberi non ambigitur, ità ex *glos. fin. in cap. ex parte, de accusat. l. fin. C. de ordin. cognit.* tradit *Couarr. pract. qq. cap. 6. num. 4. Cord. in d. l. si quis à liberis, §. si vel parens, nu. 45. ff. de liber. agnosc. Valasc. consult. 1. num. 1.*

D E C I S. CCCXXIV.

DE hac quæstione latè scripsi in *decis. 322.*

D E C I S. CCCXXV.

AD hanc decisionem vide notata per eundem *Authorem*, ac per *me in decision. 226.* & latiùs *in addit. ad decis. 15.* in hac nouissima impressione, & signantèr *num. 17. cum seq.*

S V M M A R I V M.

1 *Remissio mercedis quando locum obtineat, remissiuè, & an læsio debeat esse vltrà dimidiam conuenta mercedis, confusis fructibus omnium annorum.*

2 *Venditor nominis debitoris non obligatur, vt sit soluendo, sed vt sit debitor.*

Amplia, etiam in datione in solutum, quamuis fuisset promissa euictio generalis, ac legitima defensio in ampla forma, num. 3. vbi decisio Senatus.

Licèt datio respiceret non solùm nomen debitoris, sed hypothecam, num. 4.

D E C I S. CCCXXVI.

1 DE hac quæstione remissionis mercedis plenè scripserūt *Thesaur. in decis. 20. & eius filius in lib. 2. qq. forens. quæst. 47. et lib. 3. quæst. 79. Mastrill. decis. 299.* ac *Peguer. decis. 214.* omninò videndi, & latè quoque *Faber in suo Codice, lib. 4. tit. 41. definit. 1. 2. & 3. & ibi,* quòd remissio mercedis cōductori fieri non possit ex causa fortuiti casus, nisi lęsio sit vltrà dimidiam conuentæ mercedis, confusis omnium annorum fructibus, & pensionibus, si in plures annos locatio facta sit.

Circa verò illud, quod quæritur etiam ab *Authore hic numer. 41. & seq.* de ven-

2 dente nomen debitoris, quòd non obligetur, vt sit soluendo, sed vt sit debitor, Adde quòd in terminis sic consuluit eruditissimus, & oculatissimus Dominus meus *Regens Rouitus in consl. 75. lib. 1.* qui loquitur in fortioribus terminis, scilicet dationis in

3 solutum, & hoc quàmuis in dicta in solutum datione fuisset promissa euictio generalis, ac legitima defensio in ampla forma, cùm tamen censeatur promissa realitas crediti, non autem, vt illud sit exigibile, prout post longam discussionem sic cōgregatis Classibus decisum fuisse in Senatu contra Dominum Franciscum de Ponte Consiliarium Status Serenissimi Ducis Sabaudiæ, inquit *Thesaur. iun. in lib. 3. qq.*

4 *forens. quæst. 73.* vbi in fortiori casu, quod talis datio non solùm respiciebat nomen debitoris, sed hypothecam super quadam apotheca, vt *ibi,* & de hac quæstione vide *Dom. Regentem Capycium Galeotam lib. 1. controuers. cap. 32.*

S V M M A R I V M.

1 *Appellato, & nō appellanti incumbit onus producendi iura, & acta facta in prima instantia.*

Intellige, si appellans integra acta non produxerit, num. 4.

Declara, dummodò appellans non produxerit

uerit ea cum protestatione, & clausula, quatènus pro se faciunt tantùm, & non alitèr, *num.7.*

Item intellige, vbi non essemus in probatione facienda per modum abnegatiuum, cùm esset dictum, sententiam latam esse nō præcedente causæ cognitione, & eo non citato, *& similia, num.2.*

Contrarium indistinctè in nostro Regno obseruatur ex Rit. Magnæ Curiæ 260. *num.12.*

3 *Nullitatem allegans tenetur omnia integra acta exhibere.*

5 *Hæreditas uxori necem mariti non vlciscenti à Fisco non vindicatur, si à sorore fuerit præuenta.*

6 *Appellans adiuuatur commissione causæ facta ad instantiam appellati infra tempus præfixum ad appellandum, ità vt causa quòad eum non possit dici deserta.*

Intellige, dummodò commissio non fuerit in parte, & partibus, num.11.

8 *Iudex appellationis potest in fauorem appellati sententiam reformare, quando in parte, & partibus appellatio nō fuerit interposita.*

Sed contrarium, vbi appellatus infra decem dies protestatus non fuerit, se velle illius beneficio gaudere, num 9.

Sed indistinctè, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, num 10.

13 *Appellante non producente integra acta in prima instantia facta infra tempus præfixum ad appellationem prosequendam, appellatio iustificatur deserta.*

Intellige, num.14.

15 *Deserta appellatione nùm dicatur deserta nullitas, quamuis vnico contextu fuerit opposita.*

DECIS. CCCXXVII.

1 QVamuis de iure communi communis DD. sententia sit, appellato, & non appellanti incumbere onus producendi iura, & acta in præcedenti instantia facta, cùm sufficiat appellanti producere sententiam Iudicis, à quo loco grauaminis, & appellationem coràm eo interpositam, vt per *Capell. Tholos. in decis.342. in princ. & circa finem, vers. quadam est probatio, & ibi* latè *Aufrer. in addit. num.4. Dec. cons.513. num.10. Guid. Pap. decis.20. & ibi Addent. & decis.436. nu.8. vers. si verò quoties, Caputaq. decis.128. part.3.* de communi *Cæ*-*cheran. in decis.13. sub num.4. Magon. decgon. decis. Lucens.64. nu.1. & decis.72. n.20. cum seq. Farbin. lib.1. controuers. cap.81. Gratian. tom.1 discept. forens. cap 121. n.1. vsque ad 7.* prout sic decisum refert *Bertaz. in decis. Bonon.37. Turrett. in cons.35. volum.1.* & hoc decernitur ex aperta *gloss. fin. l. his, qui ad ciuilia 7. C. de appellat. versic.*

2 *ostendat*, dummodò non essemus in probatione facienda per modum abnegatiuum, cùm dictum esset, *sententiam latam esse non præcedente causa cognitione, & eo non citato*, & similia, tunc enim onus producendi acta primæ instantiæ incumbit appellanti, prout sic distinguit *Bart. in d. l. his qui ad ciuilia, & Capell. Tholosan. & Guid. Pap. in locis* citatis, vt etiam sic ipsū declarasse inquit *Gratian.* in citato *c.121. num.8. vers. prædictis tamen non obstantibus, & ibi* quoq; allegat decis. Rot. Rom. & hanc sequitur *Farbin.* in citato *loco, nu.10.* & *Vant. de nullit. tit. à quo, & quib. mod. poss. & deb. nullit. probar. num.21.* vbi alle-

3 gans nullitatem tenetur exhibere omnia integra acta, ad hoc vt sententiæ iniustitia, & iniquitas iustificari possit, vt etiam sic decisum per Rot. Rom. refert idē *Gratian. vbi sup. nu.28.* vbi etiam dicit, quòd requiritur citatio partis, cū aliàs illa productio non suffragetur. Tamen si appellās in-

4 tegra acta produxerit, appellatus sententiam iustificare non tenetur, quoniam appellans fecit actum, quem appellatus facere debebat, ad *text.* singularem in *l. sororē,*

5 *C. de his quib. vt indign.* vbi non vindicatur hæreditas vxori necem mariti non vlciscenti, si à sorore fuerit præuenta, per quem *text.* sic contrariam opinionem limitat *Peregr. de iure fisc. lib.2. tit.5 nu.18. vers. quintò limita*, hinc dixit *Rot.* apud *Aegid. in decis.259.* & apud *Verall. in decis. 36. nu.4. lib.1. & Gomes. de annal. quæst.65.*

6 *in fin. vers. præterea*, quòd commissio causę facta ad instantiam appellati infra tempus præfixum decem dierum ad appellationem prosequendam, adeò adiuuatur appellans, vt non possit dici quòad eum causa deserta.

7 Sed hoc intelligendum, quotiescunque producens acta voluerit aduersario prodesse, scilicet simplicitèr producēdo, absq; protestatione, & clausulis, *quatènus pro se faciunt tantùm, & non altèr*, aliàs aduersarius non excusaretur, ex traditis per *Castill. in decis 64 num.1. in fin. & nu.2. et 3.* & faciunt ea, quæ diximus in *decis.143.*

8 quòd Iudex appellationis potest senten-

tiam

tiam in fauorē appellati reformare, quando in parte, & partibus appellatio nō fuerit interposita, ex eo, quia tunc appellatus censeretur appellationi adhæsisse, quod secus, si esset in parte, & partibus, vt etiam tradit *Ludouis. in decis. 223. num. 4. & ibi Beltram. in addit.* ac *Scacc. de appell. q 17.*
9 *limit. 21. nu. 21.* quidquid dixerit Senatus Dolan. apud *Griuell. in decis. 46.* hoc esse, vbi appellatus infra decem dies protestatus fuisset, se velle illius beneficio gaudere, aliàs censeretur acquieuisse, & sic appellationi non adhæsisse, & consequētèr non posse Iudicē in tali casu in fauorē appellati sententiam reformare, in quam quoq; opinionem videtur descendere *Papon. lib. 19. arrest. 11. tit. des appell.* cùm contrariū
10 verius sit, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, vbi adesset pars querelans, ex *tex. in l. ampliorem, C. de appell.* vt tradunt *DD.* per *me in d. decis. 143.* allegati, & *ibi Author* noster plenè, addo *Io. Franc. de Ponte in cons. 130. num. 15. vol. 1.* qui de communi attestatur, subdēs, quòd appellatio appellati esset superuacua, cum Iudex ex officio hoc faciat, nàm quiescentia appellati habet iuris intellectum, quatènus aduersarius acquieuisset, ex notabili *decisio. Rot. 365. tit. de appellat.* quam extollit, & eam sequitur *Vincent. de Franch. in decis. 467. num. 5. & Ant. de Butr. in cap. cùm Ioannes, col. fin. de fide instrum.* sic quoquè eademmet *Rot. in decis. 23. de sentent. & re iudic.*.
11 Eodemquè modo procedit quod diximus de commissione causę appellationis, nam si ipsa fuerit cōmissa in parte, & partibus, aduersarius ex ea non adiuuaretur, prout post *Put. in d. decis. 14. de appellat.* & alios sic probat *Gratian. in addit. ad decis. Marcb. 83.*

Verùm in nostro Regno in *Rit. 260.* dif-
12 finitum est, quòd semper appellāti incumbat onus producendi integra acta facta in prima instantia, & ita in praxi obseruatur, & hoc spatio 50. dierum post interpositam appellationem, aliàs declaretur ipsa appellatio deserta, cùm per nostram *Constitutionem* huius Regni, incip. *Appellationum tempora, & pragm.* eodem modo incipientem *sub tit. de ord. iudic.* sit statutus terminus dierum decem ad appellandum,
13 & 50. ad prosequendum, adeò vt si integrum processum factum in prima instantia appellans non produxerit, & fatalia præterierint, appellatio iustificetur deserta, *Isern. in d. Constit. col. 4. vers. item si non præsentauit*, & plenè *Muscatell. in praxi de appell. part. 1. gloss. prosequendum, nu. 57. &*
14 *multis seqq.* dummodò ex dolo appellantis non fuerit integer processus productus, qui dolus probandus est, licèt summariè, vt post maximam discussionē, relatis omnibus hinc indè opinionibus sic iudicatū fuisse inquit *Gizarb. in decis. 29. per tot.* omninò videndus, supposito *Ritu* illius Regni Siciliæ 183. per quem etiam diffinitum est, vt appellāti incumbat onus producendi acta in prima instantia facta.

Quàmuis multotiès appellati ad parcendum tempori solent statim interposita appellatione producere acta integra sumptibus eorum, cum quibus iustificatur iustitia appellantis, si vel, nè benè fuerit appellatum, vt obseruari vidi in nostris Tribunalibus sæpè sæpiùs.

15 Verùm circa hoc nota, quòd deserta appellatione non dicitur deserta nullitas, quamuis vnico contextu fuerit proposita appellatio, & nullitas, veluti si quis dixerit, *appello, & aquè principalitèr de nullitate dico*, vt in puncto *Bald. in l. tale pactum, §. si prouocauerit, ff. de pact. Reginell. de appellat. §. 312. nu. 19.* & latè de hac quæstione per *tot.*

SVMMARIVM.

1 *Solutum indebitū pro vsuris extinguit ipsam sortem.*
2 *Solutio cedit in causam electam à debitore.*
3 *Solutum indebitum non potest creditor pro alio creditore retinere, sed illud restituere tenetur, aliàs furtum committeret.*
4 *Retentio contra debitoris volantatem non permittitur.*

DECIS. CCCXXVIII.

SOlutionem factam in causam vsurarum extinguere ipsam sortem, & nō aliud debitum, si vsuræ nō debeantur, concludit *Author hic*, addo *Roderic. de ann. reddit. lib. 1. quæst. 9. num. 14.*
1 *& seq.* vbi indebitum solutum pro vsuris extinguit ipsam sortem, & hoc in præiudicium iniqui fœnoris, ità vt si plus debitor soluerit tanquàm indebitum condiceret, prout sic etiam in specie voluit *Io. Franc. de Ponte in cons. 70. num. 25. 26. 27. & seq. lib. 1.* per *text. in l. post rem iudicatam. §. 1. vers. si tamen, & vers. vsquè adeò, ff. de transact. l. si non sortem, in princ. de cond. indeb. l. creditor, §. fin. ff. de solut.* & pro indubi-

dubitato firmauit *Roman. in cons.* 238. nec censetur aliud debitum extinctū, licèt an-
2 tiquius; quoniam solutio cedit in causam electam à debitore, quæ est attendenda, *l.* 1. *in princ. & l. creditor, § cum sorte, ff. de solut.* vndè cessat regula, quòd solutio cedere habeat in debitum antiquius, vt in specie determinasse Rotam testatur *Ludouis. & ibi etiam Beltram. in decis.* 366.
3 *num.* 4. adeò vt nequè indebitum solutum creditor possit pro alio eius credito retinere, sed illud restituere, vt latè *Castrens. in l. si non fortem, § si centum, num.* 5. *ff. de condict. indeb. & in l.* 1. *num.* 4. *ff. de solut. Molignat. de retent.* post multos in *quæst.* 136. nam retinendo contra debitoris vo-
4 luntatem, furtum committeret, secundùm *Imol. in d. l.* 1. *post medium, vers. in text.* ibi *solutum ff. de solut.* cùm solutio pro non facta habeatur, *l. si ego, ff. si cert. pet.*

SVMMARIVM.

1 *Statutum loci celebrationis contractus, & non originis seruandum est.*
2 *Domicilium animo acquiritur.*
3 *Domicilium ex sola habitatione, quamuis decennalis, & plus fuerit nō acquiritur, vbi decisio S.R.C.*
4 *Habitare non dicitur qui alij inseruit.*
5 *Ortus per accidens in Ciuitate non efficitur ciuis, ità vt gauderet illius priuilegijs, vbi decisiones S.C. & R.C.S.*

DECIS. CCCXXIX.

Qvamuis solemnitates loci domicilij, nō autem originis seruandæ sint circa testamenta condēda, inquit *Author*, vltrà quòd si in loco cōtractus statutū vno modo disponat, & in loco originis aliter statuatur,
1 tutius sit seruare statutum loci contractus in ipsius celebratione, tradit *Magdal. de numer. test. part.* 1. *cap.* 22. *num.* 86. & *Roland. à Valle cons.* 43. *num.* 1. *lib.* 3. & faciūt adducta per *Vincent. de Franch. in decis.* 552. *num.* 24. & per *Thesaur. in lib.* 2. *qq. forens. quæst.* 8. vbi ad similia multas habes distinctiones, quæ conferunt ad hanc decisionem.

Tamen procedit, vbi quis verè domici-
2 lium haberet, scilicet si animum ibidem permanendi haberet, cum quo acquiritur domicilium, *glos. & text. in l. domicilium re, & facto, & glos. in l. vtiquè, ff. ad municipal. & l. ciues, C. de incol. libr.* 10.
3 animo autem dicitur acquirere, non per habitationem simplicitèr, quamuis longa fuerit, veluti decennij, vel mille annorum, vt dixit *Bart. in l. lex Cornelia, §. si tamen, ff. de iniur.* cùm sola habitatio domicilium non constituat, *l. si libertus, §. sola, ff. ad municip.* sed si quis commigrauerit cum tota sua familia, ibiquè larem constitueret, quod est, vt ibi alia bona emat, vt ex *d. l. ciues*, prout sic quoquè explicat *Regent Rouit. ad pragmat.* 1. *de immun. Neapol. nu.* 9. hinc est, dicit *glos. in l.* 2. *in verb. constituerit, C. de incol. lib.* 10. & *d. l. domicilium re, & facto*, quòd ad finem acquirendi, aut deferendi domicilium non attenditur declaratio voce tantùm facta ab habitante, nisi currat etiam aliquod factum, veluti si ibi domum, vel possessionem emeret, vt etiam constat ex alijs adductis per eundē Dominum *Regent Rouit.* in citato *num.* 9. *post vers. è contra verò*, prout in facti contingentia obtinui in Sacro Consilio ad relationem Magnæ Curiæ Vicariæ de mense Augusti 1630. post maximam discussionem in beneficiu Antonij de Raimo Terræ Morroni contra Narcisum Pisanum, qui habitauerat in hac Ciuitate Neapol. spatio tresdecim annorum, absq; eius familia, existēte in Terra Morroni, vt ex probationibus factis per ipsum Antonium, ex quo fuit reuocatum decretum dictæ Mag. Cur. Vic. quæ determinauerat, procedendum esse in ipsa Mag. Cur. non obstante remissione petita ad Curiam Terræ Morroni, stante etiam quòd agebatur de confectione præambuli in ipsa Magn. Cur. per ipsum Narcisum. Et per Sacrum Consilium fuit dictum, quòd remittatur ad prędictam Curiam Terræ Morroni, vt ex actis præambuli penès Antonium Lucinam Actuarium dictæ M. C. Vic. qua causæ discussione solùm fuit assumptum motiuum, ex quo non apparebat animus dicti Narcisi perpetuo in hac Ciuitate permanere voluisse, imò fortiùs dicebam, talem ani-
4 mum nō adesse, ex quo alteri inseruiebat, vndè propriè habitare non dicebatur, vt tradit *Napod. in Consuet. Pupillus, nu.* 10. & plenè *Ioseph Sess. in decis. Arag.* 9. *et Caspiblanc. de author. Baron. in prag.* 8. *vol.* 2. *cap.* 13 *num.* 21. ac *cap.* 60. *num.* 22.

Et licèt in loco reclamationis decretū prædictum S.C. appareat reuocatum, tamen hoc fuit ex alijs causis, scilicèt ex quodam grauamine illato per Curiam Terræ Morroni in quadam causa mota per ipsum Antonium contra dictum Nar-

Rr cisum

cisum in materia *l. diffamari, C. de ingen. & manumiss.* à quo decreto prædictus Narcisus se grauauerat, & à dictâ Magn. Cur. Vic. literas inhibitoriales pro transmissione actorum obtinuerat, ex quibus notoriè apparebat, prædictam Curiam eum grauasse, ac etiã stantibus alijs scripturis productis per dictum Narcisum, ex quibus liquebat, prædictum Antonium esse Actuarium dictæ Curiæ, ac Locumtenentem dictæ Terræ, & proindè Sacr. Cons. decreuit, suspenso dicto decreto Sacri Consilij visis scripturis nouitèr productis remissa est eidem M.C.V. & sic circa articulum illum, an ex sola habitatione inductum esset domicilium, pro absoluto habuit Sacr. Cons. quòd non, nisi animus ibidèm permanendi apparuisset, quamuis ad instantiam prædicti Antonij adhùc pendeat reclamatio a prædicto decreto, quod eatènus verũ
5 est, vt etiam ortus in Ciuitate per accidés non efficiatur ciuis, putà quia pater prægnantem vxorem in aliquem locum transtulerit, ibiquè vxor partu edito statim ad propriam patriam reuertatur, proùt ita per Sacrum Consilium decisum testatur *Dom. Francisc. de Petr. in consi.* 15. nuper imprimendo in causa Principis Roccæ Romanæ per *glos.* singularem in *l. cùm satis, verbo sobole, C. de agricol. & censit. lib.* 10. & per idem Sacrum Consilium iterùm in causa cuiusdam de Aqua malorũ prætendentis admissionem ad Collegium Salernitanum, patrocinante Dom. Ioanne Thoma de Ruggerio I.C. peritissimo, & inter Aduocatos primario, in Banca de Viuo, de qua etiã decisione meminit *Petra ad Grammat. in decis.* 103. *num.* 94. & demùm sic quoq; per Regiam Cameram Summariæ referẽte tunc celeberrimo Præsidente D. Annibale Moles, deindè meritissimo Regente in causa Galeatij Pinelli Marchionis Terræ Galatolæ, & Ducis Acheruntiæ de mense Septembris 1571. scilicèt similes ortos non gaudere in præiudicium Fisci, de qua etiam quæstione plenè scripsit *Grammat. in decis.* 103. & latiùs *Caldas Pereira in* 1. *respons. post tract. ad l. si curatorem habens, per tot.*

SVMMARIVM.

1 *Statutum, quòd forensis non possit aliquo titulo acquirere, non comprehendit vxorem forensem.*
Amplia, etiam si vxor statuti dispositionem ignoraret, et tàm actiuè, quã passiuè, n. 2.
Item amplia, etiam in vidua, num. 3.
Sed contrarium, num. 4.
5 *Statutum siuè loquatur in rem, siuè in personam, semper fauore agnationis factum dicitur.*

DECIS. CCCXXX.

1 PRO opinione nostri *Authoris hic*, quòd non obstante statuto, quòd forensis non possit vllo aliquo titulo acquirere in alieno territorio vxor forensis, & aliundè ducta acquirere possit, adde *Milanens. decis.* 10. *num.* 6. *cum seq. lib.* 1. *Carpan. ad Statut. Mediolan. cap.* 454. *num.* 5. *& cap.* 295. *num.* 47. qui am-
2 pliat, etiam si vxor statuti dispositionem ignoraret, quam ampliationem tàm actiuè, quàm passiuè post *Cuman. cons.* 26. *volum.* 1. *Dec. cons.* 19. *col.* 2. *Curt. iun. cons.* 129. *num.* 6. *cum seq. Socin. iun. cons.* 14. *volum.* 2. *lib.* 1. *Tiraquell. de legib connub. glos.* 2. *n.* 5. *& Couarr. de matrim.* 2. *part. cap.* 7. *in princ. num.* 8. notat, & sequitur *Alex. Galiaul. in Consuet. Alexandriæ, verb. vxori, quæst.* 2. *num.* 6. *& Bertazzol. consil. ciuil.* 11. *num.* 4. *&* 5. *& cons.* 24. *num.* 35. supradictã quoquè nostri *Authoris* opinionem latè prosequitur *Vinc. de Franch. in decis.* 363. sed latiùs *Gratian. tom.* 4. *disceptat. forens. cap.* 623. vbi ad partes hanc opinionem tuetur, licèt *in fine* subdat, alitèr per Rotam fuisse decisum, quamuis adhùc pen-
3 deat reuisio, quam opinionem ipse ampliat, etiam in vidua, vt *ibi*, & adde notata per *Paschal. de virib. patr. pot. par.* 4. *cap.* 2. *nu.* 30. *cum plurib. seqq.* quamuis alitèr tenear *Thesaur. iun. in addit. ad decis. sui pa-*
4 *tris* 123. subdens, sic *D. Surdum* in quadam causa ab ipso relata consuluisse, siuè staturum loquatur in rem, siuè in personã,
5 ex eo, quòd semper censeatur facta super bonis, fauore masculorum, & agnationis, de qua quæstione, an statutũ loquatur in rem, vel in personam latè *idem Thesaur. iun. lib.* 2. *qq. forens. q.* 3. & 4. & *Ego* latiùs supra in *decis.* 20.

DECIS. CCCXXXI.

DE hac quæstione vide quæ scripsi in *decis.* 16.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Exceptio inuentarij etiam post sententiam opponi potest ad impediendam illius exequutionem ex communi.*

Indistinctè, tàm in iudicio ordinario, quàm summario, num. 2.

Intellige, num. 3. 4. 5. 6. 7. & 8.

Item, an possit opponi aduersus petentem rescissionem contractus, num. 9. vbi decisio Sacr. Cons.

Item aduersus pactum exequutiuũ, nu. 10. remissiuè.

DECIS. CCCXXXII.

1 QVamuis communitèr DD. concludant, exceptionem hanc inuentarij posse opponi post sententiam, etiam ad impediendum eius exequutionem, vt per *text. l. ex diuerso, §. fin. ff. solut. matrim.* tradunt *Alexand. Trentacinq. in lib. 2. var. resolut. tit. de except. resolut. 1. num 8. q. 10. & mult. seqq. Costa de remed. subsid. remed. 51. illat. 2. num. 5. remed. 29. num. 7. & remed. 28. num. 6. Gayll. lib. 1. obseruat. 113. num. 5. Gutierr. de contract. cap. 17. num. 31.* & faciunt etiam adducta per *Menoch. in lib. 2. præsumpt. 48. num. 31. & de recuper. possess. remed. 1. num. 177. & seq. Canar. de exequut. instrument. quæst. 28.* infinitos colligit *Mastrill. in decis. 24. num. 6. in fin.* copiosè *Gratian. in tom. 3. discept. forens. cap. 495.* & latiùs *Caroc. de remed. contra sent. except. 68.*

2 Et hoc nedùm in iudicio ordinario, sed summario, vt iudicatum refert *Valasc. in decis. 87. in fin.* quamuis extaret statutum, quòd debitor non audiatur per Procuratorem, cùm hoc intelligatur quoad exceptionem impugnatiuã, & non modificatiuam, vt latè *Anchar. cons. 6. num. 2.*

Tamen hoc intelligũt iuxtà dispositio-
3 nem nostri *Authoris*, scilicet si non fuisset datus terminus hæredi, vel alij simili ad opponendum omnes exceptiones peremptorias, dilatorias, & anomalas, nam tunc non deberet admitti talis exceptio, vt in specie sic declarat *Alexand. Trentacinq. in citata resolut. 1. num. 17. & Io. Dilect. de arte testand. tit. 11. caut. 9. nu. 2.* idem *Gratian.* in citato *cap. per tot. & Caroc. vbi su-*
4 *pra*, vel quando opposita fuisset antè sententiam, & per Iudicem fuisset reiecta prçuia causæ cognitioné, & dilatione ad eã probandam, secundùm *Caroc. loco* citato,
5 *num. 11. 13. & 14.* vel si hæres fuisset mo-
6 nitus à legatarijs, vel creditoribus ad illud exhibendum, cùm tunc etiam non possit post sententiã proponi, vt aduertit *Monticul. de inuentar. cap. 10. num. 10. part. 2.* & post eum idem *Gratian. in d. cap. num. 22.* quoniam eo casu dicitur esse in dolo, ex *Aym. cons. 75. num. 9.*

Licèt *Mastrill. in d. decis. 24. in fine*
7 dicat, quòd quando appareret ex publicis instrumentis, hæreditatem exhaustam, & totam fuisse versam in solutionem onerum hæreditariorum, non debet attendi rigor iuris, sed maxima æquitas, prout in eius casu.

8 Sed hoc procedit de iure communi, nõ autem de iure Regni, cùm habeamus *Regiam Pragmaticam 28. capitum*, & signantèr in *cap. 25.* vbi disponitur, quòd exceptiones modificatiuæ non possunt opponi post sententiam, ad finem eius exequutionem impediendi, elapsis 30. diebus à die notificationis sententiæ, vel alicuius decreti diffinitiui, præstita tamen cautione (parte instante) de restituendo quicquid fuerit iudicatum, non obstante si alia cautio fuisset à prædicta parte (quæ instat pro exequutione) data in casu retractationis.

9 Sed nunquid exceptio inuentarij opponi possit aduersus petentem resciſsionem contractus, videtur dicendum, quòd sic, vt dicit *Faber in eius Codice, tit. de iur. deliber. definit. 40.* sed contrarium fuit in Sacro Consilio iudicatũ sub die 27. Martij 1640. in causa Fabritij de Monte cum hæredibus quondam Sforzæ de Martino, ad relationem olim Regij Consiliarij Capycij Latro, nunc vero meritissimi Regentis, penès Auitabilem, & an hçc exceptio pos-
10 sit opponi aduersus pactum exequutiuũ, latè habetur in *decis.* eiusdẽ *Dom. Regentis Capycij Latro 115. num. 36.*

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissarius vniuersalis quãuis sine vitio possideret, non est legitimus contradictor aduersus hæredem, vbi facienda esset detractio Trebellianica, & Falcidia.*

Et quid in fideicommisso particulari, numer. 19.

Amplia, quamuis Iudicis authoritate possideret, & incontinẽti de iure suo doceret, num. 5. & 6.

Amplia, etiam si potestatem ingrediendi propria authoritate à testatore haberet, num.7.
Quamuis essent facta detractiones Trebellianica, & Falcidia, num.8.
Limita, quando certa essent detractiones, cùm eo casu non detur restitutio in totū, num.14.
Declara, num.15.& 17.
Obseruantia Rotæ. num.16.
Limita, etiam si hæres post aditam hæreditatem permiserit, fideicommissarium possidere, num.18.
2 *Fideicommissarius non potest propria authoritate possessionem bonorum capere, quamuis hæreditas sit vacans, sed debet curator hæreditati iacenti dari.*
3 *Possessio fideicommissarij in totum vitiosa dicitur, vbi per hæredem sit facienda detractio Falcidiæ, & Trebellianicæ.*
4 Camill.de Medic.in cons.68. *declaratur.*
9 *Fideicommissarius non potest offerendo hæredi eius portionem restitutionem euadere.*
Amplia, quamuis præstaretur cautio, numer.10.
11 *Hæres pro legitima dicitur legitimus contradictor aduersus fideicommissarium prætendentem immissionem.*
Amplia, quamuis in testamento fuerit prohibita detractio,& filius aduerit hæreditatem, num.13.vbi decisio Rotæ.
Item amplia, etiam in hærede hæredis, quando à primo nō esset facta detractio, num.12.

DECIS. CCCXXXIII.

Controuersia & si magna sit inter *Doctores* super hac quæstione, de qua nostet *Author hic*, tamen re benè discussa omnes communitèr conueniunt cum hac nostri *Authoris*
1 opinione, scilicet fideicommissarium vniuersalem nō esse legitimum contradictorem, etiam si sine vitio possideret, aduersus hæredem, quando detractio Trebellianicæ, & Falcidiæ facienda esset, prout voluerunt *Bertrand. cons.150. volum.3. Decian. cons.85. num. 2. volum.2. Peregrin. de fideicommiss. artic. 47. num. 64. & seq. Cæsar Argel. de legitim. contradictor quæst. 10. artic 9.* plenè Dominus meus *Regens Rouit. in cons.10.num.32.lib.1. Merlin. de legitima, libr.5. tit.4. quæst.10.* plures decisiones Rotæ referens, sic etiam *Marescott. in lib.1.variar.resolut.cap.1.num.16. & 30. Fusar. de substitut. quæst.613.nu.6. 13.& seq. Vincent.de Franch.in decis.204. num.28.& seq.Boer.decis.156.num.2.& 5. Perus.decis.47.nu.16.& 17. Ludouis.decis. 206.nu.8.vbi Beltram.nu.11.& seq.* vterq; etiam in *decis.185. Seraphin. decis. 609. num.4. decis.850.nu.1. & decis.271.nu.5. Farinac. decis.115. num.11.& seq. part.1. & decis.431. num.8. part.2. tom.3.* omnes dicentes, in hoc casu vitiosam esse talem
2 possessionem, cùm à manu hæredis capi debeat, quamuis esset vacans, cùm debeat dari curator hæreditati iacenti, iuxtà *consilium Bald. 234. in fin. lib.3.* & etiam tenuit *Bart. in l.si bona, in fine, C.de bon. author. iudic. possid. & Dec. in cons.400. col.3. & Cashiran. in decis.34. num.11.* prout sic resolutum fuisse per Rotam Romanam probatur in *decis.* eiusdem *Rot.5 10. part.1. in fin. in nouiss. & decis. 115. sub num.3. part.1. in recentior.* idem *Ludouis. in d. decis.206. num. 8.* in quo casu non tantùm respectu illius detractionis possessio vitia-
3 tur, sed in totum, vt inquit *Bald. in l.1. C. quorum legat. & Zuccard. in l.fin. num. 426. versic. limitatur ista conclusio, C.de edict. diui Hadrian. tollend.* quos etiam sequitur *Vincent. de Franch.* in citata *decis. num.29.*

Nec obstat *consil.Camill. de Medic.68.*
4 dicentis, quòd fideicommissarius quando in promptu absque termino doceret de iure fideicommissi, tunc diceretur legitimus contradictor aduersus hæredem ad impediendum eius immissionem, cùm ille dolo petat quod statim restituturus sit, quod etiam admittit *de Ponte in cons. 21. num.26.* nam si benè aduertatur, prædictus *Camill. in d. consil.* duo priùs supponit, primum nempè, quòd fideicommissum, de quo ibi agebatur non erat fundatum absolutè ex testamento, sed ex contractu præcedenti, & sic ex prouidentia, & proindè non erat necesse illud à manu hæredis capere, & habere, cùm in eo sint translatæ omnes actiones, absque alia restitutione, secundum verò, quòd non erat facienda deductio, nec trebellianicæ, nec legitimæ, in tantum quòd quando est facienda deductio, non potest hæres impediri à fideicommissario, cùm illi sit facien-
5 da restitutio, vltrà quòd quamuis incontinenti doceret de iure suo, non tamen esset legitimus contradictor, vt voluerunt *Dec. in cons.424. num.18. Socin. iun. consil.75. num.18. lib.1. Roland. cons.1. num.71. lib.1. Ludouic. decis.47. num.15. Menoch. de adipiscend.*

piscend. poss. remed. 4. num. 632. Casar Argel. de legitim. contrad. d. quaest. 10. num. 13. prout tenuit *Rota* apud *Ludouis. decis. 206. nu. 9.* eademmet *Rot. in d. decis. 115. par. 1. in recent.*

Quod ampliatur, quamuis talis fideicommissarius cum Iudicis authoritate

6 possessionem adeptus esset, cùm neq; possit dici legitimus contradictor ad impediendum, nè hæres scriptus comparens, & petens se immitti, non immittatur, vt tradit *Rot. Roman.* in citata *decis. 520. part. 1. in nouiss.* quodquè plenè tuetur *Peregrin.* in citato *artic. num. 60. & multis sequent.* ac in *artic. 48. num. 17.* maximè, subdit, quando immissio esset facta cum clausula, *saluo iure omnium personarum*, & hoc

7 etiam si facultatem ingrediendi propria authoritate à testatore haberet, cùm illi solùm censeatur concessa facultas capiendi suam portionem, & sic postquàm fuerunt factæ detractiones, vt decisum in vna Romana de Capizzuchis coràm Cardinali Lancellotto refert *Marescott.* in

8 citato *cap. numer. 30.* qui imò subdit, hoc procedere, licèt detractiones essent factæ, scilicet Trebellianicæ, & Falcidiæ, quia adhùc poterit hæres immissionem factam recuocare pro alijs creditis, ea licentia non obstante, vt ex traditis per nostrum *Authorem in cons. 7. num. 23. & seq.* in quo casu etiam vitiosa possessio interim videretur, inquit post *Decian. in consil. 85. colum. 1. & 2. lib. 2. & Bertazzol. consil. 69. num. 41. & consil. 117. num. 8. Peregrin. in dict. artic. 47. num. 68.* quod etiam voluit *Rot. Roman.* in *dict. decis. 520. numer. 15. part. 1. in nouiss.* vbi etiam dicitur, quòd in dubio præsumitur hæredi posse aliam de-

9 fensionem competere. Imò nequè ipsum fideicommissarium subleuaret eius oblatio facta hæredi de portione sibi debita pro trebellianica, ad finem vt à residui restitutione liberaretur, cùm necesse sit, vt ipse restituat, quia non debet hæres constitui petitor trebellianicæ, vt concludit *Natta in cons. 653.* quem etiam sequitur idem *Peregrin.* in citato *artic. 47. num. 67. in fine*, & hoc quoquè voluit dicere *Casar Argel. in tract. de legitim. contrad. quaest. 13. artic. 5. num. 60. & Put. in decis. 471. nu. 3.*

10 *lib. 2.* vbi quòd non admittitur cautio de restituendis detractionibus, quia requiritur actualis restitutio.

Sic etiam pro legitima filij tenet *Merlin. in tract. de legitim. lib. 5. tit. 4. quaest. 10.*

11 quòd pro ea datur retentio totius hæreditatis, donec illa detrahatur vnà cum trebellianica, colligens infinitas decisiones Rotæ Romanæ, & *Capyc. in de-*

12 *cis. 17. num. 6.* quod competere, inquit, etiam hæredi filij, & hæredi hæredis, quando à primo non esset facta detractio, vt etiam antè eum tradiderunt *Paul. de Castr. in consil. 198. num. 3. lib. 2. Paris. consil. 47. numer. 6. libr. 2. & consil. 55. numer. 5. libr. 3. & Casar Argel.* in citato *artic. 5. numer. 55.* vbi inquit, hanc opinionem pluriès sequutam fuisse

13 Rotam Romanam, subdens hoc procedere, quamuis in testamento fuisset prohibita detractio, & filius adiuerit, cùm enim controuersa sit quæstio, an, & quando censeatur renunciatum legitimæ, vbi pro hac parte infinitos colligit *Doctores*, & sic decisum per Rotam Romanam refert, prout etiam decisum per eandem Rotam dicit *Merlin. in loco* citato, *nu. 7.* qui subdit, quòd interim datur retentio aduersus fideicommissarium, cùm turbida sit hæc exceptio.

Et licèt ex traditis per *Corn. in consil. 231. lib. 4.* videatur inferri, quòd quando

14 detractiones sunt certæ, quòd tunc non datur restitutio in totum, sed solùm in parte, pro qua possint dictæ detractiones detrahi, vt de retentione inquit *Rota Romana in recentior. decis. 562. num. 4. part. 2. & Argel. d. quaest. 10. artic. 6. numer. 139.*

Tamen ea conclusio vera videretur, quando hæreditas consisteret non in cor-

15 poribus, sed in pecunijs, prout respondit *Marescott.* in citato *cap. num. 32. & Rota Romana in decis. 565. post num. 4. versic. bis verò, part. 1. in nouissim. & in recentior. decis. 115. part. 1.* secus verò quando consisteret in corporibus, nam tunc quamuis sit certa detractio ratione quantitatis, non tamen est certa ratione loci, & quotæ, & propterea non videtur deneganda retentio, dicit *Ludouis. in decis. 185. num. 1. & Beltram. in addit. ad d. decis. Ludouis. 206. num. 13.*

16 Quamuis in hoc subdat *Merlin.* in citata *quaest. 10.* quòd contrarium seruat Rota Romana, namquè data certitudine detractionum legitimæ, & trebellianicæ, quæ hodiè important medietatem assis, vtriq; patri dat immissionem hæreditatis, & fideicommissario, & hæredi filij pro indiuiso, cùm alias hæres locupletaretur cum aliena iactura, sed hoc ex æquitate inquit, colligens plures eiusdem Rotæ deciso-

cisiones, prout etiam alias infinitas pro hac parte adducit *Argel.* in citato *tractatu de legitim. contradict. artic. 6. quæst. 13. num. 70. versic. contrarium arbitror de iure verius*, idem *Beltramin. in dict. decis. 206. num. 13.* & latiùs in *dict. decis. 185.*
17 *num. 4.* dummodò certitudo sit respectu indemnitatis, scilicet qualitatis, & quantitatis bonorum, aliàs non posset concedi immissio pro indiuiso, etiam respectu fructuum, cùm perceptio fructuum supponeret certitudinm bonorum, vt tenuisse Dominos de Rota probatur in *decis.* eiusdem *Rot. Roman. 58. num. 5. versic. negatiuè responderunt, & decis. 59. num. 5. vers. & propterea Domini dixerunt, par. 2. in nouiss.*

Verum supradicta prima conclusio li-
18 mitatur, quando hæres post aditam hæreditatem permiserit, fideicommissarium possidere, nam tunc dicitur ei quodammodò restituere, ob quod cessat etiam interdictum, quorum legatorum, & sic censetur remissa falcidia, ob quam interdictum hæredi conceditur, & detractio quartæ trebellianicæ, vt probat *Paul. de Castr. in consil. 173. lib. 1.* & post eum sic resoluit *Menoch. de adipiscend. possess. remed. 4. num. 639. & sequent.* & sic fideicommissarius diceretur legitimus contradictor, & ad hoc vide adducta per *me in decis. 246.*

Cætera verò pertinentia ad totam hanc decisionem, & ad eius materiam plenè discutiuntur per *Cæsar. Argel. de legitim. contradict. in quæst. 13. artic. 5. & 6. & Marescott. variar. resolut. lib. 1. cap. 1. per tot.* & diffusè *Peregr. de fideicommiss. artic. 47. & 48. per tot.* & latiùs per *Dom. Regentem Capycium Latro in dec. 108.* vbi etiam me-
19 minit de hac nostra *addit.* & *ibi* quid in fideicommisso particulari.

SVMMARIVM.

1 *Decretum Iudicis festinantèr super contractu interpositum nùm habeatur pro nullo, & quid in contractu minorum.*

DECIS. CCCXXXIV.

1 DEcisionem istam cum multis alijs similibus comprobat *Gratian. in tom. 1. disceptat. forens. cap. 153. per tot.* colligens infinitas Rotæ Romanæ decisiones, omninò videndus, tanquàm ad hoc singularis, quod etiam voluit in eius *decis. Marchia 130.*

SVMMARIVM.

1 Lex is, à quo, ff. de rei vendic. *procedit etiam si antè sententiam quis vellet expeditionem, & cursum causæ impedire, vbi decisiones S.C. & R.C.S.*
2 *Item si vterquè ex eodem iure veniret.*
3 *Tertius comparens in causa indistinctè debet audiri in illis terminis, in quibus causa reperitur.*
Intellige, si antè conclusionem compareat, aliàs si post, nullo modo auditur, sed reseruatur ius suum in alio iudicio, nu. 4.
Amplia, quamuis esset minor, vel alia persona priuilegiata, nec eis succurritur per restitutionem in integrum, num. 5.
Sed contrarium, num. 6.

DECIS. CCCXXXV.

AD ornatum *l. is, à quo, ff. de rei vendic.* adde quòd *text.* ille non solùm procedit, quando lata esset sententia, & alius vellet eius exequutionem impedire, sed etiã
1 antè latam sententiam quis vellet expeditionem, & cursum causæ impedire, prout sic decisum fuisse per Sacrum Consilium refert *Vincent. de Franch. in decis. 492. in fine*, & in *decis. 261. num. 12. & in calce ipsius decisionis* refert, sic iudicatum fuisse per Regiam Cameram Summariæ facta relatione in Regio Collaterali Consilio in causa Alphonsi Sances super petitione tertiariæ ferri, in qua subintrauit Regius Fiscus, & petijt in iudicio supersederi, & tamen fuit dictum, quòd procedatur ad expeditionem causæ inter partes prædictas, saluis iuribus Regij Fisci, prout etiam hanc opinionem plenè articulo discusso tenet *Gutierrez practicarum quæstionum, quæst. 66. per tot. libr. 1.* quicquid in contrarium in Regia Camera Summariæ decisum referat *Ioan. Vincent. de Anna in allegat. 76. num. 6.* videlicet quòd quando ex eodem iure vterquè venit, supersederi debeat, quod etiam acerrimè tuetur *Dominus Regens Capycius Galeota lib. 1. controuers. cap. 45.* per doctrinam *Imol. in l. à sententia, num. 13. versic. prædicta, ff. de*
2 *appellat.* cùm contra eum verior sit opinio Sacr. Consil. supra relata, vt inquit *Annæ filius in consil. 97. numer. 14. in fine*, hanc quoquè

quoque opinionem sequitur *Peguer. in decis. 267. Caball. millcloq. 983. num. 2. & Giurb. in decis.* infra allegandâ, *num 39. in fine, versic. aut tempore inhabili,* & sic indistinctè Senatum obseruare inquit *Cancer.* post longam discussionem in *libr. 2. variar. resolut. cap. 16. tit. de tertijs opposit. num. 9. 10. 11. & multis sequent.* scilicet
3 quòd nullus tertius oppositor admittatur, nisi in eo statu, in quo causa reperitur,
4 dummodò antè conclusionem compareat, aliàs si post, nullo modo admittatur, sed reseruatur ius suũ in alio iudicio,
5 etiam si esset minor, vel alia persona priuilegiata, nec eis succurri possit per restitutionem in integrum, & admitti ad probandum tempore, quo principalibus præclusa esset via, vt *num. 14. versic. Regius tamen Senatus*, vt etiam iunctis duabus Aulis per Sacrum Consilium decisum refert *Fabius de Anna* in dicto *consil. 97. & cons. 98.*

Hinc est, quòd si tertius siuè veniret in causa ad infringendum iura, siuè ad coadiuuandum, nunquàm supersederi debet in causa, sed debet audiri in terminis, in quibus causa reperitur, vt ex citatis *Doctoribus*, etiam si esset minor, vel alia persona priuilegiata, latè *Giurba in decis. 1. per tot.* & probaui in *decis. 256. & ibi* etiam de intellectu *decis. Afflict. 15.* & de alijs similibus, quæ conferunt ad hanc de-
6 cisionem, quidquid in contrarium decisum retulerint *Minad. in decis. 15. Gizzarell. in decis. 40. num. 16. & Dominus Regens Tapia in 3. tom. iuris Regni, fol. 196.* scilicet similibus personis priuilegiatis, & in causa compatentibus competere beneficia, licèt sit conclusum in causa, sed vide notata per *me in dict. decis. 256. num. 8.* & omninò *Giurba in dict. decis. 1. Cancer.* suprà allegatum, & *Fab. de Anna in dict. consil. per tot.*

SVMMARIVM.

1 *Liber Gabellarij, vel Mercatoris nũm probet contra tertium.*

DECIS. CCCXXXVI.

1 DE hac quæstione, quando libri Mercatoris, vel gabellarij probent contra tertium pro tertio, vide quæ scripsi in *decis. 312.*

SVMMARIVM.

1 *Demonstratio falsa quando vitiat legatum, declaratur hac materia.*

DECIS. CCCXXXVII.

QVamuis inter Nostrates magna fuisset contentio super quæstio-
1 ne illa, quando locus designatus pro consequutione legati dicatur adiectus causa taxationis, vel demonstrationis, tamen omnes communitèr se concordarunt cum distinctione, scilicet aut testator designat solutionem ex aliquo certo loco in diuersa oratione, veluti, quia volo, vt percipiantur ex tali fundo, & tunc si ex dicto loco designato tale legatum solui non possit, debetur tamen ab hærede, cùm sit causa demonstrationis talis locus designatus, quæ demonstratio non vitiat legatum, tanquàm posita causa faciliotis exactionis, ex quo antè demonstrationem cõtractus erat perfectus, & sic locus adijcitur in exequutione, non autẽ in obligatione.

Aut verò vnica oratione designatus sit locus, & tunc dicitur causa taxationis, si nihil percipiatur, vel in rerum natura non sit, non tamen debetetur ab hærede tale legatum, quia tunc dispositio est limitata, & illa demonstratio est posita in obligatione legati, non autem in exequutione, & successiuè illa demonstratio reperta falsa vitiat dispositionem, & legatum, *l. si seruus legatus, §. qui quinque, ff. de legat. 1. l. quidam in testamento, & ibi glos. ff. eodem, l. Paulo Callimacho, de leg. 3. l. Lucius, ff. de aliment, & cibar. legat. l. in conditionibus, §. 1. ff. de condit. & demonstrat. l. si non designata, C. de fals. caus. adiect. l. ex eo, ff. de ann. legat.* cum alijs concordantibus, prout voluerunt *Castrens. in consil. 338. colum. penult. ad medium, num. 3. versic. pro intellectu huius dubij, lib. 1. & in l. si fideicommissum 50. § tractatum est, ad finem, num. 5. vers. tunc autem dicitur onus, ff. de iudic. Dec. consil. 182. in princ. & in consil. 324. colum. 1. versic. vndè succedit, & consil. 437. Laffred. consil. 46. num. 5. Lanar. consil. 54. num. 8. Mantic. de coniectur. vltimar. volunt. lib. 9. tit. 3. num. 20. Bero. consil. 17. volum. 1. Menoch. consil. 1162. num. 15. & multis sequentibus, lib. 12. Rota in decis. 11. num. 8. & 9. de testament. in antiquis, Surd. de aliment. tit. 4. quæst. 26. Simon de Prat. de interpret. vltimar. volunt.*

lunt. lib. 5. dubitat. vltim. num. 29. & 30. post alios infinitos, quos sequitur Gratian. in tom. 2. disceptat. forens. capit. 256. vbi diffusè 16. enumerat casus, & tom. 1. cap. 62. num. 7. & sequent. ac tom. 5. cap. 988. per tot. Marta de success. legal. part. 4. quæst. 18. artic. 11. num. 65. cum sequent. & decisum refert Vincent. de Franch. in decis. 721. ac plenè Gizzarell. omninò videndus in decis. 81. per tot. qui loquitur in fortiori casu, subdens, sic per Sacrum Consilium fuisse iudicatum, & annullata quædam transactio facta ab hærede in beneficium legatarij, stante quòd de corpore assignato non percipiebantur tot fructus sufficientes ad legatum, imò fuit condemnatus legatarius ad restituendum fructus vltrà reditum dicti loci exactos, quod maximè dicendum est, quando in tali legato apponitur participium futuri temporis passiuum, vnica tamen oratione, cùm tunc absquè dubio locus videatur adiectus causa taxationis, & non demonstrationis, veluti si dicatur, lego centum saccos frumenti, percipiendos ex tali fundo, illud enim participium importat conditionem, & resoluitur in relatiuum, & in verbum futuri temporis, vt ex traditis per Barz. in decis. 121. num. 33. & multis sequentibus, Crauett. consil. 801. num. 1. volum. 5. Menoch. post Bart. & alios in consil. 494 num. 27 cum sequent. prout sic in specie concludit Ioan. de Amic. in cons. 48. num. 8. quod etiam procedit (inquit ipse) quando adijcitur locus per relatiuum, & verbum futuri temporis, videlicet si dicatur, lego fructus, qui nascentur, vel qui nati sunt, cùm etiam in hoc casu taxatio, & nō demōstratio induceretur, l. cùm certus numerus, ff. de tritico, vino, & oleo legato, vndè cùm huiusmodi verba inducant conditionem, illa deficiente, legatum quoquè deficit, l. 1. ff. de condit. & demonstrat. l. si debitum, § verisimiliter, ff. de contrahend. empt. quando tamen vnica oratione hoc fuisset dictum, vt tradit Dec. in consil. 82. quamuis Marta de success. legal. d. part. 4. quæst. 18. artic. 11. nu. 166. dicit, hanc conclusionem de vnica, vel duplici oratione intelligi debere, vbi legatum stare posset absquè eo, quòd locus, vel persona, vndè, & à quo præstandus esset superadditi fuerint, aliàs secus, quia censentur inesse ipsi dispositioni legati, ob quod ex falsa demonstratione illud vitiatur.

SVMMARIVM.

1 *Hæredum infrascriptorum appellatione qui veniant.*

DECIS. CCCXXXVIII.

AD hanc decisionem vide *Authorem in decis. 125. num. 1. & ibi per me notata*, ac *Gratian. in tom. 2. disceptat. forens. cap. 612.*
1 *num. 16.* vbi inquit, talia verba esse relatiua ad hæredes scriptos tantùm, qui oculis corporeis legi possunt, & de hac quæstione latissimè dicam in *lib. 1. controuers.*

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissarius tenetur probare, bona per filium possessa esse fideicommisso subiecta.*
Contrarium, num. 2.
Sed verior prima opinio, vbi decisio Rota, num. 9.
Limita, si probetur possessio tempore mortis testatoris, num. 10. vbi decisio Rota.
3 *Bona possessa per filium præsumuntur profecticia.*
Intellige, num. 4.
Contrarium verius, num. 16.
Amplia, num. 17. & 18.
Limita, num. 19. & 20.
5 *Clericus beneficiatus faciendo emptiones, præsumitur fecisse de fructibus beneficij, si quando fuit collatū beneficium inuentarium bonorum Ecclesiæ, & suorum non confecerit.*
6 *Ditari, & acquirere quis in dubio non præsumitur, nisi probata industria.*
7 *Agnati non sunt legitimi contradictores aduersus fœminam dicentem, bona per eos possessa esse allodialia, vbi decisio Rota.*
Amplia, quamuis bona prædicta essent intrà fines feudi, num. 8.
11 Gratian. discept. forens. cap. 788. num. 15. *declaratur.*
12 Magon. decis. Florent. 27. num. 19. & decision. Lucens. 6. num. 45. & 46. *declaratur.*
13 Consiliar. de Georg. in allegat. 41. *declaratur.*
14 *Creditor, qui mutuauit pecuniam alicui, qui statim decessit, debet præferri anterioribus creditoribus pro expensis factis in funeralibus, & alijs necessarijs, quæ constat, fuisse facta, quia præsumuntur facta*

facta de pecunia mutuata ob temporis breuitatem.

15 Argel. de legitim. contradict. quaest. 19. *declaratur.*

DECIS. CCCXXXIX.

1 FIdeicommissario, non autèm filio grauato incumbere onus probandi, bona per filium possessa esse fideicommisso supposita, concludit *Author hic* contra *Marzar. de fidei commiss. quaest.* 58. ac *consil.* 19. sed contra-
2 rium voluit *Gratian. in tom. 4. disceptat. forens. cap.* 788. *num.* 15. *& multis sequent.* per *glos. in l. cùm oportet, in verbo ex eius, in fine,* vbi *Bart. C. de bonis, quae liberis,* sequutus *Marzar.* in citata *quaestione,* cuius opinionem subdit, esse veriorem, cùm ex
3 iuris praesumptione bona reperta apud filios dicantur potiùs ad eos peruenisse ex haereditate paterna, quam quoquè opinionem sequuti sunt *Magon. in decis. Florent.* 27. *num.* 19. *& decis. Lucens.* 6. *nu.* 45.
4 *&* 46. si inuentarium non confecerit, sic demùm latè *Reg. Consiliar. de Georgio in allegat.* 41. *num.* 5. *& sequent.* vbi concludit, creditores mariti non potuisse molestare vxorem super assecuratione obtenta super aliquibus annuis introitibus fiscalibus, qui quàmuis essent empti ab eius viro, tamen quia praedictus eius vir eos emerat post mortem sui patris, cui soluta fuerat dos, censebantur bona loceri, & non viri, stante etiam inuentario non confecto, cùm ex aditione paternae haereditatis fine inuentario censeatur, omnia bona, & pecuniam peruenisse ad filium ex haereditate, & de ipsius bonis emptiones deindè factas fuisse, vt etiam in simili tradit *Innocent. in cap. cùm in offi ijs,*
5 *extrà de testam.* vbi, quòd Clericus beneficiatus faciendo emptiones, praesumitur fecisse de fructibus beneficij, si quando fuit collatum beneficium, inuentarium bonorum Ecclesiae, & suorum non fecerit, nisi probetur, habuisse bona propria, vel officium, quibus acquirere potuisset, per *textum in l. scimus, C. de iure deliber.* quem sequitur *Ioan. Andr. in cap.* 3. *extra de pecul. cleric.* quem etiam allegat idem *de Georg.* in citata *alleg.* 41. *num.* 6.

Nec videtur obstare, quòd quis praesu-
6 matur acquirere, ac ditari, nam ista videtur leuis praesumptio, & non habet locum, nisi probata industria, cùm aliàs illa non existente, non praesumatur pro acquisitione, ac diuitijs, vt latè *Gutierrez de tutel. part.* 3. *cap.* 46. *num.* 13. *&* 26. sic demùm *Argel. de legit. contradict. quaest.* 19.
7 vbi satis doctè probat, agnatos non esse legitimos contradictores, in terminis *leg. final. C. de edict. diui Hadrian. tollend.* aduersus foeminam dicentem, bona per eos possessa esse allodialia, nisi per eos probetur, esse feudalia, per *text. in cap.* 1. *§. inter filiam, & §. defuncto milite, & ibi Doctores, si de feud. fuer. controuers.* subdens, sic per Rotam Romanam in quadam facti contingentia pro foemina fuisse iudi-
8 catum, quamuis bona praedicta essent intra fines feudi, quod concessum erat cum clausula praegnantissima, scilicet *cum Territ, nemoribus, possessionibus, & omnibus iuribus, & pertinentijs*; de qua etiam decisione refiatur *Cencius in decis.* 72. *post tractat. de censibus,* vt etiam voluit *Brun. in consil.* 1. *numer.* 2. *&* 3. quem sequuntur *Natta consil.* 514. *num.* 29. *cum sequent. & consil.* 520. *numer.* 5. *Aymon consil.* 54. *sub num* 9. *& consil.* 253. *num.* 7. de communi *Roland. consil.* 82. *num.* 19. *& sequent. libr.* 2. *& consil.* 98. *num.* 16. *&* 25. *libr.* 3. de communi quoquè testatur *Decian. consil.* 33. *num* 53. *lib.* 1. plenè etiam *Bellon. consil.* 10. *num.* 11. sic demùm post infinitos Doctores Feudistas, hanc quoquè probat idem *Argel. in quaest.* 18. *num.* 26. *cum n. ultis seqq.*

Tamen non est recedendum ab opinio-
9 ne nostri *Authoris*, quam saepè saepiùs sequuta fuit Rota Romana, vt refert *Marescott. in lib.* 1. *variar. resolut. cap.* 12. *numer.* 11. *& per tot* qui latè rotam hanc decisionem cum alijs comprobat, & ampliat, respondendo multis contrarijs, hanc quoquè videtur approbare *Anna allegat.* 10. *num.* 27. *Peregrin. in decis. Patauin.* 2.
10 *num.* 1. & latè *Ludouis. in decis.* 194 licèt sufficiat, si probetur possessio tempore mortis testatoris, vt decisum saepè refert idem *Ludouis. in dict. decis. num.* 1. *&* 2. vbi *Beltramin.* alias eiusdem Rotae decisiones pro hac opinione affert *num.* 24. sic quoquè tradiderunt idem *Surdus consil.* 568. *num.* 14 *lib.* 4. *Dec. consil.* 76. *num.* 8. *libr.* 3. *Aym. consil.* 61. *num.* 6. *in fine, Peregrin. de fideicommiss. art.* 44. *num.* 6. *Gratian. tom.* 1. *discept. forens. cap.* 69. *num.* 9. *&* 10. *cum sequent.*

11 Nec obstat quod dixit *Gratian.* in citato *cap.* 788. *num.* 15. quia ille se fundat in eo, quod dixit *Marzar.* contra quem

commonior est opinio, vt per *Peregrin. de fideicommiss. artic. 44. num. 21. & Authorem hic*, imò ipse *Gratian.* allegat *glos. in l. cùm oportet, C. de bonis, quæ liberis, versic. ex eius substantia*, quæ *glos. in fine* vult, petenti incumbere onus probandi, per *textum l. ei, qui dicit, de probationib.* & sic dicit totum oppositum, & quamuis ipsa *glos.* anteà plures referat opiniones, tameu semper vltima recitata dicitur recepta, nisi expressè præcedens amplectatur, vt dicit eademmet *glos. in l. qui filium, in fin. ad Trebell.*

Minus quoquè refragatur *Magon in*
12 *decis.* allegatis, *ibi* enim si benè aduertatur, non se fundat in hac sola præsumptione, sed in alijs coniecturis simul concurrentibus.

13 Nec etiam contrariatur quod voluit *Consiliar. de Georgio* in citata *allegat.* quoniam vltrà quòd in hoc solùm non se fundat, tamen *ibi* duo supposuit. Primum, prædictum eius vitum non habuisse alia bona materna, vt *ipse* inquit in *numer. 6. versic. certum est*. Secundum, dotes eius vxoris fuisse solutas paulò antè mortem dicti eius patris, & sic præsumitur, pecuniam dotalem fuisse repertam in hæreditate, ex qua potuisset emere prædictos annuos introitus, nam, vt dixit *Author in*
14 *decis. 55. num. 10.* quòd creditor, qui mutuauit pecuniam alicui, qui statim decessit, debet præferri anterioribus creditoribus pro expensis factis in funeralibus, & alijs necessarijs, quæ constat fuisse facta, quia præsumuntur facta de pecunia mutuata ob temporis breuitatem, ex traditis per *Bart. in l. fin. §. in computatione, C. de iure delib.*

Et demùm non obstant dicta per *Argel. de legitim. contradict. in locis* citatis,
15 quia *ibi* non est casus, de quo quæritur; nam fœmina habebat præsumptionem iuris pro se, quæ transfert onus contrarium probandi in agnatos, rem illam esse feudalem, cùm quælibet res præsumatur allodialis, & libera, vt regularitèr tradunt *Doctores* tàm in scribendo, quàm in consulendo, vt post *cap. 1.* ibiquè etiam *glos. de controuers. inter mascul. & fœmin. Bald. in cap. 1. si de feud. fuer. controuers. inter domin. & agnat. Afflict. decis. 267. num. 4. Clarus in §. feudum, quæst. 18. Roland. consil. 2. num. 11. volum. 3. Schrader. de feud. part. 3. cap. 4. numer. 54. Rosental. cap. 12. conclus. 14. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 19. per tot. Surd. consil. 135. num. 24. cum sequent. Canonist. in cap. nimis, de iur. iurand.* quæ iuris præsumptio liquidissima probatio est, ad *textum l. licet Imperator*, vbi latè *Alexand. & Ias. ff. de legat. 1. Glos. in l. si tutor petitus, C. de peric. tutor.* adeò vt etiam agnati, si dicerent bona ab eis possessa esse feudalia, non per hoc releuarentur ab onere probandi cum effectu, illa esse talia, vt per *textum in dict. cap. 1. §. inter filiam*, & per alia iura, vt suprà allegata.

Et quamuis responderi possit, etiam contra filium adesse præsumptionem iuris, scilicet bona per eum possessa iudica-
16 ri profectitia, tamen hæc præsumptio non est omninò à *Doctoribus* recepta, imò contraria est verior, cùm vbi filius esset in possessione, in dubio pro eo concludendum esset, scilicet bona ab eo possessa præsumi aduentitia, adeò vt onus contrarium probandi in fideicommissarium petentem transferatur, *Glos.* singularis est in *l. cùm oportet, in fin. C. de bonis, quæ liber.* per quam sic in terminis resoluit *Bald. in authent. ex testamentoo, in 11. cap. vers. ego circa hunc articulum, C. de collat.* idem in *l. cùm oportet, num. 11. C. de bonis, quæ liberis, & in l. vltrà, de donat. inter vir. & vxor.* sic quoquè *Crot. in l. frater à fratre, n. 119. ff de cond. indeb. Dec. cons. 670. nu. 2. vers. & idem videtur esse in dubio, Roman. consil. 159. in fin. Socin. consil. 61. column. 1. lib. 4. Ruin. consil. 96. libr. 5.* latè *Crauett. consil 61. libr. 1. Roland. consil. 90. per tot. lib. 2. Vbald. de duob fratrib. part. 5. num. 5. Mascard. de probationib. conclus. 221. Menoch. de præsumptionib. lib. 3. præsumpt. 50. numer. 3. Costa de portion. rata, quæst. 184. num. 3. in fine*, hanc quoquè sequutus est post alios *Merlin. in tractatu de legitima, lib. 2. tit. 1. quæst. 12. num. 10. circa medium*, vbi etiam subdit, ita in facto se iudicasse, vt etiam idē voluit in *lib. 2. tit. 2. quæst. 26. num. 6. & Surd. de aliment. tit. 9. quæst. 12. num. 10. Gratian.* sibi contrarius *tom. 2. disceptat. forens. cap. 381. num. 2. Bertazzol. consil. ciuil. 119. Ascan. Clem. de patr. potest. effect. 2. num. 46. & Paschal. eodem tractatu part. 1. cap. 3. num. 24.* filius enim non habet dicere titulum suæ possessionis, cùm sufficiat dicere, possideo, *l. final. C. de rei vendicat. & l. cogi, C. de petit. hæred.* & proindè inquit *Glos. dict. l. cùm oportet, versic. ex eius substantia, in fine*, quòd quando sumus in dubio, recurrendum sit ad coniecturas, scilicet si pater esset pauper, & filius industriosus, vel si haberet matrem di-

uitem,

nitem, & alia similia, vt etiam per *Bald. & Cost. in locis* citatis, nam si vera esset illa sola præsumptio, frustrà recurreretur ad coniecturas, quoniam semper filio incumberet onus probandi, bona per se possessa non esse talia.

Quod quidem omni careret difficulta-
17 te, si pro filio extarent coniecturæ, veluti diuisio facta cum alijs, non statim post obitum testatoris, sed ex interuallo, ob quod temporis interuallum præsumi potest, potuisse filios diuidentes bona propria acquirere, vel ex reditibus, vel ex industria, vt tradit *Peregrin. de fideicommiss. artic. 44. nu. 21. vers. punctius est valdè notabilis*, dummodò nihil sit dictum, quòd sint paterna.

Altera verò, si bona contenta in diuisione non erant descripta in inuētario fa-
18 cto à matre tutrice testatoris, ex quo magna insurgeret coniectura, non adesse alia bona, quàm in eo descripta, ità vt onus probandi contrarium incumberet aduersario, ad *Glos. in l cum lege, de probation.* prout cum istis duabus coniecturis sic decisum fuisse per Rotam in fauorem filij, inquit *Marescott.* in citato *cap. 12. nu. 15.*

Quamuis aliud esset, vbi adminicula concurrerent, ex quibus inferri posset, bo-
19 na à patre prouenisse, veluti si modicum intercesserit tempus à morte patris, & filius esset minor, qui careat industria, vt verisimilitèr non potuerit tàm breui tempore de proprijs reditibus acquirere, vt tradit *Author in decis. 15. sub num.* 10. argumento eius, quod dixit *Bald. in l. fin. nu. 5. de quaest.* quod malè præsumitur de eo, qui parum industrius breui tempore factus est
20 diues, vel quando filius possideret bona existentia in eodem loco, vbi fideicommittens possidebat, quoniam eo casu facta probatione per scripturas æstimi, vel similis, dummodò ex eis non appareat de confinibus penitùs à modernis differentibus, præsumerētur fideicommissaria, vt ità se vidisse practicari, & obtinuisse inquit *Peregrin. d. artic. 44. num. 22.*

Et circa hanc quæstionem vide notata per me in *decis. 15.*

SVMMARIVM.

1 *Mortuus si reperiatur in finibus duarum Villarum, quæ Villa teneatur.*

2 *Vniuersitas non tenetur de incendio illato in eius territorio, si malefactor, vel author esset captus, licèt non sit soluendo, quoad ad damnum illatum.*

3 *Item, quando incendium casu fortuito contigerit, vel Vniuersitas resistere non potuerit, num. 3.*

4 *Item, quando noctis tempore aliquid acciderit, & malefactores essent incogniti, & aufugiant, & ciues statim insurrexerint, clamando, & eos insequendo, licèt non potuerint eos capere, num. 4.*

5 *Vniuersitas licèt teneatur ad emendationem damni dati, tamen hoc est pro rata.*

DECIS. CCCXL.

AD hanc decisionem adde *Glos. & Doctores, & signantèr Afflict. in Constit. Regni de malef. cland. & de homicid. & damn. clandest. Gabriel. consil.* 159. *Magon. decis. Florent.* 24. & 123. *Farinac. de delict. & poenis, quaest. 24. num. 97. cum seq.* qui latè de hoc statuto, & de hac decisione in puncto meminit *Costa de port. rat. quaest. 5. num. 11.*

Verùm hæc decisio non procedit, quando delictum esset commissum in confini-
1 bus duarum Villarum, ad hoc enim vtraquè tenetur, secundùm communem opinionem, de qua post *Afflict. Alb.* & alios tradit *Clar. in praxi crim. § fin. quaest. 82.* licèt non desint qui dicant, illam teneri, vbi caput manet, ex *text* singulari in *l. cum in diuersis, § fin. ff. de relig. & sumpt. funer. Bartholom. de Capua in sing. 36. & Marc. Mant. singul.* 409. & sic indistinctè teneat *Afflict.*

Quāuis limitetur opinio *Authoris hic*,
2 quando malefactor, vel author incendij fuisset captus, quoniam eo casu Vniuersitas ad nihil teneretur, licèt malefactor nō esset soluendo circa damnum illatum, vt latè idem *Farinac. dict. quaest. 24. num. 211. & Costa de remed. subsid. remed. 51. num. 4.*

3 Item limitatur, quando incendium casu fortuito contigerit, *l. cum, qui § idem scribit, ff. de furtis*, vel quando prædicta Vniuersitas resistere non potuerit, *l. 2. § si eo tempore, ff. de admin. rer. ad Ciuit. pert.* sic etiam idem *Cost. d. remed. 51. num. 12. & Magon. decis. 24. num. 2.*

Item quando noctis tempore aliquid accideriṫ, & malefactores essent incogniti, & fugiant, & ciues statim insurrexerint cla-
4 mando, & eos insequendo, licèt non potuerint eos capere, quoniam eo casu ad

nihil tenentur,cùm negligētia eis imputari
non possit,vt tradit *Isern. in d.Constit de*
malefic. eland. col.2. vers. quid ergo erit, &
latè *Rep.de nocturn.tempor. cap.30.nu.34.*
& seq.
5 Sed circa hoc nota, quòd in casu, quo
Vniuersitas teneatur ad emendationem
damni,quòd tunc debet damnum quoquè
passus concurrere pro sua rata cum alijs
de Vniuersitate,vt tradit idem *Afflict in*
d.Constit.de malefic.eland.num.26. quem
pro singulari notat *Magon.in d.decis.Florent.24.num.13.* & faciunt notata per *Costam de port.rata, quæst.5.*

SVMMARIVM.

1 *Coniunctus non potest pro altero coniuncto in his,quæ requirunt speciale mandatum agere.*
2 *Mandatum speciale requiritur ad hoc vt quis interpellando in mora debitorem constituat.*
3 *Coniunctus non potest pro altero coniuncto antè litis contestationem procuratorem constituere.*
4 *Hæredes primi viri in mora constitui non possunt ob interpellationem factam à secundo viro.*
Amplia, etiam si secundus vir uti procurator vxoris ageret contra dictos hæredes, num. 9.
Intellige, si cessionem ab vxore non habuisset, num.5.
6 *Dos data primo viro, secundo viro constituta censetur.*
Intellige, vt eadem quantitas censeatur constituta, non autem dicitur assignatum nomen hæredis primi viri, nisi expressè id promissum esset, num.7.
8 *Aliud pro alio inuito creditore solui non potest.*

DECIS. CCCXLI.

HÆredes primi mariti in mora
constitutos non esse, ita vt teneantur ad vsuras dotis, ob interpellationem factam à procuratore cuiusdam coniuncti secundi viri,
concludit *Author hic*.ad quem adde,quòd
ratio dictæ conclusionis videtur esse, quia
si coniunctus non potest pro alio coniun-
1 cto debitorem in mora constituere; cùm
& si coniunctus possit pro altero coniuncto agere, hoc est, in his,quæ non requirũt
speciale mandatum,vt ex traditis per *Authorem in decis.215.num.1.& seq.* non autem ad constituendum debitorem in mora,vt tradit *Tiraquell. de retract. consang.*
§.1.glos.10.num.98. Bursat.consil.233.sub
2 *num.* 10. cùm in hoc speciale requiratur
mandatum,vt tradunt *Crot. in consil.213.*
Rip.in cap. cùm Marcus Ferrartensis, sub num.136. de constitut. Rot. Iannuens. in decis. 6. num.14. & Manent. in decis. Mantuan.61. num.4. & dixi in *decis.215.* ergò
multò minus eius procurator, quod amplio, quamuis haberet speciale mandatũ,
3 quoniam coniunctus non potest pro coniuncto antè litis contestationem procuratorem constituere, *Roman.consil.241. nu. 10. Ias. in l. quod quis. colum.1. versic. septimò fallit, C.de procurat.*
Sic etiam,quia dicto coniuncto nulla
competit actio aduersus hæredes primi
4 viri, quod adeò verum est,vt neque secundus vir agere possit contra dictos hæredes primi viri, & eos in mora constituere, vt satis doctè probarunt post *Anchar. Alexand. Ias. Rum. Surd. Author* noster in
consil 269 numer.21. lib.2. Barbos.in l.2. part.1. num. 412. versic. infertur etiam, ff. solut. matrim. Bim.consil.245.num.53. Roderic.de ann.reddit.lib.3.quæst.7.nu.58.
5 excepto tamen, quando secundus vir cessionem ab vxore habuisset, cùm ei nulla
competat actio cõtra dictos hæredes primi viri, non tàm ad dotem, quàm ad vsuras, vel alimenta,vt tradunt *Marzar.in consil.37.num.127.cum sequent.Surd.de aliment.tit.1.quæst.42.num.64.& sequent. & quæst.45. num.52.cum sequent.* nec ob-
6 staret, quòd dos data primo viro censeretur secundo cõstituta,ad *l.penult.§.vxor, ff. solut. matrim. l. diuus, ff. de iur. dot.*
7 nam non per hoc censetur illi datum in
dotem nomen debitoris, scilicet hæredes primi viri, & consequentèr eum absquè vxoris cessione conuenire non posse, concludunt *Corn. cons.254.colum.3.volum.1. & consil.127. colum.2.volum.4. Alexand. cons.122.num.10.lib.2.* plenè *Bald.nouell. de priuileg.dot. part.6. priuileg.71. num.2.* latè *Peregrin. consil.110.num.4.& multis sequentib. lib.3. Riminald. iun. consil.815. num.36.* cùm aliud sit, promittere dotem constitutam primo viro,& aliud,dare in dotem nomen debitoris, scilicet hæredes primi viri, nam in primo casu ex tali promissione non infertur, ipsam dedisse in dotem dictum nomen debitoris, sed videtur, ipsam promisisse soluere dotem, nec liberaretur cedendo actiones contra hæ-
8 redes

8 redes primi viri, cùm aliud pro alio inuito creditore solui non possit, *l. 2. §. appellator, ff. si certum petatur.* in secundo verò casu procederet *text. in l. 2. C. de action. & obligat.* quòd vtilis tantùm actio, non autem directa acquiritur viro, & sic quando essemus in expressa assignatione dicti nominis debitoris.

9 Quod ampliatur, quamuis secundus vir vti procurator vxoris ageret contra dictos heredes primi viri, cùm neque illi tenerentur, vt singularitèr tradit *Bart.* omninò videndus in *cons. 128. lib. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Census receptio facta per Procuratorem, vel Factorem non praeiudicat Domino, quin possit caducitatem iàm incursam contrà vasallum ob non petitam inuestituram infrà annum, & diem, declarare.*

2 *Dominus per receptionem seruitij non censetur remisisse caducitatem ob non denunciationem mortis infrà annum, & diem, vbi decisio Regiae Camerae Summariae.*

Sed contrarium secundùm aliquos, nu. 6.

3 *Vasallus ob non petitam inuestituram non perdit feudum in Regno, sed loco poenae tenetur soluere duplicatum releuium.*

4 *Caducitas remissa non censetur per receptionem factam à Domino, si ipse ignorabat, illam causatam fuisse, vel si ipse Dominus esset minor.*

5 *Feudum, ex quo annuus census praestatur, non potest dici feudum, nec quoad periculum amissionis accedit emphyteusi.*

DECIS. CCCXLII.

1 CEnsus receptio facta per Procuratorem, vel Factorem, quòd nō praeiudicet Domino, quin possit caducitatem iam incursam contra vasallum ob nō petitam inuestituram infrà annum, & diem, declarare, concludit *Author,* prout plenè etiam probaui in *decis. 181.* quam quoquè opinionem sequutus est *Dom. Bambacar. in cap. si quis per triginta, quaest. 13. si de feud. defuncti. & Capan. in tractatu de iure releuij, quaest. 1. part. 2.*

Quod ampliatur etiam in fortioribus terminis, scilicet si talis receptio fuisset fa-
2 cta per ipsum Dominum, tamen non per hoc censetur ei remissa caducitas commissa ex tali inuestitura non petita, prout sic in Regia Camera Summariae in causa illorum de Loffredo penès Actuarium Marinum Mozzonum iudicatū refert *Vrsill. ad Afflict. in decis. 129. num. 11.* repetita in *decis. 265. num. 6.* scilicet quòd per praestationem seruitij, & solutionem factam Domino non censetur remissa caducitas ob non denunciationē mortis infrà annum, & diem, & proindè subdit, praedictum feudatarium fuisse condemnatum ad soluendum duplicatum releuium, nam, vt aliàs diximus, quòd etsi de iure communi ob talem inuestituram infra dictum terminum non petitam quis feudo priuetur, per *text. in cap. 1. §. sancimus, quo tempor. mil.*
3 ramen hoc non procedit in Regno, cùm ex consuetudine loco dictae poenae soluatur duplicatum releuium, vt tradit *ibi Liparul. ad Andr. in d. §. sancimus,* licèt processus debeat esse liquidus ad exigendum talem poenam, vt in pulchro casu decisum refert *Vinc. de Franch. in decis. 425.*

Et hoc quidèm omni caret dubita-
4 tione, si pro Domino duo concurrerent, scilicet quòd ignorabat causatam fuisse caducitatem, cùm per receptionem census, quamuis per ipsum factam, caducitas non censeretur ei remissa, vt post multos tuetur *Corbul. de iur. emphyt. in tit. de caus. priuat. ob non solut. canon. limit. 23. nu. 14.* & post alios infinitos *Menoch. de praesumpt. lib. 3. praesumpt. 112. num. 15. vers. declaratur tertiò,* vel si Dominus esset minor, vt pulchrè tradit *Rosental. de feud. cap. 6. conclus. 61. num. 8.*

Licèt istud feudum, ex quo annuus census praestatur, non possit dici feudum, etiā
5 quòd in inuestitura nominetur feudum, imò nec quoad periculum amissionis accedit emphyteusi, vt punctualitèr protulit *Ias. in cons. 156. num. 21. lib. 2.* cum alijs relatis per *Menoch. in cons. 65. nu. 64. & seq. lib. 1.* vbi ità de mente *Iacobin. Prcec. Bal.* & aliorum testatur.

Sed contrarium, quòd per receptionem
6 factā à Domino caducitas dicatur remissa, non obstante quòd fit ob aliam causā, scilicet ob non petitam inuestituram, voluerunt *Boer. in decis. 211. num. 22. Cassan. cons. 11. Costa de fact. scient. & ignor. dist. 38. num. 12. cent. 1. Menoch. de praesumpt. lib. 3. praesumpt. 112. nu. 14.* ac in *cons. 355. nu. 12. lib. 4. Schrader. de feud. part. 6. quaest. par. princ. sect. 14. num. 23. & Borrell. in sum. decis. lib. 1. tit. 34. de feud. num. 142.*

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Assensus requiritur in alienatione in remotiarem agnatum, etiam consentiente immediatè successuro, & propterea alienationem prædictam per ipsum alienantem, & eius hæredes posse reuocari.*

DECIS. CCCXLIII.

AD hanc decisionem adde *Annam in repetit. cap. 1. de vasall. decrep. atat. à num. 258. vsque ad 292. & per tot.* vbi latè tue-
1 tur, refutationem feudi factam à patre secundogenito, etiam consentiente primogenito absquè assensu fuisse nullā, quamuis subdat, contrarium fuisse decisum, sed hoc inquit, *quod Deus scit*, quarè.

Et de contentis in hac *decisione nu. 37. & seq.* vide notata per *me in decis. 95.*

SVMMARIVM.

1 *Assensus non requiritur super pacto adiecto in alienatione, quòd pendente pretij solutione dominium non transferatur.*
2 *Sed contrarium fuit per Sacr. Consil. decisum, num. 2.*
3 *Assensus requiritur super pacto adiecto in alienatione rei, quòd pendente solutione pretij rei sit sibi specialiter hypothecata.*
4 *Pactum, vt pendente pretij solutione dominium non transferatur, specialem tantùm hypothecam operatur.*

DECIS. CCCXLIV.

TOta vis huius decisionis est fundata super illa communi *Doctorum* opinione, quòd pactum factum à venditore, vt pendente solutione dominium non transferatur, de iure subsistere posset, tanquàm dependens ex natura ipsius contractus, cùm dominium rei venditæ non transeat in emptorem, nisi soluto pretio, per *text. in l. traditionibus, C. de pactis, §. vendita, In-
1 stit. de rerum diuis.* & proindè assensum super tali pacto non esse necessarium dicit *Author hic*, ad quem adde, quòd contrarium decreuit Sacrum Consilium, teste *Vincent. de Franch. in decis. 540.* vbi inquit,
2 talem alienationem cum dicto pacto nullam esse absquè assensu, etiam quòd venditor illam conditionem pro reiecta habere. Et quàmuis *Ioan. Francisc. de Ponte in tractatu de potest. Proreg. titul. 8. de refutat. feud. §. 3.* contrarium, quod dixerat *Vincent. de Franch.* in citata *decis.* conatus sit tueri, scilicet in hoc pacto non requiri assensum, cùm sit ex natura ipsius contractus, & sic videatur adhærere opinioni nostri *Authoris hic*. Tamen quoàd me non recederem ab opinione *Vincent. de Franch.* non tamen per eius rationes, sed supponendo priùs, tale pactum de iure subsistere non posse, & implicare con-
3 tradictionem cum ipsa venditione, sed solùm subsistere in vim specialis hypothecæ pro pretio, vt probaui in *decis. 157.* & in specie etiam nouissimè satis doctè tradit *Dom. Horatius Montanus* ex primarijs Aduocatus in *repet. l. Imperialem, num. 54.*
4 *versic. nec obstant*, & propterea assensum in tali pacto requiri, prout tradit *Afflict. in cap. 1. not. 12. num. 107. de prohib. feud. alien. per Federicum*, nam si alitèr diceremus, sequeretur quodam absurdum, scilicet venditori, emptore pretium non soluente, dari reiuendicationem, quod esset contra *textum* singularem ad hoc à nemine ponderatum in *l. sicut, §. 1. ff. locati*, vbi quòd si feci pactum, vt pendente solutione pretij res vendita sit tibi locata, non tamen periculum esset venditoris, sed emptoris, si res vendita periret, cùm perfecta sit emptio, & venditio, vt tradit *ibi gloss.* prout decreuit Sacr. Reg. Consil. in quadam causa (de qua mentionem feci in dicta *decis. 157.* vbi latè egi de hac quæstione.)

SVMMARIVM.

1 *Recipiens sortem absquè protestatione, non sibi præiudicat quoàd vsuras, & interesse conuentum.*

DECIS. CCCXLV.

DE hac quæstione scripsi in *de-
1 cis. 69. num. 6.* vbi quis recipiendo sortem etiam absquè protestatione, nun tamen censetur sibi præiudicasse quoàd vsuras, & damna conuenta, secus quoàd debita officio Iudicis.

SVM-

SUMMARIUM.

1 *Filij vocati cum patre, an censeantur vocati simul cum eo, an verò ordine successiuo, & an per vulgarem, vel fideicommissariam, remissiuè.*

Et quid in donationibus, & alijs contractibus, num. 2.

DECIS. CCCXLVI.

1 AD hanc decisionem, an filij vocati cum patre censeantur vocati simul cum eo, an verò ordine successiuo, & an per vulgarem, vel fideicommissariam, adde *Couarr. in cap. Raynuntius, §. 2. per tot. de testament. Iul. Clar. in §. testamentum, quaest. 76. & quaest. 80. per tot. Petra de fideicommiss. quaest. 5. à num. 152. vsque ad finem, Peregrin. de fideicommiss. art. 17. & 18. per tot. Menoch. de praesumptionib. libr. 4. praesumpt. 69. & 70. per tot.* ac etiam plenè *Vlu. in decis. 214. lib. 2. & Canter. lib. 1. variar. resolut. cap. 1. tit. de substitut. à num. 44. vsque ad 59. Fusar.* per extensum post infinitos alios in *tractatu de fideicommiss. substitut. quaest. 382.* & latiùs *quaest. 476. num. 31. cum sequent. & quaest. 477. & 479.* qui omnes concludunt cum hac nostri *Authoris* opinione, cui etiam adhaesit *Fontanella* non omittendus *de pact. nuptialib. clausul. 4. glos. 9. part. 1.* vbi etiam pro hac opinione refert decisiones Senatus, subdens hoc procedere absquè difficultate, si filij non essent nati, imò

2 etiam locum habere, quando filij simul cũ patre essent vocati in donationibus, vbi plures alias pro hac colligit decisiones in facti contingentia eiusdem Senatus.

FINIS.

INDEX

INDEX LOCVPLETISSIMVS RERVM OMNIVM,

Quæ in hoc Libro continentur, in ordinem Alphabeti redactus.

A

Actio

Amplia

B.

Causa

Com-

Coniun-

D

&

dote

De-

In-

An

fer-

Fru-

Sed

INDEX

In-

L

Le-

Le-

Lo-

Ma-

etiam

N

 nis,

Pæ-

Pro-

Pu-

Re-

Se.

In-

Sub-

Te-

Ven.

Ver-

FINIS